No. Q.403.51

THE TRUSTEES OF THE PUBLIC LIBRARY
OMNIUM LUX CIVIUM
OF THE CITY OF BOSTON
1852 . 1878

Charlotte Harris Fund

Statii Syluæ cum Domitii Commentariis.
Statii Thebais cum Lactantii Commentariis.
Statii Achilleis cum Maturantii Commentariis.
Domitii.

Ch. Harris
Mar. 8, 1937

DOMITII Calderini Veronenſis ſecretarii apoſtolici ad Auguſtinum Maſeum Veronenſem ſcriptorem apoſtolicum in Syluas Statii papinii.

Domitius Auguſtino ſalutem. Etſi hic noſter labor & ſtudium in uarias quottidie repræhenſiones incurrit: qua moleſtia una tantum ratione carere potui: ſi nihil omnino ſcripſiſſem. Tamen uel improborum iniquitas: uel maliuolorum odium: nondum me de arcis illius præſidio deiecit: in quo certa diſciplinæ ratione inſigniq; ſcriptorum auctoritate ſum collocatus. Ego enim ita ſtatutum habeo: & quidem omnibus etiam ſenſibus congruentibus: publicam latinæ linguæ dignitatem: ſi aliqua ex parte per nos iuuari poſſit non eſſe deſerendā: neq; ullis uocibus labefactari oportere ſed meditandum & diſſerendum potius quod noſtris hominibus utilitatis aliquid afferat. q̄ iurgiis & conuitiis concedendum: quibus inſtructus Broteus (Hunc autem aliquando ſuo nomine & noto appellabo) nos in laudis poſſeſſione iamdiu frustra oppugnat. Nimirum furoris & inuidiæ iſti impetus ſunt. non doctrinæ: non fortitudinis. Idcirco eos facile & ſuſtinuimus hactenus: & fregimus omnino: cum alterum eludendo contemnamus alterum aliquid qđ laude dignum uideatur: ſcribendo ita agitemus: ut ſua uiolentia corruat. Sed ualebunt noſtrarum uigiliarū uituperatores: quibus ſatis reſpondimus primo libro obſeruationum noſtrarum: quod opus magna cura ſuſcæptum perquiſitis multarum rerum rationibus: & quoad potuimus: explicatis propediem edemus. Mihi ſane Auguſtine quo ad me attinet: totius uitæ ratio & forma ita nunc temperata eſt: ut neque in negocio & labore exiguum hoc ætatis tempus conterendum exiſtimem: neque in ocio & umbra omnino requieſcendum. Nam cum alterum actionis ſit: alterum contemplationis: non uideo cur alterutrum tantum: fœlici homini & bono uiro adiudicauerit Ariſtoteles. Officii enim iucunditatiſque in uiuendo conſecutio. quam ſummi boni inueſtigatione ille pſequebatur utroque melius contingere potuit. Vtilius Plato & ſapientius uitæ noſtræ partem non tantum nobis quod ē ocii. ſed patriæ & amicis. quod negocii eſt uendicauit. De quo tu ſæpe mecum. Nam cum te ab ineunte ætate in lucem quandam officiorum ſub pricipum oculos uel tuorum conſilia perduxerint. uel neſcio quod fatū coniecerit. Nunc tandem incommodis omnibus defunctus quæ maxima & grauiſſima eſſe ſolent in eo uitæ genere ad requiem reſpicis frequenter. & niſi aut poſtulet res amicorum quæ tibi homini officioſiſſimo curæ admodum ſunt. aut pricipum aula aduocet. domi cum præterita iucunde recordaris. tum futura ſapientiſſime proſpicis. Atque ut dicam quod plane cognoui. in diuitiis iſtis. quæ non mediocres tibi opera. diligentia. conſilio. partæ ſunt potius q̄ ulla fortunæ tēperitate congeſtæ. cū i maximis actionū fluctibus uerſatus ſis. ſæpiſſime portum tenuiſti: & ut propoſui nunc in primis amas. Parui: mihi crede: facienda ſunt iſta. plena præſertim contentionum & laboris: quāuis uirtute tua illuſtrata fuerint. ac prudentia gubernata: niſi animum aliquando colligens. & ut athletæ ſolent poſt ſudorem & curſum ſedens præmia amplectaris. iiſque utaris inſtrumentis ad animi tranquillitatē ſuſcipiendam ac tuendam in omni uita. Ea enim eſt ad quam contendunt Academici. Peripatetici. Stoici. Epicurei. Denique hanc unam omnes philoſophorum familiæ. diuerſa quidem illi indagatione perquirunt

appellantes. Non reuocabo adhuc de curſu Franciſcum Saluiatum noſtrum præſulem Piſanum humaniſſimum hominem. & ſingulari modeſtia

uirũ. Nam cum in eo multa ornamenta ſint. illud præcipua eſt ad miratione dignum
ꝙ ita omnem operam in beneficẽtia poſuit. ut cum multa ipſe ſit conſecutus. plura tamẽ
rogauerit & imperauerit aliis. Quo conſilio ad ſũmam peruenit gratiam auctoritatem
que apud Hieronymũ principem. Nam cum ille tantum prodeſſe poſſit. ut uult. uelitq;
maxime: non potuit non eo delectari qui idem ſentiret & cuperet. Quare ſinamus eos
alterum libenter conferendo. alterum probando & prudenter ſubiiciendo. qui accipiãt
in iſto laudis curriculo uerſari ac bene de omnibus mereri. Quo loco aſſentationis ſuſ
pitionem non uerebor. Eo enim princeps ille diui Sixti fratris ſui: quem uirtutis. premi
is & honoribus ereptum adhuc legemus omnes inſtitutum: immortalemque gloriam
ſecutus progreſſus eſt. ut cum plærique ab eo ornati munificentiæ debeant. humanita-
tem. prudentiam. animi magnitudinem cuncti admirentur & colant ſtudioſiſſime Sed
ut ad id redeam unde pauloante defluxit oratio. Cum domi aliquandiu temporum con
ditionem rerumq; naturam cogitatione complexus ſum. idque menti conceſſi totum: cu
ius contemplationem propriam eſſe ab phyſicis. Ariſtoteleque in primis perſuaſum eſt
me ut ille de Socrate ait. omnemque uitam noſtram plane in utilem
fore intelligo. niſi aliquid elaboremus. qđ in publicum extet uſum. Ita cũ affectus eſſem.
ac de ſtudio aliarum artium. quas ſuperioribus annis lectionis uarietate attingere libuit
quaſi languerem. rettuli me ad poeticen. ut ea uoluptate oblectatus animus erigeretur
ac ueluti in uiam rediret. Tum incidi in quinq; libros ſyluarum Statii Papinii opus grã-
ditate heroica ſublime. argumẽto uarium. doctrina remotiſſimum. quod nemo ante aut
auſus eſt aut potuit attingere. Multa enim inerant cum uetuſtate & temporum ignora-
tione inuerſa. tum poetæ ingenio duriuſculaque elocutiõe abſtruſa. Quæ omnia tuo no
mine emendare & explicare conati ſumus quanta ingenii doctrinæque laude. nõ auſim
affirmare. Tantis certe laboribus Auguſtine. ut maiores non attulerint nec Martialis ar Domitii
gutiæ. nec uelatæ iuuenalis reprehenſiones. nec affectatæ tenebræ Ouidii in Ibyn. nec in opera
conſtantes Propertii ſenſus & quæſitæ fabulæ. nec conciſa Tranquilli ſenſa. nec ęnigma
ta Ciceronis ad Atticũ. aut eius in uerrem iracundia eloquentiæ artibus inſtructa. Quæ
omnia partim compoſitis: partim etiam editis commentariis interpretati ſumus. Deni-
que nec uarietas obſeruationum noſtrarum. quas nuper tribus libris collegimus. nec re
cognitio tabularum Ptholemæi: quæ noſtra iam emendatione imprimuntur. nec opera Ptolemæus
quæ e græco in latinum interdum uertimus conferant obſecro. qui doctrinæ nomĩe glo
riantur in ſexcentis locis quæ apud hunc poetam deprauata erant alios codices cũ hoc
noſtro. Tum demum quid aut nos effecerimus. aut ipſi de ſe in eo polliceri auderent pla
ne ſentient & fortaſſe fatebuntur. Ita profecto eſt ut eſt apud Ciceronem diuinitus ſcri- iterpretes
ptum. Poetarum interpretes ad eorum furorem diuinitatemque quam proxime accede
re. Id quodante eum Socrates apud Platonem cum Ioue. ut opinor. eloquentiſſime diſſe
rendo penitus conſtituerat. & affirmauerat. Id ſi minus ego in his libris aſſecutus ſum.
complura certe hic congeſſi. quæ ad carminis lucem deſiderari uidebantur breuiterque
alibi a nobis ſcripta & ueluti inchoata perficere poterunt ac expolire. Temporis ſane
quod in hac lucubratione poſuimus: teſtis ẽ uel Baccius noſter. qui. ut noſti non minus
grauiter iudicat q̃ iocatur facete. Is enim hoc opere aliquando feſſum & urbanitate & ly
ra ad hilaritatem reuocauit. Illud in primis reperies a nobis obſeruatum. ut quotiens car
men emendatione noſtra ſecus ſcriptum eſt. q̃ in aliis codicibus. Id autem paſſim occur-

ret.in commentariis repreſientauerimus priorem ſcriptionem.quam & tanq̄ falſam expungimus ſubiectis nouæ rationibus. quas tibi in primis probare cupio. Non enim aut ſiculis.Tarentinis.Conſentinis ſcribimus:aut perſii.Scipiōis.Rutilii iudicium reformidamus.ut Lucilius.Sed ſi tibi placuerint.facile ab aliis inimice legi.aut etiam contemni patiar.Tibi enim eas dicamus & omnino tribuimus amoris beniuolentiæque noſtræ teſtes.Poſtremo illud etiam atq; etiam petimus & oramus.ut ne mendas.quas librariorum uel culpa contractas uel negligentia effuſas facile animaduertes.mihi aſcribas. qui enim poſſum aut debeo alienam inſcitiam præſtare? Atqui ne hoc quidem mihi tutum eſſe intelligo per inimicorum cauillationem & importunitatem. Vale.

Impſſurū Menſæ

Domitius hortatur Statium Papinium ut redeat neapolim in patriam.ubi ei blandietur Franciſcus aragonius Regis Fer.Fi.

Nuper non fueras in urbe notus.
Incultus:lacer.horridus.retonſus.
Nunc uultus reparatus in priores
Splendens.integer.elegans.politus.
O quot millia fronte baſiorum
Gaudenti excipies.nouem ſorores
Tam lætis cupiant ſedere ſyluis:
Hic tecum pariter uelit papini
Phœbus caſtalium nouare carmen:
I nunc euboicos celer penates
Qua ſurgens tumulo canora uirgo
Nomen nobile pandit & nepotes
Illic nam tibi cuncta blandientur.
Et tellus popularibus ſonabit
Certans plauſibus.hos dabit iuuētus
Foſſoſq; bibit ungula liquores
Proles regia te fouebit.illa
Cui parcæ tria luſtra computarūt.
Spondentes pyliæ ſitum ſenectæ.
Famæ & grādia penſa ſubminiſtrēt
Quæ cæli gemino uehetur axe.
Huius cum bene noueris Papini
Mores ingenium decuſq; formæ
Tum gratum fuerit periſſe quondam
Huic nunc utliceat tibi renaſci.

Domitius Calderinus Auguſtino Mafeo.

Vates & per antiquos eſſe:& natura duce:qua una uigent hoc furoris genere:quod poſtea in poema re/
dactum eſt: ſemper caluiſſe: tā crediderim: q̄ certum id eſſe uel a maioribus accepimus: uel ſpiritum
hunc uitalem:omnibus ſæculis humanos animos incendiſſe cognoſcimus:Sed qui primus carmen ꝑ
furorem effuderit:ut de Apollinis oraculo taceam.unde id manaſſe Plinius in naturali hiſtoria tradit:
Pauſanias rerum græcarū ſcriptor & īdagator diligentiſſimus nō ſatis conſtitutū habet.mō.n.phemo
noē primā carmē heroicū cecinīſſe.āti
qtatis fidē ſecutus arbitrat̄ modo uer
ſū affert: quo boeouates Parnaſia olēa
quēdā primū extitiſſe poetā enunciat.

## Ex emendatione & interpretatione Domitii calderini Veronenſis Statii papinii Neapolitani Syluarū Liber primus ad Stellam.

DIV multūq; dubitaui Stella iuuenis optime & in ſtudiis noſtris eminentiſſime q̄ parte uoluiſti: an hos libellos:qui mihi ſubito calore & quadā feſtinandi uoluptate fluxerāt.cū ſinguli de ſinu meo ꝓdiiſſēt.cōgregatos ipſe dimitterem.Quid enī opor/

Illud certe.

place uidemus poſtq̄ hoc
uaticinii genus ī numeros ſeſe collegit:
tā apud græcos q̄ apud nos uarias poe/
matū & formas & appellationes extitiſ
ſe.Hinc Heroici.Elegi.Lyrici.Epici.Co
mici.Tragici.Mimi.Satyri:qui oēs ita
demū ſunt nūcupati cū poema iuſtū & perfectū cōplexi ſunt.Quom uero furoris uis nōnihil aliq̄do ſi/
bi indulgeret:& ſubito cuidā calori inſeruiret:quē tamē ad exitū alicuius opis non ꝓducebat:ſed mul/
tis uerſibus effuſis uela illa tumida ingenii:ſuo uēto deſtituta flacceſcebāt.excogitatum ē huius ſcripti
onis nomē:ut ſylua appellaret̄.Sylua quidē materia ē unde argumēta deducunt̄:a græcis dicta: Sylua quid
quā alii noīarunt:ut Fabius refert.Silua itē res multas temere cōgeſtas ſignificat.ut illud Cor
nelii.ꝓbus reliqt nō mediocrē ſyluā obſeruationū ſermōis ātiq.Deniq; ſylua ē hoc qđ dicimus ſcriptio
nis genus:qđ.ſ.calore quodam ingenii & uelocitate decurrit̄:de quo fabius ita ſcribit.Diuerſum ē huic
eoꝝ uitiū:qui primū decurrere per materiā ſtilo q̄ uelociſſimo uolūt:& ſequētes calorē atq; impetūex
tpe ſcribunt qui ſyluā uocāt:repetunt deinde & cōponunt quæ effuderāt.Sed uerba emēdant̄ & nume
ri manēt rebus temere congeſtis.ī hoc Papinius ſolus e noſtris poetis uerſatus ē tanta īgenii fœlicitate:
ut Thebaidem quā emendauit hoc uno opuſculo ſententiaꝝ grauitate:rerum copia.carminis elegantia
longe ſuperarit.Nā ut poſſū coniicere:acres & uehemētes erāt ingenii illius impetus q ſubito feruebāt:
neq; ultra uerſuū quibus unaquæque ſilua abſoluitur numeꝝ excitatū retinebāt calorē:ut quæ breui/
ter caneret ſuppeditaret natura q̄ tētaret longiora:concineret ars:& naturæ deficienti opē ferret:neq; in
his illud diuinū appareat quod ī breuioribus ſeſe agebat.nōne & in una achilleide ita ſurgit:ut illic mul
to ſublimius ferri uideat̄ q̄ quo potuerit tota thebaide peruenire?Nimiū uerū ē quod Homerus ſcri/
bit:non omnia uni deos dediſſe.Quid:quod & ipſe igenue fatetur ſe ī his ſyluis relaxare ſolitū eē aīum
quotiēs uel ī thebaide feſſus:eēt:uel curarū tedio augeret̄.Ad hoc ꝑfecto natus erat.& quoniā natura to
tū ferme hoc operis præſtabat:ipſe laboris ſentiebat nihil:quo urgebat̄:cū ī thebaide:natura ceſſāte ar
tis præſidiū cōquireret:neq; ignorauit laudē ſuā hoc opuſculo fore apud poſteros illuſtriorē.nā ſyluas
quas ipſe libellos appellat diuerſis & tēporibus & argumētis emiſſas in uolumīa redegit.ex qbus quinq;
tantū peruenerūt ad nos:& ea quidē mutilata tēpoꝝ & uetuſtatis diuturnitate ea nos & colligere diſper
ſa & lacerata reſarcire tētauimus.In quo q̄ uel diligēter uel fœliciter laborauerī:tuū erit & aliorū iudici
um. primū uolumē ſtellæ poetæ familiariſſimo:in cuius nuptiis ſyluā cecinerat:ꝓpoſita epiſtola dica/
uit:ī qua ut uides ſe diu deliberaſſe fatet̄:an hos libellos ederet ī uolumē redactos. Cū iā emiſſi uiderent̄
oēs:ſingulos enī ii acceperāt:in quoꝝ grām ſcripti fuerūt.Mouet eū præterea hoīum opinio & expecta
tio.Nam cū ita liber exierit ſe auctorē:a quo emēdationis rō perquirat̄:ꝓfiteri uidebit̄.Sed exēplo ſum
moꝝ poetaꝝ qui grauioribus operibus aliquid remiſſius præluſerūt.Ipſe quoq; in thebaidē ſuā hoc
tanq̄ ſurgētis furoris & iuſtæ meditationis ſimulacrū emittit.Epiſtola genus dicēdi hēt.breue.acutū.ſē
tētiarū acumīe itercisū q̄le Plinius amauit & ſecutus ē. Qua parte uoluiſti:ī eo de quo uoluiſti me
deliberare.nā cū hoc peteres cōſtituendū mihi fuit longa deliberatione:an tuæ uolūtati ſatiſfacerē. Su
bito calore:ſcilicet īgenii. Fluxerant:nam ut ex Fabio recitauimus:qui ſyluas ſcribūt decurrūt per ma
teriā ſtilo q̄ uelociſſimo ſequētes calorē atq; impetū. Singuli:ſingulæ ſyluæ:quas ſingulis dicaui & iā
miſi. Prodiiſſent.In aliis oībus codicibus quos quidē mihi legere cōtigit:huius dictionis initium tan/
tū apparebat reliquū interciderat:quod librarii quoq; ipſi ſpatio relicto ubi integrā dictionē eē oportu
it.nobis plane indicauerūt:nā ita legebat̄.De ſinu meo pro. cōgregatos.ego uero qđ & ad ſenſū poetæ
accommodatū arbitrabar & hoꝝ elementorum ſeriem ab eo dictionis initio apte deduci intelligebāt:
ita ſcripſi. De ſinu meo ꝓdiiſſent.i.qui iā exiuiſſent. Quid enim oportet huius quoq;:has item duas
dictiōes:oportet huius quoniam mutilata hac particula deſiderabantur in omnibus codicibus ſuggeſ
ſimus.nā poeta hoc īquere uidet̄:cum uellet afferre cauſam quare opuſculum edere dubitaret: ſe hac
potiſſimum ratione deterreri.q nihil opus erat ut huius quoq; æditionis auctorem ſe profiteretur:at
q; ita homines ꝓuocaret ut ex ſe huius quoque dictionis.& operis rationem perquirerent.& quod ait.

Onerari:indicat ſe ſatis ponderis ſuſtinere cum in manibus habeat thebaidem grandius opus & achilleidem:in quibus duobus operibus ſuam eſt interpoſiturus auctoritatē ædendo. Quod:edere:ſcilicet opus & profiteri ſe auctorem. Quanuis me reliquerit:q̄uis emendauerim & elimauerim opus quod non feci in ſyluis. Sed & culicem:rationem affert quare quanuis multa deterreant eum ab æditione:tamen hoc opus emittere dabat:nam ut ait alii quoque poetæ leuiora opera ſolēt præludere grandioribus.Culicem.opus Virgilianum ubi deflet mortem culicis paſtoris;quod iuuenis & rudis compoſuit.Martialis. Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi.Et Papinius de Lucano ante annos culicis. Martiani Serū erat:nimium ſero cogitaui de iis continendis. Batrachomyomachiam:ideſt ranarum & murum pugnam quā luſit Homerus:quanuis Plutarchus id cōſtanter neget: aſcribatque poetæ Iliadem tantum & odyſſeam. Herodotus uero phocidem.Iliadem minoræ margetem. carminum opuſcula ei tribuit Hymnos præterea Homeri in deos legimus ex quibus Pauſanias teſtimōio ſæpe utitur. ego tamen certa Græcorū monumentorum auctoritate affirmauerim id opus eſſe non Homeri poetæ quem ueneramur: ſed alterius qui. Homerus ſellius grammaticus eſt appellatus.is enim Hymnos ſcripſit & luſus uario carminum genere: ſolutaq̧ oratione de perſonis comicis & argumenta comoediarum menādri. Quorum honori data ſunt: quorum modi ſcriptæ ſunt ſyluæ. Sed apud cæteros: neceſſario inquit hac eueniet ut minus ignoſcant alii erratis meis ſiqua ſunt in his cum ignorēt q̄ celeriter ſcripſerim: uobis enim probantur etiam ſiquid erratum eſt:cum noueritis quanta celeritata ſint hæc effuſa. Amiſerint: cum ꝑuenerint ad manus illorum qui ignorent hæc celeriter ſcripta. Gratiam: apud uos quibus propter hoc unū ſyluæ probabantur. Quamuis metuo: ne inemendati codices abeant. Quamuis metuo ne:ſed ita emendandum eſſe affirmauerim. nam etiam me ſilente inquit metuo ne uerſus ipſi probent iſtud de ſe quod ſcilicet ſcripti ſint celeriter.Sunt enim inelegantes & inemendati. Audacter me hærcule. ægi audacter qui ſuſcepi illud canēdum tam breui. Iniunxeras:iniungere aliqd agēdū mādare:quo uerbo Cice.abſtinuit ꝓ eo uſurpans aliq̄do ipono:Domitiani temporibus in uſum frequentiorem uenit Plinio & Trāquillo familiariſſimū. Sed tamē hexametros habet.quamuis biduo ſit ſcriptum & opus uiſū arduū: heroicis. tamen uerſibus eſt cantatum.Quid:ſi dixeris deeſſe numerum : & ita legendum. Sed tamen.cclxxii. hexametros habet ut dicat ſe tamen ceciniſſe biduo ducentos & ſeptuagita duos uerſus.tot enim ſunt ī epithalamio .Mentieris: ut iſti dicent. Pro collega:uel q̧ & ipſe fuerit Duūuir quēadmodū ſtella uel collegam ſe appellat in poeticæ ſocium paulopoſt tecum ſimiles iunctæque camenae ſtella mihi multumque pares bachamur ad aras. Vopiſcus:cognomen ē ab euentu ꝑpagatum.nam qui ē ſuperſtes cū eſt natus fratri qui ſimul natus eſt mortuo Vopiſcus appellatur.ut Plinius docet:monent Fabius & ſolinus. De quo:de cuius ſyluæ celeritate. Teſtimoniū eſt:ideſt ſupereſt. Belneolum:ſyluam ſcriptā de balneo ſuo:cuius meminit Martialis ut in eā ſyluam dictabimus. Intra moram. ſpatiū & tēpus.

Infine:huius primi libri. Quibus creditur:habetur fides qđ ea ſylua ſcripta ſit celeriter. Fœliciſſimā: plenam letitiæ in qua nemo eſt qui non potuerit celeriter ſcribere cū tanta illic fuerit aī relaxatio.

Homeri opera

Homerus ſellius

In iungo

Vopiſcus

tet huius quoq; auctoritate æditionis onerari? quod adhuc pro Thebaide mea(quamuis me reliquerit) timeo.Sed & Culicem legimus,&Batrachomyomachiam etiam agnoſcimus.Nec quiſquam ē illuſtriū Poetarum:qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore præluſerit. Quid quod hæc ſerum erat continere:quom illa uos certe:quorum honori data ſunt haberetis:Sed apud cæteros neceſſe eſt multum illis pereat ex uenia quom amiſerint.quam ſolam habuerint gratiam celeritatis.Nullum enim ex illis biduo longius tractum:quædam et in ſingulis diebus effuſa.Quamuis metuo ne uerum iſtuc uerſus quoque ipſi de ſe probent.Primus libellus ſacroſanctum habet teſtē.Sumendum enim erat a Ioue principium. Cæterum hos uerſus:quos in equum maximum feci.indulgentiſſimo imperatori poſtero die q̄ dedicauerat opus: tradere iuſſus ſum. Potuiſti illud (dicet aliquis)& anteuidiſſe.Reſpondebis illi tu ſtella cariſſime:qui ephitalamion tuum:quod mihi iniunxeras ſcis biduo ſcriptum.Audacter me hercle:ſed tamen.cclxxii.hexametros habet:& fortaſſe tu pro collega mentieris.Manlius certe uopiſcus uir erudititiſſimus.& qui præcipue uindicat a ſitu litteras iam pene fugientes.Solet ultro quoque nomine meo gloriari.& uillam Tiburtinam ſuam deſcriptam a nobis uno die.Sequitur libellus Rutilio gallico ualenti dedicatus.De quo nihil dico ne uideat defuncti teſtis occaſione mentiri.Nam claudi etruſci teſtimonium eſt.Qui balneolum a me ſuum intra moram cœnæ recepit In fine ſunt Kalend. Decemb.quibus utique creditur Noctem enim illam fœliciſſimam habent &

Voluptatibus publicis inexpertam.hoc ait in laudem Domitiani cum innuit eum prebuiſſe tantam uoluptatem populo Romano illa nocte quantam nemo ante imperatorum.prebuit publicis muneribus & congiariis. Inexpertam:qualem nunquam antea ſenſit populus Romanus.Non uides Auguſti ne quãtus aſſurgat dum publice aſſentationi applaudens imperatori inſolentiſſimo arrogantiſſimoq̃ adulatur:poſcebat ille diuinos honores:dominum & deum ſe nuncupari uoluit.ſtatuas ſibi poni non permiſit in capitolio niſi aureas & argenteas centum pondo.quadrigæ multæ currus triumphales per oẽs ferme urbis regiones in illius gratiam uiſebantur:q̃ Tranquillus ſcribit:equeſtrem ſtatuam eximiæ artis & magnitudinis eidem populus dicauit:poſuitque in foro poeta qui gratiæ imperatoris aucupandæ ad inuidiam uſque ſtudebat.nam prædio albano ab eo Donatus Martialem Syliũ Iuuenalem ſuorum temporum poetas ea fœlicitate & fortuna offendit. publicam teſtatur in munere alacritatẽ.& quaſi furoris plenus ſyluã ex admiratione ordit̃: ſordebãt illi cũ Domitiano elati animi:impatori placere cuperet uerba humilia & principia abiecta:q̃ figuris poeticis non excitarent̃.inde iterrogatiõe q̃ ad admirationem ſpectat:quærit q̃ nã ſit moles quã cernit atq̃ hac percõtatione operis mirum in modum amplificat dignitatem:tamen auditoris animum percellit & intendit. Moles gemmata: radians & ſplendens. Martialis de eadem. Nec te detineat miri radiata coloſſi quæ rhodium moles uincere gaudet opus. hanc eam eſſe negauimus in commentariis noſtris cuius Martialis meminerit eo uerſu: hic ubi ſydereus propius uidet aſtra coloſſus:idq̃ docuimus certi Trãqlli hiſtoria & auctoritate intelligi de Neronis ſtatua. Coloſſo:coloſſus ingentem ſtatuam ſignificat:moles inquit Plinius excogitatas uidemus ſtatuarum:quas coloſſos uocant turribus pares:uel ab hebetando aſpectu.nam oculi caligant tanta altitudine ſpectanda:ut græcis placet:uel a coloſſo primo operis auctore ut Feſtus ſcribit. Moles gemmata.equum deſignat.Domitianum equitem & ſeſſorem ſcribit.nam ut diximus ſtatua erat ei equeſtris dicata:equeſtrium uero ſtatuarum perantiqua eſt origo.Cocliæ enim quæ inter obſides Porſenæ fuit & Horatio cocliti publice primum datæ ſunt:quod ex piſonis annalibus diſcimus antea Tarquinium ſibi & Sibyllæ poſuiſſe uerisimile eſt:ut ſcribit Plinius. Lutius tamen piſo tradit ualeriam publicam conſulis filiam ſolam ex obſidibus porſenæ tantum fugiſſe cæteris quæ mittebantur iteremptis inſidiis Tarquinii.eique erectam ſtatuam equeſtrem quæ contra Iouis ſtatoris ædem uiſebantur. Siculis caminis:fornacibus Vulcani quæ ſunt iuxta ſiciliam:id autem ait quoniam fabrilia opera quæ admirationi ſint uulcani artificio tribui ſolent:ita eodem fabro Achillis arma apud Homerum cudunt̃.& Aeneæ apud Virgilium. Steropem & Brontem:famuli ſunt uulcani noti carmine uirgiliano.Heſiodus uero Aſteropem ſcribit nõ ſteropem:nec piragmonem nominat ſed pro eo argen. Rhenus & domus daci.nam Domitianus duplicem triumphum ægit de dacis & cathis:amiſſis prius Sabino conſulari & Cornelio fuſco.ut ſcribit Tranquillus:puer item adhuc Batauos populos rhenum incolentes domuit:ut ſcribit Tacitus & Sylius.iam puer auricomo performidate batauo. Palladiæ manus:nam præſtantioris artificii opera ad Palladem referuntur atque id commodiſſime in Domitiano:cui pallas numen erat familiare.mar.idẽ ait de ſtatua ſcribens ad carum notum epigramma. Attoniti daci: nam obſtupuit uictus cum ſe tutum putaret. Fama prior:antiquitas cui equo fabricando:amplificat autem per comparationem:augetque equum troianum:ut hic antepoſitus ſublimior ſit. Dindymon:mons phrygiæ ſacer cybele. Epeum:panopei filium Boetium. equi troiani fabricatorem fuiſſe ſcribunt Homerus in odyſſea & Strabo:tantæ uero magnitudinis fuiſſe fabulæ propius eſt quam hiſtoriæ. Diſciſſis muris:alludit ad hiſtoriam uirgilianam de equo troiano ita recepto. Innuptæque puellæ:alluſio item ad carmen uirgilianum.pueri circum innuptæque puellæ. Nec Aeneas nec magnus duceret Hector: nam hi fortitudine præſtabant inter troianos. Virgilius. Si duo præterea talis idea tuliſſet tetra uiros. Nec ueris maiora putes:nec plus inquit præ ſe fert ſtatua.quam uerum ſit in Domitiano.

Coloſſus

Epeus

uoluptatibus publicis inexpertam.

Equus max.domitiani.

Quæ ſuper ĩpoſito moles gẽmata coloſſo
Stat latium complexa forum. cælo ne peractum
Fluxit opus:ſiculis an cõformata caminis
Effigiem: laſſũ ſteropẽ brontẽq̃ reliq̃t
Ante paladiæ talem Germanice nobis
Effinxere manus.qualem modo frena tenentem
Rhenus.& attoniti uidit domus ardua dacĩ
Nunc age fama prior notum per ſæcula nomen
Dardanii miretur equi.cui uertice ſacro
Dindymon:& cæſis decreuit frondibus ida
Hunc neque diſciſſis cœpiſſent pergama muris
Nec grege permixto pueri innuptæq̃ puellæ:
Ipſe nec Aeneas.nec magnus:duceret Hector.
Adde.quod ille nocens.ſæuoſq̃ amplexus achiuos.
Hunc mitis cõmendat eques.iuuat ora tueri
Mixta notis belli.placidamq̃ gerentia pacem.

Nec ueris maiora putes.par forma.decorq;
Par honor.exauſtis martem non amplius armis
Biſtonius portat ſonipes.magnoq; ſuperbit
Pondere.nec tardo raptus prope flumina curſu
Fumat.&ingenti propellit ſtrymona flatu.
Par operi ſedes.hinc obuia limina pandit.
Qui feſſus bellis aſſertæ munere prolis.
Primus iter noſtris oſtendit in æthera diuis.
Diſcitur e uultu quantum tu mitior armis
Qui nec in externos facilis ſæuire furores
Das catis Daciſq; fidem.te ſigna ferente
Et minor in leges iret gener.&Cato caſtris
At laterum paſſus:hinc iulia templa tuentur
Illinc belligeri ſublimis regia pauli.
Terga pater.blandoq; uidet concordia uultu
Ipſe autem puro celſum caput aere ſeptus
Templa ſuperfulges.& proſpectare uideris
An noua cōtēptis ſurgant palatia flammis
Pulchrius.an tacita uigilet face troicus ignis
Atq; exploratas iam laudet ueſta miniſtras
Dextra uetat pugnas.leuam tritonia uirgo
Non grauat.& ſectæ prætendit colla meduſæ
Ceu ſtimulis accendit equum:nec dulcior uſquam
Lecta deæ ſedes.nec ſi pater ipſe teneres
Pectora:quæ mundi ualeant euoluere curas.

Biſtones
Strymon

Par formæ:eadem forma eſt Domitiani decor.nã formoſus fuit Domitianus iuuenis:ut ſcribit Tranquillus. Exhauſtis armis:perfectis bellis.tūc.n.dicit mars ſpaciari ad ſtrymonē thraciæ exæſtuãs.Vir. quã bella exhauſta canebat. Non amplius:non maiore dignitate. Biſtonius:nam mars thraciam ſibi habet domicilium biſtoniũ autē ſtagnum ē thracium & ibidem Biſtones gens ut Plinius ſcribit. Strymona.fluuius eſt q diuidit macedoniam a thracia labiturq; ex uertice hemi montis ut Plinius ſcribit. Par operi ſedes.a loco ubi ſtatua poſita erat. Obuia limen.e regione inqt eſt ædes Cæſaris.nam ædes Cæſaris aurata in roſtris erat i ſimilitudinē ædis ueneris genitricis. Qui feſſus bellis:qui poſt multa bella geſta:eſt autem periphraſis.C. Cæſaris his duobus uerſibus aſperſa.

Cæſaris
ſtella

Primus:nã Cæſar primus imperatorum in deorum numerum eſt relatus Octauio auguſto ſuadente populo cometen quem uiderat in cælo eſſe animam Cæſaris de quo Auguſtus hæc ſcripſit ut Plinius refert:hic ipſis ludorum meorum diebus ſydus crinitum per ſeptem dies i regione cæli ſub ſeptentrionibus eſt conſpectũ. id oriebatur circa undecimam horam diei:clarumq; & omnibus terris conſpicuũ fuit: eo ſigno ſignificari uulgus credidit Cæſaris animã iter deorũ immortaliũ numina receptã. quo nomine de inſigne ſimulacro capitis eius:qđ mox i foro conſecrauimus. adiectũ eſt. Primus oſtēdit iter:primus acceſſit & oſtendit uiã. In æthera:in cælũ & numerum deorũ. Noſtris diuis: imperatoribus:q & ipſi poſtea deificati ſunt. Munere:beneficio. Prolis: Octauii filii ſui. Aſſertæ:ad optiui.nam ut diximus ſuadēte Octauio credidit uulgus deificatum eſſe Cæſarē. Diſcitur e uultu:nūc confert duas ſtatuas eqſtres: alterã Cæſaris alterã Domitiãi.nã Cæſaris erat i roſtris ad ædē Veneris gēitricis ut poſſis itelligeř obuia limina de tēplo Veneris genitricis:i cuius ueſtigio Cæſaris ut diximus erat ſtatua equeſtris e quo expræſſo inſtar illius qui neminē paſſus eſt ſeſſorem Præter Cæſarem ut ſcribit Plinius & Tranquillus refert. E uultu tuo:& Cæſaris. In externos:barbaros. Das fidem:accipis in fœdus. Te ſigna ferente:ſi tu fuiſſes dux in caſtris Cæſarianis. Gener:Pompeius. Iret minor in leges:in fœdera tua uenirent. Cato caſtris:Cato inquit abiret ex caſtris quod non fecit uicto Pompeio:nam conatus ē reliquias Pompeianas colligere & comparare in Cæſarē. Paſſus laterum.i. ſpatia laterum operis. Iulia templa:capitoliũ Martialis ſic laudat capituli iulia templa ſenis. Retia Pauli:Paulus æmilius creatus cõſul cũ Callidio Marcello mille & quingētis talentis corruptus eſt a Cæſare ut faueret:ex q̃ pecunia baſilicã ſtruxit ſub ſuo nomine. laudatam inter urbis opera a Plinio Auctores Appianus & Plutarchus. Terga pater:templũ martis inqt poſt terga tua ē unde te Mars ſpectat. Cõcordia:ibidē erat templũ concordiæ: de quo alibi dicemus. Contemptis flammis.i.ita ut priſtini incēdii ueſtigia nõ appareãt.nam arſit capitoliũ bellis uitellianis. ut ſcribit Tacitus:& ut Tranqllus refert pluria ãpliſſima opa incēdio abſũpta Domitiãus reſtituit inīqs & capitolium quod rurſus arſerat.quo i genere laudat a Martiale eo epigrãmate.Qualiter aſſyrios renouant incendia nidos. Tu inquit exeris caput:ut.ſ.ſpectes an palatia a te iſtaurata pulchrius & magnificentius ſurgãt oblita priſtini incēdii:& an ueſtales uirgines quæ oli erãt iceſtæ tua cēſura coercitæ pietatē colãt ſacrorũ.nã ut ſcribit Tranquil.Domitianus inceſta uirginũ ueſtaliũ a patre quoq; & fratre neglecta:uarie& ſeuere coercuit.

Veſtæ
ignis

Tacita face:nam ſub cinere ſeruabatur ignis. Vigilet : maneat inextinctus:nam extingui piaculum erat. Troicus:nã ſacra ueſtæ e troia lata ſunt.Sylius. Et uos uirginea lucentes ſemper in ara laomedonteæ troiana altaria flammæ. Exploratas.i.recognitas & coercitas a te. Dextra uetat pugnas:uel dextra eſt inermis in ſtatua uel ad dextram eſt tēplũ pacis qđ non placet. Tritonia uirgo:Palas. Nec ſi pater ipſe:libentius illic non eſſet Pallas ſi tua eſſet ſtatua o Iuppiter:& haberes iſta pectora ; ideſt eſſes formatus his pectoribus : quæ capiunt curas totius orbis magnitudine ſua.

Et quis:quibus pectoribus fabricādis. Themeſe: oppidū cypri eiuſdem nominis i brutiis italiæ cō ditum ab auſoniis. a latinis tempſa dicitur:ut ſcribit Plinius Strabo utranque uocem promiſcue enunciat.quaſi neutra latina ſit.& Brutia & Cypria themeſe metalla æris habuit:quæ poſtea defecerunt.Strabo Homerum de brutia locutum refert quorundam ſententia. tanta inquit ſtatua eſt : ut omnia æra themeſea in ea fabricanda conſumpta uideantur. Orion:auis indica canora:ut ſcribit Clitarchus eiuſdem nominis:qui ex deorum urina natus dicitur:ut Ouidius in faſtis canit tranſlatus eſt in cælum cū enſe ſydus tempeſtuoſum Hyginus ex ariſtomaco.Pindaro.Heſiodo & Iſtrio fabuloſa de hoc perſequitur Strabo loci meminit in agro thebano:ubi fabula geſta dicitur.Nunc comparat Domitiani latus armatum enſe cum Orione.

Themeſe
Tempſa
Orion

Et quis ſe totis themeſe dedit hauſta metallis
It tergo demiſſa clamis.latus enſe quieto
Securum.magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hibernis & ſydera terret orion
At ſonipes habitus animoſq; imitatus equeſtris
Acrius attollit uultus.curſumq; minatur
Cui rigidis ſtant colla iubis.uiuuſq; per armos
Impetus.& tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent uacuæ pro ceſpite terræ
Aenea captiui crinem tegit ungula rheni
Nunc & adaſtreus uiſum extimuiſſet arion
Et pauet aſpiciens ledeus ab æde propinqua
Cyllarus.hic domini nunquam mutauit habenas
Perpetuis frenis atq; uni ſeruiet aſtro
Viui ſola ſufficiunt in feſſaq; pondere tanto
Subter anhelat humus.nec ferro aut ære laborant
Sub genio.teneat quamuis æterna crepido
Quæ ſuper ingeſti portaret culmina montis
Cæliferiq; attrita genu duraſſet athlantis
Nec longe traxere moræ iuuat ipſe labores
Forma dei præſens:operiq; intempta iuuentus
Miratur plus poſſe manus.ſtrepit ardua pulſu
Machina.continuis ſeptem per culmina montis
It fragor.& magnæ fingit uaga murmura romæ
Ipſe loci cuſtos.cuius ſacrata uorago
Famoſiq; lacus nomen memorabile ſeruat
Innumeros aeris ſonitus.& uerbere crudo
Vt ſenſit mugire forum.mouet horrida ſancto
Ora ſitu.meritaq; caput uenerabile quercu
Ac primum ingentes habitus.lucemq; corruſcam
Expauit maioris equi:terq; ardua merſit

Tantis calcaribus:quanta habet Domitianus. Arion adraſteus:quem Neptunnus Adraſto donauit idem dedit Iunoni Xanthum.& Cyllaron:quos illa dedit Caſtori & Polluci.Arionis meminit Papinius in thebaide & Propertius:nam inſignis fuit & formæ & celeritatis. Cyllarus:Ledeus.Hic Caſtoris equus fuit expreſſus in æde Caſtoris q̄ eſt pro roſtris.de hoc nunc intelligit.

Arion
equus
Xanthus
Cyllarus

Ab æde propinqua:ex templo Caſtoris quod propinquum eſt. Nunquam mutauit habenas : quod de Arione & Cyllaro dici non poteſt. Nam uterque uariis dominis ſeruiuit. Vni aſtro : nō duobus ſeruiet:ut Cyllarus Caſtori & Polluci. Sub genio:nam inquit libenter Domitianum:quem loci geniū : & numen putant. Aeterna crepido: ingens moles. Duraſſet athlantis: abſolute legendum : ideſt reſtitiſſet. Nec longe traxere moræ:opus laudat a celeritate:quam totam tribuit auctoritati & dignitati Domitiani. Ipſe loci cuſtos:optima poetæ diſpoſitio: qua carmen uarietate diſtinguit:nouaq; fictiōe perſonæ ſeſe erigit ſimul delectat:dum antiquitas hiſtoria repetita laudes Domitiani accumulat.Fingit enim Curtium:cuius lacus erat iuxta forum : dato ei nomine:cum ſe pro reipub.ſalute deuouit caput eduxiſſe : atque elocutum eſſe Domitianum. Lacus famoſi:nam in eo periit ciuis in fauſto auſpicio:nam famoſus in malum accipitur.nec te Iuuenalis uerſus decipiat famoſos equitum cum dictatore magiſtros. illic enī legendum eſt fumoſos : ideſt fumoſas imagines maiorum:qui magiſtri equitum dictatoreſue fuerint. Cicero quoque in Piſonem ait eum obrepſiſſe ad honores ſpecie fumoſatum mihi frui.licet aliter in commentariis noſtris in Iuuenalem ſcripſerimus. Nomen memorabile ſeruat:Lacus Curtius ad forum eſt a Curtio dictus.uel ut Procilius ſcribit:quoniam cum olim illic terra dehiſceret:& haruſpices reſpondiſſent deum manium poſcere Stulionem:ideſt uirum fortiſſimum.Curtius quidem armatus equo:ſe in uoraginem deiecit:atque ita terra hiatum obduxit:locuſque ſeruauit æternum Curtii nomen.Idem ſentit Liuius.Piſo ſcribit datum eſſe nomen a Curtio milite Tacii ſabinorum ducis:qui nonnihil in ea palude ob cœnum laborauit:dum pugnaret aduerſus Romulum.Idem Plutarchus & Dionyſius putarunt.Cornelius & Luctatius ſcribunt locum eſſe tactum fulmine:& ſeptum fuiſſe a Curtio conſule: cui Marcus genutius erat collega:atque ita manſiſſe nomen loco.Var. Merita quercu:ideſt corona ciuica quæ quercu texta eſt. ut Plutarchus in quæſtionibus diſſerit.uel quod cum ubique ea arbor reperiatur facile eſſet ramum inde decerpere ad coronam: uel ꝙ Ioui Iunoni ſacra eſt : qui cuſtodes urbium habentur: uel mos tra/

Curtius
Curtius
lacus
Stulio
Quercea
corona

ctus eſt ab archadibus:qui affinitatem quandam cum quercu habere ferebatur:quod primi hominum ex terra nati dicuntur.ut ille ſcribit.

Colla lacu trepidus.lætus mox præſide uiſo
Salue magnorum proles.genitorq́ꝫ deorum.
Auditum longe numen mihi.nunc mea fœlix
Nunc ueneranda palus:cum te prope noſſe tuumq́ꝫ
Immortale iubar uicina ſede tueri
Conceſſum ſemel auctor ego inuentorq́ꝫ ſalutis
Romule tu bella iouis:tu prælia rheni
Tu ciuile nefas.tu tardum in fœdera montem
Longo marte domas:quod ſi te noſtra tuliſſent
Sæcula tentaſſes me non audente profundos
Ire lacus.ſed roma tuas tenuiſſet habenas.
Cedat equus latiæ.quæ contra templa diones
Cæſarei ſtat ſede fori.quem traderis auſus
Pelleo liſyppe duci.mox cæſaris ora
Aurata ceruice tulit.uix lumine feſſo
Exploret.q̄ longus in hunc deſpectus ab illo.
Quis rudis uſque adeo:qui non ut uiderit ambos
Tantum dicat equos:quantum diſtare regentes
Non hoc imbriferas hiemes opus aut iouis ignem
Tergeminum:æolii non agmina carceris horret
Annorumue moras: ſtabit dum terra poluſq́ꝫ
Dum romana dies:hoc & ſub nocte ſilenti
Cum ſuperis terrena placẽt.tua turba relicto
Labetur cælo:miſcebitq́ꝫ oſcula iuxta.
Ibit in amplexus natus:fraterq́ꝫ : paterq́ꝫ
Et ſoror.una locum ceruix dabit omnibus aſtris
Vtere perpetuum populi magniq́ꝫ ſenatus
Munere:apelleæ cuperent te ſcribere ceræ
Optaſſentq́ꝫ nouo ſimilem te ponere templo

Varro.Pli.Gellius.q́ꝫ glandibus olim ueſcerentur:unde corona querna indicium erat uitæ datæ. Proles:nam Veſpaſianus pater relatus eſt in numeꝝ deorũ. Genitor:nam Domitiani filius ex Domitia: quem infantem adhuc amiſit in cælum eſt relatus. Tu bella iouis.i.tu geſſiſti bella ꝓ Ioue capitolino. nam Domitianus cũ patruo ſabino bellis uitellianis puer adhuc capitolium defendit. ut ſcribit Tacitus.Martialis. Atque ſuo geſſit pro Ioue bella puer.

Tu prelia rheni: batauos intelligit: quos:ut ante diximus domuit. Tardũ montẽ ĩ fœdera:Dacos intelligit: quos in mõtes patrios redactos:& illuc ſe tuẽtes in ditionẽ redegit diuturna obſidione.idem in thebaide.Et coniurato deiectos uertice dacos. Tu ciuile nef.bellũ item ciuile oppͤſſit Domitianus motũ a Lucio Antonio ſupioris germaniæ præſide:qđ abſẽs mira fœlicitate confecit: ut ſcri.Tranquil.in Antoniũ epigrãma extat Mar.Et ſaturninũ te miſer eſſe pudet. Me non audente:& ego nõ eſſem auſus. Cedat equus:antepõit equo cæſaris equum Domitiãi. Tranq̃l. utebatᷣ autẽ Cæſar equo inſigni pedibus ꝓpe humanis & in modũ digitoꝝ ungulis ſciſſis paulopoſt.Cuius etiã inſtar pro æde ueneris gẽitricis poſtea dicauit.Pli.

Cæſaris equus

cæſaris equus hoĩs ſimiles pedes priores habuiſſe dicitᷣ hac effigie locatus ante ædẽ ueneris genitricis. Fori cæſarei: nam ĩ foro Cæſaris ſtatua erat & tẽplũ ueneris genitricis.ſtatuam fecit Archeſilaus:quam feſtinatione dedicãdi reliq̃t imperfectã.

Liſyppus

Liſyppe:Liſyppus nobilitatur tibicina temulẽta quã expͤſſit. hic fecit ſexcẽta & decẽ opera ſtatuaria Alexandrũ magnũ multis opibus effinxit a pueritia eius orſus quadrigas itẽ multorum geneꝝ:uult igitᷣ Papi.uideri Liſyppum pͤſtantiſſimũ ſtatuariũ:a quo ſolo Alexãder opera ſua ſculpi uoluit : ut ait Pli.huius equi cæſarei fuiſſe opificem.

In hũc:Cæſarẽ. Ab illo:Domitiano.

Pella

Peleo duci:Alexandro a pella metropoli macedonũ eius patria ubi receſebãtur milites & alebantᷣ eq.Stra.auctor pelleũ ducẽ appellat ẽt Philippũ eius patrẽ.Luca. Pelleũ alexãdrinũ dixit.Martia.ab Alexãdria:quã Alexã.ĩ ægypto ædificauit. Dũ ro.di.dũ fœlicitas imperii Ro. uigebit.

Sub nocte ſilenti:euerſo etiã ĩperio manebit. Cũ ſuperis terrena placent.i.cum dii te uocabunt in cælum. Tua turba:multitudo tuorũ. Labetur:accurret. Relicto cælo:ideſt pte cæli ſibi aſſignata. Natus:quem infantẽ adhuc amiſit:ut refert Tranquil.de quo Mar.Cæſaris has pueri ſuſpicor eſſe niues.

Veſpaſianus
Titus
Domitianus
Domicilla
Apelles
Phidias

Fraterq́ꝫ:Titus. Et ſoror:Domicilla.nã Veſpaſianus Flauiã Domicillã duxit uxorem: ex qua liberos tulit Titum.Domitianũ:ac Domicillam.uxori & filiæ ſuperſtes fuit. Priuatuſq́ꝫ adhuc utranq́ꝫ amiſit.

Munere:populi & ſenatus:nam ſenatuſconſulto hæc ſtatua fuerat ei decreta. Apeleæ:cerae. Cuperer:inquit apelles habuiſſe tã glorioſũ artis argumentũ.Apelles centeſima & duodecima Olympiade ĩ pictura adeo profectus eſt:ut plura ſolus ꝓpe quam cæteri omnes contulerint uoluminibus æditis : q̃ doctrinam eam continent ſimplicitate formæ exprimenda in primis claruit. de quo Prop.Qualis apelleis eſt color in tabulis. Atticus ſenior:fidias Atheniẽſis ſimulacro Iouis olympii ex ebore effícto . perpetua nobilitate claruit inuidia:quam familiaritate periclis contraxit. tandem in carcerem coniectus: mortuus ẽ.Pli.fidiã clariſſimũ.Ecce p oẽs gẽtes q̃ Iouis olympii famã ĩtelligũt.Nemo dubitat.alibi.ante. oẽs tũ fidias Atheniẽſis Ioue olympio facto ex eboꝛ:ſtatuã:cũ dicaretᷣ Iup. fulmĩe ꝓſtrauit:ut ſcri.Pauſa.

Senior:nam fuit alter fidias pictor & iunior. Iouis elæi:ideſt olympii:nam elis iuxta olympium tem plum eſt i pelopõeſſo:locus autem ubi ludi cælebrantur olympia dicebatur: nõ olympus mõs: nam olympus tamen procul abeſt:neꝗ in monte ii ludi agebantur. Contempto phœbo :cõtempta ſtatua & coloſſo phœbi.nam rhodi ſtatuam & coloſſum ſolis habebant ſeptuaginta cubitorum altitudinis: quam fecit Cares lyndius.Liſyppi diſcipulus:ea proſtrata eſt poſt.lyi.annum. Rhodos aſpera:ob ſitũ. Certus:fauens & inconcuſſus qua ultima obteſtatione ſeruiliter imperatori blanditur & uotũ facit. olympia rhodius Coloſſus

Atticus elæi ſenior iouis:& tua mitis
Ora tonans.tua ſydereas imitantia flammas
Lumina contẽpto mallet rhodos aſpera phœbo
Certus ames terras:& quæ tibi templa dicamus
Ipſe colas. nec te cœli iuuet aula.tuoſꝗ:
Lætus huic dono uideas dare thura nepotes.

Epithalamion ſtellæ & uiolantillæ.

VNde ſacro latii ſonuerũt carine mõtes
Cui pæã noua plectra moues.hũeroꝗ comanti:
Facũdũ ſuſpẽdis ebur ꝓcul ecce canoro
Demigrant heliconæ deæ: quatiuntꝗ nouena
Lampade ſolemne thalamis coeuntibus ignem
Et de pieriis uocalem fontibus undam.
Quas inter uultu petulans elegia propinquat.
Celſior aſſueto.diuaſꝗ hortatur & ambit
Alternum factura pedem decimamꝗ uideri
Se cupit.& medias fallit permixta ſorores
Ipſa manu nuptam genitrix æneia ducit
Lumine demiſſam.& dulci probitate rubentem
Ipſa thoros & ſacra parat cœtuꝗ latino
Diſſimulata deam.crimen uultumꝗ genaſꝗ
Temperat:atꝗ noua geſtit minor ire marita.
Noſco diem cauſaſꝗ ſacri te concinit iſte
Pande fores.te ſtella chorus.tibi phœbus & euhan
Et de menalia uolucer tegeaticus umbra
Serta ferunt.nec blandus amor.nec gratia ceſſat.
Amplexum niueos optatæ coniugis artus

Domitius Auguſtino.

APollo:ſi memoria teneo Auguſtine carmen nuptiale primus cecinit:qđ quidem maiores tradiderit cum Tethis Peleo nupſit: futuramꝗ prædixit & promiſit fœlicitatem.qđ Thethis apđ Aeſchilũ poetam multis uerſibus conqueritur:uociferaturꝗ Achillẽ interiiſſe opera Apollinis: qui nuptialibus auſpiciis læta omnia i epithalamiõ cecinerat:quam particulã Plato i libris quos de repu.edidit:dum iſtituit ciues recitauit ξυμπαντα τειπουθειο ιλειστεμασ τυκασ ται αγειτευ χημησευ αυθομωγ ευεκαι το οιβου θειονα ψευδεσστοναπιζον ειρᾶι μαρτικη βρουντεχρη οδαυτοσ υμρων αντος εν θοιρη παρων αυτοσ ταδει πων αυτοσ εστιρο κτανον τον παι δατοηξμον. Inde receptum eſt ut nuptiarum initia & ſacra fœliciſſimis quibuſꝗ uerbis excolamus:ubi oĩa læta ſint oportet. carmen figuris luxuriet ſecuritate liberũ euagetur:nouis inuentionibus ſeſe concinnet:diſponatꝗ flores uerboꝝ: inſerta ſponſalia.Hinc hilaritate geſtiens Papinius congratulanſꝗ fœlicitati ſtellæ poetæ amiciſſimi:cui uiolantilla neapolitana uidua altero uiro extincto & longis curis optatiſſima coniunx data erat furore quodã poetico attonitus: & ſeſe ad muſarũ numinũꝗ colloquia attollens fingit audiuiſſe nouos concẽtus uidereꝗ Apollinẽ cõptum parata cythara ad carmen & aduentantes muſas ex parnaſo.non enim oportuit in tãtas ſtellæ uatis gaudio uel muſas eius ꝑſides ceſſare:uel Papiniũ uulgare emittere carmen ꝓ poeta amiciſſimo:q̃ſi ergo excitatus quodã cõcentu ita orditur. Carmen nuptiale

Latii mõtes:Septẽ colles urbis. Vnde:q̃ ex cã. Cui:i cuius gr̃am. Moues:meditaris. Facũdũ eb.uocalẽ citharã.Solẽnẽ ig.debitũ & celebratũ:nã nouæ nuptæ puer patrimus & m̃rimus facẽ ꝑferebãt ex ſpĩa alba:ut Pli.& Fe.ſcri.duo itẽ pueri p̃rimi & m̃rimi nouã nuptã tenebãt. Elegia:hoc i gr̃am ſtellæ ait:q eo poematis genere claruit. Fallit me.ſo.nã accipit̃ ab illis:& ex ipis unã ſe ꝑſtat. Genetrix æne.ue.nã fauore ueneris hæ nuptiæ celebratæ ſũt: ut ẽt Mar.quodã epigrãmate ſcri. Tẽpat cri.i.moderat̃ diuinitati ſuoꝝ criniũ:ne pulchriores ſint crinibus uiolãtillæ. Geſtit:gaudet ire. Minor: iferiore forma & pulchritudie. Noua ma.noua nupta uiolãtilla. Noſco di.q̃ſi reſipiſcẽs ex furore Papi.& ueritatẽ itelligẽs epithalamiõ ordit̃. Te:chorus deoꝝ quos uideo. Volucer tege.Mercu.q & uolucer eſt talaribus ſuis & arcas.nã i arcadia ẽ natus Tegea arcadiæ oppidũ:unde & Tegeæũ Virgi.deduxit: & Tegeaticus dr̃.oppidi meminerũt Strabo & Pli.interſũt aũt his nuptiis Bacchus Phœbus & Mercuri.q poetices eloquẽtiæꝗ ꝑſides ſũt. Nec gr̃a ceſſat:adſunt itẽ gr̃æ q̃ tres dicũt̃ Veneris comites.Euphroſinæ.Thalia & aglaia Iouis & eurymomes filiæ Boetii aiũt etheoclẽ primũ gratiis ſacra iſtituiſſe i Orchomeno:cuius rei meminerũt Stra.& Pauſa.noĩa ab illo ipoſita nõ tenẽt memoria.Tres tñ fuiſſe affirmãt apud Lacedæmonios uero duæ tãtũ erãt.Athenieſes auxohegemoniã thalamo cũ pãdroſo ꝓ gratiis coluerunt.Pamphos poeta:qui ante Homeri tempora cenſetur:primus in gratias carmen edidit. Homerus unam tantum gratiam putauit uxorem Vulcani:Antimachus eas ſolis & ægles filias dixit.

Nuptarũ mos

Tegea Tegeæus tegeaticus

gratiætres

Parcarũ fila

Violantilla Ianthis

Et obſtas ab uultibus dominæ:tu inquit amplexus uiolantillam obicis te roſis & floribus qui iaciunt ne niueos dominæ uultus offendant. Dies conditus albo uellere:fœlix:nam parcæ nere dicuntur alba uelera fœlicibus:nigra infœlicibus:ſed de hoc plura in cõmentariis Martialis diximus. Seneca de Nerone. Aurea formoſo deſcendunt pollice fila. Violantillæ:Martialis hanc græce appellauit iãthida ab ιον quod ſignificat uiolam:& ανθοσ florem:unde uiolantilla & ianthis idem eſt. Mendaces aſtus:magicæ artes:quibus amantes ſolent uti. Adhuc optas:tanq̃ indigeas. Vota paues:times tanq̃ ſis carituris promiſſis. Digna quidem merces: & ſi diu inquit laboraſti: tamẽ premiũ habes par laboribus tuis:immo maius nam propter hanc non fuiſſet recuſandum ſubire labores herculeos:& inferos adire uel nauigare per cyaneos ſcopulos:per quos nauigauit Iaſon cũ Medeam rapuit in ponto. Oenomai: propter hanc inquit non fuiſſet recuſandũ certamẽ propoſitum ab Oenomao: nã Oenomaus martis & æginæ:ut alii eſteropes filius Piſæ & Elidis tyrannus ĩ Peloponeſſo cum unicam haberet filiã Hippodamiam : audiſſetq; ex oraculo ſe moriturum cum nuberet fretus duorum equorum celeritate pſillæ & harpinæ:quos habebat:certamẽ procis ꝓpoſuit.id erat eiuſmodi.ſtadium a Piſa ad aram neptũni in iſthmum uſq; patebat ipſe arietem Ioui imolabat. Interea inibat curſum qui petebat: peractis ſacris Oenomaus currentem inſequebatur:myrcilo aurigante:quem cum erat conſecutus haſta cædebat ad necẽ. marmacas:ut ſcribit Pauſãias.primus ĩ certamen deſcendit.Pelops e phrygia ueniens Oenomaũ ſuperauit corrupto myrtilo abduxitq; puellam.is eſt qui:ut ſcribit Thucydides magnitudine opum: quas e phrygia attulerat deuixit ſibi peloponeſſi incolas:qui Paupes erãt: atq; ita inſulam occupauit.hæc ex Diodoro Lycophrone.& illius interprete Pauſaniaq; accæpimus. Piſea lege:Conditione propoſita ab oenomao ad piſam.

Oenomaꝯ

Trementem:nam uictus necabatur.

Hæc dona forent:nec ſi ĩquit alter paris fuiſſes talem eſſes nactus mulierem atque ita anteponit uiolantillam Helenæ. Hæc talia:quale eſt Violãtilla: nec inquit ſe aurora te amaſſet ut amauit Cephalum eam pulchrã haberes:quaſi dicat pulchrior eſt Violantilla aurora.

Alma titonia:Aurora uxor Titonii: q̃ capta amore Cephali eum rapuit. Ouidius.Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris in uitumque rapit. Sed quæ cauſa: exordium eſt epitalamii:quo carmen uarietate quadam aſperſurus noua excitat inuentione. Multa uirga:a multis lictoribus magiſtratuum qui conueniunt ad nuptias:nam lictores accedente magiſtratu domum alicuius: uirgis quas geſtabant pulſabant fores.Liuius.Forte accidit ut lictores Sulpitii eis e foro in domum ſe reciperet fores ut mos eſt uirga percuteret.Et Plinius in ſeptimo ſcribit Pompeium uetuiſſe lictorem pulſare fores poſtidonio de more. Forte ſerenati:narrationis quæ tota ficta eſt initium:in q̃ iure quodam poetico euagatur & fabulam producit. Plaga lactea:in ſyderibus circulus quidam oſtenditur cãdido colore:quem quidam lacteum dixerunt.ſiue ut Demoſthenes ſcribit:quoniam Iuno cum inſcia Mercurio mammam infanti præbuiſſet:tandemque reſciſſet eum eſſe filium Maiæ reiecit:& profuſi lactis ſplendor inter ſydera eſt.Alii ſcribunt id eueniſſe Herculi cum Iunoni dormienti ſuppoſitus eẽt & tandem reiectus.Alii Herculem nimium lactis hauſiſſe ex mamma Iunonis:nec totum potuiſſe cõ

Floribus innumeris:& olenti ſpargere tymbra.
Tu modo fronte roſas mollis:modo lilia mixta
Excipis:& dominæ niueis a uultibus obſtas
Ergo dies aderat parcarum conditus albo
Vellere:quo ſtellæ uiolantillæq; profeſſus
Clamaretur hymen.cedant curæq; metuſq;
Ceſſent mendaces obliqui carminis aſtus.
Fama tace.ſubiit leges & frena momordit
Ille ſalutis amor.conſumpta eſt fabula uulgi.
Et narrata diu uiderunt oſcula ciues
Tu tamen attonitus q̃uis data copia tantæ
Noctis adhuc optas.promiſſaq; numine dextro
Vota paues.pone o dulcis ſuſpiria uates.
Pone.tua eſt.licet expoſitum per limen aperto
Ire redire gradu.iam nuſq̃ ianitor aut lex
Aut pudor amplexu tandem ſatiare potito
Contigit & duras pariter reminiſcere noctes
Digna quidem merces & ſi tibi iuno labores
Herculeos.ſtigiis & ſi concurrere monſtris
Fata darent:ſi cyaneos raperere per æſtus
Hanc propter tutum piſea lege trementem
Currere:& oenomai fremitus audire ſequentis.
Nec ſi dardania paſtor temerarius ida
Veniſſes:hæc dona forent:nec ſi alma per auras
Te potius prenſa ueheret titonia biga.
Sedq; cauſa thoros inopinaq; gaudia uati
Attulit:hic mecum dum feruent agmine poſtes
Atriaq;.& multa pulſantur limina uirga
Hic erato iocunda doce.uacat apta mouere
Colloquia:& docti norunt audire penates
Forte ſerenati qua ſtat plaga lactea cæli.
Alma uenus thalamo pulſa modo nocte iacebat

tinere ſed profuſi colorem eſſe iter ſydera.alii opem id lac fudiſſe dicunt:cum pro Ioue quem uolebat cælare:ſaxum Staturno oſtenderet:ſimulans eſſe filium natum.& Saturnus iuſſiſſet ut ei præberet lac: quod ſaxo non ſiccante eſt effuſum. Nondum animis ipſi:nondum ei erat certum conſilium quid eſſet actura. Scis ut mater:Oratio cupidinis ad Venerem:cuius initio beniuolentiam captat:cum ſuā in eam pietatem commemorat:& officia mox narrat. Nulla militia:nuſq̄ inquit fruſtra laboraui : cū aliquem oppugnaui ad amorem. Dediſti:uulnerandum & incendendum amore. Quondam : aliquando.

Amplexu duro getici reſoluta mariti
Fulcra thoroſq; deæ tenerum premit agmē amorū
Signa petunt:quas ferre faces.quæ pectora figi
Imperet.an terris ſæuire.an malit in undis
An miſcere deos.an adhuc uexare tonantem.
Ipſi animus nondum.nec cordi fixa uoluntas
Feſſa iacet ſtratis.ubi condam conſcia culpæ
Lemina repſerunt.deprehenſo uincula lecto
Hic puer e turba uolucrum.cui plurimus ignis
Ore manuq; leui nunq̄ fruſtrata ſagitta
Agmine de medio:tenera ſic dulce profatus
Voce pharetrati preſſere ſilentia fratres.
Scis ut mater ait nulla mihi dextera ſegnis
Militia quecunque hominum diuumq; dediſti
Vritur.at quondam lachrymis & ſupplice dextra.
Et uotis precibuſq; uirum concede moueri
O genitrix:duro nec enim ex adamante creati
Sed tua turba ſumus:clarus de gente latina
Eſt iuuenis:quem patritiis maioribus ortum
Nobilitas gauiſa tulit:præſagaq; formæ
Protinus e noſtro poſuit cognomina cælo
Hunc egomet tota.quondam tibi dulce pharetra
Improbus & denſa trepidantem cuſpide fixi
Q uamuis auſoniis multum gener ille petitus
Matribus edomuī uictum dominæq; potentis
Ferre iugum.& longos iuſſi ſperare per annos.
Aſt illam ſūmam leuiter ſic namq; iubebas
Lampade.parcentes.& inermi ſtrinximus arcu.
Ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes
Teſtis ego attonitus.quantum me nocte dieq;
Vrgentem ferat.haud ulli uehementior unquam
Incubui genitrix.iterataq; uulnera fixi
Vidi ego.& immiti cupidum decurrere campo
Hippomenem.nec ſic meta pallebat in ipſa
Vidi & abideni iuuenis certantia remis
Brachia laudauiq; manus:& ſæpe natanti
Præluſi:minor ille color:quo ſæua tepebant
Aequora:tu ueteres iuuenis trangreſſus amores

Adamante: Adamas notiſſimæ duritiei duarum uiolantiſſimæ naturæ rerum:ignis ferrique contemptor hircino rumpitur ſanguie & calido : cū magnete certat : cui ſi admotus fuerit ferrum trahi non permittit.Plinius auctor. E noſtro cælo:appellauit ſtellam & ita iam eū laudauit ſa nobilitate & forma:quorum alterum inter bona corporis numeratur:alterum inter externa. Adamas

Protinus:non tamen ſtatim nomen infanti dabatur:ſed nono die maribus. Nomina octauo fœminis.Macrobius.Eſt etiam quando nondina Romanorum dea a nono die Nondina naſcētium qui luſtricus dicitur. Eſt aūt Luſtrius luſtricus dies quo infantes luſtrātur & dies nomen accipiūt:ſed is maribus nonus. Octauus autem fœminis. Quondam tibi dulce:quod tibi olim iocundū erat: ita enim uolebas. Arcu:inermi:percuſſimus inquit leuiter & parce. Patritiis: Patritii appellati ſunt :qui genus duxerāt a patribus:quos Romulus elegerat: Patritii eiuſdem ante erant conditiones Athenis:quos appellabant απατριδασ : ut ſcr.Diony.Alicarnaſſeus:q ſ'etit Romulū exēplo athenienſiū remp.inſtituiſſe.

Hippomenem:per cōparationē ignes Hippopoſtellæ amplificat.Hippomenes megare menes us captus forma Atlātæ filiæ Echinei:q̄ cum procis curſu certabat:ea lege ut ui Atalanta cti necarentur uictori ipſa nuberet. In certamen deſcendit:tribuſque malis aureis quæ Venus dedit ī ſtadio effuſis puellæ curſum retardauit:quæ & ipſa a tā formoſo uinci cupiebat:ſed immemor beneficii & Veneris oblitus pœnas dedit.Nam amoris impatiens Atlantam in templo Cybelis cōpreſſit:ob quā impietatem ira numinum uterque in leonem uerſus eſt. Iuuenis abideni leandri:nam Abidos & Seſtos oppida ſunt ad hoſtia heleſponti utroque littore ad Abidos ſtadia triginta inter ſe diſtant. a portu ī Seſtos portum pontis locus eſt Paulum ab urbibus digredienti ad Seſton locus quidem apobathra dictus : ad quem ratis Apobraiuncta fuit.abydum mileſii condidere thra gyge lydorum rege permittente. Theopompus ait ſeſton paruam eſſe:ſed munitam.Leander uero ſeſtiacam amans Leander ex abydo noctu natabat in ulteriorem ripam pro ferente illa ex turri lumen: tempeſtate deprehenſus periit:utrunque pinxit appelles nobili gloria: apud Seſton inſignis tumulus erat Iouis & uirginis:ubi aquila quæ a uirgine educata uiuam coluerunt in mortuæ rogum ſe cōiecit.

Ipſe ego te tantos ſtupui ſupereſſe per æſtus
Firmauitq animos:blandiſq madentia plumis
Lumina deterſi:quotiens mihi queſtus apollo
Sic uatem mœrere ſuum:iam mater amatos
Indulge thalamos.noſter comes ille priuſq
Signifer armiferos poterat memorare labores
Claraq facta uirum & torrentes ſanguine campos:
Hic tibi plectra dedit mitiſq incedere uates
Maluit.& noſtra laurum ſubtexere myrtho.
Hic iuuenum lapſus,ſuaq aut extrema reuoluit
Vulnera.pro quanta eſt paphii reuerentia mater
Numinis hic noſtræ defleuit fata columbæ
Dixerat.& teneræ matris ceruice pependit
Blandus & admotis tepefecit pectora pennis.
Illa refert uultu non aſpernata rogari
Grande quidem ratumq uiris.quos ipſa probaui.
Pierius uotum iuuenis cupit.hanc ego formæ
Aegregium mirata decus.cui gloria patrum
Et generis certabat honos.tellure cadentem
Excepi,fouiq ſinu nec colla genaſq
Comere.nec pingui crinem deducere amomo.
Ceſſauit mea nate manus.mihi dulcis imago
Proſiluit.celſæ procul aſpice frontis honores.
Suggeſtumq.comæ.latias metire quid ultra
Emineat matres.quantum latonia nymphas
Virgo premit quantumq egomet nereidas exto
Hæc & cæruleis mecum conſurgere digna.
Fluctibus & noſtra potuit conſidere concha.
Et ſi flammiferas potuiſſet ſcandere ſedes
Haſq intrare domos;ipſi erraretis amores.
Huic quamuis cenſus dederim largita beatos
Vincit opes animo:queritur iam ſeras auaros
Auguſtum ſpoliare nemus:clymenaq deeſſe

Vatem ſuum:ſuæ tutelæ. Sic mœrere;ſic angi. Labores armiferos:bella & arma poterat inquit he
roico carmine omiſſis amoribus geſta ſcribere.Sed tamen maluit in elegia uerſari quæ tua eſt. Mitis:
Myrthus
remiſſiore carmine & ſtilo. Subtexere laurum myrtho Antepoſuit inquit Myrthum & elegiacū car/
men:quod ueneris eſt lauro & grauiori ſtilo.nam mirthus eſt dicata ueneri;idcirco electa eſt pro uer/
bena in coniunctione Sabinorꝝ & Romanorum. quoniam: ut ſcribit Plinius:coniunctioni & huic ar/
bori præeſt uenus:quin & ará uetus fuit ueneri myrthæ:quam poſtea murthiā dixerūt.Liuius ad mur/
thiæ deæ ſedes,Plutarchus in quæſtio/
nibus καὶ γαρηνητῆυρκίανα ροδὶ τη/
καλεῦσι μυρτίασ τοπαλαιον ωσ οἰ/
Murtina Venus
κεν ωνομαζον. Lapſus: in amorem.
Vulnera:gemitus amantiū. Noſtræ
colūbæ:argute ſcribit pietatē in uenerē
qꝰ ſtella ob amorem tātum egerat. Nā
carmine defleuit colūbam mortuā quā
in delitiis habebat uiolantilla:ea aūt eſt
Veneris auis:& Catullus paſſerem Le/
ſbiæ.Martialis.Stellæ delitiū mei colū/
ba.Verona licet audiente dicā uicit ma/
xime paſſerem Catulli iſcriptio operis
erat:columba. Tepefecit pectora:tanta
inquit uis cupidinis erat:ut pectora etiā
ueneris tepefecerit. Non aſpernata ro/
gari:innuens ſe non inuitam audiuiſſe
preces:quo uerbo iam aſſenſionem ue/
neris futuram demonſtrat. Grāde no
tum:grande munus.Idem Marti. Per/
petuam ſtellæ dum iungit ianthida ua
ti,Læta uenus:dixit:plus dare non po/
tui. Pierius iuuenis:ſtella poeta. Cui:
ideſt cum qua forma incertum inquit
eſt maior ne ſit laus formæ in ea an no/
bilitatis;nā utrunq eſt ſummū. Amo
mum:aſſyrium eſt,naſcitur etiam in ar
meniæ parte ocene media ponto. Inter
unguenta crinibus adoptat. Proſiluit:
excreuit. Suggeſtū:globū. Metire:cō
ſidera. Conſurgere digna:nam Venus
ex ſpuma maris nata concha i littus de
Conchæ Veneris
lata dicitur;unde conchæ Veneri dica/
tæ ſunt & Venereæ dicuntur,Properti/
us.Et uenit e rubro concha erycina ma
ri.Martialis. Leuior o conchis galle cy
theriacis,Eadem ratione Iulius Cæſar
Veneri genitrici dicauit toracem quam
exbritannicis margaritis factum uoluit
intelligi;& duæ conchæ quæ nauem a
Periandro miſſam ut nobiles pueri ca/
ſtrarentur retinuerunt in ueneris gni/
Veneres quattuor
diæ templo colebantur.Quattuor autē
ueneres coluit antiquitas: ut Cicero in
natura deorum docet. quarum ſecūda
ex ſpuma procreata fertur ſecūdum cu
pidinem ex Mercurio peperiſſe digna inqt erat uiolantilla meis natalibus;non enim eſt me inferior for
ma. Ipſi:ideſt ad ipſius iuſſa. Erraretis:ei pararetis:non mihi. Huic;laudat eam a magnitudine
animi. Vincit opes animo;non eſt inquit contenta opibus quas habet animi magnificentia. Que/
ritur iam ſeras:auaros conqueritut ſeras eſſe auaros in depectendis lanis e ſiluis ſuis:quas:ut putat:pau/
Seres
cas mittunt.Seres populi qui in cognitionem uenerunt Romanorum opera liberti.An.plocani: qui cū
uectigal maris rubri pro domino exigeret:uentis præter carmaniam ad Hyppuron delatus effecit: ut
Rex a quo ſuſceptus fuerat hoſpitio miſerit legatos Romam:qui docuerunt ſeras populos eſſe qui ar/
bores haberent:unde canitiem frondium aqua perfuſa depecterent ea fila redordiebantur a mulieri/
bus Romanis:indeque fiebant tenuiſſimæ matronarum ueſtes:ſeres ea lingua dicuntur ſiluarum no/
biles Virg.Velleraque ut foliis depectant tenuia ſeres. Auguſtum nemus;ſacꝝ nouo & inſolito fœtu.

Germina Clymenea.Succina quæ dicuntur fluere lachrymis ſororum phaetontis quæ dicuntur ſo Succina
lis filiæ & Clymenes.Nam hæc in delitiis matronarum habebantur eadem pene auctoritate:qua gem/
mæ:ut ſcribit Plinius.Ouidius.De ramis electra nouis quæ lucidus annis excipit:& nuribus mittit ge/ Electra
ſtanda latinis.Diodorus inſulam in Scythia refert ſupra galliam in oceano: quo tempeſtas plurimum
electrum eiiciat nuſq̃ alibi reperrum:Plinius fabuloſiora de lectro multis uerſibus inſectaẽ ηλεντρών
ſol dicitur per epitheton:a cuius lucis ſimilitudine electrum eſt appellatum.Electrum item aurum eſt Electrum

Germina:nec uirides ſatis illachrymare ſorores
Vellera ſydonio iam pauca rubeſcere tabo
Raraq; longeuis niuibus cryſtalla gelari.
Huic hermum fuluoq; tagum decurrere limo.
Nec ſatis ad cultus.huic inda monilia glaucum
Proteaq; atq; omnem nereida quærere iuſſi.
Hanc ſi theſſallicos uidiſſes phœbe per agros
Erraret daphne ſecura:in littore naxi
Theſeum iuxta foret hæc conſpecta cubile
Gnoſida deſertam profugus liquiſſet & euhan
Quod niſi me longis placaſſet iuno querelis
Falſas huic pennas:& cornua ſumeret æthræ.
Rector in hanc uero cecidiſſet iuppiter auro
Sed dabitur iuueni.cui tu mea ſumma poteſtas
Nate cupis.thalami q̃uis iuga ferre ſecundi
Sede neget mœrens.ipſum iam cedere ſenſi
Inq; uicẽ tepuiſſe uiro.ſic fata leuauit
Sydereos artus.thalamiq; egreſſa ſuperbum
Limen.amicleos ad frena citauit olores
Iungit amor:lætamq; uehens per nubila matrem.
Germano themone ſedet.iam tybridis arces
Illiacæ pandit nitidos domus alta penates.
Claraq; gaudentes plauſerunt limina cycni

quinta parte argenti:nam ſi excutitur i
cudibus non reſiſtit. Homerus ſcribit
Menelai reginam auro.electro.argento
ebore fulſiſſe. Helena calicẽ ex electro
Mineruæ ſacrauit mammæ ſuæ men/
ſura.Denique phiale ex hac materia fie/
bant:ut apđ Iuuenalem docuimus. In/
da monilia:ideſt margaritis idicis: quæ
in maris fundo ab urinantibus perqui/
runtur:ex mari indico precioſiores : ut
ſcribit Plinius. Sorores uirides:ſoro/
res phaetontis uerſas in populos. Cry/ Cryſtallus
ſtalla gelari:nam cryſtalla maximi lu/
xus apud Romanos:non niſi ubi maxi
mæ hibernæ niues rigent glacieſque re
periuntur:ut ſcribit Plinius:unde græ/
ci nomen dederunt.Nam κρυον ſigni/
ficat gelu.de hoc plura apud Plinium li
bro.xxxvi.naturalis hiſtoriæ. Solinus
quædam aliter ſcribit de eodem. Pro/ Proteus
tea:proteus Idotheæ pater:cuius puellæ Idothea
cõſilio Menelaus:ut apud Home.refert
deum lubricũ: & ſe i uarias formas uer
rentem uinculis detinuit:& dare oracu
lum coegit.Erat enim uates.Diodorus
uero eum ægypti regem fuiſſe ſcribit:q
quoniam omnium artiũ erat peritiſſi/
mus & aſtrologiæ:dictus eſt in uarias
ſe formas uertere.ad hũc nauigauit Pa/
ris rapta Helena:ut ſcribit Herodotus :
ut fabulæ ferunt:tenuit palenẽ Macedo Palene
niæ. Deinde Carpatõ inſulã maris ægy
ptii,Sylius finxit eum tenuiſſe capreas
cãpaniæ apđ Lycophronẽ.Præterea inuenio Proteũ palenẽ macedõiæ habitaſſe.cũ Telegeno & Tilo fi/ Thelege/
liis:q quoniã hoſpites paleſtra ſupatos necabãt pr̃ filiorꝫ ipietate offenſus a neptũno pr̃e ipetrauit ut in nus
ægyptũ duceretẽ:qđ ille cõceſſit factis antris i fundo maris:qbus illuc cõmearet.filii ab Her.ſublati ſunt. Tylus

Hanc ſi:magnũ teſtimoniũ de formá Violátillæ ex Veneris pſona:q̃ hác Daphnæ anteponit:Si inqt ui
diſſes hác o Phœbe neglexiſſes. Daphné:hæc filia penei fluuii fuit.ex græcis tamẽ nõnulli & Papi.i the/ Daphne
baide ſcribunt eá fuiſſe filiã Ladonis:ut uero Parthenius ſcribit eo libro:quẽ de amátibus cõpoſuit Am
cleſi fuit filia.quam ne per uim Apollo ſtupraret Iuppiter in laurum arborem conuertit. In littore na/
xi:Coniunge hoc cum ſequenti uerſu:& ſi inquit in littore naxi hæc conſpecta fuiſſet Bacchus & The/
ſeus ariadnẽ cõtempſiſſent.Naxos iſula antea Dia dicta eſt.& Strabo cum de Naxo mentionẽ facit Diã Naxos
ait.Idem tradit Diodorus ex quo deprauatam dictionem apud Ouidium:nam chion.pro Dia illic nõ/ Dia
nulli ſcripſerũt:& uerſum illũ emẽdauimus.qua breuis equoreis Dia feritur aquis cũ antea perperam
legeretẽ India fertẽ aquis. Gnoſida:Ariadnẽ filiã Minois.Gnoſii.i.cretenſis:nã Gnoſos minois regia fuit Gnoſos
ab eodẽ cõdita:ut ſcri.Stra.& Diodo. Quod niſi:niſi inqt Iuno rogaſſet ne hoc pmitterẽ rector æthræ
Iup.iduiſſet falſas pẽnas:& feciſſet ſe auẽ ꝓ hac ut ꝓ leda uerſus ẽ i cycnũ:& taurꝫ ſe effinxiſſet: ut ꝓ eu/
ropa aut manaſſet aurꝫ ut fluxit i ſinũ danaes. Huic i gra.huius uiolátillæ. Iuuẽi:ſtellæ. Dabitẽ:cui da
ri uis o cupido q̃ uenuſte amorẽ uiolátillæ & ſtellæ poetæ ꝓfiteẽ:cũ i cupidinis gr̃a nuptias cælebrari fin
git. Talami ſecun.nã Violátilla uidua erat Gorgophone Perſei filia.ut ſcri.Pauſa.mortuo priorẽ cõiuge
Aeoli filio:nupſit Oebalo:Inde ſecũda mr̃imonia uſurpari cœpũt:antea icognita.Culpa.n.uideẽ & pu/ Gorgo/
doris cõtẽptus ſecũdo nubere.Indeq; nõ nubebãt uiduæ coronabátur mortuæ,ut uirgines: qđ Valeri. phone
ſcri.& Dido ſecũdas nuptias culpá appellat. Tepuiſſe iuicé.i.uiciſſim.pudorẽ aũt inuit Violátillæ:q̃ ar/
dẽte ſtella iádiu uiæ tádẽ tepuit. Amicleos ol.biga ueneris duobus oloribus trahiẽ:quos amicleos ppe Amyclæ
tuo epiteto appellarũt poetæ:ex quo Iup.ſub forma cycni cũ Læda cõcubuit.Nã amiclæ oppidum laco/
niæ pr̃ia Helenæ Caſtoris & pollucis. Nit.pe.uiolátillæ q altitudie ſua erát tãq̃ mœnia & arces tybridis.

Digna deæ:conueniens ueneri. Nec ſordet a nitidis aſtris:nec contēnitur a Venere quæ in aſtris eſſe
ſolet;non enim uidetur hæc inferior ſede cæleſti. Hic libycus:Marmora diu ignota fuerunt:& ex his
columnæ tantum in templis deorum non luxus ſed roboris cauſa ponebantur:mox in priuatas ædes
luxus recepit. Libycus;numidicum marmor intelligit qđ ex numidia libyæ.M.Lepidus primus om/
Sinada nium oſtēdit Romæ limina domus ex eo faciendo? Phrygius:Marmor ſinadicū intelligit.Nam ſina/
Docima da Phrygiæ oppidū ad.lx.ſtadia proximū habet uicum Docimā ubi marmor ſodiebatur ꝙ incolæ do/
cimitē uel Docimeum.Romani ſinadi
cum appellarūt:ex quo columnæ fiebāt
ingētes:colore alabaſtrite ſimiles. Sa/
xa laconū:marmor laconū ꝓcioſiſſimū
ut ſcribit Plinius uiride cūctis hilarius.
Onyx Onyx;Marmor quod onychitem uo
cat Plinius in Arabiæ montibus nec uſ
quā alibi id naſci putauerūt antiqui co/
lorem unguis habet:unde nomen acci/
pitur.nam ονυξ ſignificat unguē. Fle
xum:dixit quoniam in uaria opera fle/
ctebatur:uaſa ſcilicet potoria pedes le/
ctorum:ſellaſq; ut nepos tradit:magno
fuit miraculo cum.P. Lentulus ſpinter
amphoras ex eo & urceos oſtēdit cado/
rum magnitudine. Calliſtus Libertus
Claudii triginta colūnas ī ſæna ſua inde
oſtendit. Vena cōcolor mari:Porphy/
ritem notat:nam mare purpureum di/
Porphyri/tes citur ab Homero & Virgilio:& Por/
phyrites marmor colore purpure no/
men accepit.Plinius.Rubet Porphyri/
tes in Aegypto. Rupeſq;: ex ſuperiore
pendet.nam rurſus Porphyritem intel
ligit.cuius colorem aptius deſignat : cū
ait purpuram eo uinci. Quis:iuxta q̄
Purpura marmora. Purpura oebalis:Lacedæ/
monia; nam purpura getulica.Lacedæ/
monia.Tyria apud antiquos cōmemo/
ratur. Liuet:uidetur habere colorem
Liuidiū adeo ſuperat̄. Moderator:mu
rex unde tingit̄ purpura tyria. Pēdēt:
Laquearia porticū deſignat. Robora:laq̄aria inq̄t
Pli.nunc & in priuatis domibus auro te
guntur:poſt Carthaginē euerſam prio
inaurata ſunt ī capitolio cēſura .L. Mu/
nii.Inde trāſiere in cameras: in parietes
quoq; qui & ipſi tanq̄ uaſa inaurantur.
Aurum Metallo dalmatico.i.auro. nam aurū
inuentum eſt ī Dalmatia pricipatu Ne/
ronis:in metallis quæ quinquagenas li
bras quottidie effundebāt.Martialis ad Damaltā fœlix auriferæ colonæ terræ. Frigora: Nemus arbori
bus conſitum ſcribit:id erat ī ædibus Violātillæ iuxta fontem:ut etiam Martialis ſcribit eo epigrāmate
Fons dominæ regina loci quo gaudet Ianthis. Frigora:a conſequenti quod præcedit intelligit:nam cū
ex umbris frigora fiant hoc pro umbris accepit. Decuſſa:ideſt incuſſa. Syluis uetuſtis : altis & denſis
arboribus. Excludunt radios:arcent ſolem. Temperat ſibi:moderatur pro ſua uoluptate. Annum:
Idalium tempus anni. Idalias domos.Idalium nemus Cypri dicatum Veneri:ut ſcribit Plinius.Hæc loca gratiſ
ſima erant Veneri.Cyprus.Erix Siciliæ.Cythera Syria ut refert Diodorus: erycina:ubi tēplum habuit
multis mulieribus miniſterio ſuo dicatis:deſtitutū tamen temporibus Tiberii. Quo nam:oratio ē Ve
neris ad Violātillam ſecundas nuptias ſuadētis.exordiū ſumptū a reprehenſiōe corpis & frigidæ igna/
uiæ:quā liberius uenus exequitur in alūnā ſuā. Aetas triſtior:ſenectus. Exerce formā: cape fructū ex
forma tua. Donis:dotibus naturæ:deſpexiſſe pudorē Violātillæ indicat:q̄ multos ꝓcos eluſerit. Nec
formæ nec ſtirpis egēs;& formoſus & nobilis.a bonis externis iuuenē cōmēdat. Carmina:doctrinā
laudat q̄ ē in bonis aī:legunt̄ inquit eius carmina ꝑ totā urbē. Hūc & biſſenos:ominat̄ ei conſulatum
de quo anxius erat ſtellā.& Martialis Phœbum rogat pro eo ut ad conſulatum faueat:eo epigramma/
te. Cāpis diues:Apollo ſic murinis. Sic:optātis ē. Indulgētia:benignitas. Præſidis auſonii:Domitiāi.

Digna deæ ſedes:nitidis nec ſordet ab aſtris
Hic libycus:phrygiuſq; ſilex:hic dura laconum
Saxa uirent:hic flexus onyx & concolor alto
Vena mari.rupeſq; nitent:quis purpura ſæpe
Oebalis.& Tyrii moderator liuet aheni
Pendent innumeris faſtigia nixa columnis:
Robora.dalmatio lucent ſatiata metallo
Excludunt radios ſyluis decuſſa uetuſtis
Frigora:perſpicui uiuunt in marmore fontes:
Nec ſeruat natura uices:hic ſirius alget
Bruma tepet uerſumq; domus ſibi temperat ānum.
Exultat uiſu tectiſq; potentis alumnæ
Non ſecus alma uenus.q̄ ſi paphō æquore ab alto
Idaliaſq; domos.ericinaq; templa ſubiret
Tunc ipſam ſolo recliuem affata cubili
Quo nam hic uſq; ſopor.uacuiq; modeſtia lecti
O mihi laurentes inter dilecta puellas
Quis morum fidei modus?nunq̄ ne uirili
Submittere iugo.ueniet iam triſtior ætas
Exerce formam.& fugientibus utere donis
Non ideo tibi tale decus uultuſq; ſuperbos
Meq; dedi:uiduos ut tranſmittare per annos
Ceu non cara mihi.ſatis o nimiumq; priores
Deſpexiſſe procos:at enim hic tibi ſanguine toto
Deditus:unam omnes īter miratur amatq;
Nec formæ nec ſtirpis egēs: nam docta per urbem
Carmia.qui iuuenes:quæ nō didicere puellæ?
Hūc & biſſenos ſic īdulgētia pergat.
Præſidis auſonii cernes attollere faſces

Mouit cybe.limi.i.prætor fuit.nā ꝑtores habitu triūphali præerāt ludis megaleſſiacis.i.cybeleis.in q bus ludos edidit ſtella ꝓ uictoria ſarmatica Domitiāi.de quo Mar.Quos cupet phlegrea ſuos uictoria ludos indica quos cupet pōpa lyce ſuos:quāuis aliter ī nr̄is ſit cōmentariis. Legit carmē Sybillæ. Duū uir ē: olim qdecim erāt uiri legēdis libris Sybillinis.quos tamē nō legebāt iniuſſu ſenatus ut ſcribit Liuius.aliq̄do uariato numero fuerūt duo. Parens latius:Domitianus.laus īperatoris quē patrē latiū appellat. Fas mihi:poſſū inqt cū ſim dea illius mētē & aium cognoſcere. Dacas:q̄ ē gloria maior.hūc uerſū

Ante diem:certe iam nunc cybeleia mouit
Limina:& euboicæ carmen legit ille Sybillæ
Iamqꝫ parens latius:cuius prænoſcere mentem
Fas mihi purpureos habitus iuueniqꝫ curule
Indulgebit ebur.Dacas quæ eſt gloria maior
Exuuias lauroſqꝫ dabit celebrare recentis
Ergo age iunge toros atqꝫ otia deme iuuentæ
Quas ego non gentes:quæ non face corda iugaui?
Alituum pecudumqꝫ mihi duriqꝫ ferarum
Non tenuere greges:ipſum in connubia terræ
Aethera cum pluuiis rareſcunt nubila ſoluo
Sic rerum ſeries mundiqꝫ reuertitur ætas
Vnde nouum troiæ decus ardentumqꝫ deorum
Raptorem:phrygio ſi non ego iuncta marito
Lydius unde meos iteraſſet tybris iulos:
Qui ſeptem geminæ poſuiſſet mœnia Romæ
Imperii latiale caput:niſi dardana furto
Cœpiſſent matrem.nec me prohibente ſacerdos
His mulcet dictis.tacitumqꝫ inſpirat amorem
Connubii:redeunt animo iam dona preceſqꝫ
Et lachrymæ uigileſqꝫ uiri prope limina quæſtus
Aſteris & uatis totam cantata per urbem
Aſteris ante dapes.nocte aſteris.aſteris ortu
Quantum non clamatus hylas:iamqꝫ aſpa cœpit
Flectere corda libens & iam ſibi dura uideri
Macte toris:latios inter placidiſſime uates
Quod durum permenſus iter:cœptiqꝫ laboris
Prendiſti portus:tumidæ ſic tranſfuga piſæ
Amnis in externos longe flammatus amores
Flumina demerſo trhait intemerata canali
Donec ſicanios tandem prolatus: anhelo
Ore bibat fontes:miratur dulcia nais
Oſcula:nec credit pelago ueniſſe maritum.
Quis tibi tunc alacri cæleſtum munere claro

mēdoſum & ſyllabis oli uacillātibus ī hos nūeros redegimus:dabit īquit Domitianus ei negociū ut ludos cælebret pro uictoria ſua ſarmatica: quos ſtellā edidiſſe ex teſtimonio Martialis ante confirmauimus. Dacas exuuias.i.uictoriam de Dacis & Lauros recentis.nā de ſarmatis laurū tantū ītullit Ioui capitolino Domitianus.neglexitqꝫ triūphū qđ Mar.epigrammate teſtat̃ & ſcribit Trāquillus.Mar.qꝫ ſpectarē te tū laurus habet. Cælebrare.i.cælebrandas ludis hæc īquit eſt maior eius gloria. Quæ: eſt maior gloria. Ergo:peroratio ē cumulo quodā exemploꝝ excreſcēs. De me ocia iuuētæ.Exerce inqt iuuētam.

Alituū:Lucretius itē de Venere Aeriæ primū uolucres te diua tuumqꝫ ſignificāt hinnitum perculſæ corda tua ui. Inde feræ pecudes perſultāt pabula læta.

Soluo ipſum æthera:tunc inquit me duce æther exercet connubia cum terra cum pluuiæ in terrā deſcendunt. Idē columella in hortis.Nec genitrix:ideſt terra nati tunc aſpernat̃ amores. Raptorem deorum:qui eripuit deos ex incēdio. Dardana ſacerdos:Ilia uirgo ueſtalis.Sacra autē ueſtæ erāt dardana & ex troia allata.alibi diximus. Furto:adulterio. His mulcet dictis: iā mulcet̃ Violantilla:& de nuptiis cogitat. Aſteris:αστηρ Græce latine ſignificat ſtellā. Inde fœmininū eſt aſteris formatū q̄ſi ſtelleis.i.amica ſtellæ qđ nomen poeta formauerat inſerueratqꝫ carmini: qđ inſcribebatur aſteris.ortus ſolis. Quātum nō clamatus hylas.nam hercules amiſſum hylā diu clamauit.Flaccus in tertio rurſus hylan & rurſus hylam ꝑ longa reclamat auia.reſpōſant ſyluæ & uaga certat ymago.Iuuenalis.& multū quæſitus hylas.hic filius Theodamātis fuit raptus ab Hercule.ut ex cōmentariis Apollōii alibi docuimus ī bithynia egreſſus aquarū ſecutuſqꝫ cernā īmiſſā a Iunōe ut cāit Flaccus:cū ueniſſet ad littus raptus ē a choro Nympharū. Theocritus ab oībus nymphis raptū tradit.Onaſus in prīo amazonicoꝝ eū in mare lapſū & merſū ſcribit.Nicādrus ī ſecūdo aboībus raptū.Appollōius ab una tātū. Macte to.applauſus ē.& cōgratulatio fœlix inqt & beate tātis nuptiis. Tumidæ pi.apta cōparatio.q̄ labor ſtellæ exprimit̃ ī amore & tandē reſpiratio.nā Alpheus q iuxta Olympii Iouis templū labit̃ per ſubterraneos meatus in Siciliam peruenire dicitur ad Arethuſam cuius amore captus eſt.nota fabula apud Ouidium. Vir.in quarto georgi.Et tandem poſitis uelox aretuſa ſagittis.& in tertio æneidos.Alpheum fama eſt huc elidis amnen:occultas ægiſſe uias ſubter mare Euſtathius in.xiii.odiſſeæ quattuor arethuſas fontes fuiſſe ſcribit.Syracuſis Smyrnæ.in calcedone.in Itacha. Amnis: Alpheus.ſic eadem laboris conditione,qua tu i externos amores aretuſæ ſiculæ. Demerſo canali:occulto meatu. Prolatus:tandem emergens. Nais:aretuſa nympha.

Hylas

Alpheus

Artehuſæ quattuor

Minus exultauit:gaudium ſtellæ per comparationem ex antiquis hiſtoriis ſumptā amplificat. Cū
Tetis thetin.thetis Chironis filia.ut uero Homerus tradit nerei.Peleo nupſit. Proſpexit erecto equo : pieta-
tem patris exprexit qui abeuntem filiā q̄ longo potuit uiſu eſt proſecutus. Erecto equo : nam Chi-
Tempe ron centaurus erat media parte equus. Tempe:locus theſſaliæ de quo hæc Pli.In eo curſu tēpe uocant
quinq; miliū paſſuum lōgitudine:& ferme ſex latitudie:& ultra uiſū attollētibus ſe dextra læuaq; leui-
Peneus uiter conuexis iugis intus ſua luce uiridante allabitur Peneus uiridi calculo amœnus.circa ripas grami-

Stella dies.quanto ſalierunt pectora uoto
Dulcia cum dominæ dexter connubia uultus
Annuit.ire polo nitidoſq; errare per axes
Viſus.amicleis minus exultauit harenis
Paſtor ad ideas helena ueniente carinas.
Theſſala nec talem uiderunt pelea tempe
Cum thetin æmoniis chiron accedere terris
Erecto proſpexit equo q̄ longa morantur
Sidera q̄ ſegnis uotis aurora mariti.
At procul ut ſtellæ thalamos ſenſere parari
Latous uatum pater. & ſemeleius euhan
Hic mouet ortigia. mouet hic rapida agmina nyſa
Hinc licii mentes gelidæq; umbracula tymbræ
Et parnaſus honos:illi pangea reſultant
Iſmaraq;:& quondam genialis littora naxi
Tunc caras ingreſſa fores: comitiq; canoro
Hic chelim. hic flauam:maculoſo nebrida tergo
Mic thyrſos hic plectra ferunt:hic enthea lauro
Tempora:minoa crinem premit ille corona
Vix dum emiſſa dies:& iam ſocialia præſto
Omina:tam feſta feruet domus utraq; pompa
Fronde uirent poſtes:& feruent compita flammis
Et pares immenſæ gaudet cæleberrima Romæ
Omnis honos: cuncti ueniunt ad limina faſces
Omnis plæbeio teritur prætexta tumultu.

mine canorus auium concentu. Votis
mariti:o quam ſegniter īquit uenit au-
rora retardans uoluptatem & gaudia
ſtellæ mariti. ut illud Martialis. Phoſ-
phore redde diem quid gaudia noſtra
moraris Cæſare uenturo phoſphore red
de diem. Latous : Apollo filius la-
tonæ.nam λητω græcæ latona dicitur:
inde latous.Apollonius tamē in primo
lato idē appellauit γείρατο κυδαλίμο
ιο ευαρίθμον αιολίδησιν αντίδησ.
Nyſa Nyſa:arabiæ fœlicis antrum ubi bac-
chus eſt educatus. Sophocles in India
ſcribit niſam quam corniger bacchus
ſibi obſtetricem colit:ubi ales non clan
git. Homerus qui quondam altricem
bacchi ſacramque ruebant per niſam.
niſa item in aſia iuxta trales.neſei uero
equi qui uelociſſimi erant ut meminit
Plato & Strabo non hinc ſunt appella-
ti. Hiopoboton pratum quoddam eſt
per quod iter faciunt qui ex Perſide &
Babylone in capſias proficiſcuntur ibi
olim paſcebantur equorum.L.milia q̄
Neſei equi armenta regia erant.Neſei equi quibus
reges utebantur optimi & magni inde
genus ducebant ut alii putāt ex armēia.
Horum meminit etiam Plato in legi-
bus ſed q eas ī latinum uertit ſermonē
quom legeret illic νησαίουσ : ἵππουσ
νησαίουσ.i.neſæos equos trnaſtulit ī
ſulares equos. nā νισαίουσ putauit de
riuatum eſſe a νησος quod ſignificat ī-
ſula parco illius nomini ne mortui um
Orthygia bram inſectari uidear. Orthigia: eadē
Delos dicta qd' ορτυξ.i.coturnix ī ea primū uiſa ſit.licet fabula canat ſororē aſteriē uerſā ī coturnicē in
ea īſula nec ſepeliri nec cremari mortuos fas erat.efferebāt ī reneam īſulā diſtātē quattuor ſtadiis.nec il
lic alebat canis ut docuimus ī cōmentariis in ibyn primi illic ſaginare gallinas inſtituerūt.ut Varro ī re
ruſtica & inde Pli.id ſcribit idē pſtātia æris nobiles ſūt: unde æs deliacū.Corynthi inſulā tenuerūt:duces
mithridatis populati ſūt.Romāi inſtauracūt.Orthigia itē in Sicilia ē. Licii mōtes patara:nā Apollo ſex
Lycia mēſes in Lycia ad patarā colebat.Regio ē in minori aſia.iuxta pamphiliā a parte orietāli a lyco pādionis
Patara filio nā prius Thermile dicebat ut ait Herodotus.Diodorus autē in ſexto hiſtoriaṝ ita ſcribit.Lycus de
Thermile inceps cū in Lyciā ueniſſet templū.Lycii apollinis penes Xanthū fluuiū erexit Horatius nūquam ab hu
meris poſiturus arcū qui rore puro caſtaliæ lauit crines ſolutos.q Lyciæ tenet dumeta: Natalemq; ſyl-
Tymbra uā Delius & Patareus Apollo. Tymbra cāpus in agro troiano & Tymbræus fluuius q ſe in ſcamādrū
Tymbræus erūpit ad Apollinis Tymbrei tēplū.hæc Strabo.Quæ nā aūt hærba ſit Tymbra ex hortis columellæ: &
Pli.alibi recitauimus. Illi:bacco. Pangæus:mōs thraciæ cuius radices ambit oreſtus fluuius. Thyrſos:
Pangæus thirſis utebātur in bacchanalibus. Ouidius. Serta comis manibus frondentes ſumere thyrſos:ea erat
Oreſtus haſta aculeata obtecta hedera. Diodorus de baccho huius ſcriptoris uerba græca non recitabo : ne ea
Thyrſus oſtentare uidear. Sed latine ita a nobis facta ſunt:in choreis & mulierum. Thyrſis ſumma cum uolu-
ptapte educatus eſt.Fœminarum exercitu quas Thyrſis inſtruxit orbem terrarum luſtrauit:nonnullos
ſe cōtemnentes hoc conſilio edomuit:introducebat mulieres habentes mucronem ferri hedera circum
datum quæ reges imparatos adortæ ſuperabant:& Pentheus thyrſis eſt interfectus. Ouidius. Prima ſu
Enthea um miſſo uiolauit penthea thyrſo Mater.Thyrſus pro furore.Lucretius. ſed acri percuſſit thyrſo lau-
Enthei uates dis ſpes meum cor. Enthea tempora diuina:unde & muſa enthea dicitur.& uates enthei: ideſt deo
pleni. Græca eſt dictio ενθεοσ. Omina ſocialia nam omina & auguria aſpices captabant in nuptiis.

Mixta ſtola:matronæ utunť.Oui.quas ſtola cõtingi ſumptaqꝫ uitta uetat.plura in cõmentariis Iuuenalis diximus ex Hora.& aliis auctoricus.mixtæ inquit matronæ plebeis. anguntur multitudine. Poſte recliuis.Cantaturi habitum expreſſit:cogitabat inquit hymen cantare rarum carmen quod elegantes ſtellæ aures obletaret. Vincula:in iugario uico urbis erat ara Iunonis iugæ.ubi ueteri ritu nubentes uinculis quiſdã iungebanť ĩ omnẽ futuræ cõcordiæ.mẽdoſa ẽ dictio aqud Liuiuũ iugularius uicus pro iugario. Inſigni tæda:quẽ tantum mares geſtare poterant ut ſcribit Pli. Ipſe canat noctem:uoluptatẽ noctis.Solus enim ſcit. Quantum licet noſſe:quãtum poſſum ego coniicere. Martia:ilia martia quæ habuit rẽ cũ marte: per exempla ſumpta a uirginibus pudorem uiolantilæ exprimit.

Iuno iuga

Hic eques:hic iuuenũ quæſtus:ſtola mixta laborat
Fœlices uetroſqꝫ uocant.ſed in agmine plures
Inuidere uiro.iam dudum poſte recliuis
Q uærit hymen thalamis intactum dicere carmen
Q uo uatem mulcere queat dat iuno uerenda
Vincula.& inſigni geminat concordia teda
Hic fuit ille dies.noctem canat ipſe maritus
Q uantum noſſe licet(ſic uicta ſopore doloſo
Martia fluminea poſuit latus ilia ripa)
Non talis niueos ſtrinxit lauinia uultus
Cum turno ſpectante rubet.non claudia talis
Reſpexit populos mota iam uirgo carina
Nunc opus aonidum comites.tripodumqꝫ miniſtri
Diuerſis certare modis.eat enthea uitris
Atqꝫ hederis redimita cohors.ut pollet ouanti
Q uiſqꝫ lyra.ſed præcipue qui nobile greſſu
Extremo fraudatis opus,date carmina feſtis
Digna toris.hunc ipſe coo plaudente philetas
Callimachuſqꝫ ſenex:umbroqꝫ propertius antro
Ambiſſent laudare diem:nec triſtis in ipſis
Naſo tomis. diueſqꝫ foco lucente Tibullus
Me certe non unus amor:ſimplexqꝫ canendi
Cauſa trahit. tecũm ſimiles iunctæqꝫ camoenæ
Stella mihi.multumqꝫ pares bachamur ad aras
Et ſociam doctis hauribus ab amnibus undam
At te naſcentem gremio mea prima recepit.
Parthenope.dulciſqꝫ ſolo tu gloria noſtro
Reptaſti nitidum conſurgit ad ethera tellus
Eubois.& pulchra tumeat ſebetus alumna
Nec tibi ſulphureis lucrinæ naiades antris

Turno ſpectante.alludit ad carmẽ Virgilii accepit uocem lachrymis lauinia matris flagrãtes perfuſa genas:cui plurimus ignem ſubiecit rubor ſpectantẽ Virgilius.illum turbat amor figitqꝫ in uirgine uultus. Claudia:uirgo inceſti ſuſpecta uirginitatẽ probauit:cũ nauẽ qua mater deorũ uehebatur miraculo ſubſiſtentẽ iniecto cingulo ſola ſubduxit.ſcribunt Liuius ĩ ſecundo bello punico.Valerius.& Sylius. Mota carina: cybelis populo ſub multitudinẽ ſpectãtẽ. Nunc opus:poetas hortať ad diem cælebrãdũ. Cohors enthea: poetarum multitudo deo plẽa. Philetas : cous ex coo inſula carpathi maris ſecũdas in elegia tulit fabii iudicio &ut Strabo refert criticus fuit.i.antiquorꝫ ſcriptorꝫ cẽſor. q̃uis Strabonis iterpres. Græcam uocẽ ſecutus.uocem inſolitam latinis reddiderit pro critico trãſferens iudicialem. ẽ item Cea inſula quæ græce κηοσ dicta eſt ægeo cũ quattuor oppidis iulide patria Simonidis & Bacchilidis poetarũ.Cartheia.Cereſſa.phoceſſa: mẽdoſa ẽ dictio apud Stra. phorceſſa.ea patria fuit pãphiles platis filiæ:q̃ prima docuit ueſtes bõbicinas texere mira ſubtilitate: ũde ueſtẽ coã dicius. Caliachuſqꝫ ſe.hic cyreneus a batto oriũdus q tyrenas cõdidit prias ielegia tulit teſtimonio ẽt.Stra. Sed de Philete & Caliacho plura ſcribemus ĩ epicediũ patris poetæ in q̃nto huius operis. Antro umbro.ad patriam poetæ alludit:q̃ meuania fuit ĩ umbria. Diueſqꝫ foco : qui ſe diuitẽ dicit foco lucente dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Claudia
Phiietas
Cea
Simonides Bacchilides
pamphile
Coa ueſtis
Cal'imachus
Propertii patria Meuania

Thomi.oppidulũ ut ait Strabo in ponto a τεμνω quod eſt incido.nã illic medea fratrem dicitur diſcerpſiſſe.Sed tamen ut ex carmine Apollinii rhodi diximus & illius interpretis teſtimonio.Strabõiſque confirmať auctoritate.fratrẽ medea diſcerpit ad abſyrtidas inſulas oræ illyricæ:unde ab abſyrtho abſyrtides ſunt appellatæ.ſed de hoc plura in commentariis in ybin diximus. Simplex:cauſa non una cauſa ſed duæ:& tua ſcilicet qui mihi uinculis ſtudiorum coniunctus es:& uiolantillæ quæ eſt mea ciuis & popularis:eſt enim parthenopea. At te: o uiolantilla.Hoc diſiunctiue legendũ nam quom autẽ quidam coniunctim legere cum ſuperioribus falſum hinc acceperunt teſtimonium eſſe parthenopem cum ſit patauinus:teſte Martiale.Hoc enim quod ait.At te non ad ſtellam:ſed ad uiolantillam referendum eſt. Tellus eubois parthenope : quam olim tenuerunt non ſolum cumani ſed & chalcidenſes ex euboia ex pythecuſis item & Athenis a quibus incolis dicta eſt Neapolis. Sebetus fluuius iuxta Neapolim ex cuius nympha telon qui capreas tenuit oebalum ſuſcepit columella . Doctaque parthenope ſebetide roſcida lympha: glorietur inquit Neapolis tali ciue alumna qualis es nec lucrinus lacus aut ſarnus Pompeianus plus gloriari poſſunt ſuis nymphis quam Sebetus uiolantilla:uult enim uiolantillam uideri nympham Sebeti fluuii Neapolitani. Nec ſibi placeant magis : non ſe magis extollant.

Thomi
Abſyrtide inſulæ
Neapolis
Sebetus

Sarnus Nec ocia.i.receſſus & amænitates. Placeant magis.ſ.ſibi & ſe efferant. Sarni Pompeiãi:nã ſarnus flu
uius abluit herculẽ Pompeianũ. Qui legãt leges:qui ſint boni ciues in toga. Legant caſtra:qui ſint uti
les foris. Parcat:ne rugoſum uentrẽ pariẽtis reddat & mamillas pendentes:aut in diſcrimẽ uitæ dolo/
ribus coniiciat propertius uiderit hoc ſi quam iam peperiſſe pudet.quibus uerbis tam bene optat ulti/
mis epitalamii uerſibus:quã toto carmine aſſurrexit:cuius calor oĩs ĩn hũc exitũ & læta oĩa fouebant.

Nec Pompeiani placeant magis ocia ſarni
Eia age præclaros latio properate nepotes
Qui leges.qui caſtra legant.qui carmina ludant
Acceleret partu decimum bona cynthia menſem
Sed parcat lucina precor.tuq; ipſe parenti
Parce puer.ne mollem uterum.ne ſtantia lædas
Pectora.cumq; tuos tacito natura receſſu
Formarit uultus.multum de patre decoris
Plus de matre feras.at ut pulcherrima forma
Italidum.tandem merito poſſeſſa marito
Vincla diu quæſita foue.ſic damna decoris
Nulla tibi longe uiridis ſic flore iuuentæ
Perdurent uultus:tardeq; hæc forma ſeneſcat.

Tiburtinum manlii uopiſci.

CErnere facundi tibur glatiale uopiſci
Si quis & ĩ ſerto gemios aniene pẽates
Aut potuit ſociæ cõmertia noſcerẽ ripæ
Certãtiſq; ſibi dominũ defenderẽ uillas.
Illum nec calido latrauit ſyrius aſtro
Nec grauis aſpexit nemees frondentis alumnus
Talis hyems tectis frangunt ſic improba ſolem
Frigora:piſeumq; domus non æſtuat annum
Ipſa manu tenera tectum ſcripſiſſe uoluptas

Domitius Auguſtino.

MIrari ſoleo Auguſtĩe cũ
huius poematis uirtu/
tes ĩtueor.mõ rẽotas ĩ
uẽtiões:mõ carmĩs ele/
gantiã:mõ ſabulas & hi
ſtorias recõditas.ſed ĩ hac uilla tiburti/
na in q̃ tã multis uerſibus laſciuit id mi
hi præcipuũ uidet̃:q; eã non tã deſcribit
q̃ energia quadã carminis a fũdamẽtis ĩ
choans ad tectũ perducit ĩſtruitq; & or
nat totã.Nõne ſpaciare uideris tibi ipſi
cũ hoc carmẽ legis & ĩpenetralia uillæ
illius a poeta duci:hæc utraq; anienis ri
pa ĩ fornicẽ cõiungebat̃ thermaſq; ha/
bebat&.plurima ſigna:ſi cui inqt forte
datũ eſt ut in uilla Manlii uopiſci fue/
rit:hic nec caniculares æſtus ſenſit: nec
leonis calorẽ:nam algor quidã eſt totis
tectis & mira amænitas. Tibur:uillã ti
burtinã. Glaciale:algetẽ tibur.Catillus
ãphirai filius poſtp̃ris ĩteritũ iuſſu ocilei
aui ĩ italiã uenit:cũ tribus filiis corace:
Catyllus ut alii ſcribũt Cora.Catillo Tiburte.Cõ
Tybur diditq; oppidũ.Syliushinc tibur catile
tuũ.Pli.tiburtẽ conditorẽ fuiſſe ſcribit:
quẽ tradit cæpiſſe auguria iuxta tres ſi/
lices q̃ ſua ætate adhuc uirebãt: ſeceſſu
& exilio mitiori locus fuit tibur.Cato ĩ
originibus teſtat̃ a Catillo arcade p̃fe/
cto claſſis euãdri conditũ. Pẽates gemi
nos ĩſerto aniene. Duplicẽ domũ q̃ ab
utraq; anienis ripa cõiungit̃. Aut po
tuit:fœlicitate quadã adeptus ẽ ut hoc
hẽret. Noſcere:ſentire. Cõmercia cõiunctionẽ p fornicẽ. Ripæ anienis. Sociæ: ædificio utrãq; con/
Anio iungẽte. Anio.flu.ex mõtibus trebanorum orit̃ triſq; lacus efficit:unde ſub lacuo datũ eſt nomẽ ut ſcri/
Alba bit Pli.eius meminit tacitus ĩ dapibus nerõis:Stra.ex alba iqt Marſorum oppido labit̃ p̃ter latinã ĩ tiberi.
Villas:domũ. Certãtis:conãtes amænitate ſua. Defendere ſibi do.ſeruare ſibi dominũ icolumẽ. Si
rius æſtus:cãicularis de quo alibi dicemus. Latrauit æſtu laceſſiuit:uſus ãt uerbo ẽ cõuenienti cãiculæ.nã
Canicula ſyrius canicula ẽ.de quo Plini.hæc nã caniculæ ex ortu accẽdi ſolis uapores qs ignorat.Cuius ſyderis ef/
fectus ampliſſimi ĩ terra ſẽtiunt̃.ſeruẽt maria exoriẽte eo:fluctuãt ĩ cellis uina mouent̃ ſtagna.Origẽ ap
pellat ægyptus ferã:quã ĩ exortu eius cõtriſtare & cõuenire tradit ac uelut adorare quõ ſternuerit. hygĩ
nus hũc fuiſſe canẽ tradit cuſtodẽ Europæ uel icari.qđ ẽt tradit Oui.ĩ faſtis canis inqt hyginus hẽt ĩ lin
Orix gua ſtellã:q̃ canicula appellat̃.In capite ãt altera quã iſis ſtatuiſſe ſuo noĩe exiſtimat & ſyriõ appellaſſe p
pter flãmæ candorẽ q; eiuſmodi ſit ut p̃ter cæteras lucere uideat.Itaq; eã magis cognoſceret ſyriõ appel/
laſſe.nã & iſis Syria fuit q̃uis ſcriptura uaria:ut ſcio quoſdã græcos aliter ſcripſiſſe.ĩterpres arati apđ græ
Syrius cos tradit uiginti ſtellas eẽ ĩ corpore cãis ĩ cælo:ſed de Syrio hactẽus. Alũnus ne.Leo ĩ nemea ſilua edu
catus. nec is inqt q fuit ĩ Tiburtia mãlii.Læſus ẽ æſtu ſolari q maxĩe ſæuit cũ ſol ẽ in leone:ĩter cleõas op
Nemea pidũ:ut ait Stra.& philontẽ agri Argiui ſurgit Nemea ſylua ubi leo ĩterfectus ẽ ab Hercule trãſlatus in
leo cælũ:uel q; ſit prĩceps ferarum uel qđ prius fuerit labor Herculis: uel qđ eũ inermis necauerit:ut Piſãdrus
Epiphonoma ſcribit & hyginus refert. Aſpexit:afflauit. Grauis:æſtu moleſtus. Talis epiphonoma ẽ.i.acclamatio
ut illud uirgilianũ.Tantæ molis erat romanã condere getẽ: qđ Fabius obſeruauit & docuit. Talis hye
ms:adeo tẽperatus algor eſt in hac ripa. Improba frigora.Frangũt ſolẽ.leniunt æſtũ.eadem metapho/
ra uſus Cicero.Dum ſe calor fregerit. Domus:uilla hæc. Non æſtuat annũ piſeum.i.partem anni ca/
Olympia lidam & nimio æſtu flagrantem.nam cum ad Piſam in olympia ludi cælebrabantur:& æſtiuum erat
tempus.ut docet Pindarus & multitudinẽ hominum conuenientium æſtus augebatur .ipſa uoluptas
manu ſua inquit ipſa uoluptas tectũ uillæ pinxiſſe dicit̃:ego tamẽ hunc locũ mutilatũ eſſe crediderim.

Succis idaliis:ciprus ab idalio nemore ei dicato ut ſcribit Pli. Permulſitq; comas:uillæ uolucres natos. Idalium Vetuit:inqt cupidines hanc uillã habitare. O longũ memoranda dies:grata poetæ acclamatio & admiratio.nã & gratiã refert preceptæ uoluptatis in uilla:& auctoritatẽ dat carmini ſuo dũ oſtẽdit hoc non eſſe fictum quod ſcribit ſed teſtimoniũ:cum illic fuerit & ſpeculauerit omnia. Memoranda longum:æterno memoratu digna. Quæ:figurate legendum ut dicas o qualia carmina. Tot miracula: tot res in uilla admiratione dignas. Ingenium quã mite ſolo:Deſcriptionis initium:primaq; laus uillæ ab ubertate ſoli &altera ab artificio ædificii.quã mite ingenium o quam mitis natura ẽ ſoli ubi cõdita eſt uilla Quæ forma:o quam elegans forma ædificii.

Tunc uenus idaliis unxit faſtigia ſuccis
Permulſitq; comas:blandumq; reliquit honorem
Sedibus:& uolucres uetuit deſcẽdere natos
O longum memoranda dies:quæ mente reporto
Gaudia:q̃ laſſos per tot miracula uiſus
Ingenium quam mite ſolo quæ forma beatis
Arte manu conceſſa locis:non largius uſquam
Indulſit natura ſibi nemora alta citatis
Incubuere uadix fallax reſponſat imago
Frondibus.& longas eadem fugit umbra per undas
Ipſe anien.miranda fides.infraq; ſuperq;
Saxeus.hic tumidam rabiem ſpumoſaq; ponit
Murmura.ceu placidi ueritus turbare uopiſci
Piereoſq; dies:& auentes carmina ſomnos
Litus utrunque domi:nec te mitiſſimus amnis
Diuidit alternas ſeruant prætoria ripas
Non externa ſibi.fluuium ne obſtare queruntur
Seſtiacos nunc fama ſinus pelaguſq; natatum
Lactet.& audaci iunctos delphinas ephœbo
Hic æterna quies nullis hic iura procellis
Nuſquam feruor aquis datur hic tranſmittere uiſus
Et uoces & pene manus ſic calcida fluctus
Expellunt fluuii. ſic diſſociata profundo
Brutia ſiccanium circunſpicit ora pelorum

Eſt conceſſa:tributa. Locis beatis:locis fertilibus & ſolo feraci. Arte manus architecti. Non largius:nuſquam inqt natura ipſa ſeſe conceſſit & effudit maiore benignitate:atq; ita incipit laudare ſi uilla ſuccũ naturalẽ. Incubueř.i.ĩpendẽt. Vadis:alueo anienis. Citatis:curſim labẽtibus. Falax imago: quã frondes.ſ.repreſentãt ĩ aqua. Reſponſat frõdibus:repreſentat frondes in aquis umbra frondiũ. Fugit.ꝑtendiť. Per longas undas: per longũ ſpaciũ anienis. Ipſe anien: ĩ oĩbus codicibus quos adhuc uidi hæ duæ dictiones ita ſcriptæ ſũt.Ipſa ãt:ego uero admonitus epitheto qđ ſequiť. Saxeus:aduertẽſq; mẽtionẽ antea factã fluminis aniẽis ita legẽdũ affirmauerim ut emẽdaui. Ipſe an. nã anio Anio dicit & anien:& aniene cã uocãdi dixit Anien Propertius. Saxeus:labẽs aliogn ꝑ ſaxa & ſtrepẽs. Infra & ſu.ſuꝑiori & ĩferiori parte uillæ. Hic:cũ abluit uillã uopiſci.

Somnos auentes carmina.i.quietẽ placidã. Vopiſci:qua nõ ſtertit aſto ſomno ſecurus: ſed auẽs & meditans ſemꝑ carmen tenui ſopore iacet. Prætoria: ædes uillæ alternas ripas. Nõ extrema ſibi:nõ diuiſa inter ſe:ſed cõiuncta. Fluuiũue obſtare.nõ cõqueruntť inquit ꝑ̃toria q̃ utraq; ripa ſurgũt fluuiũ obſtare ſibi quo minus cõiunganť.nã ſunt fornice cõiuncta. Sinus ſeſtiacos:iactet inquit ut iubet antiquitas Seſton cõiunctã fuiſſe abydo & traiectũ fuiſſe in alterutrã ripã tutũ ut referať ad id qđ Xerxes cõiunxerat Seſton abydo põte.lõga hiſtoria ĩ primis apud Herodotũ quã recitauimus in cõmẽtariis Iuue.uel referať ad Leandrũ q ex abydo natabat Seſton:ut conueniat cũ eo qđ ſequiť de puero qui a baiano puteolos delphino uehebatur. Ephœbo:nam Diuo auguſto principe Delphin puerum portabat ex baiano Delphin puteolos in ludum litteraꝝ:quem ſimonis nomine ad ſe uocabat obiectis fragmentis panis:dilectus ẽ ab eo miro amore puer.res ẽ mœcenatis Flauii alphei multorumq; litteris memoria commẽdata:quocunq; diei tempore inclamatus eſſet a puero:q̃uis abditus:ſtatim aduolabat : & paſtus deorſum aſcenſuro præbebat aculeos : uelut uagina condens receptum puteolos per magnum æquor ferebat ſimili modo reuehebat pluribus annis:donec puero extincto ipſe ad locum frequentiſſime ueniens:deſiderio expirauit.meminerunt Plini.& Gelius. Iunctos:nã qui uehitur biga iungere equos dicitur:cum initiatur audaci:q ſe cõmittebat undis & delphĩo:quaſi dicat non cedit hoc miraculũ : coniunctam eſſe utrãque ripam anienis una domo uel fabulæ de Leandro ꝙ natauerit ab abydo in Seſton.uel ꝙ puer ex baiano puteolos ſit delphine uectus. Tranſmittere inuiſus in ulteriorem partem aſpicere. Sic chalcida: comparat res mirandas locorũ:quæ tempeſtatis ſeiuncta ſunt cum diſtantia & interuallo utriuſque ripæ anienis in uillam uopiſci.nã maria abſciderunt ſiciliam italiæ.Euboiam boetiæ.hoc eſt qđ dicit chalcida euboiæ eſſe ſeiuncta fluctibus.Præterea euboiæ athlantẽ & macliã belbicam bithyniæ leucoſiam ſileõ ꝓmontorio:qđ Pli.ſcribit. Fluctus fluuii:accipe ꝓ epitheto & adiectiuo fluuii: ut exponas perpetuo reciprocantes.nã Euripus iuxta euboiam fluit refluitq; ſepties die & noctu ut tradiderunt Strabo & Plini.Liuius fabuloſum putat qđ ſepties tantũ illud fieri dicãt:incertumque eſſe quotiens id ueniat arbitratur. Euripus Expellunt:dirimunt & ſeiungunt. Ora brutia:ea eſt in fine italiæ ubi eſt rhegium.dirimiturque euripo a ſicilia. Profundo:freto maris & euripo. Pelorum:ſicanum quod e regione eſt.

Quid primũ:honeſta dubitatio:quã carmen excitat & auditorẽ recreat feſſum ſimul rei magnitudinẽ exprimit. Trabes auratas:laquearia auro aſperſa:de quibus ante diximus. Poſtes mauros:auctor ẽ polybius in extremis africæ dẽtes elephantorũ poſtiũ uſum præbere.quod autem ualuæ ex ebore apud

Ebur

romanos ornarent.Proptius indicat eo uerſu.Auro ſolis erãt ſupra faſtigia currus: & ualuæ libyci nobile dentis opus.ego tamẽ ĩtellexerim potius de citro arbore.Nam ut Strabo teſtat & Plinius copioſius ſcribit:ĩ mauris plurima arbor citri ẽ unde mẽſe fiebãt magnis impendiis & luxu:quod in commentariis Martialis pluribus uerſibus teſtati ſumus. Vult Papinius uideri poſtes ex citro fuiſſe in uilla uopiſci. Vena pictu rata uel naturaliter diſtincta marmora ſuis uenis uel picturis artificio.nã marmora etiam pingebant nouo & luxuriſo inuento.ut ſcribit Pli. Mirer:mirando laudẽ. Lucorum ſenium:laus ſiluæ & nemoris eſt a uetuſtate tiburi certe tres erãt quercus.ut ſcri.Pli.longe antiqores ipſo oppido.nã apud eas tyburtus cõditor dicit inauguratus. Imitãtia ſõnos.murmura leuiter ſuſurrãtia:q̃ dormientem imitari uidentur. Vicino flu

Citreæ menſæ

Albulæ

mine:uel albulam intelligit quæ aquæ ſunt iuxta aniẽnẽ in planitie tiburtina prægelidæ & ſulphureæ uulneribuſq; medentur. Martialis crudarũ nebulæ quod albularum alibi. Cana : ubi ſulphureis albula fumat aquis. ſuperiora ſcribunt Strabo & Pli.ut dicat aquas anienis quæ calefiunt proximis balneis uopiſci deridere nymphas albularum uicinas : quæ frigore rigent uel uicino flumĩe:ſuperiore & inferiore parte flumininis. Manus ueterum:ſigna antiqua & archaetypa. Contingere digitis:gemmas inſertas lignis:ſed dignas quæ annulis potius geſtarentur. Manus myronis:myron eleutheris natus

Myron

ageladis diſcipulus bucculis maxĩe nobilitatur celebratis uerſibus laudata.fecit & canem diſcobolon : cuius meminit Fabius & Perſea.Alia preterea multa:quorum meminit Plini.corpora q̃dem curioſe formauit.animi ſenſus nõ ſatis expreſſit.capillum quoque & pubem non fecit emendatius q̃ rudis antiquitas uictus a Pythagora regino inpãcrathiaſte effingẽdo:qui delphis eſt poſitus. Nec opinus:in aliis codicibus extat opimus.nos legimus opinus:ut dicat imprudens incedebam per luxurioſa pauimenta:qđ tandem aduerti admonitus ſplendore reciproco. Teſtæ: ideſt teſtulæ quibus erat conuẽtum pauimentum. Aſarota:pauimenta ſunt ĩ quibus Zenodorus primus claruit.nam aſarotum ſtrauit pergami miro artificio paruis teſtulis & in uarios colores tinctis.ibi erat columba bibẽs:& umbra capitis fuſcans aquas.aliaq; ſubripiens eſcam Aſarota dicta:ut ſcribit Plini.quoniam purgamenta cœnæ in pauimento quoque euerti ſolent ab ea particula intentiua. & Verro. Aſarota inquit & pauimenta tanto artificio teſtulis ſuis habẽt figuras deſignatas ut picturam ſuperent: uel legas Aſarota ſuberant pedibus meis nouis figuris. Gradus:pedes mei expauere:cum calcarent tam precioſum pauimentum. Tricoris. Tricora ædificia tribus pinnis ſurgentia. Quid te : arborem laudat quæ per poſtes & tecta ſurgebat in aerem:adeo ut nullus dominus uillæ eſſe potuerit qui noluiſſet ſuccidi cum eſſet ĩpedimento.ſed tãta erat Vopiſci benignitas:ut nõ modo uellet eam cædi:ſed etiam pateret reuirere:uel ope nymphæ fluuii q allabebatur:uel numine hamadryadis: quæ nympha ẽ arborea.

Aſarota

Tricora

Quid primum mediumue can.quo fine quieſcã?
Auratas ne trabes.an mauros undiq; poſtes
An picturata lucentia marmora uena
Mirer:an emiſſas percuncta cubilia nymphas
Huc oculis:huc mente trahor. uenerabile dicam
Lucorum ſenium.teq; uada fluminis infra
Cernis an ad ſyluas quæ reſpicis aula tacentis
Qua tibi tota quies.offenſaq; turbine nullo
Nox ſilet & nigros imitãtia murmura ſomnos
An quæ graminea ſuſcepta crepidine fumant
Balnea:& impoſitum ripis algentibus ignem
Quaq; uaporiferis iunctus fornacibus amnis
Ridet anhelantes uicino flumine nymphas
Vidi artes ueterumq; manus.uariiſq; metalla
Viua modis. labor eſt auri memorare figuras
Aut ebur.aut dignas digitis contingere gemmas
Quicquid & argento primum.uel in ære myronis
Luſit:& enormes manus eſt experta coloſſos
Dum uagor aſpectu. uiſuſq; per omnia duco
Calcabam nec opinus opes.nam ſplendor ab alto
Defluus.& nitidum referentes aera teſtæ
Monſtrauere ſolum. uarias ubi picta per artes
Gaudet humus.ſuperantq; nouas aſarota figuras
Expauere gradus.quid nunc ingentia mirer
Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris
Quid te quæ mediis ſeruata penatibus arbor
Tecta per & poſtes liquidas emergis in auras
Quo non ſub domino ſæuas paſſura bipennes
Et non ignaro forſan uel lubrica nais
Vel non abruptos tibi demit hamadrias annos
Quid referã alternas gẽmino ſuper aggere menſas
Albenteſq; lacus:altoſq; in gurgite fontes
Teq; per obliquum penitus quæ laberis amnem

Martia:ex nouem aquæ ductibus:quarum hæc nomina ſunt. Appia. Anioretus. Martia. Tepula. Iulia. Virgo. Auguſta. Claudia. Anio nouus:ut Frōtinus auctor ē. Martia. quondā aufea dicebať:quod ſcribit Pli. Fons:piconia oriť in ultimis pelignorū mōtibus tranſit marſos & lacū fucinum romā petens: mox ſpecu merſa in tiburtina ſe aperit:unde fornicibus extinctis in urbem inducebatur. primis Ancus Martius unus e regibus eā ducere auſpicatus ē. Quintus Martius in prætura rex eſt ſubſecutus. Demū M. Agrippa reſtituit:unde a tot martiis conditoribus Martia eſt dicta. Broteus uero meus cum Pliniū deprauaret:ubi ille ſcribit. Qu. Martius rex in prætura. Ipſe expugnans uerā ſcripturā falſam ita ſuppoſuit Marcus Titus in prætura ignorans rex eſſe cognomen familiæ. ut non liberet offendi quod ſequitur in prætura. nā Quinto Martio & regū familia erat Romæ quod diſcas ex epiſtola Ciceronis & illius liberto ac tranqllo.

Aqueductus romani

Martia. & audaci tranſcurris flumina plumbo
An ſolum ioniis ſub fluctibus elidis amnem
Dulcis ad ætneos deducat ſemita portus
Illis ipſe antris anieni fonte relicto
Nocte ſub arcana glaucos exutus amictus
Huc illuc fragili proſternit pectora muſco
Aut ingens in ſtagna cadit uitreaſꝗ natatu
Plaudit aquas. illa recubat tiburnus in umbra.
Illic ſulphureos cupit albula mergere crines
Hæc domus ægeriæ nemoralem adiungere phœbē
Et dryadum uiduare choris algentia poſſit
Taigeta. & ſyluis accerſere pana lycæis
Quod ni templa darent alias tyrinthia ſortes
Et præneſtinæ poterant migrare ſorores
Quid bifera alcinoi laudem pomaria:uoſꝗ
Qui nunquam uacui prodiſtis in æthera rami?
Cedant telegoni. cedant laurentia turni
Iugera laciniæꝗ domus. littuſꝗ cruenti

Marſia aq̄

An ſolum:Non glorieť inquit tātum Sicilia ꝙ Arethuſam petat alpheus longo meatu ſubterraneo. nā in eo non cedit uilla manlii cū martia aqua ex ultimis pelignoꝝ montibus ſubterraneo meatu labens. tandē in tiburtino iuxta eā uillam ſeſe aperiat Dulcis ſemita:grata Alphœo contendenti ad aretuſam amicam. Portus ætneos:ſiculos. Amnē elidis: alphœū labentem iuxta elidem & piſam. Nocte ſub arca:Tiburnus īquit:qui genius loci eſt omiſſo aliquando aniene ſe oblectat in ſpecu ubi Martia ſe aperit. Anieni fonte. i. fonte anienis fluuii: ubi ſe oblectare ſolet. alii codices habent Aniene in fonte relicto. nos:cum is nullus ſenſus eſſet: emendauimus Anieni fonte relicto. nā ut ꝓpoſuimus antiqui dixerunt anienus anieni: qđ Pompeius uſurpauit. Plaudit aq̄s:martiæ. Albula:nympha albulaꝝ. Illic:in antro Martiæ. Hæc domus:commemorāť omnes amœni ſeceſſus:quos urbs habuit in agro. horū genios & deos ait optare mutare locum:ſi liceret & uenire in uillā Vopiſci:qua methodo eam omnibus anteponi t. Phœbē nemoralem egeriæ. Dianam aricinam:de qua alibi plura dicemus. Adiungere: auocare & allicere ad ſe. Viduare:priuare. Taigeta:mons eſt laconiæ:q̄ imminet ſpartæ & amiclis ex parte terræmotu dirutus. Cum ſparta etiam corruit:eum terræmotū prædixit Anaximander. illic erāt ſyluæ denſiſſimæ laconū uenationibus. Sæpe luſtra. dryades īquit oēs q̄ in ſyluis ſunt Taigeti. mallē habitare uillā manlii & nemus. Algentia:eodem epitheto uſus Silius. Gelidos de hinc inuiſere montes Taigeta. Accerſere:adducere & ad ſe aduocare Pana:qui genius eſt archadiæ. Lyceis ſyluis:ex ſyluis arcadicis quas tenet & amat. Quod ī templa:præterea huc inquit migraſſent fortunæ q̄ colunť præneſte:darētꝗ hic reſpōſa ſua:niſi Hercules locū iam occupaſſet & reſpōderet. nā Hercules tiburi colebať:indeꝗ appellatū ē tibur herculeū. Tyrinthia. tēpla herculis tyrinthii. de Tyrinthe oppido plura dicemus alibi ex Stra. Homero & Euſtathio. Alias ſortes. alia oracula. Sorores:ſortes fortuna colebať ſub imagine duarū ſororū:& ꝑneſte:unde certa dabanť reſpōſa: qđ ſcribit Stra. Sylius. Sacriſꝗ dicatū fortunæ præneſte iugis:& Antii. unde fortunæ antiatinæ a Tranqllo dicunť. & Macrobius ait earū ſimulacra moueri ſolita cum darēt reſpōſa Horati. unā appellauit. O. diua gratū quæ regis Antiū Porphyrioꝗ ita eſt interpretatus templum fortunæ donis illic fuiſſe opulētiſſimum:Cicero in diuinatione ſcribit de inuētione ſortiū præneſtinarū & templa fortunæ. Propertius:ut in commentariis in eum poetā diximus. Nam quid præneſte dubias o Cynthia ſortes Quid petis ææi mœnia Telegoni. Sorores præneſtinæ:fortunæ. Martialis de Antiatinis. Seu tua ueridicæ diſcunt reſponſa ſorores. Migrare:in tiburtinū. Pomaria bifera. Alcinous rex pheacū in Corcyra pomaria feraciſſima habuit:adeo ut aliis fructibus maturis alii ſuccederent. plura ex Homero alibi recitauimus de carmīe Odyſſeæ. Pomaria alcinoi. i. pomaria Manlii equātia pōaria alcinoi fœcūditate fructuū. Bifera:bis quotānis fructū ferentia:qđ aūt ante legimus. taigeta algētia in codicibus īemēdatis algeona ſcriptū ē. nos algentia ſcribi oportere exiſtimamus. Iugera telegoni:tuſculū intelligit. nā Telegonus ulixis & Circes filius ea mœnia condidit:ut ſcribūt Pompeius & Prophyrio Proptius ææi mœnia Telegoni: agrum uero tuſculanum fuiſſe amœniſſimū:cum alia multa tum Strabonis cōfirmat auctoritas. Scribit enim ſeceſſum fuiſſe gratiſſimū:multiſꝗ & magnificētiſſimis uiliis ornatum. Domus laciniæ:laciniū ad Crotonē ē:ut ſcribit Stra. unde Iūo lacinia:cuius loci amœnitatē ſcribit Liuius. xxiiii. libro ab urbe. Croto inquit habuit murum patentē ī circuitu. xii. millia paſſuum ante aduētum Pyrrhi in italiam

Taigeta

Fortuna Simulacrū

Alcinous

Telegonuſ

Tuſculum

Lacinium

Croto

Lacinia. Iuno — poſt illius belli uaſtitatem uix dimidia pars habitabatur.in urbe templum urbe ipſa nobilius laciniæ Iu
nonis factum omnibus circa populis locus ẽ frequenti ſilua & proceris abietis arboribus ſeptus.lata in
medio paſcua habuit:ubi omnis generis deæ ſacrum pecus paſcebatur. Littus antiphatæ:formianum
Formiæ — intelligit ſeceſſum amœniſſimum:ubi habitarunt læſtrigones:ut Plinius ſcribit:qbus imperauit Anti/
Antiphates — phates auctore Homero in odyſſea:& Ouidio in.xv.methamor.totum ſinũ illum ante tempora troia
na tẽuit Lamus:qđ ſcribit Homerus & Sylius.Fundiquæ & regnata lamo caieta:domuſq; antiphatæ
Lamus — compreſſa freto.

Antiphatæ.cedant uitreæ iuga perfida circes
Dulichiis ululata lupis.arceſq; ſuperbæ
Anxuris.& ſedes phrygio quas mitis alumno
Debet anus.cedant quæ te iam ſolibus arctis
Auia nymboſa reuocabunt littora bruma
Scilicet hic illi meditantur pondera mores
Hic premitur fœcunda quies.uirtuſq; ſerena
Fronte grauis.ſanuſq; decor:luxuq; carentes
Delitiæ.quas ipſe ſuis digreſſus athenis
Mallet deſerto ſenior gargetius horto
Hæc per & ægeas hiemes pliadumq; niuoſum
Sydus & holenis dignum petiiſſe ſub aſtris
Si maleæ credenda ratis:ſiculoſq; per æſtus
Sit uia: cur oculis ſordet uicina uoluptas
Hic tua tiburtes faunos chelis & iuuat ipſum
Alciden.dictumq; lyra maiore catillum
Seu tibi pindaricis animus contendere plectris
Siue chelin tollis heroa ad robora:ſiue
Liuentem ſatyram nigra rubigine turbes
Seu tua non alia ſplendeſcat epiſtola cura.
Digne midæ cræſciq; bonis & perſide gaza
Macte bonis animi.cuius ſtagnantia rura

Cruenti dixit:quo/
niam læſtrigones erãt Antropophagi:
Læſtrigones — carnibuſq; ueſcebantur humanis.qđ
ſcribit Pli.i.vii.naturalis hiſtoriæ.Thu/
cydides fabuloſos putat.in commenta/
riis in Iuuenalem diſſeruimus. Vlyxes
quidẽ apud Homerum unum ex ſociis
ab antiphate fuiſſe abſumptum refert.
amœniſſimas item fuiſſe formias teſta
tur Homerus.fuerunt itẽ Læſtrigones
in Sicilia. Iuga circes: Circei ubi circe
homies feras uertere dicebatur.nã Cir
Circe — ce cum ſarmatarum Rege coniuge in/
terfecto migraret:expulſa ob crudelita
tem in ſocios ad deſertam quandã ocea
ni inſulã diuertit: quod nonnullos ſen/
ſiſſe refert Diodorus:ut alii tradũt:quẽ
dam hiſtoriam ſecuti montem in cam
Circei — pania tenuit:quem ab eius nomine Cir
ceum appellarunt: & eãdem diuertiſſe
in inſulam oceani putarunt: qui dece/
pti ſunt falſa carminis homerici inter/
pretatione.nam ubi ille circes & circei
meminit in odyſſea mare tyrrhenum:
quo alluitur oceanum frequenter ap/
pellauit.mons autem:ut ait Strabo:plu
rimis radicibus abundat.habebat cir/
ces ſacellum mineruæ aram.Vlyxis pa
teram de fœcunditate hærbarum cum
legiſſet Aeſcilus poeta totam italiã hær
bis abundare dixit. Lupis dulichiis.i.
ubi ſocii Vlyxis dulichii:ideſt itacenſes uerſi ſunt in lupos:atq; ab Homero diſcedit Papinius.illę enim
ſcribit ſocios Vlyxis qui ad circen uenerant duce Eurylocho uerſos fuiſſe in ſues:fuiſſeq; illic leones.lu
pos.urſos.in quos alii conueſi fuerant. Circes uitreæ:propter paludes circeas.nã in aquis habitantes ui
treos:quod aquarum eſt epitheton ſolemus appellare. Arces ſuperbæ anxuris.nam collis anxuri im/
minet:quẽ cum Fabius occupaſſet urbẽ cæpit.propterea ſuperbæ:ideſt æditæ arces.Anxur olĩ:nũc ter
Anxur Terracina — racina:ut Liuius ſcribit eadẽ dicta trachinia ab aſperitate ut auctor ẽ Strabo.nã τραχὺσ græce:latine a
ſperum ſignificat. Et ſedes:Caietã intelligit:q̃ condita quidẽ eſt a laconibus.ſed ſi Virgilio credimus
& Dionyſio alicarnaſeo nomẽ accepit a caieta nutrice æneæ:q̃ illic mortua ẽ & ſepulta.uel a curuitate ſi
nus:ut refert Strabo.nã Caieta curua omnia lacones appellant. Mitis anus:Caieta nutrix æneæ. De/
Caieta — bet:refert acceptũ illud nomẽ. Alumno phrygio:Aeneæ:quem educauit. Cedant q̃ te.Antium intel/
ligit quo hieme ſecedebant Romani. Littora auia:ſine portu.nã Antium portu caruit:ut ſcribit Stra/
Antium — bo:quẽ poſtea habuit.urbs ſita erat in rupe ad ocium urbanarumq; rerum uacationẽ principibus con/
ceſſa:cum primũ reſpirare poſſent. Scilicet:nimirũ inquit talem ſeceſſum & amœnitatẽ componis ani
mum ad grauitatem. Quies fœcunda: ocium tuũ in quo aliquid ſemper agis hoc ſeceſſu continetur
Virtus grauis:diſcis grauis eſſe & comis pariter quod difficillimum eſt: ut ſcribit Cicero. Decor
ſanus:non autẽ falſa habitudo arte mãgonũ comparata. Senior gargetius.i.epicurus.nã is fuit filius ne
Epicurus — oclis:& ex pago gargetio:ut ſcri.Laertius.epicurus ingt q uoluptatẽ ſectabat̃ & tranqllitatẽ:ſi uiueret:di
Gargetius — ſcederet Athenis:ubi hẽbat hortos:quos primus ĩſtituit ad relaxationẽ aĩ:ut ſcri.Pli.& ĩ uillã tuã migra
ret. Hæc p & æg.par ingt erat uẽire ĩtalẽ uillã.ẽt ſi p tempeſtatẽ ægei nauigãdum eẽt tanta ẽ eius amœ
nitas. Maleæ.i.piculis naufragiorum q̃ fiunt ad maleã laconiæ pmontoriũ:qđ exit in mare quinq; mili/
Malea — bus paſſuũ.tã certo diſcrimine:ut puerbiũ fuerit:cũ maleã trãſieris ne reſpicito:ut ſcri. Stra.Plura alibi
de hoc dicemus. Aſtris holeniis.i.aſtro hedorum.qui appellant̃ holenii a capella q̃ Iouẽ nutriuit:quæ di/
Holeniũ — cta ẽ holenia:ut ſcribit Calimachus ab holẽo oppido archadiæ.ſed de hoc ĩ ſecũdo plura dictabimus.
Siculos æſt.Scyllã & carybdi. Maiore ly.cãtatũ a Virgi.ſatyrã liuentẽ.nã q natus ẽ ut ſatyrus liuorẽ cõ
trahit uultu. Seu.t.ſiue ĩ ocio ſecurus nec iratus epiſtolã ſcribis. Midæ:regis phrigũ q ditiſſimus fuit.

Hermus:fluuius lydiæ ad myſiæ initium:qui aureas habuit arenas ex monte dindymene ſacro in ſardianum agrum defertur:ut ſcribit Herodotus.meminit Strabo. Sic docta frequentes:optantis eſt: tali inquit amœnitate & ocio.nam nihil habuit maius poeta quod precaretur. Manlio uopiſco:homimini amiciſſimo: qui tanto ſtudio ſibi ſeceſſum hunc exædificauerat : qua ut fœliciter frueretur ocio & uotis ſuis. Hermus

Domitius Auguſtino.

Debuit & flauis hermus tranſcurrere ripis
Et limo ſplendente tagus.ſic docta frequentes
Ocia.ſic omni detectus pectora nube
Finem neſtoreæ precor egrediare ſenectæ.

Soteria pro Rutilio gallico.

EStis io ſuperi nec inexorabile cloto
Voluit opꝰ uidt alma pios aſtrea iouiq;
Cōciliata cadit.dubitataq; ſydera cernit
Gallicus.es cælo .dis es germāice cordi
Quis neget?erubuit tāto ſpoliarı̄ mini
Imperium fortuna tuum.ſtat proxima ceruix (ſtro
Ponderis immenſi . damnoſaq; fila ſenectæ.
Exuit.atq; alios melior reuireſcit in annos
Ergo alacres quæ ſigna colunt urbana cohortes
Inq; ſinum quæ ſæpe tuum fora turbida quæſtu
Confugiuntq; leges.urbeſq; ubicunq; togatæ
Quæ tua longinquis implorant iura querelis
Certent lætitia.noſterq; ex ordine collis
Confremat.& ſileant peioris murmura famæ
Quippe manet.longumq; euo redeunte manebit
Quem penes intrepidæ mitis cuſtodia romæ
Nec tantum induerint fatis noua ſæcula crimen
Aut inſtaurati peccauerit ara terenti.
Aſt ego nec phœbum q̄q̄ mihi ſurda ſine illo
Plectra.nec aonias decima cum pallade diuas

QVi bona fide deos colit Auguſtie:ueneratur & ſacerdotes:ut alibi Papinius ſcribit.nā beniuolentiam non poſſumus omni tempoř i eū: quē principem colimus teſtificari:& ne qđ ꝑtereamus officii ac pietatis : ſolemus eum quoq; amore ꝓſequi:quē principi caꝑ eſſe cognoſcimus. Rutilius galligus:quod te ignorare nolim:tāta fuit apud Domitianum auctoritate & gratia:ut ei legum iudiciorūq; omniū cura credita ſit:unde urbis cuſtos ē appellatus.hinc hemiſtichion illud Iuuenalis quæ cuſtos Gallicus urbis in commentariis noſtris docuimus.đ hoc Rutilio intelligit:cū alii de anſere interpretarentur.Is nuper in morbū lethargicū inciderat:nā ꝑpetuo opprimebať ſōno.cōualeſcenti poeta cōgratulatur hoc carmine quod ſoteria inſcripſit:quaſi munera pro amici ſalute perſoluta.nam ea ſoteria appellantur a ρώʒειν quod ē ſeruare:ut in cōmētariis Martialis docuimus.Soteria uero primus ſcripſit Orpheus:ut Apollodorus tradit. Eſtis: alii ambigūt an dii ſint: quorū ꝓuidentia mundus regatur.alii putant deos quidem eſſe:ſed eos nullis precibus moueri:quo minus fata in exitum perducantur.Ego inquit Papini.ex hoc didici & deos eſſe qui audiant preces mortaliū & eos aliquando flecti:nā gallicus uidebatur moriturus:ſed populi uotis ſeruatus eſt diis exaudientibus. Io:uox letantis & præſequentis triumphū. Cloto:una ex tribus parcis:q̄ uere ut fert Heſiodus in theogonia bonū malūq; futurum mortalibus naſcentibus dant:& uitam nēt. Homerus οσσαοι αισακατα κλωθοι τεβαρειαι γαρομεηε ΝΗσαυτω λινωοτεμιντευεμτтηρ. Nec opus inexorabile.Et fata inquit poſſunt exorari. Aſtrea:de hac ex Heſiodo & Igino plura recitauimus commode.Papinius ait aſtreā cōciliatam eē Ioui:cuius.ſ.regnū oli irata eſt & in cælū fugit:eamq; a Ioue impetraſſe uitam Rutilii:a quo ipſa diligenter colebatur. Videt pios:fauet ſe colētibus:ut nuper fauet Rutilio gallico. Es cælo:dis es germanice cordi.Codices alii omnes hunc uerſum ita habēt.Et cælo diues germanice cordi.ſed cū nullus ſenſus exiſteret & facile in has ſyllabas redigi poſſit quæ certam præbent ſententiā a nobis emēdatus ē:ut ante diximus ut dicat:o Domitiane & cælū & dii gerunt curā tui. noluerunt enim perire Gallicū:cuius opera & fide utereris ad imperiū tuendū.Quid.n.crediderī poetā elegantiſſimū aliter locutum eē aut dixiſſe.Germanice diues:frigido & ſordido epitheto ī imperatorē. leges igitur noſtra ſententia. Et cælo dis es germanice cordi. Proxima ceruix:gallicus:q ſecūdo loco ſuſtinet pōdus impii. Alacres cohortes:lætitiā de ſalute Rutilii Gallici ad eos in primis pertinere ait: penes quos legū moderatio & iudicioꝝ cura ē:& ad ſocios nominis romani qui leges a populo Romano accipiūt.nam ut diximus:Rutilius gallicus iudicioꝝ omniū & legum curam gerebat. Quæ colunt ſigna urbana.i.equites.nā de curiæ iudicū ex equeſtri ordine eligebantur. Legeſq; fugiūt:fora turbida.ī tuum ſinū.nā qui in foro inique dānatus eſſet ad Rutiliū prouocabat. Noſter collis:nos quoq; poetæ inquit confremamus in tanto gaudio. Noſter:inemendati codices habent noſſe.Ego uero noſter legēdū puto. Peioris famæ:quæ erat gallicū moriturū. Terenti:terētus locus in cāpo Martio dictus:q; ibi ara ditis patris & Proſerpinæ terra cōdereť:ut placet Feſto.eum locū inſtaurauit.Valeſius diuino monitu:ut eſt apud Valeriū maximū:nec dii manes inqt Papinius tantū ſceleris cōmittāt ut gallicū eripiāt.

Sacerdotū ueneratio

Rutilius gallus

Soteria

Io

Parcæ

Terentus

Nec hortabor alumnum dirces: inemendati codices habent Hortatur. ego uero coniunctum legẽdũ puto: ut dicas, aſt ego nec. Hortabor alumnum dirces. Baccum. nam dirce fons thebanus eſt: & thebe patria duorum numinum: ut ſcribit Plinius Herculis & Bacchi. Ipſe ueni: Tu o gallice faue. mihi eris inſtar numinis. non enim ſine laude poetices potuiſſes togam & iudicia ornare. Pimplea enthea: muſa diuina. Vatis: Rutilii. Licet excludat: poteſt excludere & ſedare mihi cantaturo ſitim. nec ego hauriã fontes parnaſi. Pieria olympus pimpla libetrum. loca ſunt thraciæ: ex quibus cum nonnulli in boetiæ partem migraſſent: ubi eſt parnaſus in eo loca iiſdem nominibus dicarunt. Inde muſæ Pimpleæ. pieriæ libetrides dicuntur: ut ſcribit Strabo. Pirene: acrocorinthus collis eſt qui pro arce corinthi habetur: eius uertex habet ædiculã ueneri ſacram. infra uerticem fons ẽ pirene non multis aquis: ſed ſuauiſſimis & perſpicuis ad imum tãetſi euripides multas aquas illic eſſe teſtatur. ſacer eſt muſis. ex eo fonte cum pegaſus potaret cõprehẽſus eſt a bellorophonte: ut ſcribit Strabo. Curat noſtras leges: ſeruat leges poetarum. Quare age: & ſi inqt abundas criminibus cum ſis poeta: nõ tamen debes noſtros uerſus aſpernari cum numina etiam dona ſua in ſacris accipiant: nam & frugibus cereri & uino baccho ſacrificamus. Damuſq́ ſpolia. hoſtium marti. & feras occiſas dianæ. Tholo: Tholus ut Varro ait ſignificat templi teſtudinẽ. Tholus itẽ erat ædicula rotunda athenis: ĩ qua erat cœnatio magiſtratuum: ut Græci ſcribũt. hic de Tholo templi. & Virgili. Si qua ipſa meis uenatibus hauſi ſuſpendiue tholo. Lyra tenuiore: meo carmine. Quæ: o quanta præmia morum tuorum. Quæ lumina: oculos madentes lachrymis. Plæbis: ignare lugere & uidi inquit plæbem lugentem: quæ non ſolet obitu magnorum uirorum moueri: immo lætari. Labente numa: exẽplum ſumit ab his: quorum obitu populus Romanus commotus eſt. Ouid. Extinctum latiæq́ nurus: populuſque patreſq́ defleuer̃ numam. Pompeio: nam & Pompeius ordinis erat eq̃ſtris. Lucanus. Sedit adhuc Romãus eques. & in. vii. ad Põpeium: Te mixto fleſſet luctu iuueniſq́ ſenexq́: Iniuſſuſq́ puer laceraſſet crine ſoluto pectora: fœmineum ceu bruti funere uulgus. Nã brutum fœminæ anno fleuerunt: ut ẽ apđ Liuium: quod maximus pudicitiæ uindex extitiſſet. Hoc illud: nimirum inquit hoc aſſecutus es: quoniam inuitus audis uincula ſontium: abſtines uerberibus reo℞. Vires armatas: magiſtratu & auctoritate. In alta pectora. in ĩtimã hominũ beniuolẽtiam.

*Marginalia:* Dirce — Thebæ — Pieria — Olympus — Pimpla — Libetrum — Pirene — Acrocorinthus — Pegaſus — Tholus — Pompeius eques — Brutus

Aut mitem tegeæ. dirceſue hortabor alumnum
Ipſe ueni. uireſq́ nouas animumq́ miniſtra
Qui caneris. docto nec enim ſine carmine cantus
Auſoniæ decora ampla togæ. centumq́ dediſti
Iudicium: mentemq́ uiris. licet enthea uatis
Excludat pimplea ſitim. nec conſcia detur
Pirene largos potius mihi gurges inhauſtus
Qui rapitur de fonte tuo. ſeu plana ſolutis
Cum ſtruis orſa modis. ſeu quum tibi dulcis in artẽ
Frangitur. & noſtras curat facundia leges
Quare age ſi cereri ſua dona merumq́ lyeo
Reddimus: & diues prædæ tamen accipit omni
Exuuias diana tholo captiuaq́ tela
Bellipotens. nec tu quando tibi gallice maius
Eloquium. fandiq́ opibus ſublimis abundas
Sperne coli tenuiore lyra uaga cingitur aſtris
Luna & in oceanum riui cecidere minores
Quæ tibi ſolicitus perſoluit præmia morum
Vrbis amor. quæ tum patrumq́ equitumq́ notaui
Lumina. & ignaræ plæbis lugere potentes
Non labente numa timuit ſic curia fœlix
Pompeio. nec celſus eques. nec fœmina bruto
Hoc illud. triſtis inuitum audire cathenas
Parcere uerberibus. nec qua iubet alta poteſtas
Ire. ſed armatas multum ſibi demere uires
Dignariq́ manus humili: & uerba precantum
Reddere iura foro. nec proturbare curules
Et ferrum mulcere toga. ſic itur in alta
Pectora. ſic miti reuerentia fidit amori
Ipſa etiam cunctos grauis inclæmentia fati
Terruit. & ſubiti præceps iuuenile pericli
Nil cunctãte malo. non illud culpa ſenectæ
Quippe ea biſſenis uix dum orſa excedere luſtris
Sed labor intendens: animiq́ in membra uigentis

Reuerẽtia: ſic ingt hoĩes & colore & amare diſcunt. Ipſa etiam: genus ingt ẽt morbi cõſtrauit oẽs: nã præcipiti quadã ui te oppreſſit: nec ullo remedio retardabaẽ: nam in lethargũ morbũ inciderat. de quo hæc Celſus ſcribit ĩ. iii. Alter quoq́ morbus eſt aliter freneticis cõtrarius ĩ illo difficilis ſõnus ꝓmpta ad omnẽ audaciam mens ẽ: ac ĩ hoc marcor: & inexpugnabilis pene dormiẽtis neceſſitas. Lethargum Græci nominãt. atq́ id quoq́ genus acutum eſt: & niſi ſuccurraẽ celeriter iugulat. propterea Papinius eius morbi periculum præceps appellat. nec tantum propter ſenectam inquit accidit quod ſolet euenire: ſed ob nimiam curam. qua publica negocia gerebat. Rutilius uix ſexageſimum abſoluerat annum.

*Marginalia:* Lethargus

Imperium:animi uigentis membra. uigebat inquit animus Rutilio & corpori labores imperabat.
Dulce opus:nam libenter laborabat pro Domitiano. Inſidioſa quies:periphraſis eſt morbi Lethar
gi.dicitur aũt Lethargus a λнθн quod ſignificat obliuionem & αργοσ pigrum:nam in eo ẽ obliuio re Lethargus
rum omnium.& Marcor. Tunc deus:Apollo iuxta Vercellas ad radices alpium colebatur. Martialis Vercellæ
Apollineas Vercellas appellat:Cum autem Rutilii qui ex attiliis manarunt:ut ſcribit Pedianus. Gallici
quoq; ſint dicti.Introducit Papinius numen Apollinis ex Vercellis oppido Alpino proſpexiſſe laboran/

Imperium uigileſq; ſuo pro cæſare curæ
Dulce opus.hinc feſſos penitus ſubrepſit in artus
Inſidioſa quies.& pigræ obliuia uitæ
Tunc deus alpini.qui iuxta culmina dorſi
Signat apollineos ſancto cognomine lucos
Reſpicit.heu tanti pridem ſecurus alumni
Progreſſuſq; morans:hic mecum epidaurea proles
Hinc alti gaudens datur aggredienda facultas
Ingentem recreare uirum teneamus adorti
Tendatis iam fila colos.nec fulminis atri
Sit metus:has ultro laudarit iuppiter artes
Nam neq; plæbeiam aut dextro ſine numine certã
Seruo animã.atq; adeo breuiter dũ tecta ſubimus
Expediam.genus ipſe ſuis.præmiſſaq; retro
Nobilitas.nec origo latet:ſed luce ſequente
Vincitur.& magno gaudet ceſiſſe nepoti
Prima togæ uirtus illi.quaq; clarus & ingens
Eloquio.mox innumeris exercita caſtris
Occiduas primaſq; domos.& ſole ſub omni
Permetuit iurata manus.nec in ocia pacis
Permiſſum laxare animos: ferrumq; retingi
Hunc galatea ingens auſa eſt inceſſere bello
Hunc quoq; per nouem tenuit pamphilia meſſes
Pannoniuſq; ferox.arcuq; horrenda fugaci
Armenia.& patiens latii iam pontis araxes
Quid geminos faſces.magnæq; iterata reuoluam
Iura aſiæ.uelit illa quidem ter habere quaterq;
Hunc ſibi.ſed reuocant faſti.maiorq; curulis
Nec promiſſa ſemel.lybici quid mira tributi
Obſequia.& miſſum media de pace triumphum
Laudem.& opes tantas nec qui mandauerat auſus
Expectare fuit.gaudet tranſimenus & alpes
Cannenſeſq; animæ primuſq; inſigne tributum
Ipſe palam læta poſcebat regulus umbra
Non uacat arctoas acies rhenumq; rebellem
Captiuæq; preces ueledæ.quæ maxima nuper

tem Rutilium & accurriſſe cũ Aeſcula/
pio ad opem ferendam. Heu tanti pri
dem ſecurus alumni.heu inquit Apol
lo tãdem alumnum ſuum:de quo pri/
dem fuerat ſecurus negligens reſpexit.
Facultas gaudens alti:ideſt res & faci
nus dignum cælo. Datur: ſeſe offert
nobis. Tendatis.pergite inquit parcæ:
& nete uitam Gallico:nec rumpite ad/
huc filum. Fulminis atri:hoc ad Aeſ/
culapium:qui cum oli reuocaſſet Hip/
polytum mortuum ab iferis:a Ioue ful
minatus eſt.non eſt inquit metuendũ
fulmen ſi hunc ſeruabimus: nam ipſe
Iuppiter laudauerit & probauerit artes
noſtras in gallico ſeruando. Laudarit:
inemẽdati codices habẽt laudauit.ego
uero emẽdaui laudarit:quod magis cõ
uenire uidebatur. Has artes: mendoſi
codices habent arces:ſed nos artes legi/
mus:ut dicat laudauerit Iuppiter has ar
tes medicinæ:qbus ſeruauerimus gal/
licum. Ipſe genus ſuis:ipſe inquit ge/
nus ſuum & familiã illuſtrauit. Præ/
miſſa nobilitas retro:ideſt maiores etiã
illuſtrat. Nec latet origo:nec tamẽ pri
cipium generis obſcurum eſt. Perme
tuit:militauit:inemendati codices ha/
bent permetuit. Manus:dextera Ruti
lii. Iurata:ſacrata. Galate a ꝑ mari ac
cipit:ubi bellum geſſit Rutilius:& niſi
ſyllaba oppugnaret tuti eſſemus legen
tes.Gallatia ea eſt prouincia iuxta Biti/ Gallatia
niam:in quam galli olim uenerunt: ut Gallogræ
ſcribit Strabo.eadem appellata Gallo/ cia
græcia.Galatia item hiſpaniæ. Arme/ Armenia
nia:ab armeno ſocio Iaſonis a ſeptẽtrio
ne habet cholchidem & albanos: ab oc
cidente cappadociam ab oriente hirca/
num mare.hæc maior dicitur: altera ẽ
minor. Araxes:hunc fluuium ita ap/ Araxes
pellauit Armenus Iaſonis ſocius ex Pœ
nei theſſali ſimilitudine:q Araxes quo/
q; dicit:quoniã ille abrupit oſſa olym/
po:& tẽpe e mõtibꝫ planiciẽ lapſus. oli
non habuit exitũ:ſed Iaſon imitatus tẽ
pe theſſaliæ:uiã muniuit:ꝑ quã in ma/
re caſpiũ defert.Herodotus ex martia/
na eũ ꝓfluere putauit & ſcindi in qua/
draginta annos: diuidereq; Scythas &
Bactrianos hũc Caliſthenes ẽ ſecutus.põtẽ iſtaurauit Cæſar auguſtus. Geminos fa.duplicẽ ꝓcõſulatũ.
Reuocãt faſti.urbs eũ repetit & uult cõſulẽ. Libyci qd:qd opus ẽ narrẽ quod pœni auctoritate & idu
ſtria Rutilii obſequant romanis:neq; detrectẽt ꝑſoluere tributa.Nã.P.Attilius Rutilius coacta i Sicilia Attilius
ſeruili manu.xiiii.annos poſt Carthaginẽ deletã iteꝝ debellauit:ut reffert Liuius.hic uero Rutilius ean Rutilius
dem ad tributũ coegit. Captiuæq; ꝑces ueledæ.hæc dictio in oĩbus codicibus iuerſa ẽ.ita enim ſcribe
bantur. Captiuæq; preces uelede æ: ſed nos ita emẽdauimus auctoritate Cornelii taciti ut legas preces.

Veleda Veledæ captiuæ:nam ut ille ſcribit:Veleda & aurina multæ res fuerunt loco numinum habitæ apud
plæroſq; germanos.ſenſus igitur erit nō poſſum tibi nūc exponere:quemadmodū & germanos & eo/
rum numen ueledam cæpit:ideſt habuit numina germana captiua:ut dicimus.Captiua numina troiæ.
Gaudet tranſimenus:in laudem Rutilii ſcribit eum ultum eſſe clades:quas Romani a Pœnis accepe/
runt:cum illos compulerit ad tributa:ſed in primis rem gratam feciſſe Attilio regulo gentili ſuo:qui p
multos cruciatus a pœnis necatus eſt.De ſupplicio huius hiſtoriam recitauimus in commētariis Sylii

Gloria.depoſitam dacis pereuntibus urbem
Pandere.cum tanti lectus rectoris habenas
Gallice fortuna non admirante ſubiſti
Hunc igitur(ſi digna loquor)rapiemus iniquo
Nate ioui.rogat hoc latiæ pater inclitus urbis
Et meruit.neque enim fruſtra mihi nuper honora
Carmina patritio pueri ſonuiſtis in oſtro
Si qua ſalutifero gemini chironis in antro
Hærba tholo quocunque tibi troiana recondit
Pergamus.aut medicis fœlix epidaurus arenis
Educat.idæa profert quam creta ſub umbra
Dictami florentis opem.quoque anguis abundat
Spumatu.iungam ipſe manus.atq; omne benigne
Virus. odoriferis arabum quod doctus in aruis
Aut amphriſiaco paſtor de gramine carpſi
Dixerat.inueniunt poſitos iam ſegniter artus
Pugnantemq; animam. ritu ſe cingit uterque
Pæonio monſtrātq; ſimul.parentq; uolentes
Donec lætiferas uario medicamine peſtes
Et ſuſpecta mali ruperunt nubila ſomni
Adiuuat ipſe deos. morboq; ualentior omni
Occupat auxilium.citius non arte refectus
Thelephus hemonia:nec quæ metuentis atridæ
Sæua machaonio coierunt uulnera ſucco

ex Liuio & Gelio. Trāſimenus:de quo
fabulam confixit Sylius extat carmen.
Et meruit: Dignus eſt Domitianus
cuius uotis annuamus:nam mihi inqt
Apollo ludos cælebrauit:ii fuerūt ludi
Sæculares ſæculares:qui centeſimo quoq; āno cæ
ludi lebrant carmine a pueris puelliſq; ma/
trimis & patrimis cantato in Apollinis
& Dianæ laudē:ut ſcribit Macrob.Do/
mitiāus eos inſtaurauit habita rōne tē/
poris:ex quo æditi fuerūt non a Clau/
dio:qui pauloante fecerat.ſed ab Augu
ſto:qui centeſimo ante āno eoſdem re/
petierat.auctor Tranqllus. Nec enim
fruſtra:ita ut nō referā grām. In oſtro
Prætexta pa.i ptexta: nā ptexta & magiſtratuum
ueſtis erat & pueroꝝ dicta q; purpura
prætexeretur:ut Macro. i ſaturnalibus
ſcribit. Si q̄:adhibe inqt hærbas quas
Chiron ubicūq; habes. HAntro chironis :nā
medicus chiron medicinam hærbariā primus
docuit:ut refert Plini.ab eoq; hærba q;
dam chironia ē appellata. Tholo quo
cunq;:tēplo & luco tibi hærba ē ad tro/
epidaurus iam:ſiue ad tymbrā:ſiue alibi. Epidau/
rus oppidum in ſinu Saronico æſcula/
pii delubro cælebre: ut ſcribit Plinius.
Dictamus Dictamus:hærba de qua Vir. Dicta/
mum genitrix cretea carpit ab ida ube/
ribus caulē foliis & flore comantē pur/
pureo:hāc ceruus edit quotiēs fixus eſt
ſagitta.nā ita ferrū cadit. de eadē Plini.
multa. Quoq; anguis abūdat ſpuma/
Aeſculapii tu:nam Aeſculapius:ut eſt apud Ouid.
anguis anguē habet miniſtrū:quē ī hærbas medicas īmittit iturus ad ægrotū:cui ex ſpūa quoq; remedia adhi
Virus bet quā āguis emittit depaſtus prius hærbas medicas. Iungā manus: afferā partem meā. Et oē uirus:
omnes hærbas uirētes:nā uirus uirorem ſignificat:unde res uirulētæ apud celſū uirus idē latine dicitur
quod græce φαρμακον.i.medicina:ut tradit Pli. Quod carpſi:inemēdati codices habēt capſit. Sed ut
perſona cōueniat Aeſculapio loqnti.q pauloāte ait. Iūgā:nos legimus carpſi.i.collegi. De gra.amphri.
Amphry/ ex paſcuis ad amphriſum fluuiū theſſaliæ:nā Phœbus amore captus pauit regis admeti armēta: ut eſt
ſus apud Oui.& Strabo ita ſcribit.In agro qdē erethriæo urbs erat Tēpe Apollini conſecrata.cui ædē ipſam
Tempe ſacrā ut aiūt:rex Admetus ſtruxit:peneſquem phœbū mercede famulatū eē uulgat.Lucanus Qui flu/
mine puro irrigat.amphryſus famulātis paſcua phœbi. Ritu pæonio:in habitū pæoniū. Pæon Endy
Pæon mionis filius:ut Pauſanias ſcribit.nomē pæoniæ puinciæ dedit.Homerus cū medicos laudat eos ait eē
genus pœonis. Mōſtrātq; ſimul:docēt alter alteꝝ. Suſpecta nubila:inſidioſas tenebras ſomni mali le/
Lethargus thargi ruperūt.Nam hoc primū adhibēdū eſt remediū:ut ſcribit Celſus ut qui lethargo laborāt excitē
tur.Celſus in tertio.Hos ægros qdē ſubinde excitare nitūtur admotis iis:quæ p ſternutamēta euocant:
& iis q̄ odore fœdo mouēt:qualis eſt pix cruda.Lana ſuccida:piper ueratrꝝ.Plura apud illū. Occupat:ce
Thelephus leriter capit remediū. Thelephus arte hæmonia.i.altero uulnerē Achillis hæmonii:nā ab Achille Thele
phus ſanatus eſt altero uulnere:uel certe emplaſtro ferri rubigine mixta:ut Plini. putat: unde Achilles
inquit pingit decutiēs rubiginē ferri in uulnus. Thelephi:plura recitauimus.de hoc ī cōmētariis Mar.
ex primo libro Euſtathii ī Home. Atridæ metuentis.Vſurpauit Homeri uerbū qui ſcribit Menelaū
percuſſum a pandaro timuiſſe inſpecto uulnere. Succo machaonio:duo fuerūt medici græcorum ex/
Podalyri/ ercitu Agamemnonem ſecuti filii Aeſculapii Podalirius & Machaon: qui auctore Celſo & Homero te
us ſte uulneribus tantum medebantur hærbarum ſuccis.Propterea Martialis dum chirurgū uellet deſi/
Machaon gnare:Podaliriū dixit.Euſtathius uero affirmat podaliriū uerſatū eſſe in ea parte medicinæ:q̄ mo/

dum uitæ ægrotantibus perſcribit Machaonem in uulneribus ſanandis:qui ut idem auctor eſt impera uit in Tricha Theſaliæ urbæ:quæ eadem Trachina dicta eſt.horum ſorores fuerũt Hygia.Eglee. Pane: ut refert Pli.quas Socrates pinxit.plura de his ſcripſimus in Martialẽ ex lycophronis interpte. Quis lo cus ſit mihi:paruam inquit gratiam mæretur cura & uotum meum pro Rutilio.cum patres omnes & uniuerſus populus idem ageret.tamen nouit Apollo uates meus q̃ ſollicitus ego quoq; fuerim. Augu ror cuncta:ſubauſculto & colligo omnia. Netite:frequentatiuum dictum a neo deducite inquit fila o parcæ.

Tricha
Trachina

Quis mihi tot cœtus inter.populiq; patrumq;
Sit curæ uotiq; locus. tamen ardua teſtor
Sydera.teq; pater uatum tymbree. quis omni
Luce mihi.quis nocte timor.dum poſtibus hærens
Aſſiduus.nunc aure uigil.nunc lumine cuncta
Auguror.immenſe ueluti connexa carinæ
Cymba minor:cum ſæuit hyems pro parte furenti
Parua receptat aquas.& eodem uoluitur auſtro
Netite nunc lætæ cãdentia fila ſorores
Netite. nemo modum tranſmiſſi computet æui
Hic uitæ natalis erit.tu troica dignus
Sæcula.& euboici tranſcendere pulueris annos
Neſtoreoſq; ſitus:qua nunc tibi pauper acerra
Digna licet.nec ſi uacuet meuania ualles
Aut præſtent niueos clitumna noualia tauros
Sufficiam:ſed ſæpe deis hos inter honores
Ceſpes & exiguo placuerunt farra ſalino.

Balneum Etruſci.

Non helicona graui pulſat chelis enthea plectro
Nec laſſata uoco totiens mihi numina muſas
Et te phœbe choris. & te dittimus euhã
Tuq; inîica feræ uolucer tegeeus honorẽ
Terga premas:alios poſſunt mea carmina cœtus
Naiadas undarum dominas. regemq; coruſci
Ignis adhuc feſſum ſiculaq; incude rubentem
Elicuiſſe ſatis.paulum arma nocentia thebæ
Ponite.dilecto uolo laſciuire ſodali
Iunge puer cyathos & enumerare labora

Erit natalis uitæ:erit dies nata lis uitæ Rutilii:nam hodie eũ natũ pu tabimus. Sæcula troica.i.titoni annos nam Titonus & Laomedon troiani fra tres fuerũt.Laomedon tenuit loca cir ca troiam.Titonus ſeceſſit in orientem ubi dicitur amore captus auroræ uer ſus in cicadam.Hieronymus : ut refert Euſtachius in odyſſeam Homeri:ſcri bit Titonum petiiſſe ab aurora: ut im mortalis eſſet oblitum etiam patere:ne conſeneſceret.Creſias auctor eſt:ut re fert Diodorus.Teutamo in Aſia regnã te:qui uigeſimus a Nino & Semirami de fuit:Titonum fuiſſe perfectũ perſa rum.cũ aũt aſſyrii mille amplius annis tenuiſſent troiã primũ obſeſſam a græ ciis petiiſſe opem ab illis:miſſaq; fuiſſe decem milia Aethiopũ cũ totidem ſu ſianis:cũ ducẽtis curribus duce Mem none Titoni filio.An nos pulueris eu boici.i.ſibyllæ cumanæ.nã cumas chal cidenſes ex euboia condiderũt.Sybilla annos ab Apolline popoſcit pro nume ro pulueris puteolani:quem manu pre henderat Sibylla alibi:uel quantos ego delium popoſci.nota hiſtoria. Situs neſtoreos:ſenectutẽ Neſtoris. Meua nia:in umbriã patria Propertii cũ clitũ no fluuio:cuius aqua pota cãdidos bo ues reddit.Pli.hunc in faliciſ eſſe putat. Virgilius & Sylius ut diximus in com mentariis Sylii copioſius de eo diſputã uimus. Sufficiam:non ſatis ero ad uo ta quæ ſuſcepi pro te. Farra exiguo ſa lino: ideſt mola:nã ex farre & ſale mo la fit.Plini.mola tantum ſalſa litant qui non habent thura. Placuerunt deis: Ouidius:ſed ut tamẽ fuſo tauroꝝ ſan guie cẽtũ.Hæc canit mimo thuris ho nore deus. Domiti.Auguſtino.

Laomedõ
Titonus
Memnon
Meuania
Clitũnus
Mola

Hetruſcus Auguſtine:in cuius balneo tã ſublimi carmine euagatus eſt Papinius: ex ſeruili conditione ad opes peruenerat & dignitatẽ:nã pater ex aula Claudii calliculæ Neronis li bertatem eſt adeptus:& diuitias.eundẽ ſenẽ in exiliũ a Domitiano miſſum huius filii cui nũc poeta blãdit lachrymæ & pietas reuocarunt:qđ qdẽ înotuit:& epigrãmate Marti.& huius poetæ carmine.nũc ſolutus curis animũ ad uoluptatẽ cõponẽs i ſodalis grãm bal neolũ deſcribit:ſed furore uehemẽti ſola ꝓpe inuocatione agitur.paucis enim uerſibus i balneum laſciuit.lõgiuſq; incipit q̃ narrat uel deſinit:ipſo tamẽ initio iter nymphas q̃ aquaꝝ ſunt uarie tate geſtit carminis. Nõ helicona:cãtaturus inqt de aqs & fornace balnei nõ accerſam aliqđ numen ex helicone:ſed îuocabo nymphas & uulcanũ. Alius cœtus numinũ. Regẽ ignis:uulcanũ. Thebæ:apo ſtrophe ad thebaidẽ quã cõpõebat:cuius carmẽ îtermittit:ut hãc ſyluã canat i grãm etruſci ſodalis. Ar ma nocentia:fraterna:nam fratres Etheocles & polinices de imperio Thebano concertarunt.damnãda igitur & nocentia bella erant:cum eſſent inter fratres. Iunge cyathos:cum bibebant antiqui:ſoluti cu ris numerabant pocula ad numerum litterarum:quibus amicorum abſentiam nomina ſcribebantur. hoc innuit Horatius in carmine.Porphyrio apte ẽ interptatus.Hos in cõmentariis Mar.copioſius dixi mus:uult ergo Papi.potu accendi ad carmen illud Martialis bibent.Succurrẽt mihi quindecim poetæ.

Hetruſcuſ
Poculorũ litteræ

Cuntantemq; incede chelim diſcede laborq;
Curaq; dum nitidis caminus gemmantia ſaxis
Balnea dumq; procax myrthis hederiſq; ſoluta.
Fronte uerecundo clio mea ludit hetruſco
Ite deæ uirides liquidos auertite uultus
Et uitreum teneris crinem redimite corymbis
Veſte nihil tectæ.quales emergitis altis
Fontibus & uiſu ſatyros torquetis amantes
Non uos quæ culpa decus infamaſtis aquarum
Solicitare iuuat.procul hinc & fonte doloſo
Salmacis.& uiduæ crebenidos arida luctu
Flumina & herculei prædatrix cedat alumni
Vos mihi quæ latium.ſeptenaq; culmina nymphæ
Incolitis.tybrimq; nouis attolitis undis
Quas præceps anien.atq; exceptura natatus
Virgo iuuat.marſaſq; niues & frigora ducens
Martia:præcelſis.quarum uagum molibus unda
Creſcit:& innumero pendens tranſmittitur arcu
Veſtrũ opus aggredimur.uŕa ẽ quã carmine molli
Pando domus:non unquã aliis habitaſtis in antris
Ditius.ipſa manus tenuit cytherea mariti
Monſtrauitq; artes.neu uilis flamma caminos
Vreret.ipſa faces uolucrum ſuccẽdit amorum
Non huc admiſſæ thaſos aut undoſa cariſtos
Mœret onyx longe.queriturq; excluſus ophites

Chelim cuntantem:ideſt ſegnem. Hetruſco uerecundo:erat enĩ iuuenis & inſigni pudore. Ite deæ: iuocat nymphas. Deæ uirides:nymphæ muſcoſæ:uel a colore maris:quod uiride aliquando dicimus.
Auertite:exuite. Liquidos uultus:cæruleos:alii codices habent a uertice:ut legas redimite liqdos uul/
Vertex tus a uertice. Vertex ſumitas capitis dicta:q; inde fit flexus capillorum:ſcribit Fabius. Emergitis: ſole
tis emergere. Torquetis:cruciatis amore. Non uos:abdicat & reiicit nymphas fontium:quæ aliquo
crimine infames ſunt. Non iuuat ſollicitare:nolo elicere & inuocare uos. Culpa:aliquo ſcelere. Sal/
macis:fons in Caria:cuius aquam qui
potauerit:mollis dicitur fieri. Id negat
Salmacis Strabo. Salmacis autem nympha: ut
eſt apud Ouidium hermaphroditum
adeo auide ẽ complexa:ut ambo ĩ unũ
coierint corpus:hinc doloſum fontem
appellat Papinius. Vetruuius ſcribit mi
dam & Aredamam duxiſſe Coloniam
in Carianum expulerũt legas & cares:
diuerſoriumque erexiſſe iuxta Salma/
cim fontẽ:cuius aqua ſuauiſſima mul/
tos ad mutuam uitæ ſocietatem ĩ eun/
dem locum allexerit:unde fabula de fo
Crebenes tis mollitie nata eſt. Crebenidos : aliis
ſyllabis euerſa eſt dictio ĩ omnibus co/
dicibus:ſed ita emendamus:nam Cre/
benes fluuius phrygiæ ẽ:cuius filia He
Heſperia ſperia:ut eſt apud Ouidium ab Eſaco
amata fuit filio Priami.ea dum fugeret
in ripa fluminis patris morſu ſerpentis
Eſacus extincta eſt. Eſacus dolore in mergum
eſt conuerſus hactenus Ouidius dein/
ceps Græci: Crebenus pater merore ex
aruiſſe dicitur & factus eẽ palus : unde
peſtilentes exhalationes emittuntur.
Strabo crebeſiã paludem appellat flu/
mina. Crebenidos:Heſperies filiæ cre
beni. Viduæ:amiſſo Eſaco. Arida lu
ctu:poſt mortem filiæ. Prædatrix:hy
lan lacum in bythinia intelligit:ubi ra/
Hylas ptus eſt Hylas puer Herculis:quod ac/
colæ teſtabantur ſingulis annis circueũ
tes lacum & hylam uocitantes : quod
ſcribit Solinus hunc raptum fuiſſe ad
Arganto/ Argantonium promontorium ſcribit
nium Strabo Proptius:ut in eius cõmentariis diximus:Argantiphagum appellat.hic erat argãtiphagi ſub uer
Argãtipha tice mõtis.nam ita ille uerſus emendandus eſt. Cedat:diſcedat. Vos mihi:inuocat nymphas aquarũ
gus quæ in urbem ducebantur : hæ olim nouem fuerunt:ſed poſtea maiori numero:ut ſcribit Frontinus.
Anio Nouis undis:aliunde aduectis. Attolitis:augetis. Preceps anien:nam anio uetus & anio nouus in ur
Virgo bem ducebantur:de aquæ igitur ductu:nõ de flumine nũc intelligit. Virgo: uirginem aquam duxit
aqua Marcus agrippa ab octaui lapidis diuerticulo duo millia paſſuum.uirgo dicta: quoniam in præneſtina
Thaſos uia qua labitur cum eſt prope Herculeum ſinum longo diuerticulo ſecedit:quaſi Herculis cõgreſſum
declinare uideatur:unde uirgo eſt dicta:ut putat Plinius. Frontinus uero de aquæ ductibus ſcribens ait
id nomen datum eſſe:quoniam eius fontẽ indicauerit uirgo. Exceptura natatus:in qua homines ſæpe
natare ſolent:nam aqua uirginis præſtabat tactu:quod ſcribit Plinius ut Martia hauſta. Martia de aqua
martia ante dictum. Præcelſis molibus:deſcribit fornices ductuum. Vnda uaga:longo ſpacio errans.
Præcelſis molibus:altis ædificiis & fornicibus. Creſcit:ſublimis eſt. Pendens: nõ attingens terram:
ſed in aere. Tranſmittitur:ĩ urbem. In numero arcu:multis fornicibus. Cytherea:uult uenerẽ fuiſſe
architectam tam amœni balnei:ut etiam antea in uilla Vopiſci. Succendit:ſuppoſuit fornacibus. Ma/
riti:Vulcani. Thaſos:una ex cycladibus:unde thaſium marmor:ut ait Pli.pari aũt Thazon cõdiderũt:
Cariſtos ut ſcribit Thucydides & Strabo. Cariſtos: urbs euboiæ in ripa ſub mõte ubi erat Apollinis marmarii
templũ.lapis illic naſcebat̃:quem pectebãt & texebant,mantilia inde cõficiebãtur ægregiæ cõtexta.plu/
Mamura ra apud Straboné. Mamura:primus ĩ quẽ Catullus ſcripſit Cariſtũ marmor habuit Romæ ĩ colũnis.
Mœret onyx:uilia inquit hic nõ ſunt marmora:ſed tantum precioſa. Atqui Martialis hæc oĩa mar/
mora ĩ hoc balneo eẽ ſcribit:ſed ille a copia marmorũ:hic a pſtãtia laudat. Onyx.i.marmor onychites.
Mœret:quoniã nõ ẽ admiſſus ĩ thermas,de his marmoribus ĩ cõmẽtariis Mart.ſatis multa diximus.

Sola purpura:ſolum marmor Porphyrites exciſſum ex uenis numidicis illic eſt.nullũ inquit mar/ Porphyri/tes
mor illic eſt:niſi uariatum maculis purpureis.ut numidicum & ſinadicum:quod quidem diſtinctum
eſt maculis purpureis:quoniam Atys puer cum in phrygia cybelẽ fugeret nota fabula: abſciſſis genitali Atys
bus lapidem hunc cruentauit guttis manantibus.de marmore ſinadico ante diximus.Et ſidonia gutta
purpurea. Vix locus:uix inquit admiſſum eſt marmor laconicum uiride ut ſi coniunctum cũ ſinadi/
co pariat uarietatem. Eurotas:fluuius laconicæ iter gytium & acceos erũpit.de quo plura ſcribit Pro/ Eurotas

Sola nitet flauis nomadum deciſa metallis
Purpura.ſola cauo phrigiæ quam ſynados antro
Ipſe cruentauit maculis lucentibus atys
Quæq; tyri niueas ſecat & ſydonia rupes
Vix locus eurotæ uiridis cum regula longa
Sinada diſtinctum uariat:non limina ceſſant
Effulgent cameræ.uario faſtigia uitro
In ſpecies animoſq; nitent.ſtupet ipſe beatas
Circumplexus opes.& parcius imperat ignis
Multus ubiq; dies.radiis ubi culmina totis
Perforat:atq; alio ſol improbus uritur æſtu
Nil ibi plæbeium.nuſq̃ themeſea notabis
Aera:ſed argento fœlix propellitur unda
Argentoq; cadit:labriſq; nitẽtibus inſtat,
Delitias mirata ſuas:& abire recuſat
Extra autem niueo qui margine cærulus amnis
Viuit:& in fundum ſummo patet omnis ab imo
Cui non ire lacu pigroſq; exoluere amictus
Suadeat hoc malet naſci cytherea profũdo
Hic te perſpicuum melius narciſe uideres
Hic uelox hecate uelit & depreheñſa lauari
Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata:crepãtis
Auditura pilas ubi lãguidus ignis ierrat
Aedibus:& tenue uoluunt hypocauſta uaporem
Nec ſi baianis ueniat nouus hoſpes ab oris
Talia deſpiciat (fas ſit componere magnis
Parua) nerõia nec qui modo lotus ĩ unda
Hac iterum ſudare neget.macte oro nitẽti
Ingenio.curaq; puer.tecum iſta ſeneſcãt
Et tua iam melius diſcat fortuna renaſci.

bus teſtimonio calimachi hic pro mar
more laconico quod uiride ẽ ponitur.
Cum regula lõga:ideſt lõgus tractus
marmoris uiridis & linea quædã. Va/
riat ſinada:marmor ſinadicum. Non
ceſſant limina:nec limina inquit uacãt
marmoribus.nam uiliora marmora ĩ
liminum erant uſu:ut Plini. ſcribit.hic
non in liminibus etiam precioſa mar/
mora. Vitro uario.nam poſt tempo/ Vitrum in cameris
ra.M.Agrippæ uitrum cameris põi cæ
ptum eſſe ſcribit Plini. Nitẽt in ſpecies
& animos:repræſentant inquit uultus
præſentes tãq̃ ſpecula. Parcius impe/
rat.minorem emittit flammã. Mul/
tus dies:multa lux. Alio æſtu : Ther/
marum ubi ſol inquit immittit radios
tãq̃ uelit alio etiam æſtu calere impro/
bus & nõ contentus ſuo. Labris: labra Labrã ua/ſa
uaſa ſunt.Cura inquit Cicero ut labra
in balneis ſint.ad alios autẽ uſus eſt ni/
tenti ripa. Patet oĩs: totus conſpicuus
eſt. Et depræhenſa:etiã ſi depræhen/
deretur hic Diana ab actæone nõ mole
ſte ferret. Quid nũc ſtrata:qd ego nar
rem tibi tabulata:quæ ĩ ſublimi parte
ædium ſũt:quo deſinũt uaporaria ha/
bentia ĩ uertice pilã concauã:quo perue
nit flammã ignis in imo ardẽtis:ſed lã/
guida & tenuis:ut domus ita tepeat:nõ
aũt eſtuet. Pilas crepantes : obſtrepen/
tes igne. Ignis lãguidus:flãma iam re/
miſſa:cũ tantũ aſcẽderit. Et hypocau/ Hypocauſta
ſta:uaporaria:nam ita Cicero iterpreta
tur ad Atticum ſcribẽs. In unda nero/
nea:in thermis neronianis.Marti.Et in
modico ſexta nerone calet. Iam :patre
reſtituto ab exilio. Renaſci:poſt cala/
mitates acceptas.

Kal.decembres Saturnales.

Et phœbus pater:& ſeuera pallas
Et muſæ procul ite feriatæ
Iani uos reuocabimus kalendis
Saturnus mihi compede exoluta

Domitianus Auguſtino.

Saturnalia Auguſtine a qbꝫ totũ opus ĩſcripſit Macro.Dies feſti erant menſe decẽbri dicati ſa turno.vii.ut Neui.poe ta & alii ꝑdiderũt.non nulli tres:alii unũ:quos Feneſtella ſeqᷓ In his Domitiãus:ut Trãql.refert:inter ſpectacula largiſſimũ dedit epulũ diui/ Saturnalia
ſis panariis ſenatui & equitibus:plæbeis ſportellis cũ obſoniis.Papinius qui cõuiua fuerat ĩperatori blã/
diẽs epulas laudat:qđ & Mar.facit.in quo illud maxĩe ſeqᷓtur ut primũ apte inuocet.nũina igiᷓ ſaturna/
litia tãtũ appellat reliqs repudiatis. Ite feriatæ ad agẽdũ ociũ.uel lege feriatũ.ductũ a feriis qbus ceſſatur
ab ope. Reuocabimus:ad carmẽ. Kalẽdis Iani:Ianuariis kal.poſt ſaturnalia. Saturnus cõpede exolu/ Saturni uincula
ta. Saturnus:ĩ cõpedibus toto ãno erat.Verrus flaccus cãm ignorat.Apollodorus ſcribit Saturnũ uiciri
per ãnũ laneo uiculo & ſolui ad diẽ ſibi feſtũ hoc ẽ ĩ ſaturnalibus.inde ꝓuerbiũ deos pedes laneos habe/
re ſignificari p id.x.menſe ſemẽ ĩ utero aĩatũ.ĩ uitã grãdeſcere qđ donec erũpat molibus nectiᷓ uiculis.

Grauidus mero:in quo omnes uino indulgent.Iuuenalis a contrario & uinũ toto nescire decembri. ut nos quidẽ docuimus:quod alii nõ aduerterunt. Cæſaris:Domitiani. Ebria:ĩ qua omnes uino exhi larati ſunt. Iã bellaria adorea:bellaria a græcis dicunt̃ ſecũdaꝶ menſarum cybi pro libis dul ciariis accipit.Propterea ait Adorea hoc eſt farracea:nam quod antiqui adoreũ dixerunt nos far. auctor Plinius.ea erãt preſtãtiora Virg.& adorea liba per hærbam.alii codices habẽt uelaria.ut dicas e uelis qui bus tegebatur amphiteatꝶ hæc decidiſſe.placet prior ſententia. Hũc rorẽ:placentaꝶ. Ponticis nuce tis:nucẽ prænestinã cuius meminit Ne uius græci põticam appellarunt:ut ſcri bit Macro.quoniam ĩ ponto copioſius naſcatur Varro prænestinã dixit. Iugis idumes:palmas ĩtelligit:nam idumæ q̃ Arabia finitur a Peluſio ſexagintaquiꝗ milia paſſuum palmetis conſpicua ẽ.de quo ſatis multa recitauimus ex Strabo ne & Plinio in Marti. Damaſcus: urbs Syriæ nobiliſſima Perſiæ uicina, duo bus fructibus mõs eiuſdẽ nominis ma xime nobilis ẽ prunis.ſ.& mixis:ut ſcri bit Plinius.Pia.nã ſyrii cultu deoꝶ ma xime intẽti ſunt:ſpargebant̃ inquit pru na & mixæ ſyriæ. Eboſya:de Zachare loquit̃.id aũt ẽ mel ĩ arundinibus colle ctũ ultra tripolitaꝶ mare libanus & An tilibanus ultra ſyroniũ deſinũt ad Ara biæ mõtes q̃ ſũt ultra Damaſcũ cãpum in medio poſitum.Papinius eboſiã ap pellaſſe uidet̃:nã ut ſcribit Stra. illic na ſcitur iũcus odoratus & cãna Zacharis: alii eboſiã in Chio eẽ ſuſpicãtur. Præ coquit:maturat ante diẽ. Gratuitum : in munus. Molles caſeoli. Sigilla:ideſt parua ſigna mittebant̃ in ſaturnalibus cauſam ex Macro.recitauimus.in cõmẽ tariis Marti.& ſigillum pueri bruti ĩ ſa turnalibus apud eum poetam eſt. Lagõ puer fuit ſubdolæ & fucatæ uernulita tis:cuius ſignum luciſcus finxit. Marti. Nos puerũ bruti facimus. Nos lagona uiuum.Gaiorum præterea numiſma ta in arte erant.alibi Papi. plus minuſue aſſe Gagoao.hoc loco per gaiolos & la gunculos ſigilla intelligit gai & lagonis pueroꝶ quæ ex more ĩ ſaturnalibus re preſentata ſũt:uel pane dulciario uel ali quo alio obſonio. Amerina:pyra ĩtelli git ita appellata a patria ut picentina ale xandrina.Plinius. Non peruſtis : non dũ maturis.nã ſeueriſſima ſunt:ut ſcri bit Plinius. Et muſtaceus:de eodem Iuuenalis neutro genere.& muſtacea perdas ita dictum:quoniam ex farina ſiliginis ut refert Cato in re ruſtica muſto conſperſa conficiebatur.adhibebant aniſum cimi num multa præterea alia. Cariotides:de his lege quæ diximus in commentariis Martialis:ſpargeban tur autem palmæ in theatris Martialis notæ cariotides theatris. Hyems:tẽpeſtas rerum miſſilium:nã Domitianus in hoc epulo ſequenti die ut refert Tranquillus ſparſit aues & omnis generis miſſilia quo rum maior pars:quoniam inter populares decideret.Pronũciauit quiquagenas teſſaras ſenatui & equi tibus. Latẽte palma:uidebamus inquit cadere cariotides ignorantes ubi nã eẽt palma arbor ex qua de ciderent.mendoſi codices habent. Latente palma:ſed nec ullus eſt ſenſus.nec ſyllaba permittit. Iouis noſtri:Domitiani. Hi imbres:tales rerum miſſilium turbines. Caueas:ſpectatorum. Plæbes altera: multitudo miniſtrorum. Nõ minor:nõ inferiori conditione eorum quibus miniſtrabant. Panaria: panarium uas in quo panis ſeruatur:ut granarium ĩ quo granum.auctor Varro:hic accipit pro uaſis in quibus bellaria erant.Mar.Cũ panariolis tribus rediſti. Mappas:nã mappæ etiam dabant̃ ſaturnalibus. Mar.his comes acceſſit ſpõgia mappa calix. Subuectãt:geſtãt p̃ ſingulos. Vina marcida: præmatura & dulcia.Mar.Marcẽtes tibi porrigẽt uuæ:unde & flores quũ nimia maturitate lãguẽt marcere dicũtur.

Et multo grauidus mero december:
Et ridens iocus & ſales proterui
Adſint:dum refero diem beatam
Læti cæſaris.ebriamqꝫ pando:
Vix aurora nouos mouebat ortus
Iam bellaria adorea pluebant
Hunc rorem ueniens profudit eurus
Quicquid nobile ponticis nucetis
Fœcundis: cadit aut iugis idumes
Quod ramis pia germinat damaſcus
Et quas præcoquit eboſia cannas
Largis gratuitum cadit rapinis
Molles gaſeoli:lagunculiqꝫ
Et maſſis amerina non peruſtis
Et muſtaceus:& latente palma
Prægrandes cariotides cadebant:
Non tantis hyas in ſerena nymbis
Terras obruit:aut ſoluta plias
Qualis per cuneos hyems latinos
Plæbem grandine concutit ſerenam
Ducat nubila Iuppiter per orbem
Et latis pluuias minetur agris
Dum noſtri Iouis hi ferantur imbres
Ecce autem caueas ſubit per omnis
Inſignis ſpecie decora cultu
Plæbes altera non minor ſedente
Hi panaria candidaſqꝫ mappas
Subuectant epulaſqꝫ lautiores
Illi marcida uina largiuntur
Idæos totidem putes miniſtros

Bellaria
Adoreum
Nux
Pontica
Idumæ
Damaſcus
Zachar
Eboſia
Lagon
Panarium

Seuerior.ſ.eſt autem apoſtrophe ad annonam.cuius quinquagenas teſſaras ſenatui & equitibus pro nũc iauit Domitianus. Beata:larga & copiſa. Neſcis hunc diem:non ſentis iacturam ullam huius diei aut propterea tui penuriam affers.Domitiani autẽ eſt laus:qui ut ſcribit Tranquillus uitium curam re mittit iuſſit ut maior eſſet annonæ fertilitas. Antiqui Iouis:Saturni.anteponit ſæculum Domitiani tẽ poribus ſaturni. Occupabat:ideſt nec ſegetes tam cito proueniebant. Vna menſa:ex hiſtoria eſt Tranquilli.nam Domitianus primus in eo cõuiuio ueſcendi initium fecit.Martialis.Veſcit̃ oĩs eques tecum.populuſqꝫ patreſque Et capit ambroſias cum duce Roma dapes. Libertus reuerẽtiam. nam libertas conceſſa eſt ſeruis ĩ ſaturnalibus.Horatius in ſeruum .age libertate decembri quando ita maiores uoluerunt uti & cum dominis diſcumbebãt:inde .L.actius in ãnalibus mos traditur illic iſte ut cum famulis domini epulemur ibidem. Effugit leuis uoluptas: uoluptatem ſpectaculorũ extollit cum ait eam leuem effugere.nam quæ iucundiora ſunt breuiora nobis uidẽt̃ & effugere citius. Stat ſexus poſt epulum:ut ſcribit Tranquillus non modo uirorum ſed mulierum pugnas edidit Martialis.Belliger inuictis quod mars tibi ſæuit in armis Non ſatis eſt Cæſar ſæuit & ipſa uenus. Sexus rudis ferri: ideſt mulieres imperitæ armorũ tractãdorum. Vt capit:cum inierunt pugnas alii codices iemẽdati habẽt cupit. Thermodontiacas.amazonum turmã ad thermodontem habitantium.Propertius.Qualis amazonidum nudatis bellica mammis.Thermodõtiacis turma lauat̃ aquis. Statim: ſimul ac nati ſũt. Nodoſum:nam altius non creſcunt.

Grues mirantur: inquit quæ & ipſæ inter miſſilia erant.nã aues etiam ſparſit ut diximus.mirant̃ autem cũ ipſe id genus hominum ſoleant inſectari.ut ẽ apud Homerum & Plinium ĩ.vii. Caſuræ: in amphiteatro Spaſio. pſallocitariſtes & chorocitariſtes intelligit. quos Domitiãus edidit.Spaſio & Hemus magiſtri puellarum ad ſaltatiões erant.Hemi Iuuena. meminit. Agnoſcitur:ſpectatur. Tumentes: epitheton Lydorum & Syrorum. Gades tinnulæ:ideſt agiles & ad ſaltationem aptæ puellæ gaditanæ. Tinnulæ:a tinnitu æris quo ſaltant.Mar.Edere laſciuos ad bætica cruſmata geſtus. Syrorum: confluunt inquit non ſolum Syri ſerui & ſcænici homines.ſed etiam extremi & uiliſſimi miniſterii ut qui mutat ſulphurata uitro. Gregale nã faſciculis & gregatim ſulphurata permutantur. Martialis qui ſulphurata fractis pmutat uitreis.Iuuenalis.Et rupto poſcentem ſulphura uitro. Nubes uolucrũ: ſparſæ ſunt aues ut diximus quod & Martialis ſcribit. & Nero in ſpectaculis idem fecit. auctor Tranquillus.

Spaſius
Oemus

Orbem:qua melior ſeuerioꝛqꝫ eſt
Et gentes alis in ſemel togatas
Et cum tot populos beata paſcas
Hunc annona diem ſuperba neſcis
I nunc ſæcula compara uetuſtas
Antiqui Iouis aureumqꝫ tempus
Non ſic libera uina tunc fluebant
Nec tardum ſeges occupabat annum
Vna ueſcitur omnis ordo menſa
Parui:fœmina:plæbs eques:ſenatus
Libertus reuerentiam remiſit
Et tu quin etiam (quis hoc uocare:
Quis promittere poſſit hoc deorum)
Nobiſcum ſocias dapes iniſti
Iam ſe:quiſquis eſt:inops beatus
Conuiuam ducis eſſe gloriatur
Hos inter fremitus nouoſqꝫ luxus
Spectandi læuis effugit uoluptas
Stat ſexus rudis:inſciuſqꝫ ferri
Vt pugnas capit improbus uiriles
Credas ad tanaim. ferrumqꝫ phaſin
Thermodontiacas calere turmas
Hic audax ſubit ordo pumilonum
Quos natura breuis ſtatim peracta
Nodoſum ſemel in globum ligauit
Edunt uulnera:conſeruntqꝫ dextras
Et mortem ſibi:quam manu minantur
Ridet mars pater:& cruenta uirtus
Caſuræqꝫ uagis grues rapinis
Mirantur pumilos ferociores
Iam noctis propioribus ſub umbris
Diues ſpãſio quos agit tumultus
Huc intrant faciles hemi puellæ
Hic agnoſcitur omne quod Theatris
Aut forma placet:aut probatur arte:
Hoc plaudunt grege lidyæ tumentes
Illic cymbala:tinnullæqꝫ gades
Illic agmina confremunt Syrorum
Hic plæbs ſcænica:quique comminutis
Permutat uitreis gregale ſulphur.
Inter quæ ſubito cadunt uolatu
Immenſæ uolucrum per aſtra nubes

Mēnonis aues
Phaſiani

Nilus ſacer:ſcilicet habet:hæ ſunt aues memnoniæ ut ego arbitror.nā Memnon in Aegypto ſepulchrū habuit ubi aues q̄s iter luxurioſas cōmemorat Pli.ſingulis annis certabāt.aquā madidis alis afferētes ut hærba reuiuiſceret qđ ſcribit Pauſanias.Plinius in gulā.E ſepulchris inquit aues eruimus. Phaſis:phaſianos intelligit allatos ex ponto ubi phaſis ē fluuius.illic tamen auriculas ſubmittunt e plumis; quod alibi non faciunt.ſi Plinio credimus. Numidæ:gallinas numidicas intelligit eædē appellanť meleagrides ut putat Plinius columella alias exiſtimat.& Varro criſta.ſ.cerulea.cum numidicæ rubram habeant guttis diſtinguunť.Mar.Numidicas guttas appellat.Iuue.aues aphras.

Meleagrides
Numidicæ

Quas Nilus ſacer:horriduſq; phaſis
Quas hudo numidæ legunt ſub auſtro:
Deſunt qui rapiant.ſinuſq; pleni
Laudent.dum noua lucra comparantur
Tollunt innumeras ad aſtra uoces.
Saturnalia principis ſonantes
Et dulci dominum fauore clamant.
Hoc ſolum uetuit licere Cæſar
Vix dum cærula nox ſubibat orbem.
Deſcendit media nitens arena.
Denſas flameus orbis inter umbras.
Vincens gnoſiacæ facem coronæ
Collucet polus ignibus.nihilq;
Obſcuræ patitur licere nocti.
Fugit pigra quies.inerſq; ſomnus:
Hæc cernens alias aduiit urbes.
Quis ſpectacula.quis iocos licentes
Quis conuiuia? quis dapes inemptas
Largi flumina quis canat lyæi.
Iamiam deficio tuoq; baccho
In ſerum trahor ebrius ſoporem.
Quos ibit procul hic dies per annos
Quam nullo ſacer exoleſcet aeuo.
Dum montes latii:paterq; tybris
Dum ſtabit tua Roma:dumq; terris
Quod reddis capitolium manebit.

Legunt:capiunt. Sinus pleni:idem apud Martialē. Sonantes ſaturnalia.nā ſaturnalia clamabant ſoluto conuiuio more ueteri: ut ſcri. Macrobius. Hoc ſolum:qđ ſequitur. ex hiſtoria autem eſt.nam Domitianus ad lychnos edidit ſpectacula & ipſe ſpectauit ludos toga germanica capite geſtans coronam auream cum effigie Iouis. Iunonis:ac Mineruæ. aſſidentibus diali ſacerdote ex collegio flauialium pari habitu. niſi q̄ illorum coronis inerat ipſius imago.

Facem: quo ſplendore ut nonnulli ferunt Theſeus uias labyrinthi illuſtratas euaſit.auctor Hyginus. Hæc cernens:nihil ſcilicet eſſe tenebraꝝ. Inemptas: datas gratis. Serum:nocturnū. Ibit procul ꝓpagabitur in poſteros. Hic dies:laus huius conuiuii. Sacer: cōſecratus īmortalitate. Quod reddis: inſtauras.nam Domitianus īſtaurauit capitolium quod rurſus arſerat :ut ſcribit Tranquillus.& ita fore uaticinať Iuppiter apud Sylium:ille etiam qua priſca fides ſtat regia nobis Aurea tarpeia iunget capitolia rupe. Martialis pro capitolinis quid.n.tibi ſoluere templis Quid pro tarpeiæ frondis honore poteſt.

Statii papinii ſyluarum liber ſecundus ad meliorem atedium.

ET familiaritas noſtra:q̄ gaudeo melior uir optime:nec minus ī iudicio litteraꝝ q̄ in omni uitæ colore terſiſſime:& ipſa opuſculoꝝ quæ tibi trado cōditio ſic poſita ē.ut totus hic alter liber meus etiā ſine epiſtola expectetur.Primū enī habet glauciam noſtꝝ cuius gratiſſimā infantiā:& qualem plærūq;

Domitius Auguſtino.

INcredibile eſt Auguſtine q̄ ambitioſus fuerit Papinius in amicis colēdis & ornandis.in quo adeo ſtudioſe uerſať ut quæ olim pluribus dederat uni nunc accumulet. Atedius melior quem a uictus elegantia & ſplendore nitidum cognominarunt poetam recenti proſecutus eſt liberalitate. cui gratiā cum referre cupiat ſyluas in ſecundum uolumem redactas ei dicat.affertq; cauſas quibus id potiſſimum agat. In pueri præſertim amiſſi lachrymis hunc longo epicædio cōſolatus eſt. in quē Martialis quoque epithaphion edidit eo inquit loco & familiaritas noſtra eſt. & ratio ſyluarum quas tibi trado compoſita.ut etiam non addita epiſtola.ſecundum librum tibi dicatum eſſe omnes intelligere debeant.nam ſyluarum omnium quas continet prima ſe offert in puerum tuum mortuum edita. Qua gaudeo: ex qua uoluptatem capio. Colore:habitu Græce autem dixit.nam & Græci appellant colorem hoc eſt figuram & habitum. Terſiſſime:communi epitheto uſus eſt litteris & elegantiæ uictus.nam terſam epiſtolam dicimus & carmen terſum.qualem fuiſſe Horatium tradit.Fabius tractum a tergo quod eſt mundo.unde & terſum nitidum appellamus & politum qualis fuit Atedius. Expectetur:debeat expectari a te. Primum :initio. Glauciam:carmen de glaucia.

Atedius Melior
Terſus

Infœlices:morituri cito. Qualem iucundiſſimam qualis ſolet eſſe in pueris paulo poſt morituris. Quintilianus de filio mortuo obſeruatum facile.eſt occidere celerius feſtinatam maturitatem.Martialis:Immodicis breuis eſt ætas & rara ſenectus. Epicædium:carmen qđ de mortuo canitur. Epicædiũ

ad tumultum ſignificat neſcio quis Tortelius ut in multis aliis in hac quoq; interpretatione inſaniſſime lapſus eſt. Affectibus tuis:potuit excuſari celeritas mea propter tuum dolorem ingentem. Qui noſti :qui ſcis q̃ celeriter ſcripſerim. A confuſo:a me perturbato animi dolore. Tarda ſolatia:ſeræ conſolationes. Leues libellos : inemendatas ſyluas. Leo manſuetus:laceratus in theatro cuius interfecti carmen cecinit. Frigidum:nullius momẽti. Candidiſſimum: ſine labe uitiorũ & inuidiæ. Sine iactura deſidiæ :ideſt ocii.nam ſemper in ocio aliquid agit.

infœlices ſortiũtur:apud te complexus amabam iã uero tibi huius amiſſi recens uulnus(ut ſcis)epicædio proſecutus ſum:adeo feſtinanter:ut excuſandã habuerim affectibus tuis celeritatem:nec nunc eam apud te iacto:qui noſti & cæteris indico:ne quis aſperiore lima carmen examinet:& a confuſo ſcriptũ & doléti datum:cum pene ſuperuacua ſint tarda ſolatia.pollii mei uilla Surentina quæ ſequitur debuit a me uel in honorem eloquentiæ eius diligentius dici:Sed amicus ignouit:In arborem certe tuã.Melior & pſitacum ſcis a me leues libellos quaſi epigrãmatis loco ſcriptos.eandem exigebat ſtili facilitaté. Leo manſuetus.quem in amphitheatro proſtratum frigidum erat ſacratiſſimo imperatori ni ſtatim traderem.Ad urſum quoq; noſtrum iuuenem candidiſſimum & ſine iactura deſidiæ doctiſſimum ſcriptã de puero amiſſo conſolationem .ſup ea quæ ipſi de hoc huic libro inſerui.quia honoré eius tibi laturus acceptum excludit uolumen genethliacon Lucani: quod polla argentaria clariſſima uxorum cum hũc diem forte conſideraremus imputari ſibi uoluit.ego non potui maiorem tanti auctoris habere reuerétiã q̃ quod laudes eius dicturus hexametros meos timui. hæc qualiacunq; ſunt melior cariſſime:ſi tibi non diſplicuerint.a te publicum accipiant .Sin minus ad me reuertantur.

Epicædion in Glauciam melioris.

QVod tibi prærepti melior ſolamẽ alũni
Improbus ante rogos & adhuc uiuente fauilla
Ordiar:abruptis etiã nũc flebile uenis
Vulnus hiat.magnæq; patet uia lubrica plagæ
Cum iam egomet cantus & uerba medentia ſæuus
Confero:tu planctus lamentaq; fortia mauis
Odiſtiq; chelim:ſurdaq; auerteris aure

Super ea:præterea. Quæ ipſi:ſcilicet ſcripſi de hoc puero amiſſo. Eius: conſolatiõis. Laturus acceptum:refero acceptum tibi quod licet ab altero acceperim.tamen abs te profectum arbitror putabit inquit uiſus ſe abs te accepiſſe hoc qđ ad eum ſcripſerim:cum uidebit conſolationem iſertam libro ad te miſſo. Excludit: abſoluit. Volumen:ſecundum librum. Genethliacon: dicitur carmen in cælebrationem diei natalis.quale edidit Papinius die natali Lucani.nam γένεθλη ſignificat diem natalem unde genethliacon deductum eſt. Genethliacon

Polla argentaria:Hæc uxor Lucani fuit de qua poſt dicemus. Hũc diem natalem.Lucani. Imputari ſibi: in gratiã ſuã ſcribi. Accipiant publicum : edantur. Sin minus:ac ſi diſplicuerint. Polla Argẽtaria

Domitius Auguſtino.

EVripides Auguſtine inter tragicos: ſimonides inter Lyricos.Liuius inter hiſtoricos .affectus qui mitiores ſunt & lachrymas diligentiſſime expreſſerunt.quibus ex poetis heroicis iure addes Papinium uel hoc uno epicædio cõfirmatus.cum tamen multa hoc ſtili genere edide rit.quæ in ſequẽtibus libris extãt.nonne uides quantis affectibus lachrymas eliciat nimiũ illud agit poeta ut amicum dolentem commiſerando lachrymis exhauriat.ut cum ille humor ſeſe totũ effuderit . habeat quẽ rationi obtemperantem conſolet.hoc conſolationis genus poetis fortaſſe conueniat q̃ iure ſuo defenduntur ut flere & ipſi incipiant.Philoſophi certe atque eos ad Apollonium ſcribés ſecutus Plutarchus.rationibus ſtatí delapſam mentem agrediuntur. eamq; uerborum & ſentẽtiarum grauitatem erigere nituntur ad æquitatem nihil dolori concedẽtes. Euripides Simõides Liuius

Glaucias:uerna Atedii melioris libertate Donatus patronoq; cariſſimus libertus duodeci natus annos extinctus eſt .in hũc Martialis epitaphion edidit uerſu phalerino . Libertus melioris ille notus tota qui cecidit dolente Roma.& Papinius.Atedio exanimato.ac dolore pene inſanienti . hoc epicædio occurrit. Alumni: pueri quem educaſti. Improbus:improbus eſt qui nimium poſcit.Improbus inquit ſum & nimium poſtulo ſi audeo te conſolari in tanto & tam recenti dolore. Flebile:dignum lachrymis. Via lubrica :hiatus uulneris humectatus ſanguine. Medentia:cõſolatoria. Sæuus:immitis q non ĩdulgeo dolori tuo. Glaucias Improbus

Tygris

Tygris:& in india & in hyrcania eſt fœtus amantiſſima ut beluæ feritas maxime appareat cum eri/
pitur.nam ubi uacuum reperit cubile præceps odore ueſtigat raptorem?ille appropinquante fremitu
unum abiicit ex catulis. qui plurimi ſunt Tygris tollit refertq; in cubile:mox raptorem conſequitur.
alter catulus abiicitur.atq; ita fit donec ea fraude retardata raptor nauim conſcendit: feritate beluæ fru
ſtra in littore ſæuiente. Tygris:de fœmina intelligas?nam maribus non eſt cura fœtus ut ſcribit Pli.

Orbata amiſſo fœtu. Carmē tergemi
nū.i.ſirenū q̄ tergemiæ ſorores erant nā
tres eodē partu nati tergemini appellāť.

Tergemini Syrenes

Sicula:nam ſirenes in Sicilia ſedem ha
buerunt. Strabo ambigit. Plinius ante
ſurentum in campania eas ſediſſe ſcri/
bit.atq; ita Homerus innuere uidetur ī
odyſſea. Chelis:orpheo. Mulceat: le/
nire poſſet.Stat.fixus eſt. Admoto ta/
ctu:cum admoueť remediū conſolato/
rium. Nigræ pompæ:lugubri habitu.

Lugentiū ueſtes

mulieres uero in luctu albis induebanť
ut ſcri.Plutarchus ī q̄ſtionibusimitatōe
Argiuaꝝ.quas lotis ueſtibus in funere
uſas ſcribit Iſocrates. Produxi: Cōmi/

Produxi

tatus ſum. Animá:te lugētē te ipſū. nā
glaucias erat alter tu. Brachia:plāctus.

Portia

Haurire ignem ad necē:nam& portia
bruti ut nōnulli ſcribūt auctore Plutar
cho hauſtis carbonibus ardētibus mor
tē ſibi conſciuit. Similis:pari dolore.
Offēdi:te ſociū doloris.i.ſi fui dignus
&acceptus a te in ſocietatē lachrymaꝝ.
In ipſo fulmine:ī medio dolore. Piis:
lugētibus parētes amiſſos. Et mihi.ſ.
cecini ſolatium:hoc ē me ipſum conſo
latus ſum .nam patre & puero amiſſis
epicedio dolorem effudi. Proprios:
meorū mortuorū. Defectus:deficiens
in medio dolore. Quem natura patrē

Glaucias

Nō propterea inquit q̄ natura ꝓhibue
rit te eſſe patrē Glauciæ ego quoq; arce
bo te a luctu atq; ita uerecunde oſtēdit
eum non angi oportere tantopere cum
non ſit pater. Confer:coniunge mecū.
Iam dudū:hic oditur laudes glauciæ:
hic uerna erat natus domi melioris ex
parētibus libertis. In li.anni pueriles.
Rapit:ut inde incipiá. Purpureo ſágui
ne:epitheton homericū eſt:nā & home
rus πορυπεον αιμα qd Pli.quoq; ob/
ſeruauit. Orbes:oculi. Caſtigati:bre/
uiores.nam id in forma laudať.Marti.
Frōs breuis atq; modus breuibus ſit

Hybla

naribus uncis. Hyblæis:melle hyblæo
manēs Hybla ab hyblone rege ut Thu
cydidi placet dicta .In Sicilia oppidum
& mons:mel mittit:quod cum Atti/
co certat.meminerunt Strabo: & Plini
us Thucydidem.in. vi.hiſtoriarū . υβ/
λωνοσ βασίλεωσ σικελον πρόλον
τοσ τηχοραν μεγαρεασηκεσαν τοισ
υβμαιου κληδεντα. Serpens : ad
hiſtoriam fabuloſam herculis alludit

Herculis Angues

cui infanti duo angues a Iunone nouer
ca immiſſi dicuntur propterea ut inqt
Diodorus ſemp odio habuit monſtra.

Intempeſta cano:citius me tygris abactis
Fœtibus:orbatiq; uelint audire leones
Nec ſi tergeminum ſicula de uirgine carmen
Affluat.aut ſyluis chelis intellecta feriſq;
Mulceat inſanos gemitus.ſtat pectore demens
Luctus & admoto latrant præcordia tactu
Nemo uetat:ſatiare malis . ægrumque dolorem
Libertate doma.iam flendi:expleta uoluptas?
Iam ne preces feſſus non indignaris amicas?
Iam ne canam?lachrymis en & mea carmina in ipſo
Ore natant.triſteſq; cadunt in uerba lituræ
Ipſe & enim tecum nigræ ſolatia pompæ
Spectatumque urbi ſcelus:& puerile feretrum
Produxi:ſæuos damnati thuris aceruos:
Plorantemq; animam ſupra ſua funera uidi
Teq; patrum gemitus ſuperantē:& brachia matrū
Complexumq; rogos:ignemq; haurire parantem
Vix tenui ſimilis comes:offendiq; tenendo
Et nunc:heu uittis:& frontis honore ſoluto
Infauſtus uates uerſo mea pectora tecum
Plango lyra:At diri comitem ſociumq; doloris
Si merui:luctuſq; tui conſortia ſenſi?
Iam lenis patiare precor:me fulmine in ipſo
Audiuere patres.ego iuſta buſta profuſis
Matribus atq; piis cecini ſolatia natis
Et mihi.cum proprios gemerem defectus ad ignes
Quem natura patrem.nec te lugere ſeuerus
Arceo.ſed confer gemitus.pariterq; fleamus
Iam dudum dignos aditus.laudumq; tuarum
O merito dilecte puer primordia quærens
Diſtrahor.hinc anni ſtantes in limine uitæ
Hinc me forma rapit:rapit inde modeſtia præcox
Et pudor.& tenero probitas maturior æuo
O ubi purpureo ſuffuſus ſanguine candor
Sydereiq; orbes radiataq; lumina cælo
Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis
Ingenuiq; ſuper crines.molliſq; decoræ
Margo comæ blandis ubi nam ora arguta querelis
Oſculaq; impliciti uernos redolentia flores
Et mixtæ riſu lachrymæ.penituſq; loquentis
Hyblæis uox mixta fauis.cui ſibila ſerpens
Poneret & ſæuæ uellent ſeruire nouercæ

Veris bonis:ueris dotibus. Nō lōginqua:nā puenerat ad duodecimū annū. Iurata ualde:optata. nā p res optatas ſolemus iurare. Tibi:o melior. Mentis ar.ſecretas cogitatões. Remittet:leniet. Tu mentē:nos emēdātes tumētes diximus. Deflectet:trahet ad colloquiū & contēplationē ſui. Inceptas: ſemeſas. Libata: iā guſtata a te. Turbabit cūcta.totā mēſam licētia puerili. Abitus:diſceſſum. Ipſos poſtes:te cū fueris ī poſtibus. Pius altor:inemēdati oēs codices habent. Altor:Sed nos emēdantes legimus Altor. nā melior fuerat altor glauciæ educauerat eum.nā altor ab alendo dicit̄.& hæc opponunt̄ altor & alūnus.

Nil ueris affingo bonis .heu lactea colla
Brachiaque & nunq̄ domini ſine pondere ceruix
O ubi uenturæ ſpes non longinqua iuuentæ
Atq; genis optatus honos.iurataq; multum
Barba tibi.cuncta in cineres grauis intulit hora.
Hoſtiliſq; dies.nobis meminiſſe relictum.
Quis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
Pectora? quis curas. mentiſq; arcana remittet?
Accenſum quis bile feret? famuliſq; tumentem
Leniet.ardentiq; in ſe deflectet ab ira?
Inceptas quis ab ore dapes.libataque uina
Auferet:& dulci turbabit cuncta rapina?
Quis matutinos abrumpet murmure ſomnos
Impoſitus ſtratis:abituſq; morabitur arctis
Nexibus:atq; ipſos reuocabit ad oſcula poſtes:
Obuius intranti rurſus quis in ora manuſq;
Proſiliet:breuibuſq; humeros circundabit ulnis
Muta domus fateor:deſolatiq; penates
Et ſitus ī thalamis:& mœſta ſilentia menſis
Quid mirum:tanto ſi te pius Altor honorat
Funere: tu domino requies portuſq; ſenectæ:
Tu modo delitiæ dulces modo pectore curæ
Non te barbaricæ uerſabat turba cathaſtæ
Nec mixtus phariis uenalis mercibus infans
Compoſitoſq; ſales.meditataq; uerba locutus
Quæſiſti laſciuus herum.tardeq; paraſti
Hinc domus:hinc ortus.dominiq; penatibus olim
Carus uterq; parens:atq; in tua gaudia liber
Ne quærere genus:raptum ſed protinus aluo
Suſtulit exultans ac prima lucida uoce
Aſtra ſalutantem dominus ſibi mente dicauit
Amplexuſq; ſinu tulit:& genuiſſe putauit:
Fas mihi ſanctorum uenia dixiſſe parentum
Tuq; oro natura ſinas:cui prima per orbem
Iura animis ſociare datum:non omnia ſanguis
Proximus.aut ſerie generis demiſſa propago:
Alligat:interius noua ſæpe.adſcitaq; ſerpunt
Pignora connexis.natos genuiſſe neceſſe eſt.
At legiſſe iuuat. Tenero ſic blandus achilli
Semifer hæmonium uincebat pelea chiron
Nec ſenior peleus natum comitatus in arma
Troica.ſed caro phœnix hærebat alumno:

Altor pius:melior erga te pius. Tāto funere:tantis exequiis. Modo pectore curæ:utrunq; affectum paternū expreſſit.nā pater modo filio oblectat̄.modo de eo ſollicitus eſt. Non te:oſtendit eū non fuiſſe emptū ex grege uenalitiorū. ſed natum domi uernā.ut cauſam maiorem amoris demōſtret.& pater nam Prope pietatē melioris in eum. Cathaſta locus ubi ſerui uenales exponebant̄ pedibus cretatis.quod Pli. indicat cum de generibus terræ ſcribita καθιστημι qđ eſt conſtituo: nā illic cōſtituti erant uenales Tibullus.quē ſæpe coegit barbara gipſatos ferre cathaſta pedes Mar. Sed quos arcanæ ſeruāt tabulata cathaſtæ.Perſius. cappadoces rigida pingues clauſiſſe cathaſta. Nec mixtus:nec tu iquit aduectus es ex Aegypto & a mangone edoctus ſales & uerba laſciua. uix tandem repperiſti emptorem ut alii. Cathaſta

Vterq; parēs:tuus. In tua gaudia.Donati inquit ſunt libertate parentes tui a meliore ne doleres te natū eē ex ſeruis.

Genus:tuum.ſ.eſſe ex ſeruile. Fas mihi:Exēplis antiquoꝝ & rerum naturalium fieri poſſe oſtendit ut plus adoptiuus filius ametur q̄ genitus a patre ut ex hoc innuat meliorem plus amaſſe glauciam q̄ ſi fuiſſet filius. Dixiſſe:q̄ ſtatim dicā. Prima iura: maiores affectus. Non omnia:non tantū affinitate homines amore cōiunguntur. Noua pignora & adſcita.i. adoptiui filii. Serpūt iterius. inſinuāt ſe altius ī amore cō nexius.q̄ qui cōnexi ſunt genitura affert cām.nā filios genitos neceſſario habemus amādos.quos aūt eligimus ī adoptione.hi ſūt quos ſpōte & beniuolentia cōplectimur. quod autē neceſſario habēus minus gratū ē q̄ qđ ſponte accipimus. At legiſſe iuuat.inemēdati codices habēt.& fleuiſſe. nos autē ita emēdāus ut dicat eligimus tātū quos amamus. Blādus:blādiēs. Vicebat:amore ī achillē. Phœnyx:amyntoris filius ut ſcri.Hōe.cū ſuadēte nouerca rē habuiſſet cū pr̄is cōcubia expulſus ad peleū cōfugit.ubi hoſpitio ſuſceptus Achillis educatōi datus ē magr̄ & agēdi& loq̄ndi qđ Fabi.repetiit.phœnyx itē Agēoris pr̄ g nomē phœniciæ dedit. Phœnyx fluuius auctor̄ Herodoto qlabit̄ a Thermophylis ī aſopū.phœnix mōs ut ait Stra. Phœnyx

Optabat longe reditus pallantis ouantis
Euander fidus pugnas ſpectabat Aceſtes.
Cumq; procul nitidis genitor ceſſaret ab aſtris
Fluctiuagus uolucrem comebat perſea dyctis
Quid referam altricum uictos pietate parentes:
Quid te poſt cineres deceptaq; funera matris
Tutius inoo reptantem pectore bacche.
Iam ſecura parens tuſcis regnabat in undis
Ilia:portantem laſſabat Romulus Accam
Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos
Altius ire ſuis:& te iam fecerat illis
Mens animuſq; patrē:nec dum moreſue decor ue
Tu tamen & mutas etiam tum murmure uoces
Vagitumq; rudem:fletuſq; infantis amabas
Ille uelut primos expiraturus ad auſtros
Mollibus in pratis alte flos improbus extat
Sic tener ante diem uultu greſſuq; ſuperbo
Vicerat æquales.multumq; reliquerat annos
Siue catenatis curuatus membra palæſtris
Staret:amyclæa conceptum matre putares.
Oebaliden illo præceps mutaret Apollo
Alcides penſaret hylam.ſeu gratus amictu
Attica facundi decureret orſa Menandri
Laudaret gauiſa ſonum.crinemq; decorum
Fregiſſet rhoſea laſciua thalia corona
Mæonium ſiue ille ſenem.troiæq; labores
Diceret:aut caſus tarde remeantis Vlyxis
Ipſe pater ſenſus.ipſi ſtupuere magiſtri
Scilicet in fauſta lacheſis cunabula dextra
Attigit:& gremio puerum complexa fouebat.
Inuidia illa genas & adultum comere crinem
Et monſtrare artes:& uerba refringere.quæ nunc

Danae Perſeus Dyctis Polydectes

Aceſtes:nota hyſtoria carmine Virgiliano. Cumq; procul dyctis:Danae acriſii filia in mare proiecta ē una cum Perſeo filio arca clauſa. Dyctis.piſcator Seriphius retibis arcā cœpit.domumq; rettulit & educauit Perſeum:qui Gorgonem ſeriphiis oſtendit & in lapidem uertit:in matris ultionē: quā inuitā ad nuptias adigere uoluit Polydectes rex.Iuppiter inqt Papinius pater Perſei filiū periclitantē neglexerat:ſed dyctis eū ſeruauit & fouit.plus ergo amauit q eū aluit q̄ Iuppiter qui genuerat. Genitor:Iuppiter pater Perſei. Ceſſaret:non ferret opē. Dyctis Flucti.epitheton cōueniēs piſcatori.nā fluctibus uagatur. Cōebat:fouebat. Perſea uolucrē: habentē talaria.hæc accepimus ex Strabone Appollonio Rhodio. & illius interprete. Quid referā:hactenus exēpla attulit a patre &altore.Iā idē facit a matribus & nutricibus. Decepta fune.nota fabula ut ſemel p fraudē Iunonis decepta ē.cū illius ſuaſu petiiſſet ut Iuppiter ad ſe ueniret qua maieſtate ſolebat ad Iunonem. Reptantem:pectore in amplexu. Inoo:inus materteræ & nutricis tuæ. Tutius:nā periclitatus eſt i utero matris cōflagratione.

Acca

Accā:duas accas fuiſſe ſcribunt.Alterā amatam ab Hærcule cuius mēinit Plutarchus: ī quæſtionibus.Alterā nutricē Romuli Fauſtuli paſtoris uxorem.hæc ut Antias ſcribit auctore Gellio grandē pecuniam meretricio quæſtu comparauit:cuius hæredem moriēs Romulū ſcribit.

Romulus

Alii non Romulū ſed populū Romanū hæredē inſtitutū aiunt.addit Maſſurius hāc habuiſſe duodecim liberos ex quibus uno extincto Romulū adoptauit.qui ſe & fratres uoluit Arnales nominari.unde arnalium collegium dictum eſt & inſtitutum ne plures q̄ duodecim eſſent.horum inſignia erant ſpicea corona & inſulæ albæ.Plinius huius collegii meminit.neglexerat inquit illia mater Romulum ſed Acca nutrix curabat.

Arnales

Tranſertos:inſitos in alieno arbore. Suis:qui prius in eodem ſtipite erant. Nec dū mo.& nōdū moresap parebāt. Expiraturus:Pli.de floribus hæc.Magnaut palā ē admōitiōe hoīum quæ ſpectatiſſime floreāt celerius marceſcere. Ad auſtros:ad primum flatū auſtri qui exurit hærbas æmulatio eſt Virgiliana.nam ille mortē Euriali p lāguentē florē expreſſit.purpureus uelu ti cū flos ſucciſus aratro langueſcit moriens. Improbus:nimiū creſcens. Reliquerat annos:ſuperauerat ætatē ſuā

Palæſtra

Sydera:adeo inquit perite luctabat: ut in laconia educatus uideretur.nam palæſtra exculta in primis eſt a laconibus.ut multa dicant & Propertius.Multa tuæ ſpartæ miramur dona paleſtræ.idem filios erudiebāt natare in aquis frigidis ad mēbra confirmanda.pollucem amycleum palæſtræ inuentorem fuiſſe aiunt.

Pollux Menāder

Oebalidem:Iacynthum lacedæmoniū. Illo:glaucia. Præceps:feſtinus. Pēſaret:pmutaret. Menāder: quo noīe multi fuerūt.ut eſt apud Suidam Dioppidis filius. Luſcus inſani in mulieris amores perſonis comœdiæ exprimendis excelluit.ſuis temporibus poſt habitus philemoni iniquo uulgi iudicio ab eo ſæpe uictus.cum tamen præſtaret quod ſequentia ſæcula agnouerunt.inde Martialis Rara coronato plauſere theatra menandro.auctoritatem Fabius in thaide potiſſimum ſcorto ſui temporis argutiſſime luſit.unde Thais menandrea dicta eſt.

Thais

Decurreret perlegeret. Fregiſſet crinē:coronaſſet comam pueri. Troiæ labores:ſi pnunciabat uerſus ex iliade quæ continet excidiū Troiæ Vlyxis.ex odyſſea homeri q̄ continet errores Vlyxis.inuidia.pp inuidiam ut poſtea magis doleremus amiſſo. Refringere:formabat etiam ei uerba.

Herculeos peruenerat ingt ad duodecimũ annũ.nã duodecim ſũt labores Herculis.Mar.eũ trãſgre/
ſum duodecimũ ſcribit biſſenis modo meſſibus peractis.uix unũ puer applicabat annũ. Cultibus:ue/
ſtibus.Feſtinabat:ꝓpere parabat. Pectora:faſciã pectoralẽ intelligit.quã pueri geſtabant uiridẽ plerũq;
Iuuenalis eam thoracẽ appellat.nã thorax græce ſignificat pectus.uiridẽ thoraca iubebit afferri.Calligu
la tamen ut ſcribit Tranqllus liberis ſenatorũ ex uxoribus dedit faſcias purpuræ.ita.n.emẽdauimus di/ Thorax
ctionẽ apud Tranquillũ deprauatã.faſces ꝓ faſcias.ut in cõmentariis in Suetoniũ diximus. Lenis:læna Læna
græci chlænã appellant. Nõ ſinus enor Chlæna
mes:non dabat ingt puero ueſtes laxio
res.qđ parentes auari facere ſolent.ut
etiã grãdioribus filiis aptæ ſint. Ad an
nos:accõmodata corpori glauciæ. Tex
ta:ueſtes. Legens:eligẽs tibi. Hærbas:
faſciã pectoralẽ uiridem intelligit. Vi/
uis gemmis:cõſpicuis. Prætexta: nam
prætextã non poterat habere cũ nõ eẽt
ingenuus. Procne:de hac dicemus ex
thucydide Strabõe & Probo incommẽ
tariis epiſtolæ Saphus.quos huic operi
addemus. Editus creuſa:ut alii ſcribũt Creuſa
glaucen Creontis regis corinthiorũ fili Glauca
am Iaſon uxorẽ duxit eiecta Medea :cũ Iaſon
qua illic decem annos fuerat ut ſcribit
Diodorus.ſed illa ulta ẽ iniuriam imiſ
ſo incendio napthe:quod eſt bituminis
genus.ut etiam ſcribit Plinius in ſecun
do naturalis hiſtoriæ. Aeolia:ab æolo
oriũda.fuit autẽ creontis. Creuſa.quã
pellicem ſuã precipue oderat. Editus:
natus. Athamas:nota fabula apđ Oui
dium. Vlyxes:Aſtianacta Hectoris fili Aſtyanax
um de turri eiecit Troia capta.huic in/
quit perpeciſſet. Miſſurus:dimiſſu/
rus. Torpent:immobilia ſunt.nã mo
rienti torpent oculi. Tenet crinem:
auferendũ morituro ante diem ut etiã
Iris aufert Diodoni apud Virgilium.
nondum illi flauum ꝓſerpina uertice
crinẽ abſtulerat.& apud Euripidẽ.Or/
cus introducit qui auferat crinẽ Alceſti
moriturae. Tenet: ablatum ei. Fra
giles:teneros. Cadente:iam deficiẽte.
Integer:nondum ſumpta forma. Flo
res:cilicum.crocum coritium. Grami
nis indi:ideſt coſti.cuius radix in ſum/ Coſtum
mo pretio ẽ apud indos.Guſtu feruens
odore eximio.naſcit in primo ſtatim
introitu indi amnis.in patale iſula.duo Patale
bus generibus.nigro quod præſtãtius
eſt.& candicante. Arabes liquores:
myrrha quæ in Arabia naſcitur crini/
bus præſertim ungendis optima quæ
ſtacte dicitur a gutta quam emittit.nã Stacte
eſt ſtillare. Pharii:aquæ rho
ſaceæ.nã ex ægypto & copia & pſtantia
rhoſarum proueniebat. Mart.aſſentan
do .Mitte tuas meſſes accipe nile rho/
ſas. Palã:ẽ euidẽſq;:& publicũ & ſuum
teſtimoniũ interponit legendũ & parẽ/
theſi.inemendati codices habent.ubiq;
nos uidi legimus. Melior : Atedius:
nã ideſt eius cognomẽ. Opes deſertas:
cũ nõ eſſet ſuperſtes puer qui is frueret.

Plangimus.herculeos annis æquare labores
Cœperat aſſurgens.ſed adhuc infantia mixta
Iam tamen & ualidi greſſus.menſuraq; maior
Cultibus.& uiſæ puero decreſcere ueſtes
Cum tibi:quas ueſtes.quæ non geſtamina mitis
Feſtinabat herus:breuibus conſtringere lenis
Pectora:& anguſta telas arctare lacerna:
Enormes non ille ſinus:ſed ſemper ad annos
Texta legens:modo puniceo uelabat amictu
Nunc hærbas imitante ſinu:nunc dulce rubenti
Murice:nunc uiuis digitos incendere gemmis
Gaudebat:non turba comes non munera ceſſant
Sola uerecundo deerat prætexta decori
Hæc fortuna domus:ſubitas inimica leuauit
Parca manus:quo dira feros grauis exeris angues
Non te forma mouet.non te lachrymabilis ætas
Hunc nec ſæua uiro potuiſſet carpere procne:
Nec fera crudeles colchis duraſſet in iras
Editus æolia nec ſi foret iſte creuſa
Toruus adhuc athamas.inſanos flecteret arcus
Hunc quanq̃ hectoreos cineres troiãq; pexoſus
Turribus e phrigiis eſſet miſſurus ulyxes:
Septima lux:& iam frigentia lumina torpent
Iam complexa manu crinem tenet infera iuno
Ille tamen parcis fragiles urgentibus annos
Te uultu moriente uidet:linguaq; cadente
Murmurat:in te omnis uacui iam pectoris efflat
Reliquias:ſolum meminit:ſolumq; uocantem
Exaudit:tibiq; ora mouet:tibi uerba relinquit
Et prohibet gemitus:coſolaturq; dolentem
Gratum eſt fata tamen:quod non mors lenta iacẽtis
Exedit puerile decus:maneſq; ſubiuit
Integer:& nullo temeratus corpora damno
Qualis erat:quid ego exequias & prodiga flammis
Dena loquar: mœſtoq; ardentia funera luxu
Quod tibi purpureo triſtis torus aggere creuit
Quid cilicum flores:quid munera graminis indi
Quodq; arabes phariiq;(palã eſt uidiq;) liquores
Arſuram lauere comam:cupit omnia ferre
Prodigus.& totos melior ſuccendere cenſus.
Deſertas exutus opes:ſed non capit ignis

Inuidus.atq; arcta deſunt in munera flammæ
Horror habet ſenſus:qualem te funere ſummo
Atq; rogum iuxta melior placidiſſime quondam
Extimui:tu ne hilaris.comiſq; uideri?
Vnde animi ſæuæq; manus.& barbarus horror?
Tu modo fuſus humi lucem auerſaris iniquam
Nunc toruus pariter ueſtes & pectora rumpis
Dilectoſq; premis uiſus & frigida lambis
Oſcula erãt illic genitor:materq; iacentis
Mœſta.ſed attoniti te ſpectauere parentes.
Quid mirum? plæbs cuncta nefas & præuia flerũt
Agmina.flamminio.quæ limite miluius agger
Tranſuheit.immeritus flammis dũ triſtibus infans
Traditur.& gemitum formaq; ac uoce meretur
Talis in iſthmiacos ploratus ab æquore portus
Naufragus impoſita iacuit ſub matre palemon
Sic & in anguiferæ ludentem gramine lernæ
Præciſum ſquamis auidus bibit anguis opheltem
Pone metus.letiq; minas deſiſte uereri
Illum nec terno latrabit cerberus ore
Nulla ſoror flammis.nulla aſſurgentibus hydris
Terrebit.quin ipſe auidæ dux nauita cimbæ
Interius ſteriles ripas & aduſta ſubibit
Littora.ne puero dura aſcendiſſe facultas
Quid mihi gaudenti proles cyllenia uirga
Nunciat? eſt ne aliquid tam ſæuo in tempore lætũ
Nouerat effigiem generoſiq; ardua blæſi
Ora puer.dum ſæpe domi noua ſerta ligantem
Te uidet.& ſimiles uoluentem pectore curas
Hunc ubi lethei luſtrantem gurgitis oras
Auſonios inter proceres ſeriemq; quirini
Agnouit.timide primum ueſtigia iungit
Acceſſu tacito.ſummoſq; laceſſit amictus
Inde magis ſequitur.neq; enim magis ille trahentẽ
Spernit:& ignota credit de ſtirpe nepotum
Mox ubi delitias.& rari pignus amici
Senſit & amiſſi puerum ſolatia blæſi
Tollit humo:magnaq; ligat ceruice:diuq;
Ipſe manu gaudens uehit.& quæ munera mollis
Eliſi.ſteriles ramos.mutaſq; uolucres
Porſit & obtuſo pallentes germine flores
Nec prohibet meminiſſe tui.ſed pectora blandus
Miſcet.& alternum pueri partitur amorem

Inuidus:nõ ſatiſfaciens uotis melioris. In munera:capienda. Lauere:ut illud Ennii Targnii corpus bona fœmina lauit & unxit. Horror habet:adhuc inqt horreo cũ in mẽtem uenit. Vnde ai.i.ſurrexerãt tibi tã atroces. Manus: ſæuæ. In pectora tua plãgẽda. Premis: hærendo. Genitor:parẽtes glauciæ.

Attoniti:uicti lachrymis tuis. Agger miluius: pons miluius.deſcribit.n.locũ ſepulturæ.nã i flãinia ẽ ſepultus ultra miluiũ põtẽ.Mar.hoc ſub marmore glaucias humatus iũcto flumĩe iacet ſepulchro. Talis:exemplum ſumit ab his q nulla morbi tabe abſumpta perierunt. Integra:adhuc forma qualis fuit

**Ino Palæmon** palemon filius Inus quẽ mater precipitãs ſe ex ꝓmontorio ad corinthũ ĩ amplexu habuit.fugiẽs furores athamanthis cõiugis.nota hiſtoria. Iſthmaicos

**Opheltes Archemorus** Corĩthios & Opheltes Lycurgi filius: poſtea Archẽorus dictus ab initio fati. Papinius in thedaide nr̃i ſignatus nomĩe fati Archemorus.Periit aũt morſu ſerpentis. Minas læti:iniurias ĩminentes ab inferis mortuo.

**Cerberus** Cerberus:Hecateus Mileſius ſerpentẽ in tænaro fuiſſe ſcri.cuius ueneno oẽs peribant.inde eũ appellauit canẽ ditis primus Homerus αλουκυνα:ſed nec formã nec nomẽ dedit.poſtea tricipitẽ finxerunt. Nulla ſoror:ex furiis.nã tres Subibit ripas interius.bene admouebit cimbã ripis. Ne dura facultas.ſ.ſit.i.ut puer facile poſſit conſcẽdere. Aſcendiſſe:inemẽdati codices habẽt accendiſſe.nos aſcẽdiſſe legimus qđ maxime conuenire uidetur.

Quid mihi: fingit mercuriũ qui aĩas ad inferos ducit & reducit nunciare de puero q̃ ſequũtur. Gaudenti uirga:nã mercurius dicit̃ habere uirgã.quoniã

**Caduceus** orationis deus & deorũ interpres ẽ.Caduceũ autẽ habet nodo ſerpentũ obſitũ ut deſcribit Macrobius. Virgã:Vir. Tum uirgã capit has aĩas ille euocat orco pallentes.Plini.xxix.naturalis hiſtoriæ hic tamẽ complexus anguiũ & efferatorũ concordia eſſe uidet̃ quare exteræ gentes caduccum in pacis argumentis circundata effigie anguiũ fecerunt.

**Blæſus** Nouerat:uerba mercurii. Blæſus: puer fuit quẽ unice dilexit melior.eius mortui ſtatuam domi ſeruabat & quo magis illius deſyderiũ lẽiret glauciam libertũ accepat.ait itaq; Papinius.glauciã cũ ad inferos deſcendiſſet: agnouiſſe umbrã Blæſi.cuius imaginẽ uiderat ſæpe ornari ſertis a meliore.huius blæſi meminit Mar.eo epigrãmate.Qui præſtat pietate ꝑtinaci puer.glaucias. Similes:curas ſimilitudine formæ lenientẽ. Iũgit:ueſtigia ꝓperat ad illũ. Sũmos ami.mouet inqt laciniã Blæſi qđ cũ Blæſus nõ ægre ferret & illũ tamẽ non agnoſceret.Puer audacius ſeq cœpit. Ignota:credit aliquem eſſe quẽ non uiderit apud ſuperos. Senſit:audiuit ex glaucia. Porſit:porrexit. Alternũ:ut paritet ſecum te amet.

Quin:cur non. Aſtraque:contra Horatius.damna tamen celeres reparant cæleſtia lunæ Nos ubi decidimus:elegantiſſima poetæ contentio qua exemplorū auget copiā. Meruit mori:nec commiſit aliquid dignū morte. Impetrare cūcta:poteris enim īpetrare reditū ad ſuperos a Plutōe. Pectora: melioris. Nega:oſtende te nō periiſſe. Qua potes:qua ratione potes repreſentando te. Inſinuare:tacite conſolari apparendo in ſomnis qua ſpe meliorem mæſtum & languentem non nihil erit: & ratione iam confirmatum ad hilaritatem quoque prouocat.

Hic finis rapto.quin tu iam uulnera ſedas
Et tollis merſum luctu caput:omnia functa
Aut moritura uides:obeunt noctesq; diesq;
Aſtraq; nec ſolidis prodeſt ſua machina terris
Nam populus mortale genus.plæbisq; caducæ
Quis fleat īteritus:hos bella:hos æquora poſcunt
His amor exitio.furor his:& ſæua cupido
Vt ſileam morbos.hos ora rigentia brumæ
Illos implacido lætalis ſirius igni
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu
Quicquid habent ortus finē timet.ibimus omnes
Ibimus immenſis urnam quatit Aeacus umbris
Eſt hic quem geminus fœlix.hominesq; deosq;
Et dubios caſus.& cæcæ lubrica uitæ.
Effugit immunis fati:non ille rogauit
Non timuit.meruit ue mori.nos anxia plæbes
Nos miſeri.quibus unde dies ſuprema. quis æui
Exitus incertum:quibus inſtet fulmen ab aſtris:
Quæ nubes fatale ſonent:nil flecteris iſtis
Sed flectere libens:ades huc emiſſus ab atro
Limine.cui ſoli cuncta impetrare facultas
Glaucia.nam inſontes animas nec portitor arcet
Nec duræ comes ille feræ:tu pectora mulce
Tu prohibe manare genas noctesq; beatas
Dulcibus alloquiis:&uiuis uultibus imple.
Et periſſe nega deſolatamq; ſororem
Qua potes.& miſeros perge inſinuare parentes.

Surrentinum Pollii.

ESt inter notos ſirenum nomine muros
Saxaq; tyrrhēæ tēplis onerata mīeruæ
Celſa dicarchei ſpeculatrix uilla pfundi
Qua brōio dilectꝰ ager:collesq; p altos
Vritur:& prælis nō iuidet ulla falernis.

Domitius Auguſtino.

INter prima poetices rudimenta Auguſtine cū alia proponuntur diſcenda a præceptoribus.tū locorum deſcriptiones. ſine quibus poema nullum abſoluitur:ut ſeorſum & ſuo ſtilo tractatæ inſerantur emendatæ grandiori operi. Papinius ita hanc partem excoluit & uariauit:ut quæ ſolet eē poematis pars apud hunc perfectum & elucubratum opus uideatur.nec enim tantum energiam & repræſentationem loci ſectatus eſt:qua ſola ſolet eſſe contenta deſcriptio.ſed multa addit uariis figuris.quæ ſupra deſcriptionis legem in opus conſumatum conueniunt: quod cum alibi.tum in uilla pollii deſcribenda ſpectare licet. Redibat e parthenope patria poeta.ubi ludos quiquēnales ſpectauerat.qui ut ſcis Strabonem ſcribere illic cælebrantur.cōtendentem ad urbem Pollius coegit pretibus diuertere in uillam ſuam Surentinam.hác hoſpitii gratiam referens Papinius laudat. & ab operis difficultate:nam inter mōtes exciſos ſtructa erat & ab amœnitate loci ac ornamentis & ſignis. Notos nomine ſirenum:ideſt ſurentinos:nam ſurentum cum promontorio ſirenum quondam ſedes fuit:ut placet Plinio. in extremo autem promontorio: quod quidam prænuſiū nominant:erat Mineruæ templum conditum ab Vlyxe: ut Strabo refert:circūflectenti ut idem eſt auctor inſulæ quædam ſaxoſæ occurrunt quæ Syrenes appellantur. Saxaque:ideſt promontorium. Onerata præſſa. Templis:quæ condidit Vlyxes Mineruæ Tyrrhenæ.nam ad mare Tyrrhenum eſt.& Tyrrheni olim tenuerunt ab agro Surentino ad ſillarum amnem. Speculatrix:unde Puteolanus ſinus poteſt uideri.Dicharchei.Dicharchea olim dicti ſunt puteoli a Δικο quod ſignificat iuſtitiam. qua potiſſimum regebatur.ut Feſto placet.poſtea puteoli dicti:uel a frequentia pueorum qui ibi ſunt.uel a putore ut ſcribunt Varro & Strabo.addit Strabo putorem illū ſulphureū inde natū eſſe quod gigantes olim ī bello phlegreo ſuperati illic lauerunt uulnera. Vritur:coquitur ſole. Nō inuidet:nō enim ſuperabaſ a falerno:nā ſurentina uina cū reliquis omnibus cōtendebant.ut Strabo refert:quoniā lōgam accipiebant uetuſtatem facto periculo eius temporibus ea:ut ſcribit Plinius conualeſcentibus ſunt apta ppter ſalubritatem & tenuitatem: táetſi Tiberius Cæſar dicebat medicos cōſenſiſſe ut palmā ſurētino darēt:alioquin id eſſe generoſum acetum. Cōuerſa gymnade: gymnas græce idem eſt quod gymnaſiū:ſed a Papinio p lucta accipiſ hic & in achilleide.iā inquit res nulla reſtabat pfectis ludis parthenopeis ubi luctantibus pmia pponūtur i ábracia.unde ſumus oriūdi.nā pr̄ habuit ſellas patriā in ambracia ut antea dicta uimus. Stadio parthenopeo: luſtri patrii. poſt quinquēnales ludos quos i parthenope pr̄ia ſpectauerā.

Surentum
Prænuſiū
Syrenes
Dicharcea
Puteoli
Gymnas
Statii pr̄
Sellæ

Lætum: exhilaratum. Tranſgentile fretum;a parthenope. Qua limite:cupiebam inquit per Appiam redire ad urbem.ſed Pollius coegit diuertere ſurētum. Iuuere moræ: placuit immoratum eſſe atque ita deſcriptionis ſumit initium. Receſſu: ſinu. Lunata æquora:curuata in ſpeciē lunæ. Hinc atq; hinc:utroque cornu. Interuenit: eſt interione parte montis. In terras: receſſum interiorem. Pendentibus: altis undique ſcopulis. Gemina teſtudine:duplici uaporario. Chorus phorci:nymphæ inquit marinæ cupiunt lauari balneis. Excubat:templum iquit illic eſt neptumni:unde fluctus imperio coercentur.ne ſæuiant in lares innocuos & pios. Amico Salo: mari cuius Deus eſt. Rura fœlicia: in agro innuit & interiore terra eſt templum Herculis:hoc inſtaurauit Pollius ut altera ſylua teſtatur Papinius. Minus audet:minus fremit & ſæuit. Stagna: æquora tanquam ſtagna. Inde:ex littore a portu inquit ex littore ductam eſt porticuſ hoc eſt uia quædam tecta: in ſummas uſque rupes ubi eſt ædificata uilla. Arces:rupes. Erepit porticus: eſt enim cliuoſa:dum in altum ducitur. Vrbis opus:dignum aliqua urbe. Domat:ſuperat. Longo dorſo: longo tractu.

Qua prius:in qua uia ante porticum ſtructam. Feritas:ruditas ſine aliqua amœnitate. Qualis ſi ſubeas Ephyre.

Ephyre
Corithus

Corinthus dicta eſt ab Ephyre nympha: ut ſcribit Pauſanias. & interpres Apollonii.Poſtea Corinthus a coritho Iouis filio Baccheis dicitur. nam familia bacchiadum annis ducentis Corinthū tenuit ut Strabo ſcribit. Cypſelus tyrannus eos deleuit. hi ſunt quorum factione Tarquinius & Demarathus domo eiecti ſunt:ut ſcribit Dionyſius

Bacchiade

alicarnaſeus. Ouidius. Et qua bacchiade bimarigens octa corintho. In chryſſeo ſinu alterū cornu tenet:ut ait Strabo. Alterum & chencreæ uicus & portus. ab urbe corintho diſtans ſtadiis ſeptuaginta. talis inquit porticus eſt a littore ad uillam Polli. qualis uia ē lecheo cornu Corinthum:nam ea quoque tecta eſt i ſpeciē porticus. Lecheo inoo: ubi ſe præcitauit Ino de qua ante dictū

Phomonoe

eſt. Sedet: ſedare uelit. Phœmonoe: Phæbi filia fuit:ut ſcribit Plini. & Pauſanias:quæ prima:ut ille ait carmen heroicum cecinit. Equi uolantis: fons cabalinus. Turbauit:dum hauſit aquam ex fundo uſq;:atq; ita eum poetam excellentem oſtendit. Ingenium: ſitū & artificioſam diſpoſitionem. Hæc phœbi:alii codices habent: & nos hæc legimus. Hæc: ſcilicet pars domus. Tenerū:radios oriētis ſolis. Negat:nō uult. Natāt præ.i.umbra ædiū & uillæ p aquas uagat̄.

Huc me poſt patrii lætum quinquennia luſtri
Cum ſtadio iam pigra quies:canuſq; ſederet
Puluis:ad ambracias conuerſa gymnade frondes
Trans gentile fretum placidi facundia polli
Detulit.& nitidæ iuuenilis gratia pollæ
Flectere iam cupidum greſſus.qua limite noto
Appia longarum teritur regina uiarum
Sed iuuere moræ:placido lunata receſſu
Hinc atq; hinc curuas prærumpunt æquora rupes:
Dat natura locum.montiq; interuenit unum
Littus:& in terras ſcopulis pendentibus exit
Gratia prima loci.gemina teſtudine fumant
Balnea.& e terris occurrit dulcis amaro
Nympha mari.leuis hic phorci chorus.udaq; crineſ
Cymodocæ.uiridiſq; cupit galatea lauari.
Ante domum tumidæ moderator cærulus undæ
Excubat innocui cuſtos laris.huius amico
Spumant templa ſalo. fœlicia rura tuetur
Alcides.gaudet gemino ſub numine portus.
Hic ſeruat terras.hic ſæuis fluctibus obſtat
Mira quies pelagi.ponunt hic laſſa furorem
Aequora.& inſani ſpirant clæmentius auſtri
Hic præceps minus audet hyems.nulloq; tumultu
Stagna modeſta iacent dominiq; imitantia mores
Inde per obliquas erepit porticus arces
Vrbis opus.longoq; domat ſaxa aſpera dorſo
Qua prius obſcuro permixti puluere ſoles
Et feritas in amœna uiæ.nunc ire uoluptas
Qualis.ſi ſubeas ephyres baccheidos altum
Culmen.ab inoo fert ſemita tecta lecheo
Non mihi ſi cunctos helicon indulgeat amnes
Et ſuperet pimplea ſitim.largeq; uolantis
Vngula ſedet equi:reſeretq; archana pudicos
Phœmonoe fontes.uel quos meus auſpice phœbo
Altius in merſa turbauit pollius urna
Innumeras ualeam ſpecies cultuſq; locorum
Pieriis æquare modis.uix ordine longo
Suffecere oculi.uix dum per ſingula ducor
Suffecere gradus:quæ rerum turba.loci ne
Ingeniū? an domini mirer prius? hæc domus ortus
Aſpicit.hæc phœbi tenerum iubar illa cadentem
Detinet.exactamq; negat dimittere lucem
Cum iam feſſa dies.& æquora montis opaci
Vmbra cadit.uitreoq; natant prætoria ponto

Fauit natura locis:aliis inquit locis natura ſponte locum commodum præbuit. in aliis arte domita eſt. Colenti;diruenti montem & ædificanti uillam. Luſtra fuerunt:cubilia ferarum : quæ Lucretius ſecla appellat:quod in his ſedeant feræ & cubent. Diſcentia iugum:quæ nunc ſeruiunt:cum prius indomita uiderentur. Intranteſque domos:recōditas ſub ſaxis reciſis. Vatis methymnæi:Arionis nam Methymna urbs fuit ī Leſbo patria Arionis.Terpādri muſici.Helanici hiſtoriarum ſcriptoris.Calie:qui alceum & Sapho eſt interpretatus.nomen accepit a Methymna filia Leſbi:qui inſulam tenuit. Martialis.Sic methymneo gauiſus arione Delphin. Thebais : ideſt cythara amphionis Thebani nota hiſtoria.

Methyamna
Arion
Terpādruſ
Helanicus
Calias
Orpheus

Hæc pelagi clamore fremunt. hæc tecta ſonoros
Ignorant fluctus.terræ ꝗ ſilentia malunt
His fauit natura locis.his uicta colenti
Ceſſit & ignotos docilis manſueſcit in uſus
Mons erat hic ubi plana uides & luſtra fuerunt
Quæ nūc tecta ſubis.ubi nūc nemora ardua cernis
Hic nec terra fuit.domuit poſſeſſor & illum
Formantem rupes.expugantemꝗ ſecuta
Gaudet humus. nunc cerne iugum diſcentia ſaxa
Intranteſꝗ domos.iuſſumꝗ recedere montem
Iam methymnæi uatis manus.& chelis una
Thebais & getici cedat tibi gloria plectri
Et tu ſaxa moues.& te nemora alta ſequuntur
Quid referam.ueteres cæræꝗ æriſꝗ figuras.
Si quid apellei gaudent animaſſe colores
Si quid adhuc uacua(tamen admirabile) piſa
Phidiacæ raſere manus.quod ab arte mironis
Aut polycletæo iuſſum eſt quod uiuere cælo
Aeraꝗ ab iſthmiacis auro potiora fauillis
Ora ducum.& uatum.ſapientumꝗ ora piorum
Quos tibi cura ſequi.quos toto pectore ſentis
Expers curarum:atꝗ animum uirtute quieta
Compoſitus.ſemperꝗ tuus.quid mille reuoluam
Culmina.uiſcendiꝗ uices.ſua cuiꝗ uoluptas
Atque omni proprium thalamo mare tranſꝗ iacētē
Nerea diuerſis.ſeruit ſua terra feneſtris
Hæc uidet inarimen.illi prochyta aſpera paret
Armiger ac magni patet hectoris:inde malignum
Aera reſpirat pelago circunflua neſſis
Inde uagis omen: fœlix euplea carinis

Plectri getici:Orphei qui Thrax fuit. Oeagri filius:qui muſice omnes ſuperauit:ut ſcribit Diodorus. ædidit poema mira ſuauitate refertum: in Aegyptum nauigauit:unde cærimoniarum uſum ad Thraces detulit.iter argonautas cecinit hiſtoriam de chao & exordio mundi :ut eſt apud Appollonium nunquam fuiſſe Orpheum ſcribit Cicero in diuinatione.Græci uero quinque Orpheos fuiſſe contendunt : quorum nomina.opera. patriam in commentariis Sylii reciatuimus. Thamyras item Philamonis filius & Arſimoes Thracus dictus eſt ex edonis urbe: ſiue Odriſius:ut ſcribit Pauſanias : quoniam illic ſit natus.is theologiam ſcripſit tribus milibus uerſuum . nunc de Orpheo intelligit Papinius . Cedat inquit gloria cytharæ Orphei Arionis & Amphionis:quod olim bruta & inanimata allexerit ſono:nam & tu moues ſaxa. Adhuc uacua:piſa nondum poſito ſimulacro Iouis olympii ad piſam quod ſculpſit:nam multa præterea fecit Mineruam ex ebore:quæ eſt Athenis in parthenonia ſtans eandem deam ex aere:eandem:quam Romæ ad ædē fortunæ Aemilius paulus dedicauit . multa præterea quæ Plinius recenſet.

Thamyraſ

Cælo polycleteo :Polycletus Sitionius Ageladis diſcipulus Diadumenum fecit molliter iuuenem centum talentis nobilitatum Doryphorum uiriliter puerum multa præterea:huius proprium fuit excogitaſſe:ut uno pede inſiſterent ſigna:ut Varro ait. & pene ad unū exemplū. Aeraꝗ:Aera Corinthia intelligit.De æris aūt corīthii præſtātia lege Pli. libro trigeſſimoquarto naturalis hiſtoriæ. Potiora: prætioſiora. Iſthmiacis auro:Corinthus ſapientum philoſophorum. Quos tibi cura ſequi:inuentum fuit Aſinii pollionis ut imagines bibliothecis ponerentur qui primus bibliothecam publicauit:eorum ſcilicet quorum anime immortales in iiſdem loquebantur: ſed luxus temporum nouas quoque & alienas imagines formauit. Virtute quieta : ocio . Semper tuus: nunquam ſeruiens curis & affectibus. Inarimen:ante miſenum inſula eſt.Homerus ut Strabo quidem accipit.duas dictiones fecit ειναριμοισ.noſtri coniungentes inarimē dixerunt.Tiphœus illic ſepultus eſt.Sylius non ardentem ſortita Tiphœum inarime. Prochyta aſpera paret:a pythecuſis diuiſa eſt:ut ait Strabo.Plinius ab inarime:nam pythecuſæ & inarime idem eſt : dicta a προχεω quod eſt profundo:nam profuſa eſt prouolutis montibus:alii a nutrice æneæ dictam putant prochyta.cuius mulieris meminit Dionyſius alicarnaſeus. Armiger hectoris : Miſenum intelligit dictum a miſeno:qui olim armiger hectoris fuerat.& Aeneam eſt ſecutus:nota hiſtoria uel carmine uirgiliano. Neſſis:prætermiſſa a coſmographis:a Lucano commemorata. Tali ſpiramine neſſis.Emittit ſtygium nebuloſis aera ſaxis. Euplea:una ex inſulis in ſinu puteolano dicta ab ευ bene πλεω nauigo:nam nauigantibus fœlix ſtatio eſt.propterea Papini.appellat eam omen fœlix carminis.

Polycletuſ
Bibliothecæ
Pollio
Statuæ
Inarime
Prochyta
Miſenus
Neſſis
Euplea

Quæq; ferit curuos exerta megalia fluctus
Angitur & domino.cōtra recubante proculq;
Surrentina tuus ſpectat prætoria limen
Vna tamen cunctis procul eminet una diætis
Quæ tibi parthenopen directo limite ponti
Ingerit.hic grais penitus delecta metallis
Saxa.quod eoæ reſpergit uena ſyenes
Synade quod mœſta phrygiæ fodere ſecures
Per cybeles lugentis agros.ubi marmore picto
Candida purpureo diſtinguitur area gyro
Hic & amyclei cæſum de monte lycurgi
Quod uiret:& molles imitatur rupibus hærbas
Hic nomadum lucent flauentia ſaxa taſoſq;
Et chios.& gaudens fluctus ſpectare cariſtos
Omnia calchidicas turres obuerſa ſalutant
Macte aīo quod grata probas.qđ grata frequētas
Arua:nec inuideant quæ te genuere dicarchi
Mœnia.nos docto melius potiemur alumno
Quid nunc ruris opes:pontoq; noualia dicam
Iniecta.& madidas baccheo nectare rupes
Sæpe per autumnum iam pubeſcente lyæo
Conſcendit ſcopulos.noctiſq; occulta ſub umbra
Palmite maturo rorantia lumina terſit
Nereis.& dulces rapuit de collibus uuas
Sæpe & uicino ſparſa eſt uindemia fluctu
Et ſatyri cecidere uadis.nudamq; per undas
Dorida montani cupierunt prendere panes.
Sis fœlix tellus dominis ambobus in annos
Mygdonii.piliiq; ſenis. nec nobile mutes
Seruitium.nec te cultu tirynthia uincat
Aula.dicarcheiq; ſinus.nec ſæpius iſti
Blanda theramnæi placeant uineta galeſi
Hic tibi ſydereas exercet pollius arces
Seu uoluit monitus quos dat gargeticus auctor
Seu noſtram quatit ille chelim.ſeu diſſona nectit
Carmina.ſiue minax ultorem ſtringit iambon.

Megalia · Diæta · Metalla · Metallao · Taſos · Chios · Satyri · Pan · Chemis · Titonus · Herculaneum · Tarentum · Iambicū carmen · Archilocus · Hiponax · Bubalus · Antermuſ

Vnde paludoſi fœcunda licentia nili

Scylla
Charybdis
Carpathium
Europa
Aſteriuſ
Minos
Rhodamãthus
Sarpedon
Cimerii
Grecoꝝ Iuramẽta
Phoroneus
Niobe
Io
Spartus
Siſtrũ

care conatus ſit Herodotus Diodorus ꝑtratauerit.indagauerit Lucanus.tamē adhuc in ambiguo eſt tres cās affert Herodotus inundationis q̄s refellit.hæ ſunt.uel qa etheſiæ uenti contra fluminis impetū flant: retardantq; curſū:& aquas tumeſcere cogūt.uel ꝙ ad eius fontes niues liq̄factæ fluuiū augent:uel ꝙ fluit ex oceāo.cuius æſtu ipſe quoq; æſtuat. aliā naturalē affert cauſā: quā pluribus uerbis ꝓbare contēdit.eā il lic requires. Vada deſidāt: cecropio luto.ſais lingua ægyptia:ut Lycophronis īterpræs ſcribit.palladē ſi gnificat.inde uerſū ꝓpertii mendoſū:ita caſtigauimus.mercurio ſais ferť hebeidos undis. Virgineū pri mo cōpoſuiſſe latus.unde oſtium unū ni li ſaiticum eſt dictū.quoniā ſais.i.palas illic coleret.Strabo ita ſcribit.Taniticū oſtium eſt n ili:qď nonnulli ſaiticū uocāt. inde ad peluſiacū oſtium ſunt lacus & paludes cō tinuæ.petit igiť Papinius ut iſis doceat me tiū quare nili oſtium ſtagnat paludibus & luto cecropio.i.ſaico:ubi pallas cecropia & attica coliť.dic inquit cur inundet nilus & alibi faciat paludes ad oſtium ſaicum.ſ.co erceat.nā uero permittit refluere aquas ni li:ſed in paludes cōuertit ſtagna lacubus & paludibus obſita. Luto cecro. palladio & ſaitico. Laſciuiat:de canopo ante diximus & ipudentia laſciuientium ad ea ſacra ho minū. Teraphnei:lacedæmonii nā a cano po menelai lacedæmonii gubernatore nō men accepit. Cur inuida memphis:doce

Sais.i.pal as

Cur uada deſidant.& ripa coerceat undas
Cecropio ſtagnata luto.cur inuida memphis
Cur ue teraphnei laſciuiat ora canopi
Cur ſeruet pharias letheus ianitor aras
Vibia cur magnos æquent animalia diuos.
Quæ ſibi proſternat uiuax altaria phœnix
Quos dignetur agros:aut quo ſe gurgite nili
Mergat adoratus trepidis paſtoribus apis.
Duc & ad emathios manes ubi belliger urbis
Conditor hybleo perfuſus nectare durat
Anguiferamq; domum.blādo quæ merſa ueneno
Actias auſonias fugit cleopatra cathenas.

Mēphis inquit cuř memphis inuideat.Memphis apidis templū habuit Veneris phanum:quod alii Iunæ puta runt pyramides duas inter miracula.regia erat regum ægypti:inuidere uidebatur: quoniam memphi tici non permittebant apim bouem quem ægyptus adorabat certos annos excedere.nā in fonte ſacerdo tum demerſum necabant. Aliumq; ad memphim ducebant in æde uulcani tunc a mulieribus tantum uideri fas erat:quæ ſublatis ueſtibus fœmora raſa oſtenderent:deinceps non licebat hiſdē ſpectare: hæc ex Diodoro.Plinio Strabone & Herodoto.Videbantur igitur inuidere gloriæ apidis memphiti:& cum eum ab omnibus adoratum diutius uiuere non permitteret.id ſcribit Pli. Cur letheus ianitor:de charō ta & repræſentatione inferorum itelligit quam ægyptii ī funeribus ædunt.adeſt enim magiſter cymbæ: ut diximus:quem ſua lingua carontem appellant.cui dato obulo cadauer tradunt traiiciendum ultra acheruſiam paludem.nauis appellatur.Vari græce epiuathra ubi hæc aguntur ſunt ſtatuæ Hecates cocy thi letheis iuxta quas eſt ſtatua iuſticiæ.Diodorus auctor.doce inquit iſi metiū quare carō ſit in ægypto & iſta inferorum repræſentatio. Seruet aras pharias:ideſt manet ad aras ægyptias. Cur æquent:doce etiam quare pari in honore habeantur animalia & dii.nam ægyptii communiter colebāt bouem. Canē felem accipitrem ibin lepidotum piſcem oſyrinicum ſaite & thebani.ouem latum piſcem lato politani atq; alia præterea: & ſcarabeum nōnulli.Cauſa fuit uel ꝙ dii olim cum pauci eſſent hominū impietatē timentes in ea ſe uerterunt animalia.uel ꝙ his inſignibus uſi ſint ægyptii aduerſus finitimos in terrorē: quæ uictores coluerūt.uel ad utilitatem quam ſingula præbent mortalibus.Diodorus ſcribit. Proſter nat:nam moriturus phœnix facto rogo ex uariis odoramementis concuſſu alarū incendit. naſciť uermi culus ex cineribus: unde alter phœnix creſcit:qui primū reddit iuxta phœnici mortuæ:defertq; totū ni dum in pancaiam ad ſolis urbem:eamq; in ara collocat.Manilius docuit.repetit Plinius. Viuax.nam ut Manilius auctor eſt:uiuit annis ſexcentis ſexaginta.& cum huius alitis uita magni āni fit cōuerſio. Apis adoratus:de hoc hiſtoriam multis uerſibus ſcribit Herodotus.Diodorus.Plinius uero ex Herodoto ita tradit in octauo naturalis hiſtoriæ.Bos in ægypto etiam numinis uice colitur apin uocant.& paulopoſt: merſūq; ī ſacerdotiū fontem enecant: quæſituri luctū & aliū quē ſubſtituāt:& donec inuenerit mœrent deraſis etiam capitibus.nec tamē unquā diu petitur.inuentum deducitur in templum aſacerdotibus mē phim.plura illic leges. Quos agros dignetur:ideſt quam partem ægypti incolat apis. Trepidis paſto ribus.nam non ſperant alium priore extincto:Luctuq; & mœrore eum quærunt. Ad manes emathios. ad tumulū alexādri:qui eſt alexandriæ.nam in urbe alexandria circuitus q̄dam erat in quo regū ſepultu ra erat & alexandri.nā Ptolæmeus lai filius Alexādri corpus perdice abſtulit:qui ex babylone deferebat: detulitq; alexandriam:eiq; parentauit:Prius in aureo alueolo:quē coccas uitreo ſuppoſito rapuit:ut ante diximus. Duc ad manes emathios.ideſt in alexandriam:ubi eſt corpus alexandri emathii ſeu macædo nici. Conditor urbis:nam alexander alexandriam condidit dinarcho architecto opus deſignante: quod Vitruuius quoque ſcribit. Anguiferamque domum:duc inquit o Iſi metium etiam necropolim:ubi anguibus extīcta cleopatra e blando ueneno. locus diſtat ab alexandria.xxx.ſtadiis. ubi Cleopatra uel a ſpidis morſu quod Plutarchus refert:uel delubitorio ueneno.quod Strabo tradit ex quorundam ſen tentia ſe necauit in uinculis. Actias: patronymicum affectatum pro Cleopatra quæ.ad.actium uicta fuerat. Cathenas auſonias: nam ſe interfecit:ne in poteſtatem auguſti uenire t cathenas dixit. quoni am regum uincula erant cathenæ e collo pendentes cum ducebantur in triumphum.

Apis

Charon

Vari Epiua trha aegyptio rum animalia

Phœnix

Apis

Alexādri epulcrū

Vſq; & in aſſyrias ſedes:hoc emyſtichion mendoſum eſt in aliis codicibus.ſed in his elementis ita ſcriptum:ut in has ſyllabas poſſit coagmentari.nam ita in illis legitur.Vſq; ad maſurias ſedes.In maſuriam autē quæ nuſq̄ eſt non mittebat:ſed in aſſyriam.ꝑpterea leges.uſq; & in aſſyrias ſedes. Nec nouus hoſpes erit.inuit eū ante ī ſyria fuiſſe:præfectū cohortis. Hic:in aſſyria. Maioris claui:cū bis latum clauū ſumpſiſſet. Iam tamen:etiam ea ætate. Præuertere:ante ire & cohibere. Damnare:uincere:ſuperare. Sagittas eoas:aſſyrias.Iaculo ſuo.Ergo erit.ex affectu hoc legendum. Alias auras:quæ te reddunt.

Vſq; & in aſſyrias ſedes.mandataq; caſtra
Proſequere & marti iuuenem dea trade latino
Nec nouus hoſpes erit puer hic ſudauit in armis
Notus adhuc tantum maioris munere claui
Iam tamen & turmas facili præuertere gyro
Fortis.& eoas iaculo damnare ſagittas:
Ergo erit ille dies qua te maiora daturas
Cæſar ab emerito iubeat diſcedere bello
Hoc nos hoc iterum ſtantes in littore uaſtos.
Cernemus fluctus:aliaſq; rogabimus auras.
Otum quantus ego.aut quanta uotiua mouebo
Plectra lyra.cum me magna ceruice ligatum
Attolles humeris.atq; in mea pectora primum
Incumbes e puppe nouus:ſeruataq; reddes
Colloquia.inq; uicem.euphraten.bactra.ſacraſq;
Antiquæ babylonis opes:& zeugma latinæ
Pacis iter qua dulce nemus florentis idumes
Qua precioſa tyros rubeat qua purpura ſucco
Sidoniis iterata uadis.ubi germine primum
Candida fœlices ſudant opobalſama uirgæ.
Aſt ego deuictis dederim quæ buſta pelaſgis
Quæue laboratas claudat mihi pagina thebas.

Lachrymæ Hetruſi.

SVmma deum pietas cuius gratiſſima cælo
Rara prophanatas inſpectant numina terras
Nunc uittata coma.niueoq; inſignis amictu
Qualis adhuc præſens:nullaq; expulſa nocētum
Fraude rudes populos.atq; aurea regna colebas
Mitibus exequiis ades & lugentis hetruſci

Quantos ego:o quantus inquit aſſurgā carmine. Quanta lyra:q̄ grandi & ſublimi carmine. Nouus e puppe.uix egreſſus e naui. Bactra:narrabis inquit & deſcribes loca ī quibus fueris.Bactri populi quorum zariaſtes oppidum ē.idem poſtea bactrum dictum a flumine.Plinius auctor. Zeugma a ſeleucia ſyriæ ad noſtrum litus diſtat cētum uigintiduoꝝ paſſuū millibus.oppidum ita appellatum :quoniam alexander ibi pontem in eufratem iunxerit.nam ζευγνυμι græce:latinæ ſignificat iungo:quod Plini.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ his uerbis oſtendit . fuerunt quidā & religione quadam id fieri.& extare ferream cathenam apud euphratem amnem in urbe:quæ Zeugma appellatur:qua Alexander magnus ibi iniunxerit pontem. cuius annullos qui refecti ſunt rubigine infeſtati.Carentibus ea prioribus. Iter latinæ pacis:nam ea loca arma Romana pacata reddiderant. Nemus idumes : palmas intelligit : de quibus alibi diximus. Iterata:purpuram dibapham intelligit: ideſt bis tinctam:quæ gratior erat.Plinius.huic ſucceſſit dibapha tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi.hac lentulus ſpinter ædilis curulis primus in prætexta uſus improbabatur.uerba hæc accepit Plinius ex nepote Cornelio qui diui Auguſti principatu obiit. Vbi opobalſama:ideſt in iudea.Plini.ſed omnibus odoribus præfertur balſamum uni terrarum iudeæ cōceſſum:quondam in duobus tantum hortis utroque regio altero.xx. iugerum : altero pauciorum paulopoſt:ſuccus plaga arboris manat: quem opobalſamum uocant. id autem ſignificat ſuccum balſami.οπος enim eſt ſuccus. Aſt ego : quaſi reſcipiſcens a deſiderio amici abeūtis:inuicem ſe narraturum promittit:cum redierit:rationem ſuæ thebaidis achilleidis: quo opera tunc perfecerit. Aſt ego: ſcilicet narrabo: Quæ buſta dederim:ideſt quem finem impoſuerim achilleidi meæ.

Bactri
Zariaſtes
Zeugma
Dibapha
Balſamū
Opobalſamum

Domitius Auguſtino.

CLaudius hetruſcus Auguſtine ſmyrneus ſeruili conditione Romā tranſlatus ī īperatorum aula ſeruiuit:Tiberio primum:a quo libertate eſt donatus mox in aula calligulæ manſit & Claudii qui ſucceſſit & Neronis a Domitiano in exilium miſſus:cū in re ærarii adminiſtrāda leni quodam errore lapſus eſſet:lachrymis & pietate filii reditu impetrato reuocatus.eſt Martialis.Quantum ſollicito fortuna parentis hetruſco. paulopoſt : nam tu miſſa tua reuocaſti fulmina dextra:cum ad nonageſimum quoq; annum perueniſſet: mortuus illatus eſt tumulo uxoris.defletus mira pietate filii:quā & hac ſylua ornat Papi.& eo epigrāmate Mar.Hic iacet ille ſenex auguſta notus in aula.accōmodat autem ad lachrymas filii.poetæ ē inuocatio.nam pietatis numen citat:quam ſummā deoꝝ nuncupat.cuius numina ſunt gratiſſima cælo. Pietas:diis cara ē. Rara: ægregia & ꝑclara. Inſpectant terras:ſed nō habitāt. Rudes populos:inſcios fraudū. pr̄ eſt etiam ſenex.

Claudius hetruſcus

Procul hinc: ex ritu arcet a tã piis ſacris qui impii fuerunt in parentes. Ad flumina lethea:lethe fluuius inferorum. lethe item fluuius in hiſpania:quem antea lineã appellabant.huius meminit Strabo:addita etiam hiſtoria cur lethe appellatur.Sylius carmini ĩſeruit.Letheus præterea fluuius in aſia iuxta magneſiam labitur. Domus elyſia:elyſios putat Strabo in ultima hiſpania eſſe.mala interpretatione uerſus homerici.nam Homerus ulyxem ſcribit perueniſſe eum in locum: ubi necromantiam fecerit.ut ante diximus:ait Vlyxes ſe ueniſſe ad fines oceani: atq; illic peregiſſe ſacra:inde quicquid de inferis de carre ille narrat tranſtulit aliquando Strabo & non nulli alii ad ultimã hiſpaniam:quia illic ſit finis oceani:ſed tamen uerſus Homeri indicat intelligendum de baiis & locis proximis.nam aleſtrigonibus quos ad Caietam fuiſſe planum eſt.nauigauit circeos ad circen:deinde uno die:ut ait:peruenit eum in locum ubi ſacra peregit:quod non potuiſſet ſi ad ultima hiſpaniæ fuiſſet nauigandum:itaq; interpretemur uerba Homeri ubi ait fines oceani ut dicas fines maris tyrrheni. Nam oceanum dixit ſimpliciter ꝑ mari.elyſios autem ſuſpicati ſunt alii: qđ nec Strabo inficiatur eſſe in inſulis fortunatis in oceano:de qbus multa ſcribit Pli. & eas ſe nouiſſe teſtatur Strabo: alii in circulo lunæ animas piorum habitare dixerunt.poetæ ſimpliciter apud inferos in priuato ſeceſſu. Lucos pallẽtes: nam ſole fruuntur quali nos.Solemque ſuum ſua ſydera norunt. Minoris:ſcilicet lucis. Domini:plutonis. Mactes:hinc orditur carmen in inferias hetruſci. Munera non arſuta: æternitatem carminis pollicet̃ & ſibi portendit. Me monſtrante: teſtimonio mei carminis. Flere parentem: & hic & antea indicauit ſyluam.quam compoſuit in epicedion funeris paterni eſſe multis diebus elaboratam & uix tandem æditam: cum hic ſe patrem fleuiſſe dicat:& in quinto tãdem eam ſyluam collocauerit. Ille dies: quo:ſcilicet ego duxi patrẽ. Suadet:hortatur & docet. Tuli queſtus: ego inquit iiſdem lachrymis agitatus ſum. Non tibi:auerſio eſt ad patrem mortuum:quem laudaturus diluit primum quod maxime obſtabat.Nam ſeruus fuerat:quam ignominiam multis exemplis & rationibus Papinius leuare nititur. Fortuna:in qua uerſatus eſt apud imperatores te ſatis illuſtrauit:q̃uis ſplendore generis careres. Culpam parentum: detrimentum natalium tuorum:ſed quibus imperatores. Creſcit:magnus eſt.

Cerne pios fletus:laudataq; lumina terge
Nam quis inexpleto rumpentem pectora queſtu
Complexumq; rogos incumbentemq; fauillis
Aſpiciens.non aut primæuæ funera plangi
Coniugis aut nati modo pubeſcentia credat
Ora rapi flammis:pater eſt qui fletur adeſte
Diiq; homineſq; ſacris.procul hic ꝑcul ite nocentes
Si cui corde nefas tacitum .feſſiq; ſenectus
Longa patris.ſi quis pulſatæ conſcius unq̃
Matris & inferna regimen timet æacon urna
Inſontes caſtoſq; uoco.tenet ecce ſeniles
Leniter implicitos uultus:ſanctamq; parentis
Canitiem ſpargit lachrymis animæq; ſupremum
Frigus amat:celereſq; genitoris filius annos
(Mira fides)nigraſq; putat properaſſe ſorores
Exultent placidi lethea ad flumina manes
Elyſiæ gaudete domus.date ſerta per aras
Feſtaq; pallentes hilarent altaria lucos
Fœlix heu nimium.fœlix plorataq; nato
Vmbra uenit.longæ furiarum ſibila longæ
Tergeminus cuſtos.penitus uia longa pateſcat
Manibus egregiis eat horrendumq; ſilentis
Accedat domini ſolium.grateſq; ſupremas
Præferat & totidem iuueni roget anxius annos.
Macte pio gemitu dabimus ſolatia dignis
Luctibus æternaſq; ultro ſacrabimus umbras
Inferias hetruſe ſeni.tu largus heoa.
Germina tu meſſes cilicumq; arabumq; ſuperbas
Merge rogis.fert ignis opes.hæredis & alto
Aggere miſſuri nitido pia nubila cælo.
Stipentur cineres.nos non arſura feremus
Munera.uenturoſq; tuus durabit in annos
Me mõſtrante dolor.neque enĩ mihi flere parẽtem
Ignotum.ſimilis geminumq; proiectus ad ignem
Ille mihi tua damna dies compeſcere cantu
Suadet.& ipſe tuli quos nunc tibi cõfero queſtus.
Non tibi clara quidem ſenior placidiſſime gentis
Linea:nec proauis demiſſum ſtemma.ſed ingens
Suppleuit fortuna genus.culpamq; parentum
Occuluit.neque enim dominos de plæbe tuliſti
Sed quibus occaſus pariter famulantur & ortus
Nec pudor iſte tibi.quid enim terriſq; poloq;
Parendi ſine lege manet:uice cuncta geruntur
Alterniſq; premunt propriis ſub regibus omnis
Terra:premit fœlix regum diademata roma.
Hanc ducibus frenare datum.mox creſcit in illos

Lethe
Eliſii
Eliſii

Legem:ſeruiendi. Et uaga:luna quæ uidetur uagari arbitrio ſuo.& tamen ſeruit.nam plenilunium non fit.nec ipſa poteſt īplere orbem ſuum iminutū:niſi certa tempo rū lege:cui ſeruit. Regis euriſthei: de quo ante dictum eſt. Fiſtula phœbi:nec puduit phœbum ſumere fiſtulam more paſtorum:& cuſto dire armenta regis Admeti ī theſſalia.Cui ſeruiebat ad amphriſum. Sed neq;:eum laudat a patria.ꝙ q̄ uis ſeruus eſſet:tamen non uenerit ex barbaris ex dacis.Getis:cappadocibus unde alii ſerui mitti ſolent: ſed ex ſmyrna oppido nobiliſſimo Ioniæ.Smyrna.oppidum ioniæ.epheſi aliquando ſmyrnei dicti ſunt Smyrna

Imperium ſuperis.ſed habent & numina legem
Seruit & aſtrorum uelox chorus.& uaga ſeruit
Luna.nec iniuſſæ totiens redit orbita lucis
Et modo ſi fas eſt æquare iacentia ſummis
Pertulit & ſæui tirynthius horrida regis
Pacta.nec erubuit famulantis fiſtula phœbi
Sed neque barbaricis latio tranſmiſſus ab oris.
Smyrna tibi gentile ſolum.potuſq; uerendo
Fonte meles.hermiq; uadum quo lydius intrat
Bacchus & aurato reficit ſua cornua limo.
Læta dehinc ſeries.uariiſq; ex ordine curis
Auctus honos.ſempq; gradu ꝓpe numina. ſemp
Cæſareum coluiſſe latus:ſacriſq; deorum
Arcanis hærere datum: tybereia primum
Aula tibi.uix dum hora noua mutante iuuenta
Panditur.hic annis multa ſuper indole uictis
Libertas oblata uenit.nec proximus hæres
Immitis.q̄q̄ & furiis agitatus abegit
Hinc & in arctoas tenuis comes uſque pruinas
Terribilem effatu paſſus uiſuq; tyrannum
Immanemq; ſuis.ut qui metuenda ferarum
Corda domant:merſaſq; iubēt iam ſanguine tacto
Reddere ab ore manus.& nulla uiuere præda
Præcipuos.ſed enim merito ſurrexit in arcus
Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem
Claudius.& longo tranſmittit habere nepoti
Quis ſuperos metuens.pariter tot tēpla tot aras.
Promeruiſſe datur:ſummi iouis aliger arcas
Nuntius:imbrifera potitur thaumantide iuno
Stat celer obſequio iuſſa ad neptūnia triton
Tu tociens mutata ducum iuga rite tuliſti
In teger.inq; omni fœlix tua cymba profundo
Iamq; piam lux alta domum.præcelſaq; toto
Intrauit fortuna gradu.iam creditur uni

a Calino poeta in oratione ad iouē.epheſi præterea erat locus appellatus ſmyrna.ut Heponax poeta oſtēdit. Homerus ſmyr/nam nuſq̄ nominauit: q̄uis eſſet patria.cū tamen miletum.ſamon.tenedum nomia uerit.a ſmyrna amazone illic ſepulta dici/tur.meles in proximo oritur.ut ante eſt di ctum.nec hunc nominauit Homerus:ut pactolum:cū tamen nominauerit hermū & hyalū eiuſdem regionis. Verendo fon te.In laudē Homeri hoc dicit. Quo lydi/us intrat bacchus. thmolus.ante timolus dicebatur utrunq; in uſu apud poetas Oui dium & Sylium.mons lydiæ uitibus con ſitus:& uini generoſitate nobiliſſimus.in/de etiam labit̃ pactolus: apte poeta ut car/men uariet ait bacchum deſcendere in her mū fluuium:ut ibi aurea cornua illius ra/mentis.Megaſthenes fidem habet rebus geſtis Herculis & bacchi:ſed paucos habet aſſertores.erat hoſtenes ea putat fabuloſa. Bacchus certe apud euripidem in tragœ/dia:quæ inſcribitur bacche:cum pagratio nē ſuā iactat ita ait.aurifera adiui & culta lydorū loca.nā in lydia quoq; eius ſacra pe ragebant̃. Sua cornua.Diodorus hæc ſcri bit.ſunt qui Hāmōnem affirment natura in utroq; tempore parua habuiſſe cornua ꝓpterea filium eius Dionyſiū eodem fuiſ ſe aſpectu:poſteriſq; traditum deum hūc cornua geſtaſſe. Proximus hæres.Caligu la.qui tiberio ſucceſſit. Agitatus furiis:nā ſiue poculo amatorio ceſoniæ:qđ ipſe ueri tus eſt:& credi uoluit Iuuenalis ſiue natu/rē feritate:quod tiberius cognouit ī puero furore quodam percitus rempublicā uexa uit. Demiſſus in axem:cum nondum in cælū deſcēdiſſet: qua figurata urbāitate Iu uenalis quoq; uſus eſt de eodē:in cælū de/ſcēdere iuſſus.Seneca poſteaq̄ Claudius in cælū deſcēdit. Nepoti nerōi. In arctoas.i. germaninas.nam cū ī umbria eſſet Caius princeps:repente impetum cœpit expediti onis ducendæ in germaniam. quo conten dit delectu acerbiſſime habito:ubi & plu/rimos centuriones primipilis priuauit: cō moda & merita militiæ ad ſexcentorum

Meles — Tmolus — Timolus — Pactolus — Hammō — Dionyſii cornua

ſummam ademit.de legionibus trucidandis cogitauit :idcirco Papinius ait caligulam illic potiſſimum fuiſſe immanem ſuis. Quis ſuperos : legatur interrogatiue. Quis eſt inquit deorum miniſter:qui tot diis operam unquā præſtiterit:& pariter ſatiſfecerit quot tu imperatoribus:nam deorum miniſtri ſingulis ſeruiunt.tu de multis imperatoribus bene meritus es. Qui metuens ſuperos:ideſt qui ſer/uiens ſuperis. Datur:dicitur. Oſtenditur:nominatur. Promeruiſſe:officiis ſibi deuinxiſſe. Tot templa:tot aras. Tot uarios deos:quot ſcilicet tu īperatores. Arcas.Mercurius inqt ſeruit ioui nō pluri Iris
bus. Iuno potit̃:iuno ſola utit̃ miniſtra. Thaumantide: ideſt iri:quæ quoniā cū ad miratione quadam Thaumā
orit̃ ut ſcribit Macrobius & Cice.dicta ē thaumantis fili.nā θαυμα ſignificat miraculum. Tu:tu uero. tis
Totiēs:quater. Integer:illeſus. Iamq; piā.ſub Domitiāo & impenſarū & reddituū rationes ſeruabat. Thauma

Sanctarum digeſtus opum.partæq; per omnes
Diuitiæ populos:magniq; impendia mundi.
Quicquid ab auriferis eiectat iberia foſſis
Dalmatico quod monte nitet.quod meſſibus afris
Verritur æſtiferi quicquid terit area nili
Quodq; legit merſus pelagi ſcrutator heoi.
Et lacedæmonii pecuaria culta galeſi
Perſpicuæq; niues maſſyllaq; robora & indi
Dentis honos uniq; patent commiſſa miniſtro
Quæ boreas.quæq; eurus atrox q̄ nubilus auſter
Inuehit hibernos.citius numeraueris imbres.
Syluarumq; comas.uigilis te animiq; ſagacis
Exitus euoluit quantum romana ſub omni
Pila die.quantumq; tribus.quid templa. quid alti
Vndarum curſus.quid propugnacula poſcunt
Aequoris.aut longe ſeries porrecta uiarum
Quod domuū celſis niteat laquearibus aurum
Quæ diuum in uultus igni formanda liqueſcat
Maſſa quid auſoniæ ſcriptum crepet igne monetæ

Digeſtus:diſpoſitio & diſtributio. Impēdia.nō impenſæ.ſed tributa quæ īpēdit totus mūdus. Quic
Haſpaniæ — quid eiectat iberia. nam in hiſpania cum multis rebus abundaret: metallis in primis erat pleniſſima.
nam ut Strabo ſcribit:aurum.argentum.es.ferrum nuſquam terrarum.neque tantum.neque tam pro/
Metalla — batum generari ad tyberii uſque tempora compertum eſt. Quod nitet monte dalmatico.aurum ſigni
Dalmatiæ — ficat quod e dalmatia mittebatur de quo nos ante diximus:& Pli.ita ſcribit:ut inueniatur aliquando in
ſumma tellure protinus rara fœlicitate ut nuper in dalmatia principatu Neronis ſingulis diebus etiam
Aurum — quinquagenas libras fundens:cum iam in/
uentū eſt in ſūmo ceſpite.Martia. ī dalmal
matā.fœlix auriferæ colōe terræ. Area ni
li.annonā ēt ex nilo & ex ægypto ſeruabat.
Iōga ē pifraſis Auguſtine ut uides: qua poe
tā ābitioſē deſcribit munus Claudii hetru
ſci.id quod eēt non explicat ſuo noīe.uide/
tur quidem/ p̄fectum ærarii deſignar.Ego
uero ſuſpicor Claudiū hetruſcū fuiſſe diſpē
Diſpenſator — ſatorem.nā diſpenſator e ſeruis eligebatur.
claudius aūt hetruſcus ſeruili erat cōditiōe.
Cornel ius tacitus.Galbæ corpus diu ne/
glectū: & licētia tenebrarꝫ plurimis ludi/
briis uexatū diſpēſator argius e prioribus
ſeruis hūili ſepultura ī priuatis eius hortis
cōtexit.Pli. triceſimotertio naturalis hiſto
riæ.noſtra ætas fortior fuit claudii pricipa
tu:ſeruus eius ciriaſſilāus noīe rotūdus di/
ſpēſator hiſpāiæ citerioris. plura diximus
ī Iuue. cōmētariis eo loco.plia q̄ta.illic.di/
ſpēſator uidebis armigero. ītelligāus igit
hetruſcū fuiſſe diſpēſatorē. Scrutator mer
Vniones — ſus.uniones & margaritas ſignificat. q̄ ab
urinātibꝫ colligūtur:idicus maxie has mittit
oceanus circa arabiā ī pſico ſinu maris ru/
Margarita — bri.Margaritæ āt grādioris:pſerti iugurtio
bello uniōes appellari cæptæ ſunt.ut Heli.
ſtilo pdit.Feneſtella p errorē tradidit minutas & uiles cœpiſſe circa ſyllana tēpora. Pecuaria.lanas tarē/
Cryſtallus — tinas ītelligit.deqbus alibi plura. Perſpicuæq; niues:uaſa cryſtallia ītelligit.de qbus hæc Pli.cōtraria huic
cauſa cryſtallū facit gelu uehemētior cōcreto.nec alibi certe reperit:q̄ ubi maxiæ hibernæ niues rigēt:Id/
circo Papini. ait. Perſpicuæq; niues:ideſt uaſa criſtallia pſpicua & plucida:quæ e niuibus cōſtāt & glacie
paulo poſt.Idē glaciēq; eſſe certū ē.materfamilias trullā cryſtallinā emit ſeſtertiis centū & qnquagita.Ne
ro accepto nūcio ex gallia rebꝫ aduerſarꝫ duos cyphos criſtallios:quos forte i mēſa hēbat:Illiſos terræ fre
Citreæ — git.ne ſe mortuo ſæculū his frueretur tantū luxū ieſſe criſtallo putabat. Maſſyllaq; robora:mēſas citreas
menſæ — ītelligit:quæ ex citro arbore fiebāt.Magno īpendio.finitimi autē ſūt maſſylli populi eius arboris ſyluæ.
de citrearꝫ mēſarꝫ inſania & luxu multa in cōmentariis Martialis recitauimus.plura leger potes ītertio/
decimo naturalis hiſtoriæ Plinii.ſuſtinebāt autē pedibus formatis ex ebore & dētibus elephātorꝫ:īde illa
Pliniana īdignatio:quod eodē ebore & uultus deorꝫ formētur & ſpectent menſarū pedes. Honos dētis
indi ideſt eburnei pedes mēſarꝫ:& elephāti indi dēte. Patēt cōmiſa:ſtāt & apta ſūt.eius arbitrio nūeraue
ris citius : q̄ opes:quæ ad claudii diſpenſationē & cuſtodiā pferūtur. Vigilis te:hactenus de redditibus
Papi.locutus ē. Iā laborē:curā & prudētiam hetruſci laudat ī his diſtribuēdis p ratione impenſarꝫ. Exi
tus:īpenſæ faciēdæ. Euoluit:uerſat & angit.cū curæ tibi ſit qcqd uel militiæ uel ī urbāis ædificiis inſtau
rādis:īpendendū eſt. Quantū romana pila.i.romani milites poſtulēt. Sub oī:in oī parte orbis. Quan
tū tribus:& quantū populus romanus:q in tribus diuiſus ē poſcat & uelit.nā ei ſæpe dandū ē donatiū:&
cōgrariū ab īperatore.cui tu pecuniā ſubminiſtras ex diſpēſatione tua o hetruſce. Quid curſus alti unda
rum.i.quantū impēdendū ſit purgādis alueis tiberis & aliorū fluuiorū. Quid ppugnacula æquoris:id
portus faciēdi & inſtaurādi. Quod aurū niteat laquearibus domuū:mēdoſi codices non domini:ſed do
mum habēt.quod cū legi non poſſit renitenti ſyllaba.nos ſcripſimus domini. ut dicat tu cogitas q̄tum
aurū impēdendū ſit laqaribus domini & īperatoris aurādis.nā Domitiāus cū alias cōdidit:tū cœnationē
illā qua micā appellarūt aureā:de qua Mar.Mica uocor.eiuſdē meminit euſebius:q̄uis nō in oībus illius
codicibus idem legat. Series uiarū:Viæ longo tractu ſternēdæ.Strauit aūt Domitiāus.cū uiā Domitia
nā a ſuo noīe q̄ a latere appiæ in cāpanū littus ducebat:tū appiā:præfecto Macro. Quæ maſſa:& q̄tum
Aes ſignatum — impēdendū ſit pro ſtatuis deorū inſtaurandis. Quid crepet igne:dū conflatur a fabro. Scriptum: per/
cuſum & ſignatum. Mōetæ auſoniæ:ſignatū in flauios nummos & numiſmata romana.Qui primus
Argentū ſignatum — ex auro denarium ſignauit latet auctore incerto.Seruius qdem rex æs primus ſignauit. argentum uero
ſignatū ē anno urbis qngēteſimo octogeſimoquinto Fabio conſule annis.v.ante primū bellū punicum.

Hinc tibi rara qes:cū habeas reddituū & ipenſaꝝ curā raro qeſcis. Nūq̄ læſa cura:mēdoſus codex hēt celſa.nos læſa ſcribimus:nūq̄ inqt obruis curā mero. Sed iura tamē:in tātis inqt laboribus cogitaſti. tamē de uxore ducēda nō magis tuæ uoluptatis cā q̄ ut ꝓcreares cliētes impatori. Hetruſcæ : nomē uxotis. Cū prima amētia : Frater inqt hetruſcæ cōſul fuit prio bello:qđ Domitianus geſſit aduerſus dacos: in quo Appius ſabinus cōſularis oppreſſus ē.nā bis de dacis triūphū ægit Dōmitiāus poſt uaria prælia.

Quicqd ceſſatū.qcqd defuit nobilitatis a genero paterno:materni generis nobilitas reddidit & ſuppleuit.

Hinc tibi rara quies:animoſq; excluſa uoluptas
Exiguæq; dapes:& nunquam læſa profundo
Cura mero.ſed iura tamen genialia cordi
Et mentem uincere toris.& iungere feſta
Connubia:& fidos domino genuiſſe clientes
Quis ſublime genus.formamq; inſignis hetruſcæ
Neſciat? haud unquam proprio mihi cognita uiſu
Sed deus eximium formæ par reddit imago
Vultibus & ſimilis natorum gratia monſtrat
Nec uulgare genus.faſces ſummamq; curulem
Frater & auſonios enſes.mandataq; fidus
Signa tulit.cum prima truces amentia dacos
Impulit.& magno gens eſt damnata triumpho
Sic quicquid patrio ceſſatum eſt ſanguine mater
Reddidit .obſcurumq; latus clareſcere uidit.
Connubio gauiſa domus.nec pignora longe
Quippe bis ad partus uenit lucina.manuſq;
Ipſa leui grauidos tetigit fœcunda labores.
Fœlix o ſi longa dies.ſi cernere uultus
Natorum. uiridiſq; genas tibi iuſta dediſſent
Stamina.ſed media cecidere abrupta iuuenta
Gaudia.florenteſq; manu ſcidit atropos annos
Qualia pallentes declinant lilia culmos
Rubenteſq; roſæ primos moriuntur ad auſtros
Aut tibi uerna nouis expirat purpura pratis
Illa ſagittiferi circumuolitaſtis amores
Funera maternoſq; rogos unxiſtis amomo
Nec modus aut pennis laceris aut crinibus ignem
Spargere.collectæq; pyram ſtruxere pharetræ
Quas tunc inferias aut quæ lamenta dediſſes
Maternis hetruſcæ rogis.qui funera patris
Haud matura putas.atq; hos pius ingemis annos
Ille & qui nutu ſuperas.nunc temperat arces
Progeniem claram terris partitus & aſtris
Lætus idumei donauit honore triumphi
Dignatuſq; loco uictricis & ordine pompæ
Non uetuit.tenueſq; nihil minuere parentes
Atq; idem in cuneos populos cum duxit equeſtres
Mutauitq; genus.leueq; ignobile ferrum

Latus obſcurū.lineā paterni generis humilē. Nec pignora lōge:nec diu cūcta ē ad pariendū. Venit lucina:bis Hetruſca peperit fauēte lucina:q̄ affuit parienti. Lucina: Diana cognominata:ꝙ lucē naſcētibus infantibus præbeat:qua de cā & mulieres ſupcilia ei dicata putāt:ut Varro tradit: quoniā īde lux ad oculos defluit. Pli.uero. xvi. naturalis hiſtoriæ.a luco lucinā cognomiatā tradit priorē nois cām.Feſtus.Macro.p̄terea multi.Aegeria quoq; colebat̃a mulieribus:ut Fe.tradit ꝙ eā opitulari credebāt partui egerēdo. Purpura uer.i.uiola purpurea.Columella in hortis:quæ frondens purpurat auro ponat̃ uiola.Pli.ion nominatā a græcis dicit.unde iantinæ ueſtes:qđ Broteus nō intelligens:iacinthinas ſcripſit ꝓ iantinas:hō ignorātia īpudentiſſimus temeritate perditiſſimus ricarius tanti auctoris natus:nulla alia de cā : niſi ut mihi pila eēt & ludicrū. Florētes annos:Idē Mar.Occidit illa prior uiridi fraudata iuuenta . hic prope ter ſenas uixit olympiadas. Hos annos:p̄rem ꝓpe nonagenariū mortuū. Ille & qui inſequētes uerſus obſcuros & īplicitos.in hūc tandē ſenſū explicauimus & aperuimus. Veſpaſianus inqt q ꝑlem habet ī cælo & in terris.ī cælo Titū.ī terris Domitianū:cū de iudeis triūpharet:exercitūq; uictorē honore & muneribus proſequeret̃ Claudiū hetruſcū ī numero aliorum militū habuit:q̄uis ei bello nō īterfuiſſet:quoniā abſens multa q̄ illuc ptinebant curauerat.& q̄uis obſcuris parētibus eſſet: tamen minorē numerū & honoris partē non habuit.Eundē quoq; equitē fecit:cō ordines recognoſceret. Nec temperat.Relatus eſt in numerū deorū. Progeniē partitus. Titum in cælo.Domitianū in terris. Donauit honorem : muneribus & honoribus: quibus poſt triūphū:exercitum uictorem ꝓſecutus eſt. Tenues parētes :obſcurū genus Claudii. Nihil minuere:nihil detraxerunt eius parti. Idē.Veſpaſianus. Cū duxit populos in equeſtres cuneos.Ex hiſtoria ē.nā Veſpaſiāus:ut ait Tranqllus: ordines ampliſſimos & exhauſtos cede uaria& contaminatos ueteri negligētia purgauit: ſuppleuitq; recēſo ſenatu & equite:ſubmotis īdigniſſimis & honeſtiſſimo quoq; italicorū ac prouincialiū allecto.eo tēpore:ut ait Papini.hetruſcus:allectus ē in equeſtrē ordinē. Cū du.popu.cū ſuppleuit eqtes ex italicis & ꝓuīcialibus. mēdoſi codices habēt.populos deduxit eqſtres.ſed tu lege:cū duxit.Di bōi:q̄ mēdæ hoc uno loco erant:q̄s oēs ſuſtulimus.

Mut auit ge.& mutauit gēus claudii hetruſci.nā eū ex libertina cōditione ad equeſtrē dignitatē ꝓuexit.

Lucina

Aegeria

Ianthinæ ueſtes

Annulus ferreus

Annulus aureus

Exuit:fecit ut exueret annulū ferreū:quē ſerui & libertini ſolent geſtare & aureū ſumere:q erat īſigne equeſtre.ferreum annulum lacedæmonii habebant.eodē utebanť:q aureos habuiſſent cā legationis.Ná aureos tantū in publico ſumebāt.Ferreos domi.ferreū itē annulū mittebāt ſponſæ ueteri ritu.aureo eq/tes.ferreo ſerui utebanť.Plini.de triūphantibus.Annulus in digito.ſ.triūphantis.ferreus erat.æqua for/tuna triūphantis.& ſerui coroná ſuſtinētis. Et æq̄uit celſo honore natoꝝ & pari honore eū affecit.duo filii erāt:Titus & Domitianus. Volēs excedere & eū tradere filiis. Teſtis:oſtēdit. Nitor: liberalitas ad/hucēt te mortuo. Hetruſci:filii aſſuetus.

Inde:ex liberalitate tua formatus & īſtitutus. Nunq̄ pr̄ imperio: nunq̄ impio meo oſtēdebas te patrē:ſed tātū amore. Huius: hetruſci. Pronior:q̄ fratris. Quas ti.hos itē uerſus īplicitos apuimus: partī unius uerbi emēdatiōe:ut ubi alii codices hēbāt. Errabit:tu legas erravit.parti diſtictiōe uerboꝝ q̄ cōfuſa erāt.Ná in oibus codicibus:ꝑter q̄ in nr̄o:ita diſtictū inuēies carmē.Re/greſſum.maluit attonitū cū ita ſit ſuſpen/dēdū regreſſum maluit.& qđ ſequiť atto/nitum referendū ad inſequētia. Repēdāt: tibi precibus filiorū reuocatus ē ab exilio: in qđ miſſus fuerat a Domitiano:uel ut ait Papinius:quoniá fortaſſe errauerat decre/pitæ ætatis imbecillitate.uel potius quo/niá cū fortuna diu ei fuiſſet ſecunda pedē referre & regredi uoluit.laudat tamē clæ/mentiá imperatoris:ꝗ & eum graui exilio non mulctauerit & reuocatū fouerit priſtina gratia.Hic.n.exulauit i cápania & apu/lia.Collega uero eodē crimie dánatus:miſ/ſus ē īſeriphon & cycladas. Senectus:claudii hetruſci. Tarda ſi.hebetata multitudie annoꝝ. Exhauſta re.uigore naturali exi/náita. Errauit:cōmiſit aliqd erroris. Fortuna ma.regre.noluit referre pedē. Atto/nitū:timētē grauius ſuppliciū ſenē. Fulminis:ambitio metaphora.q̄ deo æquat Do/mitianū. Tantū to.ex metaphora uerbū ē:ſed ꝑ leui ſupplicio accipit. Cōtētus:ſa/tis tibi eē putás. Monuiſſe:nō affeciſſe ſupplicio:ſed monuiſſe errati ſenē claudium.

Socius curarū:collega claudii dánatus eodē crimine. In arces diome.an ad inſulas diomedeas:an qđ magis placet agros ī apuliá cōditos a Diomede. Limen romuleū. uel palatiná aulá:uel certe ærariū.reſtitui/ſti inqt eum priſtino loco. Marcomanos.

Marco/mani

marcomani cōiuncti cū ſarmatis bellū ad uerſus Domi.geſſerūt.Hos populos marobutius ex humili loco ad rhenū coloniam duxerat.Domi.uictos noluit ducere ī triūphū:ſed tantū de ea uictoria laureá intulit Ioui capitolino ſine triūphali pōpa Tranql. auctor.& nos apud Mar.diximus.Papini. tribuit hoc clæmentiæ īperatoris q hoſtē captū ī uinculis ducere noluerit. Iáq̄ i fine dies:iá luce hac pfungebať. Hic:ſi uoluero cōſolari tantū dolorem Hetruſcimoriente pr̄e. Submouet:arcet eū ab amplexu pr̄is.

Gemuit:cū audiuit ægeū patrēmortuū.

Cui no.uerba hetruſci ad pr̄em. Fortuna re.cū ſis reuocatus ab exilio. Placauius:ut te reſtitueret. Supū:quales ſolēt eſſe in diis.

Exuit:& celſo natorum æquauit honore
Dextra bis octonis fluxerunt ſæcula luſtris.
Atq̄ æui ſine nube tenor:quam diues in uſus
Natorum:totoq̄ uolens excedere cenſu
Teſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus hetruſci
Cum tua non humilis dedit indulgentia mores.
Hunc ſiquidem amplexu ſemp reuocāte tenebas
Blandus:& imperio nunq̄ pater huius honori
Pronior:ipſe etiam gaudebat cedere frater.
Q uas tibi deuoti iuuenes pro patre renato
Summe ducum grates.aut quæ pia uota rependāt
Tu ſeu tarda ſitu rebuſq̄ exhauſta ſenectus
Errauit ſeu blanda diu fortuna regreſſum
Maluit.attonitum & uenturi fulminis ictus
Horrentem tonitru tantum.leniq̄ procella
Contentus monuiſſe ſenem.cū quæ horrida ſupra
Aequora curarum ſocius.procul itala rura
Linqueret:hic molles campani littoris oras
Et diomedeas concedere iuſſus in arces
Atq̄ hoſpes non exullerat.nec plura moratus
Romuleum reſeras iterum germanice limen
Mœrentemq̄ foues.inclinatoſq̄ penates
Erigis.haud mirum ductor placidiſſime quando
Hæc eſt quæ uictis parcentia fœdera catis
Q uæque ſuum dacis .donat clæmentia montem
Q uæ mō marcomanos.poſt horrida bella uagoſq̄
Sauromatas.latio non eſt dignata triumpho
Iamq̄ in fine dies.& inexorabile penſum
Defecit.hic mœſti pietas me poſcit hetruſci
Q ualia nec ſiculæ moderantur carmina rupes
Nec fati iam certus olor.ſæuiq̄ mariti
Thereos heu quantis laſſantem brachia uidi
Plantibus.& prono fuſum ſuper oſcula uultu
Vix famuli.comiteſq̄ tenent.uix arduus ignis
Submouet.haud aliter gemuit periuria theſeus
Littora:qui falſis deceperat ægea uelis
Tunc immane gemens.fœdatuſq̄ ora tepentes
Affatur cineres.cui nos fidiſſime linquis
Fortuna.redeūte pater.modo nomina magni
Præſidis.atq̄ breues ſuperum placauimus iras
Nec frueris.tantiq̄ orbatus muneris uſu

Ingrate:quaſi nõ habens gratiam reſtitutæ patriæ. Fœlix:æneas. Quiq; tener:Scipio patrẽ ſeruauit ad ticinũ ſeu trebiam.utrunq; enĩ traditur cum & ipſe puer eſſet & pater ab hoſtibus circũdatus. Sylius. tum rapta propere ex oſſibus haſta Inuiſum ceruice ferens humeroq; parenté emicat.ſed ſeruati Scipionis decus.Celius hiſtoriaꝝ ſcriptor ſeruo natione liguri tradit.Liuius malim inquit de filio uerum eſſe: quod & plures tradiderũt ſecũdum famã obtinuit.Plini.filio delegat Africanus inquiens de patre noluit accipere coronam ciuicam apud Trebiam.Idẽ Valerius. Lauſi lydi:Lauſus Merentii Tyrrheni filius:patrem in bello aduerſus æneã ſeruauit.Nã illo uulnerato ipſe ſubiuit: interfectuſq; eſt ab ænea.Virgilius.Quo periture ruis: maioraq; uiribus audes.fallit te incautũ pietas tua.propterea ait.Pietas temeraria : q̃ plus auſa ẽ q̃ uires ferrẽt. Ergo particula q̃ ſeruit affectui hoc loco. Mariti:admeti. Alceſtis pelei Theſſali filia uxor admeti regis theſſaliæ:ut Homerus in.ii.ſcribit:& Diodorus tradit:ut uiueret maritus ipſa mortua eſt:aliquẽ.n.pro eo mori oportere reſponderat oraculũ.Fuit item admetus rex moloſſoꝝ:ad quem cõfugit Themiſtocles huius meminit Thucydides in.ii.hiſtoria.

Scipio patrem lib.

Lauſus

Alceſtis admetus

Ad manes ingrate fugis.nec flectere parcas
Aut placare malæ datur aſpera numina lethes.
Fœlix cui magna patrem ceruice uehenti
Sacra myceneæ patuit reuerentia flammæ
Quique tener ſæuis genitorem ſcipio pœnis
Abſtulit.& lydi pietas temeraria lauſi
Ergo theſſalici coniunx penſare mariti
Funus.& immitem potuit phryga uincere ſupplex
Thracius.ha quanto melius pro patre liceret
Non totus rapiere tamen.nec funera mittam
Longius.hic manes.hic intra tecta tenebo
Tu cuſtos dominuſq; laris: tibi cuncta tuorum
Parebunt.ego rite minor.ſemperq; ſecundus
Aſſidue libabo dapes & pocula ſacris
Manibus effigieſq; colam:te dulcia ſaxa
Te ſimilem doctæ referet mihi linea ceræ.
Nunc ebur & fuluum uultus imitabitur aurum
Inde uiam morum. longeq; examina uitæ
Affatuſq; pios monituraq; ſomnia poſcam
Talia dicentem genitor dulcedine læta
Audit.& immites lente deſcendit ad umbras
Verbaq; dilectæ fert narraturus hetruſcæ
Salue ſupremum genitor mitiſſime patrum
Supremumq; uale.qui nunq̃ ſoſpite nato
Triſte cahos mœſtiſq; ſitus patiere ſepulchris
Semper odoratis ſpirabunt floribus aræ
Semper & aſyrios fœlix bibet urna liquores
Et lachrymas qui maior honos.hic ſacra litabit
Manibus.atq; tua tumulum tellure leuabit
Noſtra quoque exẽplo meritis tibi carmina ſancit
Hoc etiam gaudens cinerem donaſſe ſepulchro.

Thracius:orpheus. Vincere:exorare : ut euridicen reduceret. Phryga : rhadamantum apud inferos.qui rex lyciæ fuit ꝓuinciæ coniunctæ cũ phrygia. Melius pro patre:iuſtius mihi daretur repeti patrẽ q̃ datum eſt orpheo.qui uxorem repetit. Nõ totus:pollicetur ſe habituꝝ effigiẽ paternã quam domi colet tãq̃ uiuã. Minor:cedã tibi. Manibus:umbræ tuæ. Monitura: ut tu poſtea in ſõnis moneas me & doceas

Salue ſupremũ:Verba poetæ. Triſte chaos:obliuionẽ & uetuſtatẽ. Qui maior honos:maior inq̄t honos erit effuſæ lachrymæ a filio q̃ alia odoramenta. Exemplo meritis:ut inde eſſet exẽplum meritorum tuorum.uoluit me tibi dicare hoc carmẽ.

Hoc ſepulchro:ideſt hoc genere ſepulchri .i.carmine. Domitius Auguſtio.

Qvum ſuperiore ãno Auguſtine Iuuenalẽ æditis cõmẽtariis ĩterpretaremur:pueniſſemuſq; ad eũ locum.Ille metit barbam : crinẽ hic deponit amati. nõnihil applauſiſimus ĩgenio & ĩduſtriæ noſtræ:qđ uerſum explicaremus:quem ſexcenti interpretes:qui doctrinæ nomine gloriantur: aliquando ignorauerint. attulimuſq; pro hiſtoriæ monumento hanc Papinii ſyluã docuimus eum antiquis morẽ fuiſſe:ut cũ primam barbam deponerent : & tonderẽt crines numini dicarẽt exhilararentq; diem ſacris & cõuiuiis:& ut ex Tranquillo diſcimus:Nero barbam primã conditã ĩ aurea pixide & precioſiſſimis margaritis adornatam Ioui capitolino conſecrauit.& alibi.C. princeps barbã depoſuit ſine ullo honore eodẽ inſtituto.Earinus Domitiani libertus iã formæ gr̃a languẽte:crines dicat Aeſculapio ꝑgameo.nã ꝑgamõ hũit patriã in Aſia:ĩperatoriq; Domitiano pocula miſcuit:nomẽ a uere ſũpſit:qđ numeris latinis cõprehẽdi nõ poſe iocatur Mar.q huius cõſecrationis quoq; meminit. Auro coro.in pixide aurea. Puppe ti.in q̃ ꝑiclitamini.

Barbæ depoſitio Crinũ tonſura

Earinus Aeſculapius pergamũ

Coma Earini.

ITe comæ facilemq; precor tranſcurrite pontum
Ite.coronato recubantes molliter auro
Ite dabit curſus mitis cytherea ſecundos
Placabitq; notos.fors & de puppe timenda
Transferet:inque ſua ducet ſuper æquora concha

Accipe laudatos iuuenis phœbeie crines.
Q uos tibi cæſareus donat puer. accipe lætus
Intonſoſq; oſtende patri ſine dulce nitentes
Comparet.atq; diu fratris putat eſſe lyei.
Forſan & ipſæ comæ nunquam labentis honorem
Proferret.atq; alio cluſum tibi ponet in auro
Pergame pinifera multum fœlicior ida
Illa licet ſacræ placeat ſibi nube rapinæ
Nempe dedit ſuperis illum:quem turbida ſemper
Iuno uidet. refugitq; manum.nectarq; recuſat
At tu grata deis pulchroq; inſignis alumno
Miſiſti latio.placida quem fonte miniſtrum
Iuppiter auſoniis pariter:romanaq; iuno
Aſpiciunt & uterque probant nec tanta potenti
Terrarum domino diuum ſine mente uoluptas.
Dicitur idalios erycis de uertice lucos
Dum petit & moles agitat uenus aurea cycnos
Pergameas intraſſe domos.ubi maximus ægris
Auxiliator adeſt.& feſtinantia ſiſtens
Fata.ſalutifero mitis deus incubat angui
Hic puerum ægregiæ præclarum ſydere formæ
Ipſius ante dei ludentem conſpicit aram
Ac primum ſubita paulum decepta figura
Natorum de plæbe putat.ſed non erat illi
Arcus.& ex humeris nullæ fulgentibus umbræ
Miratur puerile decus ,uultumq;. comaſq;
Aſpiciens tu ne auſonias ait ibis ad arces
Neglectus ueneri? tu ſordida tecta iugumq;
Seruitii uulgare feres? procul abſit.ego iſti
Q uē meruit formæ dominū dabo.uade age mecū
Vade puer ducam uolucri per ſydera curru
Donum immane duci.nec te plæbeia manebunt
Iura palatino.famulus deberis amori.
Nil ego.nil fateor.toto iam dulce ſub orbe
Aut uidi aut genui.cedat tibi lamius ultro
Sangariuſq; puer:quemque irrita fontis imago
Et ſterilis conſumpſit amor.te cærula nais
Mallet.& apprenſa traxiſſet fortius urna
Tu puer ante omnes.ſolus formoſior ille
Cui daberis.ſic orſa leues ſecum ipſa per auras
Tollit.olorinaq; iubet conſidere biga
Nec mora.iam latii.montes uetereſq; penates
Euandri.quos mole noua pater inclytus urbis

Iuuenis phœbeie: æſculapii filii phœbi: quem Mar.deū pergameū appellat:quoniā pergami colebatur:ut docuimus in cōmētariis Mar.Alii phœbū intellexerant illic q pergama cōdidit.ſed huius ſyluæ teſtimonio redarguunt. Patri intōſo:phœbo crinito. Forſan & ipſe:putās inquit Apollo iam bacchum:cū quo certat de pulchritudine criniū eē tōſum:& oſtētaret tibi hos crines ſuos: fortaſſe ipē quoq; ſuos cōſecrabit in illius emulationē. Rapinæ:ganime
Ganimedes dis qui raptus eſt ad arpagiū inter fines cyzicenos & priapenos.alii ad dardanū pro-
Domitia montoriū dixerūt. Iuno romana: Domitiam intelligit:ex qua ſecūdo cōſulatu filiū ſuſcepit Domitianus: Altero āno ſalutauit ut auguſtā eādem paridis hiſtriōis amore deperditā repudiauit. intraq; breue tēpus diſſidii ipatiēs reduxit. Tanta uoluptas:tā
Eryx formoſus miſter. De uertice erycis: Eryx filius Butæ & ueneris:pugna ceſtuum nobilis.In ſicilia eiuſdē nois collis:i quo ueneris phanū eximiæ uenerationis multis illic mulieribus miſterio deæ dicatis ex ſicilia & aliis ꝓuinciis ueneris.Itē ericynæ fanū romæ erat āte portā collinā:qđ Marcellus conſtruxit deuicta ſicilia. Domos per
Pergamō gameas:Pergamon intelligit regiā atali:de q̄ Euſtathius & Strabo plura. Angui:nā ſub ſtatua æſculapii erat anguis & ſub ſimulachro ſalutis idē qđ ad ſolē refert Macro.lōga diſputatiōe. De plæbe natoꝝ: de turba amoꝝ. Nullæ umbræ:nō habebat inqt alas. Donū imane: ingēs. Iura plæbeia:nō incides iquit i dominos plæbeios.
Lamius ultro:codices alii hoc ēt loco mēdoſi habēt lanius.nos uero emendauimus ut legas lamius puer. nā Venus anteponit formā earini.Athi & Endymiōi: q omniū
Endymion formoſiſſimi eē dicūtur. Puer lamius:En dymion q obdormiuit i lamo monte io-
Lamus niæ:a lunaq; ob formæ præſtātiā amatus. ſed ut hiſtoria habet primus cur ſū lunæ percepit.unde fabulæ locus datus ē. Stra. legit latinū quē ecateus putat ab Homero appellatū eē mōtē pediculoꝝ.illic i ſpelūca quadā uiſebat endymionis ſepulchꝝ. græci quod pherecides docet latinū ſōnū diuturno accipiūt:qđ Cice. quoq; obſeruaſſe
Sāgarus uidet. Puer ſangarius:ſangarus & gallus
Gallus fluuii i phrygia. Gallo:galli mrīſ deū ſacer
Galli dotes dicti ſūt.Pli.auctor.Idē Hero.de ſangaro.Liuius eū ex gallogræcia labi i phry-
Narcyſus giā ſcribit. Puer ſan.i.atis dilectuſ cybele q formoſiſſimus fuit. Queq; irrita : narcyſus cephiſi & liriopes filius quē diu uictuꝝ reſpōdit uates:ſi ſe nouiſſet:cū echo fuiſſet in fonteq; formā ſuā aſpiceret.Elanguit in floré amore umbræ:quā putauit puerū uerū. Amor ſterilis:nā amabat inanē umbrā. Formoſior ille:
Domitiani ſtatura Domitianus:nā ſtatura fuit ꝓcera uultu modeſto.ruboriſq; pleno.præterea pulcher & decēs:maxime in iuuēta.& quidē toto corpore:exceptis pedibus quoꝝ digitos reſtrictiores habebat poſtea deformis caluitio quoq; offendebatur. Te cærula nais.de hyla intelligit rapto a nymphis. Pater inclitus: Domitianus.

Excolit noua mole:nouis ædificiis.Martialis.Exuta eſt ueterẽ te præſide noua ſenectã & ſumpſit uultus præſidis ip̃a ſui.nã plurima & ampliſſima op̃a incendio abſũpta reſtituit & capitoliũ quod rurſus arſerat nouã ædẽ Ioui capitolino erexit forũ trãſitoriũ Iſium & ſerapicũ ſtadiũ micam auream flauiæ gẽtis templũ:mineruã calcidicã.Metodiũ forum quod poſtea traiani dictũ eſt.hæc aũt omni decimo ſui imperii anno:ut Euſebius collogit cõfecit. Propior cura:magis aſſidua. Aurum collo:Bulla uel potius torquis. Oculos ducis:Qui minima quæq; ſpectabãt. Ipſaq; tedas iũxerat:Præterea inquit uenus dederat ei formoſiſſimam uxorẽ cui Earinus non fuiſſet antepoſitus niſi excellenti forma.

Domitiani ædificia
Metodiũ forum
Traiani forum

Excolit:& ſummis æquat germanicus aſtris
Tunc propior iam cura deæ quæ forma capillis
Optima: quæ ueſtis rhoſeos accendere uultus
Apta:quod in digitis:collo quid pinguius aurum
Norat cæleſtis oculos ducis ipſaq; thedas
Iunxerat & plena dederat connubia dextra
Sic ornat crines.tyrios ſic fundit amictus
Dat radios:ignemq; ſuum ceſſere priores
Delitiæ:famulumq; gregis.hic pocula magno
Prima duci:myrrhaſq; puer:criſtallaq; portat
Candidiore manu:creſcit noua gratia baccho
Care puer ſuperis qui prælibare uerendum
Nectar:& ingentem totiens contingere dextram
Electus:quam noſſe getæ.quam tangere perſæ
Armeniiq;.indiq; petunt.o ſydere dextro
Edite.multa tibi diuum indulgentia fauit
Olim etiam.ne prima genas lanugo nitentes
Carperet.& pulchræ fuſcaret gratia formæ
Ipſe deus patriæ celſam trans æquora liquit
Pergamon.haud ulli puerum mollire poteſtas
Credita:ſed tacitas iuuenis phœbeius arte
Leniter:haud ullo concuſſum uulnere torpens
De ſexu tranſire iubet.tamen anxia curis
Mordetur pueriq; timet cytherea dolores
Nondum pulchra ducis clæmentia cœperat ortu
Intactos ſeruare mares:nunc frangere ſexum
Atq; hominem mutare nefas gauiſaq; ſolos
Quos genuit natura uidet nec lege ſiniſtra
Ferre timent famulæ natorum pondera matres:
Tu quoq; nunc iuuenis genitus ſi tardius eſſes
Vmbratuſq; genas:& adultos fortior artus
Non unum gaudens phœbeia ad limina munus

Gregis famulũ:nam multos habuit Domitianus. Martialis. tantaq; ſydereos uix capit aula mares. Myrrhas.i.uaſa myrrhina.Myrrha aũt eſt quidam humor ſub terra cõdenſatus.ex oriente mittebat̃ præſertim ex locis inſignibus parthici regni præcipua excarmani.ea maxime placebat quæ purpureis lactiſq; maculis diſtincta eẽt. petronius moriturus trullã myrrhinã tercẽtis ſextertiis emptã ne Nero potiret̃. Mar. ſi calidũ potas ardenti mirrha falerno conuenit.& melior fit ſapor inde mero. de ſapore aũt myrrhæ in uino cũ & Pliniũ habeamus auctorem & Plautũ miror quid in mentem uenerit cuidã grãmatico ignobili ut contẽderet legẽdum eſſe apud Plinium miro odore & non myrrhæ odore. ſed de hoc in libris noſtraꝝ obſeruationũ diſputatũ eſt quod opus multarum uigiliarum propediem edemus. Carperet genas:ſpadones & eunuchi barbam nõ emittunt quod cur fiat a philoſophis & quæritur & docetur cũ Ariſtoteles in quæſtionibus diſputat quare pueri cũ re uenerea uti incipiunt pubeſcunt.cuius quoniam non ſunt compotes ſpadones barba carent. ne forma igitur earini lanugine pubeſcẽte periret ſpado factus eſt.lege nõdũ lata a Domitiano q̃ mares caſtrari uetuit. Papinius pueri caſtrationem numini aſſignat æſculapii.& ueneris.Fuſcaret. Legendum.i.umbraretur. Deus patriæ. Aeſculapius qui pergami colebat̃. Mollire:mollem & ſpadonẽ facere. Torpens:torpebat Aeſculapius nõ eni adnitebat̃.nec uim inferebat.ne pueꝝ uulnere offẽderet. Iubet tranſire de ſexu:facit ſpadonẽ tamen : q̃uis Aeſculapius de cuius imperitia nihil timẽdum erat.puerũ caſtraret.tamẽ uenus cruciabat̃ & timebat. Nũc frãgere ſexũ:nondũ inquit Domitianus legẽ tulerat q̃ p̃hibuit caſtrari mares.Tranql caſtrare inquit mares uetuit.Spadonũ p̃tia q̃ apud Mãgones erant moderatus eſt.Euſebius in tẽporibus.Domitianus eunuchos fieri prohibuit.Mar.nõ puer auari ſectus arte Mangonis uirilitatis dãna mœret ereptæ.alii codices omnes ita ſcripti ſunt. Nunc frangere ſaxo.nos uero emendauimus.Nũc frangere ſexũ.Scilicet uirilẽ.nefas eſt.Natuta uidet ſolos quos genuit. Non mutantur inquit in aliũ ſexũ pueri nati.Nec habẽt alios q̃ quos dedit natura. Lege ſiniſtra: Caſtrandi. Timẽt matres:nõ timẽt geſtare filios quos ſciunt nõ fore mutilatos lata legea Domitiano. Tu quoq;:qui ſequuntur uerſus ueteri mẽda adeo cõfuſi erãt ut legi nõ poſſent.A nobis uero emendati in hunc ſenſum p̃feruntur.Si tardius & poſt legem latam a Domitiano natus eſſes o Earine non fuiſſes factus ſpado ſed emiſiſſes barbã quã nũc una cũ crinibus dicares æſculapio ſed poſteaq̃ ſpado es & barbã nõ habes mittant̃ ſoli crines. Si eſſes genitus tardius:poſt legẽ latã a Domiti. Vmbratuſq; genas.tu habẽs barbã. Et fortior:nõ ſpado & mollis. Miſiſſes:nõ unũ munus.nõ ſolũ crines miſiſſes.ſed ẽt barbã quã nũc deponeres. Ad limina phœbeia.ad tẽplũ æſculapii filii Phœbi. Nũc:poſteaq̃ barbam non habes ſpado.

Myrrha
Trulla
Spadões
Eunuchi

Vertex

Vertex ſolus:uertex ſummitas capitis dicit̃ de cuius nominis etimologia hæc Fabius in octauo.ut uertex eſt contorta in ſe aqua uel qcqd aliud ſimiliter uertit̃.inde ꝑpter flexũ capilloꝝ pars ſũma capitis binos uertices hominũ aliqbus ait ineſſe Plinius undecimo naturalis hiſtoriæ.hic aũt accipit pro crinibus Vertex ſolus:ſoli crines poſteaq̃ barbam nõ habes. Nauiget:mittant̃ ad æſculapiũ. Hunc uerticẽ & crines. Libet hoc loco gloriari q multos uerſus per obſcuros unius uerbi emẽdatione aperuerim. Nã oẽs alii codices ita ſcripti ſunt. Patrias nũc ſolus uictor ad aras nauiget.Vnde nullus exiſtat ſẽſus.ꝑpterea ita caſtigauimus.Patrias nũc uertex ſolus ad aras nauiget. Tergemina dextra. Nã tres gratiæ ſunt tres ſorores eodem partu natæ.Nam tergemini ſunt tres nati eodẽ partu:de gratiis ante dictũ eſt. Coma niſi:pãdionis regis atheãꝝ: ut Pauſa.meus tradit & Strabo:ante docuerat q̃ttuor filii fuerũt ægeus.lycus.pallas.niſus diſtributo regno a pr̃e megara obuenerũt niſo & ex iſthmo uſq ithium ut Philocorus ſcribit.ut uero Andron tradit eleuſinẽ uſq ad campũ triaſium.hic habuit crinem purpureũ fatalẽ a filia decerptũ & traditũ minoi.nota fabula uel ſolo Ouidii carmine. Saucia: decerpto crine a filia. Et quam:ex Homeri carmine hoc dictum eſt.nã Achilles in patrocli funere flauã totondit comam ut ait Homerus:quã ſperchio fluuio alebat germinantem ubi Achilles ita loquitur.

Tergemini

Niſus rex Megara

Achillis coma

Carmen eſt i xxiii.iliados.Nos latine ita fecimus. Sperchie hos alia crines tibi mẽte dicarat Peleus.in patriã reditũ ſi fata dediſſent Impia & ad fontẽ lectas mactare bidentes.Quinquaginta tibi ſimul.& diuinam hecatomben Idẽ in achilleide ubi Achilles alloquit̃ Sperchion & ait.tu nõ habebis meos natatus ꝑmiſſaſq comas.uerſus homerici meminit Stra.& antea Plato in tertio de repu. ubi poetam accuſat.qui introducit heroẽ tã molliter loquentẽ atq id carmen a ciue ſuo ediſci nõ uult.Sperchius theſaliæ fluuius ex pelio erũpẽs in maliacũ ſinũ.Lu.ferit amne citato maliacas ſperchius aq̃s. Seruabat:dicatam a patre ipſi earino. Præcerpere:exerere præcerpendo crines. Nudare humeros:nudare collũ & humeros qui tegebantur crinibus. Manu tonſoris. Potẽtius auro:precioſius inqt erit hoc ſpeculũ cũ formã earini recepit q̃ pixis aurea i qua ſũt capilli.dicatũ ẽ.n.ſpeculũ una cũ coma ut ẽt apd̃ Mar.idẽ conſiliũ formæ ſpeculũ. Specula aũt brũduſina apd̃ maiores ꝓſtabant ex ſtãno & ære mixtis ætate Pompeii Praxiteles primus fecit argẽtea. Pauloante Veſpaſiani tẽpora iuẽtũ eſt addere aurum. Nã ita certiorẽ imaginẽ reddi putabãt. Si merui:ſi dignus ſũ exaudiri. Proprios penates:tẽplum flauiæ gentis. Aras motas: Aeſculapii annuentis prætibus carini.

Sperchius

Specula brunduſina

Miſiſſes.patrias nunc uertex ſolus ad aras
Nauiget.hunc multo paphiæ.ſaturabat amomo
Hunc noua tergemina repetebat gratia dextra:
Huic & purpurei cedat coma ſaucia niſi
Et quam ſperchio tumidus ſeruabat achilles
Ipſi cum primum niueam præcerpere frontem
Decretum eſt humeroſq manu nudare nitentes
Accurunt teneri paphia cum matre uolucres
Expediuntq comas.& ſerica pectore ponunt
Pallia.tunc iunctis crinem incidere ſagittis
Atq auro gemmiſq locant rapit ipſa cadentes
Mater & archanos interat citherea liquores
Tunc puer e turba manibus qui forte ſupinis
Nobile gemmato ſpeculum portauerat auro.
Hoc quoque demus ait.patriis nec gratius ullum
Munus erit templis:ipſoq potentius auro.
Tu modo fige aciem.& uultus huc uſq relinque
Sic ait.& ſpeculum recluſit imagine rapta
At puer egregius tendens ad ſydera palmas
His mihi pro donis hominum mitiſſime cuſtos
(Si merui)longa dominum renouare iuuenta
Atq orbi ſeruare uelis.hoc ſydera mecum
Hoc unde terræq rogant.eat oro per annos
Iliacos.pilioſq ſimul.proprioſq penates
Gaudeat.& ſecum tarpeia ſeneſcere templa
Sic ait.& motas miratur pergamos aras

Ad Claudiam uxorem.

QVid mihi mœſta die.ſociis quid noctibus uxor
Anxia puigili ducis ſuſpiria cura
Nõ metuo nec læſa fides.aut pectorĩ iſto
Alter amor nullis in te datur ire ſagittis
(Audiat infeſto licet hæc rhamnuſia uultu)
Non datur & ſi egomet patrio de littore raptus
Quattuor emeritis per bella per æquora luſtris
Errarem tu mille procos intacta fugares

Claudia Statii

Domitius Auguſtino.

AEgrotauerat Papi.i urbe.iãq cõualeſcẽs de ſeceſſu i patriã cogitabat affectus reꝝ urbanaꝝ ſatietate & tedio. Claudia uxor inuita migrabat.deſertura urbẽ & ſuos.eam hortatur & rogat ut ſecum diſcedat.amœnitatem campaniæ proponit.deniq nullã manendi cãm eẽ docet cũ ipe ꝓficiſcatur.ſyluam hanc appellauit æglogam a ſimplicitate carminis quo in uxorem utitur. Rhamnuſia:de qua ante dictum eſt hæc plectit elatos nimia fœlicitate.

Non interſectas comenta retexere telas
Sed ſine fraude palá: thalamoſq; armata negaſſes
Dic tamen unde alta mihi fronte & nubila uultus
An ne quod euboicos feſſus remeare penatis
Auguror.& patria ſenium componere terra
Cur hoc triſte tibi certe laſciuia cordi
Nulla:nec aut rapidi mulcent te prælia circi
Aut intrat cenſus clamoſi turba theatri
Sed probitas & opaca quies.& ſordida nunquam
Gaudia:quas autem comitem te rapto per undas
Quanquam & ſi gelidas irem mãſurus ad arctos
Vel ſuper heſperiæ uada caligantia tules
Aut ſeptem gemini caput haud penetrabile nili
Hortarere uias.eſt mens tua nempe benigna
Quã mihi ſorte uenus iunctam florentibus ãnis
Seruat:& in ſenium tua quæ me uulnere primo
Intactum thalamis:& adhuc iuuenile uagantem
Fixiſti tua frena libens.docilíſq; recepi.
Et ſemel incertas non mutaturus habenas
Vſque premo ter me nitidis albana ferentem
Dono comis:ſanctoq; indutum cæſaris auro
Viſceribus complexa tuis:ſertiſq; dediſti
Oſcula anhela meis:tu cum capitolia noſtræ
Inficiata lyræ:ſæuum ingratumq; dolebas
Mecum uicta iouem:tu procurrentia primis
Carmina noſtra ſonis:totaſq; in murmure noctes
Aure rapis uigili:longi tu ſola laboris
Conſcia:cumq; tuis creuit mea thebais annis
Qualem te nuper ſtygias modo raptus ad undas
Cum iam letheos audirem cominus amnes
Aſpexi:tenuiq; oculos iam morte cadentes
Scilicet exhauſti lacheſis mihi tempora fati
Te tantum miſerata dedit:ſuperiq; potentes
Inuidiam timuere tuam:poſt iſta propinquum
Nunc iter:optatoſq; ſinus comes ire moraris.
Heu ubi nota fides:totq; explorata per uſus
Qua ueteres latias:graiaſq; heroidas æquas
Iſſet ad iliacas(quid enim deterret amantes?)
Penelope gauiſa domos ſi paſſus ulyxes
Quæſta eſt egiale:quæſta eſt meliboea relinqui.
Et quamquam ſæui fecerunt menada planctus
Nec minor his tu noſce fidem: firmamq; maritis
Reddere:ſic certe cineres umbramq; priorem
Quæris adhuc:ſic exequias amplexa canori
Coniugis.ingentis iteraſti pectore planctus
Iam mea nec pietas alia eſt tibi,curaq; natæ

Non commenta:non fingens ut Penolope.nam illa ut eſt apud Homerũ i odyſſea procos eluſit matrimonium promittens cum abſoluiſſet telã:quam die quidẽ texebat.noctu uero redordiebatur: ut ita labor produceretur.& Ouid.ad uxorẽ. nõ eſt tibi opus inquit tela icariotide. Penates euboicos:neapolitanos ab euboicis conditos. Hortarere uias:puto inquit te uoluiſſe mecum uenire ſi irem ad extremas arctos.nam tibi eadem eſt mens quæ fuit cum mihi nupſiſti.& ego eundem ſeruo amorem.quem olim in te contuli. Ter me:ter Papinius coronatus eſt in certamine albano inſtituto a Domitiano.id erat ubi poetæ certatim Mineruæ laudes canebant.auctor Tranquil.uictus autem idem eſt ut hic fatet̃ i certamĩe capitolino ubi Iouis capitolini laudes perpetua certãtiũ erat materia & argumẽtũ quod Fabius quoq; obſeruauit & rettulit. Oſcula mea: nã fueras ſollicita de futura uictoria mea. Cũ capitolia inficiata fuerunt noſtræ lyræ.hoc ẽ cum honor de certamine capitolino non datus eſt noſtro carmini. Victa mecum: ac ſi eſſes uicta in certamine ut ego: dolebas longi laboris.tu ſola ſcis quantũ temporis conſumaui in carmine formando. nam prima murmura audis qualem alterum indicium amoris. Qualem:o quam dolentem tuam inuidiam. timuerũt dii ſe fore inuidiæ propter dolorẽ tuum. Aegiale:adraſti filia Diomedis uxor ab Homero, dicitur in quinto ilia. Diomede Aetolo & Steleno nauigantibus cum octoginta nauibus ad troiam.maritum ſequi uoluit. Meliboea: Vxor Philotectæ marito nauigante cũ qndecim nauibus ad Troiã eum ſequi optauit. Et quãquam ſæui:Laodamia Protheſilai Theſſali uxor cum maritus cum quadraginta nauibus ad Troiam nauigaret comes ire uoluit.ſed tamen relicta eſt in Phylace patria lacerans ſe & furens præ dolore more bacchantis & menadis Home.

Et quam: Laodamia planctus eſt.quam ſeui: inuſitate iunxit quam cum poſitiuo. frequentius enim per additur & auget. Fecerunt menada:Reddiderunt furentem & inſanam more menadis. Sic certe:uirum alterum amiſerat claudia uxor antequam nuberet Papinio.in quo lugendo eius pietatem laudat poeta. Coniugis canori:poetæ:aut certe quod placet citharœdi. iam inde etiam hortatur ut ſuccedat ſiquidem amat filiã: quæ iam matura uiro nõdũ habuit coniugem quẽ & Romæ reperire difficile erat.

Statii coronæ

Aegiale

Meliboea

Laodamia

Quã ſeui

Alcyone

Trachinia:alcynoe uxor Ceycis regis tra
chinii in auem uerſa cũ marito ut ẽ apud
Oui.in mari nidificat.nidi ſunt pilæ figura
ta paulo eminẽtiore ut ſcribit Ariſto.& Pli
nius.Steſicorus putat ſeptẽ filias Alcinoei
gigantis in has aues cõuerſas fuiſſe audito
patris interitu philomela de qua in cõmen
tariis Sapphus quos cũ his coniũgemus:di
cemus plura.Oua parit cum plurima ſeptẽ
uere primo. Heu quod illa:hei mihi quo
niam illa caret uiro. Diducit brachia:exer
cet chironomiam poſitã inter ciuiles uirtu
tes a Platone & Chriſippo in libris de edu
catione liberorum. Hoc decus ceſſare: tã
formoſam puellam carere uiro & nõ pro/
creare liberos. Nec tantum:Roma fertilis
conciliare:nec ſolum inquit Roma poteſt
dare uiros:etiam neapoli reperient. Non
adeo ueſuius: mons iuxta Neapolim idẽ

Veſeuus

Veſeuus aliquando miſit incendia ut ante
eſt dictũ.iperãte Tito arſit:qđ ſcri.Trangl.
& Euſe.Nec ueſuuius ruptus ĩ uertice tãtũ
ex ſe icẽdii emiſit:ut regiones uicinas & ur
bes cũ hoĩbus exureret. Papi. quãuis ĩquit
hoc acciderit in cãpania:tamẽ multi ſunt il
lic ciues ut facile mihi poſſit dari gener.
Auſpice phœbo:hoc ait quoniã cuma/
ni apud quos ẽ tẽplũ Apollinis dicharchũ
tenuerunt quod mutato nomine ex ſecun

Puteoli

do bello punico puteoli ẽ appellatũ. Quæ
capis:De capuæ monumẽtis lege cõmen/
tarios noſtros in Trangl. Hoſpita mũdi:
quo totus orbis cõfluit.nã ut ſcri. Stra. ad
puteolos erant portus manufacti & ſtatio/
nes & obiectis molibus pulueris puteolani
ad arcendos fluctus.nã puluis puteolanus
in ſpẽm calcis cõcretus in alto aduerſus lu
ctus obiiciebat ubi naues iactis ãchoris.cõ

Parthe/nope

mode manebãt. Parthenope:a partheno/
pe ſirene.q̃ illic eſt ſepulta.ut leucoſia ab al/
tera:qđ Pli.& Straboni placet.Euſta.uero
in Dionyſium putat Parthenopem dictã a
parthenope q̃ ex euboia uenerit dux eoꝝ
colonoꝝ q neapoli tenuerũt. q duce colũ/
ba & Phœbo auſpice ad neapoli ſbſtiterit
cũ ſociis colũbæ.quã ĩ augurio ſecuta ẽ par
thẽope. Morũ iu.ui.utunt moribus ſuis.
quos habẽt optios ꝑ legibus. Aequũ ſolũ
& ſine faſcibus.iuſticia ipa nõ idiget ꝑſidio
magiſtratus apđ eos ut defendat iter ſe ſpõ
te eã ſeruãt. Quinquẽnia:ludos qnquẽna
les certãtes magnificentia cũ ludis capitoli

Menan/der

nis rõæ. Menãdri:Menãder poeta comi/
cus:de quo ante ẽ dictũ;unde comediæ la/
tinæ q̃ ĩ theatris agebantur traducte pene
omnes ſũt.qđ inqt Papi.laudẽ nũc actionẽ
& ſpectacula comœdiaꝝ.quæ romana lin
gua a Menandro acceptæ grata poetaꝝ li/
centia in theatro illic agũtur. Rõanus ho
nos:romana lingua & dignitas. Grata licẽ
tia:transferendi & recitandi. Miſcent:no/
ſtris. Remo iliaco:miſenũ itelligit.Virg.Imponit ſuaq; arma uiro remumq; tubamq; monte ſub aereo.

Sic & mater amas:ſic nunquam corde recedit
Nata tuo.fixamq; animi penetralibus imis
Nocte dieq; tenes non ſic trachinia nidos
Alcynoe uernos.non ſic philomela penatis
Circuit amplectens animãq; in pignora transfert
Heu nunc illa terit uiduo quod ſola cubili
Ocia iam pulchræ terit infœcunda iuuentæ
Sed uenient: plenis uenient connubia tædis
Sic certe formæq; bonis animiq; meretur
Siue chelin complexa petit.ſeu uoce paterna
Diſcendum muſis ſonat.& mea carmina flectit
Grandia ſeu molli diducit brachia motu
Ingenium probitas.artemq; modeſtia uincit
Nonne leues pueros non te cytherea pudebat
Hoc ceſſare decus.nec tantum roma iugales
Conciliare toros:feſtaſq; accendere tædas
Fertilis.& noſtra generi tellure dabuntur
Non adeo ueſuius apex & flammea diri.
Montis hyems trepidas exhauſit ciuibus urbes
Stãt populiſq; uigent.hic auſpice condita phœbo
Tecta.dicharchei portus & littora mundi
Hoſpita at hic magnæ tractus imitantia Romæ
Q uæ capis aduectis impleuit mœnia teucris
Noſtra quoq; & propriis.tenuis nec rara colonis
Parthenope.cui mite ſolum trans æquora uectæ
Ipſe dioneæ monſtrauit apollo columbæ
Has ego te ſedes:nam nec mihi barbara thrace
Nec libyæ natale ſolum.transferre laboro
Q uas & mollis hyems:& frigida temperat æſtas
Q uas imbelle fretum torpentibus alluit undis
Pax ſecura locis & deſidis ocia uitæ
Et nunquam turbata quies:ſomniq; parati
Nulla foro rabies aut ſcita lycurgia leges
Morum iura uiris:ſolum & ſine faſcibus æquum
Q uid nunc magnificas ſpecies.cultuſq; locorum
Templaq; & innumeris ſpatia interſticta colũnis
Et geminam molem nudi tectiq; theatri
Et capitolinis quinquennia proxima luſtris
Q uid laudem littus.libertatemq; menandri
Q uam romanus honos.& grata licentia miſcent
Nec deſunt uariæ circum oblectamina uitæ
Siue uaporiferas blandiſſima littora baias
Enthea fatidicæ ſeu uiſere tecta ſibyllæ
Dulce ſit iliacoque iugum memorabile remo
Seu tibi bachei uineta madentia gauri.

Theleboumq; domos.trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit pharus æmula lunæ
Caraq; non molli iuga ſurrentina lyæo
Quæ meus ante alios habitator pollius auget.
Aenariæq; lacus medicos.ſtatinaſq; renatas.
Mille tibi noſtræ referam telluris amores
Sed ſatis hoc coniunx ſatis dixiſſe.creauit
Me tibi.me ſocium longos aſtrinxit in annos
Nonne hæc amborum genitrix.altrixq; uideri
Digna.ſed ingratus qui plura adnecto.tuiſq;
Moribus indubito.uenies cariſſima coniunx
Perueniesq; etiam ſine me tibi ductor aquarum
Tybris.& armiferi ſordebunt tecta quirini.

Statii Papinii Siluarꝝ liber.iiii.Ad marcellũ.

INueni librꝝ marcelle cariſſime.quem pietati tuæ dedicarem.Reor qdem a/liter q̃ inuocato numine maximi impe/ratoris nullũ opuſculũ inueniri cœpiſ/ſe. Sed hic liber tres habet. Sequitur quarta quæ ad honorem tuum pertinet.Primo au/tem ſeptimumdecimum germanici noſtri conſu/latum adoraui.Secundo gratias egi ſacratiſſimis e/ius epulis honoratus.Tertio uiam Domitianã mi/ratus ſum:qua grauiſſimam harenarum molẽ ex/emit:Cuius beneficio tuo quoq; maturius epiſtolã meam accipies.quam tibi in hoc libro a Neapoli ſcribo:proximum eſt lyricum carmen ad ſeptimiũ ſeuerum iuuenem uti ſcis inter ornatiſſimos ſecun/di ordinis:tuum quidem etiam condiſcipulũ.Sed mihi contra hoc quoque ius arctiſſime carum:Iã uindicis noſtri Herculem epitrapezion ſecundum honorem quem de me & ipſis ſtudiis meretur im/putare etiam tibi poſſum.Maximũ iunium dignita/tis & eloquẽtiæ noie a nobis diligi ſatis erã teſtatus epiſtola:quã ad illũ de editione thebaidos meæ pu/blicaui:Sed nũc quoq; eum reuerti maturius e Dal/matia rogo.Iũcta ẽ ægloga ad municipẽ meũ Iuliũ Menecratẽ ſplẽdidũ iuuenem & pollii mei generꝝ. Cui gratulor ꝙ Neapoli nr̃am nũero liberorꝝ hõe/ſtauerit:plocyo gryppo maioris gradus iuueni di/gnius opuſculũ r̃ddã.ſed iteri hẽdecaſyllabos quoſ Saturnalibꝰ ũa riſimus huic uolũini iſerui. Q r̃ er/plura iq̃rto ſyluarꝝ q̃ iprioribꝰ.Nec ſe putẽt aliqd egiſſe q r̃prehẽderũt (ut audio) ꝙ hoc ſtili gẽus e/didiſſẽ Primũ ſupuacuũ ẽ diſuader̃ rẽ factã:Deĩde multa ex illis iã dñino cæſari dederã.& quanto hoc

Theleboum domos: capreas intelligit. Theleboæ inſulæ ſunt inter leucadiam & achaiam ubi Thaphius & Thelebous fra/tres fuerunt. Thelebous exiguum regnũ fratris reliquit.ſponteque diſcedens colo/nos duxit capreas in campãiã. unde capræ dictæ ſunt theleboum domus.plura reci/tauimus i commẽtariis ſylii. Pharus: tur/ris in æmulationem phari alexandrinæ ut etiam erat hoſtiæ.de pharo alexandrina & hoſtienſi ſatis multa recitauimus in com/mentariis Iuuenalis iam editis ex Strabõe Plinio & Dionyſio. Non molli lyæo: nã uinum ſurrentinum pungit ſaporem ace/ti.& generoſum acetum dictum eſt a Ti/berio. Aenariæq; lacus medicos: men/doſi codices ita ſcripti ſunt. Tenarumq; la/cus:nos uero emendamus ut legas Aena/riæ.Nam Aenaria inſula eſt in littore cam/pano ubi aquæ ſcaturiebant quæ calculo/ſis medebãtur.ut Plinius ſcribit.idcirco Pa/pinius ait lacus medicos. Statinaſq; rena/tas:Statina inſula in littore campano. Re/natas:nam uno terremotu oppidum hau/ſtum eſt altero ſtatina emerſit Plinius i ea/dem ſcilicet Campania oppidum hauſto profũdo.Alioq; motu terræ ſtatinã emer/ſiſſe in codicibus uero mendoſis ita ſcribi/tur.Stagnum emerſiſſe. Sordebũt: uide/buntur uilia.

Theleboæ
Capreæ
Pharus
Surenti/num ui/num
Aenaria
Statina

Domitius Auguſtino.

QVartũ librum Auguſtine mittit Marcello hoi aiciſſi/mo & lr̃ato cui ẽt miſſam a Neapoli epiſtolã hic iſerit. Plures autem ſyluas in hũc congeſſit quam i alios. ubi demonſtraret ſe paruifacere eorꝝ reprehẽſi/onem qui accuſabãt ꝙ hoc ſtili genus ede/ret inemẽdatum:& ut ipſe faſſus ẽ ſubito calore effuſum. Marcello aũt dicat hũc ut ait ob illius pietatem i iperatorem quem ipẽ tribus ſyluis initio libri adorat. Pieta/ti tuæ:erga iperetorem. Nullum opuſcu/lum mearum ſyluarum. Cœpiſſe: ſum/pſiſſe initium. Habet tres:ſcilicet libellos & ſyluas ad imperatorem i initio. Eius epulis honoratus: in omnibus aliis co/dicibus mẽda ẽ.nã legit̃:Epiſtolis. Papi. ãt agit gratias i ſecũda ſylua non epiſtolis.ſed cõuiuio & epulis ipatoris qbus iterfuerat.

Secũdi ordis:eqſtris nã primus ẽ ſenato/rius. Cõtra hoc ius.i.ita carus eſt mihi ut quãuis tibi ſit cõdiſcipulus & eo iur̃ a te di/ligat̃ tamẽ ita amet̃ ut iſti tuo iuri non ce/dãt. Iã uidicis:iemẽdati codices habẽt. nã ſed male. Secũdũ honorẽ:qd̃ cõuenit ho/nori. Imputare:aſcribere tibi. Maioris gra.ſenatorii ordinis. Aliquid egiſſe: aſſe/cutos eſſe. Quãto plus ẽ q̃ edere.q.d. lon/ge plus.ut illud Plinii.Neq; eni eadẽ ẽ con/ditio publicantium & noiati tibi dicantiũ.

Nõ licet:ĩterrogatiue legaꝶ quaſi dicat licet exercere iocos. Secreto inꝗt:aduerſarius & calũniator exerce inꝗt iocos ſed ſecreto.q.d.ſcribe ſi uis ſyluas.ſed noli edere.

Sed & ſperomachias: Atqui inꝗt Papi.publice eduntꝰ leuiſſimi ludi & ſpectantꝰ

**Spero/machia Spenna** Speromachia a       pila &       pugna. ludus erat pilarius in gymnaſio q ut ait Iulius pollux ſpenna appellabatur uel a primo auctore uel a       quod eſt fallo.nam cum pilam unus alteri uideretur polliceri.alteri mittebat. Pilam quæ

**Harpa/ſtus** eo in ludo erat: putat ipſe eſſe harpaſtum. ambigit tamen an potius pila illic fuerit quæ mollis dicitur. Nam harpaſti luſio ab eodẽ deſcribitꝰ quãuis pilã nõ nominet diuidebantur inꝗt iuuenes ĩ partes:ducebatur

**Pila** q; linea in medio campo ubi pila ponebatur pari ſpatio ultro citroq; duas ducebant lineas ubi diuerſæ partes tãq̃ ad metã conſiſtebant:unde facto impetu pariter accurrebãt ad pilã in medo poſitã pars q̃ prius rapiebat iaciebat ad metã alterius partis quam ſi pila prætergrediebatꝰ.hæc uictrix erat.cotendebant igitur.& pilam prius rapere.& eam iactã repellere ne metam tranſiret.ea luſio appellabatur       quia ex puluere raperetur       ſignificat puluerem &       quia ephebi ea exercebant:quod utrunq; aperte deſignat ĩ harpaſto.Martialis ſiue harpaſta manu puluerulenta rapis.alibi hæc rapit anthei uelox ĩ puluere draucus.his rationibus ego plane exiſtimo non in ſphẽna fuiſſe harpaſtum. ubi nec pulueris nec epheborum mentio ẽ ſed in hac luſione ſileat itaq; brotheus & hæc a nobis diſcat quæ multis coniuratis ad nitentibus percipere non potuit.Nouiſſime denique conſilio eius accedam Ironia eſt.

**Tradu/cor** Traducor:derideor.Martialis. Redibus multoque magis traduceris. Iuuenalis:traducit auos.ridiculos reddit.

Hactenus:ſcilicet ſcripſeri. Sin minus: ſi uolueris me ſcribere plura.

Domitius Auguſtino.

**Domitiani con ſulatus** DOmitianus decem & ſeptẽ accepit conſulatus: quod ante eũ nemo.ex ꝗbus ſeptẽ medios cõtiuauit. Omnes autẽ pene titulo tenus geſſit.nec quẽquam ultra Kalend.Maii plures ad idus uſq; Ianuari. Cum nunc iniret ſeptimum decimũ gratulatur Papinius & aſſentando honorem extollit. Reparator æui:ianus a cuius.kalend.anni ſumit initium. Quem tu uicina pace:nam Domitianus templum Iano inſtaurauit quod Martialis epigrammate indicat.& forum ſtruxit quod poſtea neruæ eſt dictum.templum pacis erexit Veſ-

**Pacis tẽ plum** paſianus ꝓximũ foro. Noui fori:qđ ſtruxit Domtia. Prior ãnus:cũ nõ eras conſul.plus ẽ q̃ edere. Exercerꝰ ãt iocos nõ licet:ſic ſecreto ĩqt.Sed & ſpomachias ſpectãus & pilaris luſio admittitꝰ.nouiſſime:Quiſqs ex meis iuitus aliqd legit.ſtati ſe ꝓfiteatꝰ aduerſum:Ita quare:cõcilio eius accedã.In ſũma nẽpe ego ſũ qui traducor. Taceat & gaudeat. Hunc tamen librũ tu Marcelle defendes.Et ſi uidetꝰ hactenus ſin minus repræhẽdẽur.

XVII.conſulatus imp.

LAeta bis octõis accedit purpura faſtis
Cæſaris inſignemq; aperit germãicus annum
Atq; oritur cum ſole nouo cum grandibus aſtris
Clarius ipſe nitens.& primo maior heoo
Exultent leges latiæ gaudete curules
Et ſeptem gemino iactantior æthera pulſet
Roma iugo:pluſq; ante alias euandrius arces
Colis ouet ſubire noui palatia faſces
Et requiem bis ſextus honos:precibuſq; receptis
Curia Cæſareum gaudet uiciſſe pudorem
Ipſe etiam immenſi reparator maximus æui
Attolit uultus.& utroq; a limine grates
Ianus agit.quem tu uicina pace ligatum
Omnia iuſſiſti componere bella:nouiq;
In leges iurare fori.leuat ecce ſuppinas
Hinc atque inde manus gemina hæc uoce profatꝰ.
Salue magne parens mundi qui ſæcula mecum
Inſtaurare paras.talem te cernere ſemper
Menſe nouo tua roma cupit:ſic tempora naſci
Sic annos intrare decet:da gaudia faſtis
Continua hos humeros multo ſinus ambiat oſtro
Et properata tuæ manibus prætexta mineruæ
Aſpicis ut templis alius nitor.altius aris
Ignis.& ipſa meæ tepeant mihi ſydera brumæ
Moribus atq; tuis gaudent turmæq; tribuſq;
Purpureiq; patres:lucemq; a conſule ducit
Omnis honos.quid tale precor prior ãnus hẽbat
Dic age roma potens.& mecum longa uetuſtas
Dinumera faſces: nec parua exempla recenſe
Sed quæ ſola meus dignetur uincere cæſar
Ter latio decieſq; tulit labentibus annis
Auguſtus faſces.ſed cœpit ſero mereri
Tu iuuenis prægreſſus auos.& quanta recuſas
Quanta uetas.flectere tamen.precibuſq; ſenatus
Permittes hanc ſæpe diem.manet inſuper ordo
Longior & totidem fœlix tibi roma curules

Altera ſæcula:nam ſæculares ludos Domitianus iã cælebrauerat ut refert Tranquillus. Ara parentis flauiorum templum. Nondum laurus indica:ſcilicet nondũ intuliſti lauream ioui capitolino de indis ut feciſti de ſarmatis. Nondum rogat:nondum tibi ſunt ſupplices.x.mẽſes nam duo menſes iã ſortiti erant nomina Domitiani ſeptembrem.n.germanicũ nominauerat:quia eo ſuſcepiſſet imperiũ & octobrẽ Domi.qa eo eſſet.natus utrũq; nomẽ abolitũ ẽ eo mortuo tãta illius iuidia.ut poſtea nullus mẽſis nomen imperatoris acceperit.quod Macrobi.refert. Annuit longã iuuentã. Mart.terra rum domino deo que rerum promiſit piliam pater ſenectã. addas iane pater tuam rogamus.

Seculareſ ludi

Septẽber Germãicus

October Domitianus

Terq; quaterq; dabit mecum altera ſæcula condes
Et tibi longæui reuocabitur ara parentis
Mille trophea feres.tantum permitte triumphos
Reſtant bactra nouis.reſtat Babylona tributis
Frenari.nõdum gremio Iouis indica laurus
Nõdum arabes:ſereſq; rogãt:nõdũ oẽs honorẽ
Annus habet:cupiuntq; decem tua nomina mẽſes
Sic ianus:clauſoq; libens ſe poſte recepit
Tunc omnes patuere fores:lætoq; dederunt
Signa polo:longamq; tibi rex magne iuuentam
Annuit.atque ſuos promiſſit iuppiter annos.

Epulum Domitiani euchariſticon.

Regia ſydoniæ cõuiuia laudat eliſæ
Qui magnum æneam laurentibus intulit aruis
Alcinoiq; dapes manſuro carmine monſtrat
Aequore qui lentõ reducem conſumpſit ulyxem
Aſt ego:cui ſacræ cæſar noua gaudia cœnæ
Nunc primum dominaq; dedit conſurgere menſa
Qua cælebrem mea uota lyra.quas ſoluer grates
Sufficiam:non ſi pariter mihi uertice læto
Nectat adoratas:& ſmyrna & mantua laurus
Digna loquar.mediis uideor diſcumbere in aſtris
Cum ioue.& iliaca porrectum ſumere dextra
Immortale merum:ſteriles tranſmiſimus annos
Hæc æui mihi prima dies.hic limina uitæ
Te ne ego regnator terrarum orbiſq; ſubacti
Magne parens. & te ſpes & te cura deorum
Cerno iacens:datur hæc iuſta datur ora tueri
Vina inter menſaſq;.& non aſſurgere fas eſt.
Tectũ auguſtũ ingens.non centum iſigne colũnis
Sed quam te ſuperos cælumq; atlante remiſſo
Suſtentare queant.ſuper hoc uicina tonantis
Regia.teq; pari lætantur ſede locatum
Numina nec magnum properes excedere cælum
Tanta patet moles.effuſæq; impetus aulæ
Liberior campi multumq; amplexus operti
Aethereos.& tantum domino minor.ille penatis
Implet.& ingenti genio iuuat.æmulus illic
Mons libys.iliacuſq; nitet:& multa ſiene

Domitius Auguſtino.

Domitianus epulũ largiſſimũ dedit ſenatoribus & equitibus Auguſtine.i quo laudãdo Mar.& epigrãma extat.& hæc Pap.ſyluaſ ubi gratias agit Impatori qđ illic fuerit ipſe quoq; acceptus tã honorifice carmẽ inſcribit Euchariſticon.nã ευκαρηστῳ ſignificat ago gratias. Eucariſto

Intulit:ueniſſe ſcripſit. Aeneas:ut Menecrates ſcribit urbẽ pdidit græcis ob priuatã ſimultatẽ cũ Paride:enauigauitq; in thraciã ubi mortuus ẽ:qđ Aegeſippus quoq; tradit. Alii i arcadiã pgreſſũ ſcribũt Alii ad epyrũ.Homerus uero idicat eũ mãſiſſe in Troia.Iã Priami genus ẽ miſeratus Iuppiter at nũc impium Troiæ Aeneas uiolẽtus habebit & nati natorũ & q naſcent ab illis. quo loco alii ita ſcribũt.ut refert Stra.& Euſtathius.At genus æneæ cunctis dominabit oris. Vir. & eũ ſecuti nr̃i in Italiã ueniſſe autumant. Aeneas

Aruis laurẽtibus.laurentũ oppidũ iuxta ardeã & lauinũ ſolis idigetis.illic multa oppidorũ ueſtigia ſunt aduẽtu æneæ memorabilia. Laurẽtũ

Alcinoiq; dapes Home.Vlyſſẽ ad Alcinoũ ueniſſe ſcribit. ſuſceptumq; hoſpitio.& ſtatim pontonoũ circũtuliſſe poculũ iuſſu Alcinoi mox alcinoũ mactaſſe ad conuiuium.xii.oues.octo ſues.duos boues.demodecũ citharœdũ cæcũ ceciniſſe. tũ cælebrata certamina.Clytoneũ fuiſſe uictorem curſu Eurialũ palæſtra.Amphialũ ſaltu Elatreum diſco: Laodamantem ceſtibus. Alcinoi ſpectacula — Demodecus

Conſumpſit:lõ o carmie pduxit Homerus. Et Smyrnag Homerus ſmyrneus. Et mantua.Virg.lius ex ande uico. Silius Mantua muſarũ idomus atq; ad ſydera cãtu euecta andino.nos.n.ita locũ deprauatũ correxius.cũ prius legeret euecta achino nullo ſenſu.ut ex commẽtariis in poetã a nobis cõpoſitis ppediẽ cognoſces.

Hic limina uitæ:Hunc demũ ingt diem poſſũ ueræ uitæ aſcribere. Non centũ:alluſio ad carmẽ uirgilianũ Tectũ auguſtũ ingens cẽtum ſublime colũnis urbe fuit media laurẽtis regia pici. Tãtum do.mi.Marti.de eodem Pa.domus ẽ cælo. Sed minor eſt domino. Mons libys:marmur libycũ & illiacũ ſiue phrygiũ & ſyenites unde trabes fecerũt.reges quodã certamĩe obeliſcos uocãtes a ſimilitudĩe radii nã ſignificat radium. erant.i.ſolis numini ſacrati.mitres rex prius eos iſtituit tumulo.

Et chios:marmur uerſicoloribus maculis
qđ cũ chii ĩ muris ſuis oſtẽtarẽt multo ma
gis mi℞ fuiſſet inqt Ci.ſi eos tiburtio lapi-
de ſtruxiſſetis. Lunaq̀ȝ:de marmore lunẽ
Triptolemus
ſi ĩtelligit de quo ãte dictũ ẽ. Triptolẽi Tri-
ptolemus filius celeri & Meneliſ cũ ceres a
parẽtibus hoſpitio ſuſcepta fuiſſet ad Eluſi
nẽ illis dormiẽtibus a Cerere cõiectus ẽ ĩ fo
cum & obrutus cineribus :mater excitata
eum eduxit.Ceres impia inquit es.Nã fuiſ
ſet imortalis.ſi permiſiſſes ita eius mortali
tatem purgari.Sed tamen a me habebit ut
primus doceat ſerere frumentum. atq̀ȝ ita
uolucri curru abreptus triptolemus anno
nam per acticã diſſeminauit.Plinius aliter
& probus & alii ad brigẽ referunt.ſuperio
Orbita
ra ſcribit Hyginus. Orbita:alludit ad cur
rum Triptolemi.nam orbita rotarũ ueſti-
giũ eſt. Robora maurorum:citreas men-
ſas.Strabo citrum quidẽ non nominat ſed
Mauritaniam multas & magnas hẽre ar-
bores affirmat.Indeq̀ȝ mẽſas Romãis ſup-
peditari uarietate quadã diſtinctas ex uno
integroq̀ȝ ligno. Summittentẽ uexilla:de
primentem altitudinẽ. Honos:maieſtas
q̃dam diſſimulatus.quã cupiebat tegere.
Sic:eadẽ oris maieſtate diſſimulato. Lu-
brica:uncta oleo. Nec dũ æquo:nondum
noĩaui parẽ tuis uultibus. Menſas æhiopũ
Iuppiter cũ uult ſe exhilarare conuiuio ſece
dit ad æthiopes ut ẽ apud Home.in princi
pio Odiſſeæ. Triũphos pallẽeos.Victoriã
Pallene
ſuã de gigantibus.nã pallene oppidũ eſt in
Gigantes
macedõia ubi bellũ gigãteũ geſtũ fuiſſe cõ
Phlegreus
tendũt macedões in agro.quẽ poſtea ple-
greũ:demũ comã unde ſuborta eſt opinio
eo℞ q dixerunt gigãtes conflagraſſe ad cu
mas ĩ cãpania. Pandas li.ſ.iã.cõſulatu tuo.
Quinquẽnia luſtris corõatis. itelligit qn-
quennale certamẽ inſtitutum Ioui capito-
lino.ubi muſicæ equeſtri curſu gymnicis
ludis certabat & plures aliquãto erãt corõa
ti.ut ait Trangl.q nũc ſũt ide ait coronatis
luſtris. Talis tãtæ leticiæ. Acies ger.ui-
ctoriã de germania. Daca præ.triũphũ de
dacis. Auro palladio:nã corona illa ei da-
ta eſt in albano certamine ĩſtituto palladi.
Appia uia
Domitius Auguſtino.
Q[uis] duri ſilicis &c . Appia
uia Augu . ex urbe brũdu-
ſiũ uſq̀ȝ ſtrata iuxta thera-
cinã foſſa℞ hẽbat initiũ.q̃
paluſtribus fluuio℞ aqs re
pletæ erant p has nocturna nauigatio erat
primiſq̀ȝ tenebris q ibi cõſcẽderãt nauim.
reliquũ appiæ ſpaciũ ea nocte cõficiebãt q̃-
lẽ nauigationẽ. ſatyrice ludens hora.ĩ ſuo
itinere brũduſino deſcribit. tẽpo℞ ãt uetu
ſtate oblimatis foſſis ea p̃ſerti q̃ a latere appiæ diſcedẽs baias & cũas ducebat.uiatores curribus illac uehe
bãt & qdẽ tardiſſimus Domi.hãc harẽis ĩgeſtis & lateribus ſternere aggreſſus ẽ in quo laudat a Papi.car
mie phaletio tãta figura℞ uarietate.ut qđ undeci ſyllabis continet ad heroicam ꝓpe magnitudinem ſeſe
extollat. ab admiratione initiũ ſumit & quaſi admonitus ſtrepitu opera℞ intelligat cauſam tãti ſonitus.

Et chios.& glauca certantia doride ſaxa
Lunaq̀ȝ portandis tantum ſuffecta columnis
Longa ſuper ſpecies:feſſis uix culmina prendas
Viſibus: auratiq̀ȝ putes laquearia cæli.
Hic cum romuleos proceres:trabeataq̀ȝ cæſar
Agmina mille ſimul iuſſit diſcumbere menſis
Ipſa ſinus accincta ceres:bacchuſq̀ȝ laborant
Sufficere:ætherei fœlix ſic orbita fluxit
Triptolemi:ſic uitifero ſub palmite nudos
Vmbrauit colles:& ſobria rura lyæus
Sed mihi non epulas:indiſq̀ȝ innixa columnis
Robora maurorum famulaſq̀ȝ ex ordine turmas
Ipſum ipſum cupido tantum ſpectare uacauit
Tranquillum uultu:ſed maieſtate ſerena
Mulcentem radios ſummittentemq̀ȝ modeſte
Fortunæ uexilla ſuæ: tamen ore nitebat
Diſſimulatus honos:talẽ quoque barbarus hoſtis
Poſſet & ignotæ conſpectum agnoſcere gentes.
Non aliter gelida rhodopes in ualle recumbit
Dimiſſis gradiuus equis:ſic lubrica ponit
Membra teramnea reſolutus gymnade pollux
Sic iacet ad gangen indis hululantibus euhan
Sic grauis alcides poſt horrida iuſſa reuerſus
Gaudebat ſtrato latus acclinare leoni
(Parua loquor:nec dũ æquo:tuos germãice uul-
Talis ubi oceani finem menſaſq̀ȝ reuiſit tus)
Aethyopum ſacro diffuſus nectare uultus
Dux ſuperum ſecreta iubet dare carmina menſis
Et palleneos phœbum laudare triumphos
Dii tibi(namque animas ſæpe exaudire minores
Dicuntur)patriæ bis terque exire ſenectæ
Annuerint fines:rata numina miſeris aſtris
Templaq̀ȝ des.habiteſq̀ȝ domos:ſæpe annua pãdas
Limina:ſæpe nouo ianum littore ſalutes.
Sæpe coronatis iteres quinquennia luſtris
Q ua mihi fœlices epulas menſæq̀ȝ dediſti
Sacra tuæ talis longo poſt tempore uenit
Lux mihi romanæ qualis ſub collibus albæ
Cum modo germanas acies modo daca ſonantem
Prælia palladio tua me manus induit auro.

Via Domitiana.

q Vis duri ſilicis grauiſq̀ȝ ferri
Immanis ſonus æquoris propinquum

Appiæ ſaxoſæ:ſtratæ ſaxis. Latus:nā ad latus appiæ erat hæc uia] Domitiani. Cateruæ libycæ. certe ingt non comeant per campaniā libycæ & annibalis turmæ:ut inde hic ſtrepitus exiſtimari debeat. Nec dux aduena:ego de ſpartaco intelligo.nā lentulus bardiacus familiā gladiatoꝶ habuit Capuæ quoꝶ ma xima pars e galatia & thracia erat.Ex his octogintaduo diffugerunt una cōſpiratione raptis inſtrumētis culinariis ꝓ armis.idē cū incidiſſent i currū annoꝶ.quæ ad aliud oppidū ferebanť. ea diripuerūt.armati/ ꝗ tres cōſtituerūt duces. quoꝶ prius erat ſpartacus thracius:cui oli dormēti uiſa ē ſerpēs ſub capite.muli er thracia uaticinata ē id portendere ei po/ tentiā multis formidabilē multi ad hunc hōicidæ fures ſceleratiꝗ hoīes cōfluxerūt atꝗ ita coactus ē exercitus ut iperatores ro manos Clodiū uatiniū coſſiniū uaris præ lis ꝑfligauerit uixꝗ potuerit uici a Craſſo & Pompeio. Nec dux adue.nec aliqs ſpar tacus inqetus ſeditioſus & afferens tumul tum. Bello peierante:facta aliqua cōiura/ tione.& confugientibus ad eū aliqbus uio lato iureiurádo.po.Ro. Nec frāgit uada: nero ut.ſ.olim.Nā nero foſſam ab auerno hoſtiā uſꝗ in choauit.ut nauibus nec tātū mari iref per centū & ſexaginta miliaria:la titudinis q̄ contrariæ quinqueremes com mearēt:tūc periit uini Cecubi gr̄a ſucciſis uitibus.quæ id ferebāt.Erat.n.in ſinu amy clano qua eā foſſa ducebaf:huius operis cā cōportari iuſſit illuc qcunꝗ erāt in carce/ re & q damnabanf ob aliquod ſcelus ad id opus damnari iubebat. Certe ingt Papini. nunc nero nō facit foſſā ut poſſimus ſuſpi cari hāc eſſe illā multitudine operarum.

Lentulus Bardia/ cus

Gladia/ tores

Sparta/ cus

Saxoſæ latus appiæ repleuit:
Certe non libycæ ſonant cateruæ
Nec dux aduena peierante bello:
Campanos quatit inquietus agros.
Nec frangit uada:montibuſꝗ cæſis
Inducit nero ſordidas palludes:
Sed qui limina bellicoſa iani
Iuſtis legibus & foro coronat
Q ui caſtæ cereri diu negata
Reddit iugera:ſobriaſꝗ terras
Q ui fortem uetat interire ſexum
Et cenſor prohibet mares adultos
Pulchræ ſupplicium timere formæ.
Q ui reddit capitolio tonantem
Et pacem propria domo reponit:
Q ui genti patriæ futura ſemper
Sancit limina:flauiumꝗ caluum
Cœno hic populeo uias grauatas
Et campis iter omnes detinentes
Longos eximit ambitus:nouoꝗ
Iniectu ſolidat graues harenas.
Gaudens euboicæ domum ſibyllæ
Gauranoſꝗ ſinus:& æſtuantes
Septem montibus admouere baias
Hic quondam piger axe uectus uno
Nutabat cruce pendula uiator
Sordebatꝗ rotas maligna tellus
Et plæbs.in mediis latina campis
Horrebat mala nauigationis
Nec curſus agiles:ſed impeditum
Tardabant iter orbitæ tacentes
Dum pondus nimium quærens ſub alta

Foſſa ab auerno

Cecubū

Qui limina iani:Iani ædē reſtituit ut an/ te eſt dictū iuxta forum. Qui caſtæ cereri nam Domitianus ne penuria frumenti eſ/ ſet nimio cultu uinearum iuſſit ne quis in italia nouellaret.uiteſꝗ ſuccidi i prouinci/ is ubi plurimum dimidia parte relicta au ctor Tranqllus. Terras ſobrias:ſucciſis ui tibus. Vetat:caſtrari mares prohibet. Et cenſor:ita quoꝗ a Plinio in epiſtolis dicif. & Mar.ad eū.Cenſor maxime principūꝗ princeps. Pulchræ formæ:nā formoſi ſpa dones fiebant ne decor barba periret. To nātem Capitolinū:nouā enim ædē excita/ uit ioui Capitolino: ut ſcribit Trāquillus. Sancit limina:dicat tēpla. Genti patriæ: genti ſuæ flauiæ. Futura ſemper. Mar. idē manebit altū flauiæ gentis decus. Et pacem: ædem pacis ſtruxit Veſpaſianus. pinxit atticus.priſcus auxit Domitianus. Flauiumꝗ caluum. Alludit ad Domitia/ num qui caluus erat:Immo & caluitio of/ fendebatur.quāuis librum ſcripſit de cura capillorum ad amicum.illum ſeꝗ conſolans Iuuenalis.& caluo ſeruiret Roma neroni. Cœno hic popu leo:in aliis codicibus ita hic uerſus legitur.Hic ſenis populi uias grauatas: nos uero ita emendauimus. Cœno hic populeo uias grauatas nam in amyclano ſinu per quem hæc uia ducebatur erant populeta paluſtria ut iure Papinius dixerit uiam illam fuiſſe impeditam cœno populeo.Plinius. Cecubo erat ge/ neroſitas cæleberrima ſinu amyclano populetis paluſtribus. Eximit: longos ambitus. Dum ſter/ nit uiam Domitianus fecit ut uiatori per longos ambitus non ſit repedundum ut prius. Nouo iniectu: noua tellure & harenis iniectis. Gaudens:nam cupit ut liceat commeare in urbem a cumis & gaura/ no ſinu hoc itinere. Septem montibus:urbi. Ad mouere:propinqua reddere hoc itinere. Nutabat:ua cillabat. Cruce pēdula:nam iugū currus ſpeciē crucis efficit.pendula aūt erat iumētis icumbens quæ lu brico cœno ſæpius labebanf. Mala nauigationis. Timebat ne ſubmergetur cœno ac ſi nauigaret medio mari. Orbitæ tacen tes: totæ orbitam ſignantes in cœno non ſtrepebant. Quærens: ægre trahens.

Vites in/ ciſæ

Domitia anus cal/ uus

Languida quadrupes:mula uix incedẽs propter cœnũ.Nam mulæ olim currum uehebant, unde aurigæ muliones dicti.auctor Feſtus.&nos in commentariis Iuuenalis docuimus & apud Tranqllum.ubi mulio pro auriga accipit. Repit:repere uidetur non ingredi.nam ſæpe cadit. Alta ſtatera.Stateram appellat lignum unde uincto fune & alligata mula currus trahebatur a ſimilitudine.nã ſtatera uidet. Sulcos:riuos qbus aquæ emittantur. Alto egeſtu:hoc eſt extrahere eas magna profunditate. Aliter replere.Alio genere terræ. Parare gremio ſedem ſaxis ſternendis. Nec maligna ſedes.ſ.ſit ſaxis. Dubium: nutans. Vmbonibus:umbo ſignificat extremãptẽ ſcuti.hic accipitur pro extremitata uiæ ſtratæ qua utrinq; erigebatur.ne pximum infunderetur cœnum. Gomphis. græce latine ſignificat caluum.ſignificat item iuncturam lignorum uel etiam ſaxorum unde. eſt cõpingere.quod Eſychius docet.hic ergo crebris gomphis pro crebris iuncturis. Cocto puluere: lateribus. Et aton cauare:alludit ad operas Xerſis: quibus mons atos excauatus eſt & diſciſſus a continenti.Plura apud Iuuenalẽ diximus ex Herodoto & Plinio. Niſi Lechiæ uetarẽt.Codices alii eandẽ mendæ indolem præ ſe ferunt Deuiæ habẽtes nõ lechiæ. nos ãt legimus lechiæ nã lechiæ ad fines anguſtiarũ Iſthmi. portus eſt corinthi.ut Pli.& Stra.docẽt niſi inqt illic portus eſſet quo naues excipiuntur hæ manus interſcinderent. Iſthmon. ut ſine ambitu nauigaretur ad alterum latus peloponneſſi. Sed uetãt lechiæ: quia ſcilicet deſererentur:ſyllabam tamen narrauit.nã ante lecheo prima breui dixit. Miſcuiſſet freta. Vtrunq; mare ægeum & ionium. His:opera harum manuum iſthmum interſcindere tẽtarunt. Demetrius rex cæſar dictator.C.priceps Domitius nero Infœlici incepto ut oium patuit exitu. Quieta cyme:mẽdoſi codices habẽt Crie. ſed nos cyme legimus ut etiam emendaui apud ſylium.Fatorum conſcia cyme.græcũ autem eſt.nos cume dicimus. Lynterna palus:liternum poſt ſueſſam ad mare cum fluuio eiuſdem nominis palus. nã aquis ſtagnantibus illic ſunt paludes. ſylius.hic dum ſtagnoſi ſpectat templumque domoſque linternum.Illic erat monumẽtum Scipiõis aphrycani.qui ibi cõſumpſit ultimã ætatem cũ ſeditiones.& inuidiã declinaret. Pigerq; ſauo:alii codices habẽt pigerq; ſaſon.Saſon quidẽ inſula ẽ inter epyrũ & brunduſiũ medio iteruallo.ſylius adriaci fugite iſauſti ſaſonis arenas.Lucanus. cũq; ſpumoſo calaber pfundit æquore ſaſon.ſed ego puto legendũ ſauo.q fluuius ẽ in finibus cãpaniæ meminit Pli.nã piger epitheton nõ conuenit ſaſon.pterea loqtur de locis tantum campaniæ:nõ de calabris.

Vulturnus: fluuius per Venafrum labitur & mediã campaniam.capuam etiam alluit Vulturnum oppidum. Redundat: Vndis obſtrepẽs effundit hæc uerba. Meorum camporum:nam campania in regiones p campos diuiſa eſt: unde capua dicta eſt a centeſimo campo ut nonnullis placet.

Muliões — Vmbo — Gõphus — Lechiæ — Cyme — Cumæ — Linternũ — Saſon — Sauus — Vulturnus — Capua

Repit languida quadrupes ſtatera
At nunc:quæ ſolidum diem terebat
Horarum uia facta uix duarum
Non tenſæ uolucrum per aſtra pennæ
Nec uelocius ibitis carinæ
Hic primus labor inchoare ſulcos
Et reſcindere limites:& alto
Egeſtu penitus.cauare terras
Nox hauſtas aliter replere foſſas
Et ſummo gremium parare dorſo
Ne nutent ſola:ne maligna ſedes
Et preſſis dubium cubile ſaxis
Tunc umbonibus hinc & hinc coactis
Et cribris iter alligare gomphis
O quantæ pariter manus laborant
Hi cædunt nemus.exuuntq; montes
Hi ferro ſcopulos:trabeſq; leuant
Illi ſaxa ligant:opuſq; texunt
Cocto puluere:ſordidoq; topho.
Hi ſiccant bibulas manu lacunas
Et longe fluuios agunt minores
Hæ poſſent & aton cauare dextræ
Et mœſtum pelagus gementis helles
Intercludere ponte non natanti
His paruus( niſi lechiæ uetarent)
Inous freta miſcuiſſet iſthmos:
Feruent littora nobileſq; ſyluæ
It longus medias fragor per urbes
Atq; echo ſimul hinc & inde fractam
Gauro maſſicus uuifer remittit
Miratur ſonitum quieta cyme
Et lynterna palus:pigerq; ſauo
Et flauum caput humidumq; late
Crinem mollibus impeditus ulmis
Vulturnus leuat ora:maximoq;
Pontus cæſarei reclinis arcu
Pandis talia faucibus redundat
Camporum bone conditor meorum
Qui me uallibus auiis refuſum
In ripis habitare neſcientem
Recti legibus aluei ligaſti

Et nunc ille ego turbidus:minaxq;
Iam pontem fero : peruiusq; calcor
Q ui terras rapere:& rotare ſyluas
Vix paſſus dubias prius carinas
Aſſueram(pudet) amnis eſſe cœpi
Sed grates ego ſtrictus atq; tanti eſt
Q uod ſub te duce iam iubente ceſſi:
Q uod tu maximus arbiter:meæq;
Victor perpetuus legere ripæ
Et nunc limite me colis beato
Nec ſordere ſinus:malumque late
Deterges ſterilis ſoli putorem
Ne me puluereum.grauemq; cœno
Tyrrheni ſinus obruat profundi
Q ualis cinyphius tacente ripa
Pœnos bragada ſerpit inter agros
Sed talis ferar:ut nitente curſu
Tranquillum mare proximumq; poſſim
Puto gurgite prouocare lyrim
Hæc amnis.pariterq; ſe leuabat
Ingenti plaga marmorata dorſo:
Huius ianua proſperumq; limen
Arcus belliger ducis tropheis
Et totis ligurum nitens metallis.
Q uantis nubila qui coronat hymbri
Illic flectitur excitus uiator
Illic appia ſe dolet relinqui
Tunc uelotior acriorq; curſus
Tunc ipſos iuuat impetus iugales
Ceu feſſis ſub remigium lacertis
Prima carbaſa uentilantur aura
Ergo omnes age.quæ ſub axe primo
Romani colitis fidem parentis
Prono limite commeate gentes
Eoæ citius uenire laurus
Nil obſtat cupidis.nihil moratur
Q ui primo tyberim reliquit ortu
Primo ueſpere nauigat lucrinum
Sed quam fine uiæ recentes imo
Q ua monſtrat ueteres apollo cumas
Albam crinibus infuliſq; cerno?
Viſu fallimur?an ſacris ab antris
Profert calcidicas ſybilla laurus
Cedamus cheli.iam repone cantus
Vates ſanctior incipit.tacendum eſt.
En & colla rotat.nouiſq; late

Carinas dubias : periclitantes. Cœpi eſſe amnis:intra alueum labens. Grates ago ſtrictus:ideſt tanti facio qđ ſim domitus a te ut non modo non pudeat ueniſſe itra alueũ ſed etiá agam gratias. Colis me: excolis & ornas. Obruat:ne maris tyrrheni quo alluitur proximũ littus inundatio me obruat. Bragada:fluuius lybiæ iuxta uticam proxima ſunt caſtra cornelia. hic inundat proximas regiones facitq; æſtuaria qđ a Strabone ſcriptum Sylius ita repetit Turbidus areptis lento pede ſulcat arenas Bragada.nõ ullo lybicis in finibus amne uictus limoſas extẽdere latius undas.& ſtagnante uado patulos inuoluere cãpos.

Bragada

Cinyphius:lybicus Cinyps autẽ fluuius ex monte chariton ut Herodotus ſcribit. inter duas ſyrtes labitur. Prouocare:i certamen aquæ conſpicuæ. Lyrim: lyris mĩturnas præterlabitur.ad eũ latii olim fines erant.antea clanim dixerunt.Labitur de appenninis collibus &agro ueſtino præter uicum fregellas excurrit in lucum ſacrum. quem minturnenſes cælebrabant honoribus. Fibrenus in eũ erumpit. Lyris autẽ aquis ſi Ciceroni credimus nullæ ſunt frigidiores. Plaga marmorata. Longa uia ſtrata mar moribus. Huius:uiæ. Arcus: nam ad initium uiæ ſtratæ a Domitiano ex appia in eá ingredienti.primum occurebat arcus triumphalis.quo honore ille plurimum delectatus eſt:multoſq; in urbe ſibi erexit. Illic:ad arcum. Viator flectitur: relinquens appiam:regreditur in eam uiá tũc:cum primum uiá Domitianá ingreſſi ſunt. Impetus:concitatio curſus. Iuuat ipſos iugales:placet iumentis trahentibus currum. Prima carbaſa uentillãtur aura totus hic uerſus mendoſus erat. ita enim ſcribebatur:primæ carbaſa uentillantis auræ nullo ſenſu. noſtra uero emendatione hoc ſignificat :cũ puenerunt currus ad uiá Domitiani:leni curſu & ſuaui ita feruntur ut naues ſolent cum remis ceſſantibus & exorta ſecunda aura plenis uelis aguntur.

Cinyps
Lyris
Clanis
Fibrenus

Prima aura naſcente uento. Quátus nubila qui corõat imbri.Tantus inquit eſt arcus ille triumphalis q̃tus iris.is noctu non apparet: q̃uis Ariſtoteles affirmet aliquando uiſum eſſe.nihil aũt aliud ẽ q̃ radius ſolis immiſſus cauæ nubi : colorumque illa uarietas fit ex mixtura ignis: nubiumque aeris. Plini. auctor. Primo axe: extrema parte orbis. Eoæ laurus:triũphi oriẽtales ná ſeptẽtrionales ei dati ſũt.Et ex occidẽte pauloáte.nõdũ gremio iouis ĩdica laurus.

Iris

Replet:uiam occupat:dum furens agit. Campi:qui eſtis obruti limo. Atq; amnis uulturnæ. Fauēte cælo:diis fauētibus. mendoſi autem codices habent.fauete cælo. Lucos auerni:hi erāt ad auernum: ubi necromantiam Vlyxis ab Homero deſcriptam putarunt antiqui ea regio erat plutoni dicata.ſacerdoteſque illic placatis diis manibus per ſacra reſponſa dabant:atque inde comparabant uictum ibidem fuiſſe æneam duce ſibylla.Virgilius horum imitatus cecinit. Et reliquit:diſcedens ad Lauinum. Natura melior:melior ipſa natura.nam magis uult prodeſſe humano generi q̄ illa profuerit. India:cui natura dedit ſiccitatem.Nam ut Ariſtobolus ſcribit ſoli montes illic & ima montium imbribus irrigantur:campi arent. hearcus uero in campos pluere æſtate affirmat hieme negat a patelane uſq; ī hidaſpem nō pluit ſed omnino īquit Papinius maderet india. ſi cæli imperium teneret Domitianus. Hemus:montem pro tota thracia accipit Nec iam:ſibyllæ uel tres libri ut Gellius putat:uel certe unus:ut Plinius arbitratur. nam ſex reliquos quo unam attulerat uel duos ad Tarquinum regem combuſſit tertius a rege emptus:quanti oēs uoluerat in ſacrario capitolii reconditus eſt : ibiq; arſit temporibus ſyllanis:ut Plinius tradit:permanſit tamen uetus ſuperſtitio exiſtimantiū adhuc eū ſeruari.huic legēdo& īterp̄tādo qndecī uiri p̄fecti ſunt.Continebat enī facta populi romani non tamen legere poterāt in iuſſu ſenatus:ut Liuius refert. Perluſtra mea dicta:exquire mea uerba. Cominus:ſine interprete. Aeui merentis:qd̄ agitur longior:ut ſis futurus ſuperſtes:nō modo quoad uideas filios:ſed etiam abnepotes. Popoſci delium:ſumpto puluere puteolano manibus petiia phœbo: ut totidem ānos mihi daret. Iurauit tibi:ī tuā fœdera. Arctos:daci ſarmatæ.Cati ad arcton habitantes. Qua uagus Hercules: hercu'em in india fuiſſe ſcribit Plinius cū de macedonia ita ait:hæc eſt indiæ uictrix per ueſtigia liberi patris atq; Herculis euagatæ.niſi malis colūnas Herculis intelligere:qd̄ non placet. Nili caput: occidentem intelligit.nam nilus ī extremis mauritāiæ partibus oritur ut iuba rex deprehendit ī monte ſuperioris mauritaniæ:in lacu quē nilidem uocant:ubi natant piſces. Alabete.Coracini.Siluri.crocrodilli.quæ genera in nilo præterea tantū reperiunt. Niues athlātis:nā athlas mons:de quo ante dictū eſt :ab una parte perpetuis niuibus riget. Sylius Canet barba gelu.Virgilius idem.

Auerni loca

Necromantia

Indiæ campi

Sibyllæ libri

Nilus

Bacchatur ſpatiis uiamq; replet
Tunc ſic uirgineo profatur ore
Dicebam ueniet.manete campi
Atq; amnis.ueniet fauente cælo
Qui fœdum nemus & putres arenas
Celſis pontibus & uia leuabit
En hic eſt deus:hunc iubet beatis
Pro ſe iuppiter imperare terris
Quo non dignior has ſubit habenas
Ex quo me duce preſcios auerni
Aeneas auide futura quærens
Lucos.& penetrauit & reliquit
Hic paci bonus.hic timendus armis
Natura melior potentiorq;
Hic ſi flammiferos teneret axes
Largis india nubibus maderet
Vndaret libyæ.teperet hemus
Salue dux hominum & parens deorum
Prouiſum mihi cognitumq; numen
Nec iam putribus euoluta chartis
Solemni prece quindecim uirorum
Perluſtra mea dicta.ſed canentem
Ipſam cominus ut mœreris auri
Vidi quam ſeriem mœrentis æui
Pronectant tibi candidæ ſorores
Magnus te manet ordo ſæculorum
Natis longior ab nepotibuſq;.
Annos perpetua geres iuuenta
Quos fertur placidos obiſſe neſtor
Quos titonia competat ſenectus
Et quantos ego delium popoſci
Iurauit tibi nam niualis arctos
Nunc magnos oriens dabit triumphos
Ibis.qua uagus hercules & euhan
Vltra ſydera.flammeumq; ſolem.
Et nili caput.& niues athlantis
Et laudum cumulo beatus omni
Scandes belliger.obuioſq; currus
Donec troicus ignis & renatæ
Tarpeius pater intonabit aulæ
Hæc donec uia te regente terras
Annoſa magis appia ſeneſcat.

Ad Marcellum.

Domitius Auguſtino.

EX campania: quo per æſtatem ſeceſſerat ludens:ſyluam ad uictorium Mercellum mittit:quem deſcedens in urbe reliquerat.Sed iam putat eum quoq; ſeceſſiſſe aliquem in locum cum gallo amico.hic impatori Domitiano carus:latinæ uiæ ſternendæ curā ſuſce/

CVrre per euboicos non ſegnis epiſto/
la campos
Hac ingreſſa uias, qua mobilis appia
creſcit
In latus.& molles ſolidus premit ager
arenas
Atq; ubi romuleas uelox penetraueris arces
Continuo dextras flaui pete tybridis oras
Lydia qua penitus ſtagnum nouale coercet
Ripa ſub urbaniſq; uadum prætexitur hortis
Illic ægregium.formaq; animiſq; uidebis
Marcellum & celſo præſignem uertice noſces
Cui primam ſolito uulgi de more ſalutem
Mox incluſa modis hæc reddere uerba memento
Iam terras uolucremq; polum fuga ueris aquoſi
Laxat.& icariis cælum latratibus urit
Ardua iam denſæ rareſcunt mœnia romæ
Hos præneſte ſacrum nemus.hos glaciale dianæ
Algidus aut horrens.aut tuſcula protegit umbra
Tiburis hi lucos.anienaq; frigora captant
Te quoq; clamoſæ.quæ nam plaga mitior urbi
Subtrahit.æſtiuos quo decipis aere ſoles.
Quid tuus ante omnis.tua cura potiſſima gallus
Nec non noſter amor.dubium morũ ne probãdus
Ingeniiue bonis:latiis æſtiuat in oris
Anne metalliferæ repetit iam mœnia lunæ
Tyrrhenaſq; domos.quod ſi tibi proximus hæret
Non ego nunc ueſtro pocula ſermone recedo
(Certũ eſt) inde ſonus geminas mihi circuit aures
Sed tu dum nimio poſſeſſa hyperione flagrat
Torua cleoni iuba ſyderis.exue curis
Pectus.& aſſiduo temet furare labori
Et ſontes aperit pharetras.arcumq; retendit
Parthus.& eleis auriga laboribus actos
Alpheo permulcet equos.& noſtra fatiſcit
Laxaturq; chelis.uires inſtigat alitq;
Tempeſtiua quies.maior poſt ocia uirtus
Talis cantata briſeide uenit achilles
Acrior & poſitis erupit in hectora plectris
Te quoq; flammabit tacite repetita parumper
Deſidia.& ſolidos nouus exultabis in actus
Certe iam latiæ non miſcent iurgia leges
Et pacem piger annus habet meſſaſq; reuerſæ
Dimiſere forum:nec iam tibi turba reorum
Veſtibulo queruliq; rogant exire cliente
Ceſſat centeni moderatrix iudicis haſta

perat Papinius opes eius laudat: & uires ap
tas bellis.poetarum uero inertiam miſera
tur:cui facinora militaria longe anteponit
ut blandiatur Marcello.deniq; ait ſe perue
niſſe ad exitum thebaidis & meditari achi
leidem ſibi eſſe in animo ſcribere geſta im
peratoris:ſed Marcellum cõſulit an ſit par
tanto honori. Creſcit in latus:addita uia
a Domitiano. Ager ſolidus:uia uetus ſtra
ta lapidibus. Ripa lydia:deſignat domũ
Marcelli:quæ iuxta naumachiam erat Do
mitiani.ea autẽ erat iuxta Tyberim.Vadũ:
naumachiæ. Prætexitur:ambitur. Lunæ Luna op.
metalliferæ:luna etruriæ oppidum ingen/
ti portu:in quo erat receptaculum omniũ
ferme qui mare liguſticum nauigabãt.co/
pia marmoris candidiſſimi: ingentibus ſa
xis integris:unde tabulæ & columnæ ſoli
dæ fiebant.Cornelius nepos mamuram:
cuius luxum notat Catullus ſcribit habu/
iſſe colũnas aut ecaryſtio aut lunenſi mar/
more. Poſitis plectris:nam Achilles: ut ẽ
apud Homerum in ocio fuit rapta briſei/
de:amoreſq; cithara cecinit:ut noſtri quo
que ſcribunt iratus græcis. ſed interfecto
patroclo ex eo ocio armauit ſe in Hectorẽ
quẽ uicit. Flammabit:alii oẽs codices flã
mabat ſcriptum habẽt. & exulabit.nos flã
mabit emẽdauimus & exultabis:ut legas.
Et ſolidos nouus exultabis in actus.

Qua tibi ſublimi:nam Marcellus fuit
patronus in cauſis apud cētum uiros: quo
rum iudicia nunc ceſſabant. hi haſta ute/
banť:ut diximus apud Suetoniū. Erantqꝫ
centum & quinqꝫ:ut docet Feſtus: ſed ta/
men centum dicti. Tēpli maronei: ad tu
mulū Virgilianum:qui erat in Neapolita/
Latina uia — no:& poſſidebatur a Sylio poeta. Latinæ
obliquæ:latina uia inter appiam & ualeriā
ad caſinum appiæ coiungitur. Thules ni/
Orcades — græ:caligantis. Domitianus habuit orca/
das inſulas oceani britānici inditione: qua
rum ultima eſt thule. Veſpaſianus pater
Thule — expeditione ſua temporibus Claudii eas
deuicerat:redacta uecte una ex illis impo/
Vetis inſula — teſtatem. Iuuenalis. & modo captas orca/
das. Portæ caſpiacæ:Caſpiæ portæ in pō/
Caſpiæ portæ — to ſunt quædam anguſtiæ ita appellatæ a
mari caſpio ꝓximo. populi illic ſunt Caſ/
pii:quo loco multos redarguit Plini. qui
caſpias portas putarunt eſſe eaſdem:q̄ ſunt
in hiberia ponti prouincia proxima caſpiis
nam hæ aliæ ſunt:emittuntqꝫ in ſarmatas
uix ullo aditu ꝓpter appoſitos montes:&
cum Nero ad hiberiæ portas paraſſet expe
ditionem per errorem multorum diceba/
tur petere caſpias. portæ hiberiæ eædem
caucaſiæ dicuntur. ibis inquit ad portas caſ
pias tuendas munere militiæ tibi deman/
dato a Domitiano cum ſis armis aptiſſi/
mus. Ego autem in ocio uerſor. & deſidia
poetica. Triumphos:auus tuus proponit
tibi triumphos domeſticos. nam ipſe triū/
phalis fuit:quorum æmulatione accenda/
Stemma — ris. Stemmata:imagines cereæ maiorū
qui triumphaſſent: aliquando coronati a
στεμμα quod ſignificat coronam. hæ qui
buſdam lineis etiam pingebantur ad alia/
rum imaginum differentiam. Et quoniā
ex his maior propagatur nobilitas:factum
eſt ut ſtemma ſignificet nobilitatem maio
rum. Virebunt:nam Veſuius uitibus in
primis abundabat. Premi:obruptas eſſe
illic. Abiiſſe:nam aliæ terræ prouolutæ
ſunt in inſulas illic:ut prochita. pythecuſæ
aliæ ſunt terræmotu abſorptæ. Apex:ueſ
Tipha — uius cacumen. Tiphata: locus iuxta ca/
puam: de quo fiem recitauimus Pompeii
& Liuii. apud Sylium. ubi ī omnibus codi
cibus legebatur. tum phata. ſed nos tifata
emendauimus. illic habebat prædiū Mar.
Teate — ut ēt ad teate oppidū mauricinorū. Opta/
to: Papinius ne incendia illuc perueniant.

Qua tibi ſublimi iam nunc cæleberrima fama
Eminet. & iuuenis facunda præterit annos
Fœlix curarum. cui non heliconia cordi
Serta. nec imbelles parnaſi e uertice laurus
Sed uiget ingenium. & magnos accinctus in uſus
Fert animus quaſcumqꝫ uices. nos ocia uitæ
Solamur cantu. uentoſaqꝫ gaudia famæ
Quærimus en egomet ſomno geniale ſecutus
Littus ubi auſonio ſe condidit hoſpita portu
Parthenope. tenues ignauo pollice chordas
Pulſo maroneiqꝫ ſedens in margine templi
Sumo animū. & magni tumulus accanto magiſtri
At tu ſi longi curſum dabit atropos æui
(Detqꝫ precor. latiiſqꝫ ducis ſic numina pergant
Quē tibi poſt habito ſtudiū eſt coluiſſe tonante
Quiqꝫ tuos alio ſubtexit munere faſces
Et ſpatia antiquæ mandat renouare latinæ)
Forſitan auſonias ibis frenare cohortes
Aut rheni populos. aut nigræ littora thules
Aut iſtrum ſeruare latus. metuendaqꝫ portæ
Limina caſpiacæ:nec enim tibi ſola potentis
Eloquii uirtus:ſunt membra accomoda bellis
Quiqꝫ grauem tarde ſubeāt thoraca lacerti
Seu campo pedes ire paras. eſt agmina ſupra
Nataturus apex:ſeu frena ſonantia flectes
Seruiet aſper equus. nos facta aliena canendo
Vergimur in ſenium. propriis tu pulcher in armis
Ipſa canenda geres. patriæqꝫ exempla parabis
Magna gente es dignus. quem iam belliger actus
Noſcit auus. præſtatqꝫ domi nouiſſe triumphos
Surge age dum:iuuenemqꝫ puer deprende parētē
Stemmate materno fœlix. uirtute paterna
Iam te blanda ſinu tyrio ſibi gloria fœlix
Educat & cunctas gaudet ſpondere curules
Hæc ego calcidicis ad te marcelle ſonabam
Littoribus fractas ubi ueſuius erigit iras
Aemula trinacris uoluens incendia flammis
(Mira fides) credet ne uirum uentura propago
Cum ſegetes iterum. cum iam hæc deſerta uirebūt
Infra urbes populoſqꝫ premi? proauitaqꝫ toto
Rura abiiſſe mari:nec dum letale minari
Ceſſat apex procul iſta tuis: tifata:teate
Nec marucinos agat hæc inſania montes
Nunc ſi forte meis quæ ſint exordia muſis
Scire petis. iam ſidonios emenſa labores
Thebais optato collegit carbaſa portu.

Parnaſiq; iugis.ſyluaq; heliconide feſtis
Thura dedit flammis.& uirginis exta iuuentæ
Pomiferaq; meas ſuſpendit ab arbore uittas
Nunc uacuos crines.alio ſubit inſula nexu
Troia quidem magnuſq; mihi cantatur achilles.
Sed uocat arcitenens alio pater armaq; monſtrat
Auſonii maiora ducis:trahit impetus illo
Iam pridem retrahitq; timor.ſtabunt ne ſub illa
Mole humeri.an magno uincetur pondere ceruix
Dic marcelle.feram fluctus aſſueta minores
Noſſe ratis.non dum ioniis credenda periclis
Iamq; uale.& penitus noti tibi uatis amorem
Corde exire ueta.nec enim tirynthius almæ
Pectus amicitiæ.cedit tibi gloria fidi
Theſeos.& lacerum qui circa mœnia troiæ
Priamiden cæſo ſolatia traxit amico.

Lyricum ad Sep.ſeuerum.

PArui beatus ruris honoribus
Qua priſca teucros alba colit lares
Fortem atq; facundam ſeuerum
Non ſolitis fidibus ſoluto
Iam trux ad arctos parrhaſias hiems
Conceſſit altis obruta ſolibus
Iam pontus ac tellus renident
Iam zephyrus aquilone fractus
Nunc cuncta ueris frondibus annuis.
Crinitur arbos nunc uolucrum noui
Quæſtus:ineſpertumq; carmen
Quod tacita ſtatuere bruma.
Nos parca tellus peruigil & focus
Culmenq; multo lumine ſordidum
Solatur.exemptuſq; teſta
Qui modo feruerat lyæus
Non mille balantia pigeri greges
Nec uacca dulci mugit adultero
Vniq;(ſi quando)canenti
Mutus ager domino reclamat:
Sed terra primis poſt patriam mihi
Dilecta curis huic mea carmina
Regina bellorum uirago
Cæſareo peramnauit auro
Cum tu ſodalis dulce periculum
Conniſus omni pectore toleres
Vt caſtor ad cunctos tremebat
Bebryciæ ſtrepitus harenæ
Tene in remotis ſyrtibus auia

Nunc uacuos crines:i aliis codicibus men doſis ſcriptum eſt.nunc alios cineres. Nec enim tirynthius.nec ſi tibi conferatur Hercu.poterit exiſtimari exemplum amicitiæ cum tu longe eum antecedas:imo & Theſeus qui pirithoum amauit cederet tibi. Cæſo ab Hectore:amico patroclo.

Domitius Auguſtino.

AD ſeptimium ſeuerũ libycum ſcribit ex prædio albano:carmineq; liryco ei⁹ blãditur.nam & ille hoc genere poematis oblectabatur: ut in fine aperte ſcribit.primum autem ueris aduentum deſignat:& ocium ſuum quo fruitur in albano.admiraturq; ſeptimum: ꝙ peregrinus & natus in libya tam romane loquatur:& ſcribit. Honoribus:nam Domtianus id prædiũ donauerat. Teucros lares:ueſtam ſacrum Troianũ. Modo feruerat: Nam in multã uetuſtatem a me ſeruari non põt. Virago pallas:in qnquatribus ſuis ubi fuit coronatus. Arenæ bebricæ.bebryx filiã pyrenẽ habuit:a qua compreſſa ab Hercule: pyreneos montes putat dictos ſylius:qui diuidunt galliam ab hiſpania Diodorus filiam regis in montibus pyreneis ab hercule cõpreſſam tradit:ſed nec bebricẽ nominauit: nec pirenem.bebryces.item populi ĩ bithinia qui ueluti leleges pererũt:ut tradit Eratoſthenes.apd̃ hos erat nicopolis aula amyci regis:qui ceſtibus pugnauit cum polluce & uictus eſt:ut eſt apud Apollonium & Valerium flaccum. Cynnamum:in æthiopia naſcitur trogloditis connubio permixta.inde mercantes uehunt per maria ratibus ſine remis & uelo:ſoliſq; uentis acti deferuntur.tandem in portum gebenitarũ ocilam nomine uix quinto anno ea nauigatio pficit̃.idẽ Cinnamomũ dicit̃:de quo ante eſt dictum. Sabæis:nam in Arabia etiam fœlici naſcitur:ubi ſunt Sabæi.

Bebryx
Pyrene
Pyrenei montes
Bebryces
Amycus
Cynnamum
Cynnamomũ
Sabæi

Leptis Neapolis

Leptis: colonia tyriorũ:ut Carthago:ut utica in libya eſt.Sylius.ſaranaq; leptis.eadem neapolis dicebatur:Si Straboni credimus.Plinius certo diſtinguit leptim a neapoli:cum tamen utrunq; fateatur eſſe inter ſyrtes.patria hæc fuit ſeptimi. Fonte iuturnæ:de iuturna ſorore turni.de qua apud Virgiliũ. Neſciit: depoſuit nec aliquid ex his retinuit.

Lutræ

Lutras:alii omnes codices habent intras.ſed ego emẽdo ut legas lutras.nam lutras græci appellant ĩmundas aquas rebus illic locis.Senſus enim eſt cum primum ſeptimus attigit portum ro manum oblitus eſt immundarum aquarum libyæ: & innatauit tyberi.ideſt barbariem libycam depoſuit: auxitq; romanam linguam.Lutras autem dixit ut permaneret ĩ tranſlatione.nam dixerat portus auſonum. Turmis Romanis.inter equites romanos. Alumni:ut ſeptimius qui alumnus erat Libyæ. Doceãt libyam:alios libycos poſſint erudire moribus romanis & lingua.

Hernici

Hernica:hernici ſupra montes præneſtinos pitulum oppidum habẽt:inde ſequuntur anagnia ſora.

Cures

Curibus:cures oppidum ſabinorum numæ patria. Barbiton:de hoc in commẽtariis ſaphus dicemus.

Domitius Auguſtino.

HAec ſylua tota tua eſt Auguſtine.continet enim laudem imaginis antiquæ & ſignorum:quorum tu ſtudioſiſſimus es:gloriã extollit. nouius uindex imaginũ antiquarum ſtudioſus & ſpectator ægregius cœna acceperat Papinium:ubi inter cætera ſigna præcipue admiratiõi fuit Hercules æneus a lycippo effictus dextra paterã ſuſtinente. ſiniſtta clauam.ipſe ſedebat:ſubſtrata leõis pelle.ſupino ore in cælum: in quo id potiſſimum laudabitur:quod exigua menſura ſingula non mimus ſpeſtabantur quaſi ingens fuiſſet.

Epitrapezius

epitrapezius dicitur qđ omnia uaſa menſæ deſtinata ita appellantur. nam επι ſignificat ad τραπεζα a menſa. Leuatum pectora phœbo:ideſt cura carminis.

Septum

Septus:ſepta loca iuxta campum martiũ: ubi ſigna antiquorum artificum erãt uenalia.& pueri & res precioſiores.Martia. In ſeptis mamura diu multumq; uagatus hic tibi Roma ſuas aurea uexat opes. Ah miſeri:iuſta & ingenua indignatio in gulã.

Ciconiæ Grues

Grue rhodopes:ſtrimonia.Cornelius nepos ſcribit ciconias magis placuiſſe temporibus Auguſti:ſed temporibus Veſpaſiani grues inter primas aues expetebantur.ciconias nemo uolebat attigere.e lõginquo certe ueniunt.ut ait Plini.locus eſt in aſia:quẽ

Pythonis

appellant pythonis comẽ: ubi grues diſceſſuræ commurmurant: apparentque in noſtro orbe tam repente:ut nemo uiderit uenire.ſed ueniſſe.

Anſeris iecur

Exta:ideſt iecur.de iecore anſeris & eius ſapore.in commẽtariis Martialis diximus.dubium eſt Scipio ne Metellus uir conſularis an Marcus .S. eius eques id primus docuerit. Varro & Plinius auctores:exta quod ſignificent ex diuinatione Cicero. Plinio. & Varro. alibi recitauimus.hic pro iecore tantum.

Leptis creauit.iam feret indicas
Meſſes.odoratiſq; rara
Cynnama præripiet ſabæis
Quis non in omni uertice romuli
Reptaſſe dulcem ſeptimium putet
Quis fonte iuturnæ relictis
Vberibus neget eſſe paſtum:
Hæc mira uirtus protinus auſonum
Portus uadoſæ neſciit aphrycæ
Lutras adoptatuſq; tuſcis
Gurgitibus puer innataſti
Hic paruus inter pignora curiæ
Contentus raro lumine purpuræ
Creſcis:ſed immenſos labores
Indole patricia ſecutus
Non ſermo pœnus.non habitus tibi
Externa non mens. italus.italus.
Sunt turbæ romaniſq; turmis
Qui libyam doceant alumni.
Eſt & frementi uox hilaris foro.
Venale ſed non eloquium tibi
Enſiſq; uagina quieſcit
Stringere ni iubeant amici
Sed rura cordi ſæpius & quies
Hunc in paternis ſedibus & ſolo
Veiente nunc frondoſa ſupra
Hernica . nunc curribus uetuſtis
Hic plura ponis.uocibus & modis
Paſſim ſolutis.ſed memor interim
Noſtri uerecundo latentem
Barbiton in geminas ſub antro.

Hercules uindic s epitrapezios

FOrte remittẽtẽ curas phœboq; leuatũ
Pectora cũ patulis tererẽ uagus ocia ſeptis:
Iã moriẽte uiæ rapuit me cœna benigni
Vindicis.hæc imos animi perlapſa receſſus
Inconſumpta manet.neq; enim ludibria uentris
Hauſimus.aut epulas diuerſo e ſole petitas
Vinaq; perpetuis æuo certantia faſtis
Ah miſeri.quos noſſe iuuat.quid phaſidis ales
Diſtet ab hiberna rodopes grue.quis magis anſer
Exta ferat.cur tuſcus aper generoſior umbro

Qua alga:lucrino fundo ambritannico:an baiano.aliunde certe aduecta oſtrea in lucrino compaſcebā tur.ita enim gratioris ſaporis ſore putabant. Alter caſtor:nam alternis diebus caſtor & polux lucét.Ho me. Luna tirynthia:u tinā nox geminata fuiſſet:q̄lis fuit:cū Her.cōceptus ē cōpreſſa alcmena a Ioue. tūc enī nox geminata ē.ut ē apud Plautū. Mentito: effıcto. Reddere auctorē noīare artificē uniuſcuiuſq; ſi gni:ēt nō inſcripto illius noīe. Hic tibi:hic tibi mōſtrauit ut potuiſſes uidere. Praxitelis:praxiteles mar moris gloria ēt ſemet uicit duas ueneres uēdidit magnæ admiratiōiſ:alterā cois uelata ſpecie:qd illi pluris

Praxiteles

Lubrica qua recubent conchilia mollius alga
Nobis uerus amor.medioq; helicone petitus
Sermo.hilareſq; ioci brumalem abſumere noctē
Suaſerunt. mollemq; oculis expellere ſomnum
Donec ab elyſiis proſpexit ſedibus alter
Caſtor.& heſternas riſit titonia menſas
O bona nox.iunctaq; utinam tirynthia luna.
Nox & erythreis thetidis ſignanda lapillis
Et memoranda diu. geniumq; habitumq; perēnē
Mille ubi nunc ſpecies aeriſq; eboriſq; uetuſti
Atq; locuturas mentito corpore cæras
Edidici.quis nāq; oculis certauerit uſquam
Vindicis.artificum ueteres cognoſcere ductus
Et non in ſcriptis auctorem reddere ſignis
Hic tibi quæ docto multum uigilata mironi
Aera:laboriferi uiuant quæ marmora cæli
Praxitelis:quod ebur piſeo pollice raſum
Quod policleteis iuſſum eſt ſpirare caminis
Linea quæ ueterem longe fateatur apellem
Monſtrauit.nā quæ hæc quotiens chelin exuit ille
Deſidia eſt:hic aoniis amor auocat antris
Hæc inter.caſte genius tutelaq; menſæ
Amphitrioniades:multo mea cœpit amore
Pectora nec longo ſatiauit limina uiſu
Tantus honos operi:ſimos incluſa per arctus
Maieſtas.deus ille deus ſeſeq; uidendum
Indulſit lyſippe tibi:paruuſq; uideri
Sentiriq; ingens & cum mirabilis intra
Stet menſura pedum.tamen exclamare libebit
Si uiſus per membra feras.hoc pectore preſſus
Vaſtator nemees.hoc exitiale ferebant
Robur & argoos frangebant brachia remos
An ſpatio tam magna breui mendacia formæ
Quis modus in dextra . quanta experientia docti
Artificis curis pariter geſtantia menſæ
Fingere & ingentes animo uerſare coloſſos
Tale nec idæis quicq̄ telechines in antris
Nec ſtolidus brontes:nec qui polit arma deorum
Lemnius exigua potuiſſet ludere maſſa
Nec torua effigies.epuliſq; aliena remiſſis

fecerūt:putātes id eē ſeuerū & pudicū: alterā q̄ reliq̄ erat emerūt gnydi ad quā ſpectādā multi nauigabāt:Nicomedes rex eā uoluit emeř:repromittēs ſe diſſoluturū totū æs alienū gnydiorū.illi recuſarūt . tota ædicula apiebat :ut ſpectaret.par erat ex oī pte admiratio.ſignū contāinatū ē macula:quā cōtra uxit:cū iuuenis amoř eius captus clā noctu ei cohæſiſſet . Praxitelis ſigna erant romæ flora triptolomus ceres ī hortis ſeruilianis boni euentus & bone fortunæ ſimulacra in capitolio mænades. Pollice piſeo:phidiam intelligit:qui iouem piſeum ſeu olympicum fecit:ut antea eſt dictum.

Phidias

Linea:hoc eſt ex hiſtoria.nam Apelles cū Protogene certauit:ut eſt apud Pliniū Ductis lineis ſubtiliſſimis in tabula: quæ poſtea in palatio diu fuit magna admiratiōe: præſertim aliis pictoribus.conſumpta eſt priore icēdio domus cæſaris.deniq; Apelles nullam diem ægit tam occupatā : quin lineam duceret artem exercendo.inde natū ab eo puerbium. Deus ille:eſt ipſe Hercules. Sentiri:exiſtimari & cōcipi animo.

Apelles Protogenes

Menſura:pedum ſtet intra: ideſt lateat: nam tantum dimidia pars uidebatur cum ſederet. Si uiſus:ſi oculos. Hoc pectore: tali quale hoc eſt. Frangebant : domabāt.

Tam magna mendacia formæ: ſimulacra & effigies. admirantis autem eſt q̄ in tam paruo ſigno tanta repreſentetur forma quanta eſt herculea. Quis modus in dextra:o quanta moderatio fuit in dextra Lyſippi:quæ cum ſoleret effingere ingentes ſtatuas.tamen ad tam paruum ſignum ſeaccommodauit. Ingentes coloſſos: nā Lyſippus coloſſos cælauit : unū præcipue quadraginta cubitorum tarenti:quem Fabius uerucoſus Romam transferre nō auſus eſt ob difficultatem moliendi: cum tamen inde herculem tranſtulerit. Telechines:maris filii cum caphyrna Oceani filia neptūnū educarūt. artium inuētores fuerunt.ſtatuas deorum fecerunt primi ab ipſis Apollo apud lyndios thelechinius dicit. Iuno & nymphæ apud alyſios thelechines nōnulli tradiderūt eos ꝓprias formas mutare ſolitos:iuidoſq; fuiſſe in artiū diſciplinas. & eoſdē faſcinatores ſolitoſq; ifūdere aquam ſtygiā plantis & animalibus alii ab æmulis id factū aiūt:eoſdem dictos idæos dactylos nonnulli tradunt.Ex creta in cyprum nauigarunt:cum rhodum primi æs & ferrum fabricati ſunt . feceruntq; harpē Saturno . Plinius idæos dactylos ferri inuentores fuiſſe ſcribit. Exigua maſſa:Martialis de hoc.Exiguo magnus in aere deus.

Lyſippus

Thelechines

Idæi dactyli

Harpe ſaturni

Ferri inuentores

Molorchi:a quo ſuſceptus eſt hoſpitio.nota fabula. Aut eleæ lucis:alii omnes codices ita ſcripti ſunt: aut tiliæ lucis.nos uero ita emēdauimus ut legas: aut eleæ lucis.nam elea oppidum ē arcadiæ iuxta tegeā: ubi erat phanū pallados eleæ.expone igiť lucis.i.ad tēplū palladis eleæ.auctor Strabo. Sacerdos:nā ſacer dos palladis illac iter facientem Herculē hoſpitio ſuſcepit.Diana itē elea apud arcadas colebať. Adhuc ſæuæ meminit manus: altera cædis. nā in altera manu ſigni erat patera:in altera claua martia:cuius leua caret robore.dextra mero totum hoc emyſtochiū ita inuerſum eſt.in aliis codicibus.& hæc leue meruit manus aſpera ſedis.nos uero ita emendaui mus ut legas.adhuc ſæuæ memit manus altera cædis. Manus altera.i.leua. Memi nit ſæuæ cædis:habet clauam:nec eā depo ſuit q̄uis ī mēſa ſit nemeeo tegmine. nam effictum illic erat ſaxū ſtratum pelle leōis: ubi ſedebat Hercules.Martialis.Hic q̄ du ra ſedens porrecto ſaxa leone mitigať. Di gna operi.hoc archetypū habuit Alexāder primus.Mar.Hoc habuit numē pellei mē ſa tyrāni.Plutarchus ſcribit Alexandrū: cū apud mydium diem nocti potādo iūxiſſet nondum epoto Herculis ſcypho.nec cæte ris de more peractis æſtuare cœpiſſe febre. ibi per hercu.ſcyphū hoc ſignū intellexit.

Penſabatq; libēs: codices alii omnes ita ſcripti ſunt.præſtabatq; libēs.nos uero ita legimus. Alex.libenter præſtabat potatu rus hoc ſignū:ea ipſa dextra qua & regna pauloante abſtulerat & euerterat urbes.

Semper ab hoc:menda eſt in aliis codici bus.ſemp ad hoc:ſed lege ut nos emenda uimus:ut dicat ſumebat ſemper animos ī proximum prælium ab hoc ſigno hercu lis ſpectato. Obruerat:nā Philippus pater Alexandri in ditionē græciā redegerať. ſed adhuc nō pacauerat cū mortuus eſt. Alexā der igitur patri ſuccedēs atheniēſes.theba nos.corinthios q̄ui defecerant armis op preſſit thebas in primis diruit: exceptiſq; amicis macedonū:& his qui diſſuaſerāt de fectionem:& familia pīdari poetæ omnes captiuos uendidit ad trigīta milia. ſex mil lia occubuerunt. Excuſaſſe: omnes alias uictorias oſtentauit herculi Alexander:ſed tantū ueniam petiit de euerſione thebarꝫ. nam erat herculis patria. Ille ēt:perit Ale xander poculo uenenato:aqua ſtygia quæ fluit ex rupe nonacria Arcadiæ:ſolaq; mu læ ungula contineri poteſt.necis cōſcium aiunt Ariſtotelem fuiſſe.ſcribunt hoc Plu tarchus:ſed Plinius & Pauſanias apertius. hic īquit Papinius hercules ſignum dedit & indicium alexandro poculi uenenati. nā eo appoſito ſtatim ſudare cœpit. Ille etiā: Alexander. Fatis rumpentibus:cū fata eū eriperent ex medio curſu rerum magnarum. Traheret: hauriret. Timuit alios in numine caro:ſuſpica tus eſt uenenum ſibi appoſitum ab aliis indicio numinis cari Herculei. Aera:ſignum Herculis æneum.

Thebæ

Styx

Sed qualem parci domus admirata molorchi
Aut eleæ lucis uidit tegeea ſacerdos
Q ualis & otheis emiſſus in aſtra fauillis
Nectar adhuc torua lætus iunone bibebat
Sic mitis uultus.ueluti de pectore gaudens
Hortetur menſas.tenet hæc marcentia fratris
Pocula adhuc ſæuæ meminit manus altera cædis
Suſtinet occultum nemeeo tegmine ſaxum
Digna operi fortuna ſacro.pellæus habebat
Regnator lætis lumen uenerabile menſis
Et comitem occaſus ſecum portabat & ortus
Penſabatq; libens modo qua diademata dextra
Abſtulerat.dederatq; & magnas uerterat urbes
Semper ab hoc animos in craſtina bella petebat.
Huic acies uictor ſemper narrabat opimas
Siue cathenatos bromio detraxerat indos.
Seu clauſam magna babylona refregerat haſta
Seu pelopis terras. libertatemq; pelaſgam
Obruerat bello.magnoq; ex agmine laudum
Fertur thebanos tantum excuſaſſe triumphos
Ille etiam:magnos fatis rumpentibus actus
Cum traheret lætale merum.iam mortis opaca
Nube grauis uultus.alios in numine caro
Aeraq; ſupremis timuit ſudantia menſis
Mox naxamoniaco decus admirabile regi
Poſſeſſum.fortiq; deo libauit honores
Semper atrox dextra.periuroq; enſe ſuperbus
Annibal.italicæ perfuſum ſanguine gentis.
Diraq; romuleis portantem incendia tectis
Oderat.& cum epulas & cum lænea dicaret
Dona deus.caſtris mœrens comes iſſe nephandis
Præcipue cum ſacrilegus face miſcuit arces
Ipſius.immeritaſq; domos.ac templa tonantis

Regi naxamoniaco annibali libyco.nam mortuo Alexandro:ſignū poſſedit annibal. Oderat:hūc in quit Papi.Hercules:q̄uis epulas & uinū ſibi libaret:dolēs ſe comitem eſſe in bello illo nefando aduerſus romanos præcipue in eum exarſit:cum Saguntum urbem a ſe conditam euertit. Miſcuit face:incendio corripuit. Arces:ſaguntinas. Ipſius:ab ipſo Hercule conditas.Saguntum enim condidit Hercules ſepul to illic Zacyntho comite:qui ſecum ab expeditione in gerionem reuertebatur. Extinctus eſt ſerpentis morſu.ut canit Sylius.oppidum eſt ultra hiberum:ex zacyntho inſula:eodē aduenerunt coloni demum ex Italia ab ardea.apud Sylium ille ſaguntinus ad Herculem. Conditor alcide templa tonantis: nam incendio ſaguntino templa deum arſerunt.Sylius.Ardent tecta deum.

Sagūtus

Polluit: cæde ſaguntinorum. Furias honeſtas: ideſt furorem. quo nomē & honorem conſecuti ſunt ſaguntini ita ſe necantes. nam primores ut Liuius tradit argentum & aurum in ignem conieceruē: ne ab hoſte poſſideretur. & eodem ſe plærīq; Sylius tam honeſtē mortuos eo eulogio proſequitur. At nos ſydereæ quas nulla æquauerit ætas. Ite decus terrarum animæ uenerabile uultus: Elyſium & caſtas ſedes decorate piorum. Nec poſt: mortuo Annibale tandem hoc atchetipū peruenit ad Syllā. Nec domus plæbeiæ: nec aliquis plæbeius. Potita: habuit. Aere ægregio: hoc eſt excellenti ſigno. Cōuiua ſibyllæ: ideſt Syllæ. Mar. luſſerat hic ſyllam pōere regna trucen. ſyllæ autem ſibyllæ prius diceban/tur. & cor. ſibylla prius dictus eſt. ſed uetu/tas auctore Macrobio ſyllabam eliſit. & ꝑ ſibylla ſyllam accepimus. Incredibile ē Auguſtine quantum adlaborandū fuerit his paucis uerſibus ob frequentes mēdas quas deprehendas facile in aliis codicibus. nam ubi ſcribendū erat comes iſſe. reperies comis ipſe. ubi arces artes. ubi ære potita aera petita. ubi. ægregio. ægregia. ubi domus domos. ubi cœnabat. cœnabit. ſed quid hæc recenſeo. tu eandem induſtriam noſtram in toto opere agnoſces: ſi alios codices contuleris. Scit teſtis eſt fidei & conſtātiæ uindicis. Veſtinus: cui amicus fuit. extrema etiam fortuna. & nūc illius nomen mortui recolit. Veſtinus interfectus eſt iuſſu Neronis in conſulatu. odium in eum cōceperat princeps ob nimiam ſodalitatem Nam Veſtinus eius ignauiam deuinciebat ille metuebat amici ferociam. miſit igitur generatum tribunum cum cohorte ut eū necaret. nam tunc epulabatur cum iuuentute delecta pari ætate. primo aduentu tribuni ſtatim uenæ abſciſſæ ſunt medico ac cito. uiuens adhuc balneo merſatus nulla ædita uitæ: qua ſe miſeraret. Par magnis aquis: ideſt qui quāuis mergeretur moriturus non ceſſit. nec uictus eſt: ut ullā uocem emiſerit idignam uiro: uindex. ut innuit Papinius: īter eos iuuenes erat: qui tūc cum Veſtino epulabāt. Sub æuo florēte: nā Veſtinus iuuenis extictus ē. ut etiam indicat Martia. Par magnis aqs: ita nos emēdauimus. in aliis codicibus extat. Per magnis aquis. Nullo ſenſu uittas nā poeta erat uindex: ut ante dixit. Arbiter mareoticus Buſiris. Limina mortis: de cerbero intelligit. Puellas libyæ & ſcythiæ: Diodorus contēdit amazonas nō ſolū fuiſſe i ſcythia ad termodoontem: ſed multæ ante etiam in libya. eas aūt uicit Hercules. notiſſima hiſtoria. per puellas libyæ. heſperidas intelligit. Lyſippe: quod Lyſippus hoc ſignū fecerit. teſtatur etiā Martialis λυσιππου lego phidiæ putaui. Plini. ſane tradit lyſippi opera fuiſſe ſexcenta & decem: quæ ſingula eius artem nobilitare poſſent. Aliis oculis: q̄ uindicis.

Syllæ | Veſtinus | Vindex | Amazones | Lyſippi

Polluit. & populis furias immiſit honeſtas
Nec poſt ſidonii lætum ducis ære potita
Aegregio plæbeia domus. conuiua ſibyllæ
Cœnabat ſemper. claros intrare penatis
Aſſuetum & fœlix dominorum ſtemmate ſignum
Nunc quoque (ſi mores humanaq; pectora curæ
Noſſe dies) non aula quidem tirynthia necte
Regius ambit honos. ſed caſta ignaraq; culpæ
Mens domini cui priſca fides cœptæq; peremne
Fœdus amicitiæ. ſcit adhuc florente ſub æuo
Par magnis ueſtinus aquis. quem nocte dieq;
Spirat & in caræ uiuit complexibus umbræ.
Hic igitur tibi læta quies fortiſſime diuum
Alcides. nec bella uides pugnaſq; feroces
Sed chelin & uitas & amantes carmina laurus
Hic tibi ſolemni memorabit carmine quantus
Iliacas geticaſq; domos. quantuſq; niualem
Stymphalon. quantuſq; iugis erimanthon aquoſis
Terrueris. quem & pecoris poſſeſſor hiberi
Quem tulerit ſæuæ mareoticus arbiter aræ
Hic penetrata tibi, ſpoliataq; limina mortis
Concinet. & flentes libyæ. ſcythiæue puellas
Nec te regnator macedum. nec barbarus unquam
Annibal: aut ſæui poſſet uox horrida ſyllæ
His cælebrare modis. certe tu muneris auctor
Non aliis malles oculis lyſippe probari.

Lyricum ad Maximum Iunium.

IAm diu lato ſatiata campo
Fortis herois erato labores
Differt. atq; ingens opus in minores
Contrahe gyros
Tuq; regnator lyrice cohortis
Da noui paulum mihi iura plectri.
Si tuas cantu latio ſacraui

Domitius Auguſtino.

MAximum Iunium abſentem in Dalmatia reuocat in urbem. eiq; congratulatur ob filiū nuper ſuſceptum: quaſi autem diſcedens ab Achilleide: quam inchoauerat muſam rogat ut numeros heroicos contrahat in minores gyros & lyricos. Fortis herois. i. Achillis. Herores ſuū ſæculum habuerunt: ut Heſiodus ſcribit: quoꝝ alii ad thebas perierūt. alii i fortunatis inſulis: quas alii elyſios dixerūt: perpetuū æuū agunt. ſemideiq; omnes dicuntur. Heſiodus. Erato: muſa ab .i. amore dicta. quod docti homines: ut interpretatur Diodorus ab omnibus amentur. Ingens opus: heroicum carmen. Regnator cohortis: lyrice.

Heroes | Erato

Pidarus

Lyrici nouem

Alcæus

Sapho

Steſichorus

Anacreõ

Bycus

Bacchides

Aleman

Simonides

Pindarus

Myrtus

Rogi ligna

Pindarus;ſcopelimi filius thebanus: cuius laribus & familiæ parci iuſſit Alexander.morte quoq; nobilis.nam in gremio pueri dilecti in gymnaſio mortuus inuentus eſt.nouem lyricorum:ut ait Fabius facile princeps.nouem autem lyrici hi ſunt. Alcæus mytileneus.qui æolice ſcripſit.ſapho cledis & eurygili filia.ſteſicorus euphemi filius:in cuius infantis ore cecinit philomela qui bella ſcripſit &. duces magnanimos Dorice.Anacreon theius parthemi filius qui bathyllum puerum dilexit.& acino uuæ paſſæ ſtrangulatus eſt.Bycus reginus uel meſſenus:ut alii ſcribunt:qui dorice ſcripſit.Bacchillides ceus milonis filius. Aleman dimantis filius ſpartanus qui Dorice ſcripſit & pediculari periit morbo. Simonides ex iulide oppido Ceæ inſulæ cycladum tenuis & ad lachrymas mouẽdas maxime idoneus.nonus Pindarus horum omnium princeps.idcirco ait Papi.regnator lyricæ cohortis. Myrto:qua coronãtur lyrici poetæ & elegi.myrtus uiſa in europa in tumulo primum elpenoris Circeis.ut ſcribit etiam Theophraſtus mendoſus codex Plinianus habet celcei pro circeis. Concolor auro : Sylius de aſturibus. aſtur auaruſ.uiſceribus laceræ telluris mergitur imis & reddit infœlix effoſſo concolor auro. Achilles: achilleis mea. Alter maximus:filius Maximi. Ignem:auide;in uehitur in captatores orborum : quorum multitudine temporibus ſuis offendebat̃ ignem:computat etiam impenſam pyræ tanq̃ id ipſe ſoluat.lege autẽ duodecim tabularum ligna ad rogũ indolata eſſe oportebat.quod a ſolonis legibus manauit ad coercendam funerum impenſam. Caſtore dextro:dextris auſpiciis: nã caſtor equo ualuit. Ille:auus pueri memorabit. Refugis:q defecerant. Sub imo cælo:intra fines ſuos qui ſunt ad imum ſeptẽtrionem.

Pindare thebas.
Maximo carmen tenuare tento
Nunc ab intonſa capienda myrto
Serta.nunc maior ſitis.& bibendus
Caſtior amnis.
Quando te dulci latio remittent
Dalmatæ montes.ubi dite uiſo
Pallidus foſſor redit.erutoq;
Concolor auro?
Ecce me natum propiore terra
Non tamen portu retinent amœno
Deſides baiæ.laticenue motus
Hectoris amnis.
Torpor eſt noſtris ſine te camœnis
Tardius ſueto uenit ipſe thymbræ
Rector. & primis meus ecce metis
Hæret achilles.
Quippe te fido monitore noſtra
Thebais multa cruciata lima
Tentat audaci fide mantuanæ
Gaudia famæ.
Sed damus lento ueniam.quod alma
Prole fundaſti uacuos penatis
O diem lætum uenit ecce nobis
Maximus alter.
Orbitas omni fugienda niſu
Quam premit uotis inimicus hæres
Optio poſcens(pudet)heu propinquo
Funus amico.
Orbitas nullo tumulata fletu
Stat domo capta cupidus ſuperſtes
Imminens leti ſpoliis & ipſum
Computat ignem.
Duret in longum generoſus infans
Perq; non multis iter expeditum
Creſcat in mores patrios.auumq;
Prouocet actis
Tu tuos paruo memorabis enſes
Quos ad eoum tuleras orontem
Signa frenatæ moderatus aulæ
Caſtore dextro
Ille ut inuicti rapidum ſecutus
Cæſaris fulmen refugis amaram
Sarmatis legem dederit ſub imo
Viuere cælo.
Sed tuas artes puer ante diſcat

Omne quis mundi ſenium remenſus
Orſa ſaluſti breuis & troiani
Reddis alumne.

Ad Iulium menecratem ob prolem.

Pande fores ſupū.uitataq; tēpla ſabæis
Nubibus & pecudum fibris ſpirantibus imple
Parthenope. clari genus ecce menecratis auget
Tertia iam ſoboles procerum tibi nomine uulgus
Creſcit & inſani ſolatur damna ueſeui.
Nec ſolum feſtas ſecreta neapolis aras
Ambiat.& ſocii portus dilectaq; mitis.
Terra dicarchei. necnon plaga cara madenti
Surrentina deo.ſertis altaria cingat
Materni qua littus aui.qua turba nepotum
Circuit & ſimiles contendit reddere uultus
Gaudeat & libyca præſignis auunculus haſta
Quæq; ſibi genitos putat. attollitq; benigno
Polla ſinu macteo iuuenis qui tanta mœrenti
Lumina das patriæ.dulci tremit ecce tumultu
Tot dominis clamata domus.procul atra recedat
Inuidia.atq; alio liuentia pectore flectat
His ſenium.longeq; decus uirtutis.& alba
Atropos & patrius lauros promiſit apollo
Ergo quod auſoniæ pater auguſtiſſimus urbis
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis.
Omen erat. uenit totiens lucina. piumq;
Intrauit repetita larem.ſic fertilis oro
Stet domus & donis nunq̄ mutata ſacratis
Macte.quod & proles tibi ſæpius aucta uirili
Robore.ſed iuueni lætam dat uirgo parenti.
Aptior his uirtus.citius dabit illa nepotes
Qualis maternis helenæ iam digna palæſtris
Inter amycleos reptabat candida fratres
Vel qualis cæli facies ubi nocte ſerena
Admouere iubar mediæ duo ſydera lunæ.
Sed quæror haud faciles iuuenū rariſſime queſtus
Iraſcorq; etiam.quantum iraſcuntur amantes.
Tanta ne me decuit uulgari gaudia fama
Noſcere? cūque tibi uagitet tertius infans
Protinus ingenti non uenit nuntia curſu
Littera.quæ feſtos cumulare altaribus ignes
Et redimire chelim. poſteſq; ornare iuberet
Albanoq; cadum ſordentem premere fumo
Et cantu ſignare diem? ſed tardus inerſq;

Quis:quibus artibus remenſus ſenium mundi:nam annales ſcripſerat maximus: imitatus genus dicendi.Saluſti. cuius breuitas laudatur & troiani hiſtorici.

Domitius Auguſtino.

Congratulatur Iulio Menecrati neapolitāo:qui ex filia Polli fœlicis:de quo ante eſt dictum:tres ſuſceperat liberos. parthenopē autem patriam alloquitur: quæ cū aucta ſit prole Iulii:debet ſacra diis reddere. Sabæis nubibus:elegātiſſima periphraſis: & ab uno Papinio uſurpata pro thure. Templa uittata:ubi ſunt ſacerdotes uittati. Damna ueſeui:cuius in cendio perierant multi. Solatur:reparat. Patrius:apollo:nam cumani qui Apollinem colunt:olim puteolos tenuerunt emporium patriam polli. Tergemie prolis:Iulius menecrates a Domitiano impetrauerat ius trium liberorū: cum nullum adhuc haberet.Id autem inſtitutum eſt in honore Horatiorū:ut ſcribit Dionyſius.ſed de hoc plura diſputauimus in commentariis Martialis. Donis ſacratis tribus liberis:quorum munus accepiſti a Domitiano. Lætam:gratiorem Virgo: nata cum duobus liberis. Duo ſydera lunæ: lucifer & caſtor.

Caryſtos
Chalcis
Abantia
Aba. op.
Euboea

Abantia claſſis:ideſt euboica. Caryſtus ante chalcodetis dicebatur:uel matris.ut Dionyſius putat & Euphorus tradit.Ariſtides macram ait.Calidemus chalcidem a χαλκοσ quod ſignificat aes: quod ibi primum aiunt rapertum.Menechinus eandem abantiam ait appellatam. Homerus. Nunquã euboicos ſemper abantes appellat:eorumq̃ laudat robur:ut illud pariter comitántur abantes. Ariſtoteles ex Aba oppido phocidis thraces ueniſſe ſcribit.qui euboiam tenuerunt.Alii ab Abante heroe appellatam putãt: ut etiam euboeam ab Euboea muliere indolis heroicæ.hoc autem ait Papinius:quoniam ex calcide euboiæ uenerunt qui tenuerunt neapolim : ut etiam qui condiderunt cumas : quorũ fuerunt duces Hippocles cumeus & Megaſthenes chalcidenſis. Eumelis: ideſt parthenope Eumeli filia.nam Parthenope.ut poeta ſentit.Eumeli filia Coloniæ chalcidenſis dux:ſolum neapolitanum elegit ſecuta augurium columbæ:in cuius rei monumentum Apollinis ſtatua effecta eſt columba in leuo humero inſidente:ita ut eã reſpiceret parthenope:& adorare uideret.

Cumæ
Hippocles
Megaſthenes
Eumelis
Parthenope
Eumeluſ

Eumelus:theſſaliæ populos habuit finitimos phthioticæ:ut Homerus ſcribit & refert Strabo. Ceres actea:cuius ſacra talia cælebramus qualia ſunt in attica ad eleuſiné inſtituta ab eumolpo : ut Apollodorus refert:unde eumolpia dicũtur a ſophocle.

Eumolpia
Cereris ſacra

Taciti:in aliis codicibus mendoſe ita legitur.Votiuam tanti quaſſamus lãpade mixtæ.nos uero emendauimus ut legas.Votiuam tanti quaſſamus:nam facibus diſcurrentes ſacra cereris operabantur repreſentantes illius errores & idignationem filiæ quã perueſtigaſſe fertur facibus adhibitis. currebant autem uſq̃ ad extremam laſſationem ſilentes multa bacchantibus ſimilia meditantes.nam bacchi ſacra cum cerere erant coniũcta.Ouidius.Ipſe ſuos ludos uuæ cõmẽtor habebat.quos cum thediſera nũc habet ille dea.hos uerſus in ĩterprætationẽ illius carminis Iuue. attulimus. talia ſecreta coluerũt orgia teda.lege cõmentarios noſtros iam æditos.

Nunc demum mea uota cano:tua culpa.tuuſq̃
Hic pudor.ulterius ſed enim producere queſtus
Non licet.en hilaris circunſtat turba tuorum
Defenſaſq̃ patrem.quem non hoc agmine uincas
Dii patrii.quos auguriis ſuper æquora magnis
Littus.ad auſonium deuexit abantia claſſis
Tu ductor populi longe emigrantis apollo
Cuius adhuc uolucrem leua ceruice ferentem
Reſpiciens blande fœlix eumelis adorat
Tuq̃ actea ceres curſu cui ſemper anhelo
Votiuam taciti quaſſamus lampade mœſtæ
Et uos tyndaridæ quos non horrenda lycurgi
Taigeta.umbroſæq̃ magis coluere therapne
Hos cum plæbe ſua patrii ſeruare penates
Sint qui feſſam æuo crebriſq̃ laboribus urbem
Voce opibuſq̃ iuuent .uiridiq̃ in nomine feruent
His placidis genitor mores.largumq̃ nitorem
Monſtrat auus.pulchræ ſtudium uirtutis uterq̃
Q uippe & opes & origo ſinũt.hac lãpade prima
Patritias intrare fores.his pube ſub ipſa
Si modo plena bonis inuicti cæſaris adſint
Limina romulei limen pulſate ſenatus.

Domitius Auguſtino.

IN ſaturnalinus Auguſtine xenia mittebanť & apophoreta:de quibus in cõmentariis Mar.a nobis diſputatũ eſt . Papini. in ſaturnalibus Plotio amico libellum miſerat pro Xenio.Plotius iocãs ei alterum librum remiſit ſcriptum de philoſophia a Bruto:Codice uetuſto & corroſo . Papini. cauillando iocatur: recenſetq̃ Apophoreta ſaturnalitia:quæ ille mittere debuiſſet cum accepiſſet Xenium.mihi ſane uidetur æmulatio catulliana.nam & Catullus eodem argumento in caluum conqueritur : q̃ ſibi librum miſerit in ſaturnalibus pro munere.Catullus.dii magni horribilem & ſacrum libellum.quem tu:ſcilicet ad tuum Catullum miſiſti continuo.ut die periret ſaturnalibus optimo dierum.unde Macrobius accipit teſtimonium. Vrbanum:non contumelioſum nec deriſio. Perſeueras:ſi non miſeris aliquid poſt librum. Non ludis:ſed ſcilicet decipis. Præter me:præter laborem meum & occupationem. Decuſſis:aſſipondium. dupondium. treſſis.quatreſſis ita uſque ad.x.quod dicitur decuſſis hoc eſt decem librarum.ut etiam ad.C.centuſſis.Perſius. Et centum græcos uno centuſæ liceret. Quales:quales chartæ ſunt pro cuculis. Martia. Ne toga cordilis ne penula deſit oliuis. Libycis:nam hæ peſſimæ ſunt oliuarum : ut ſcribit Plinius.

Decuſſis

Riſus ſaturnalitius ad Plotium.

ESt ſane iocus iſte.quod libellum
Miſiſti mihi grippe pro libello
Vrbanum tamen hoc poteſt uideri
Si poſt hoc aliquid mihi remittas
Nam ſi ludere grippe perſeueras
Non ludis.licet ecce computemus
Noſter purpureus nouuſq̃ charta
Et binis decoratus umbilicis.
Præter me mihi conſtitit decuſſis
Tu roſum tineis ſituq̃ putrem
Q uales aut libycis madent oliuis
Aut thus niliacum piperue ſeruant

Lacertos bizantiacos:lacertus genus piſcis laudatus ex betica ſaxetanus & ēt pariāus bizantii autē erat Lacertus
captura thinoꝝ unde ēt cordylæ. Colunt:tegūt. Trino foro:triplici.de quo alibi diximus. Oſcitatões:
negligētes ſcriptiões. Bruti ſenis:uel brutū intelligit q in philoſophia ſecutus ē antiochū aſcalonitā & ue
ter ē academiā antiochiꝙ fratrē Emphiliū quod placet.uel brutū ſenē male ſcribentē nocat ſuoꝝ tēpoꝝ
hoiem. Libellionis:libellio bibliopola miſer & pauper. Plus mi.circiter.Mar.Plus minus ire decē. Aſ
ſe caiano:a cais iſcriptis dictio ante dixius. Pilea:nā pilea mittebant̄ i ſaturnalibus facta aliquādo ex lacer Pilea

Aut bizantiacos colunt lacertos
Nec ſaltem tua dicta continentem
Quæ trino iuuenis foro rorabas
Aut centum prope iudices:priuſquam
Te germanicus arbitrum ſequentis
Annonæ dedit:omniumꝙ late
Præfecit ſtationibus uiarum
Sed bruti ſenis oſcitationes
De capſa miſeri libellionis.
Emptum plus minus aſſe caiano
Donas:uſqueadeo ne defuerunt
Cæſis pilea ſuta de lacernis
Vel mantilia:luridæ ue mappæ
Chartæ thebaicæue:carice ue.
Nuſquam turbine conditus ruenti
Non elychnia ſicca.non replictæ
Bulborum tunicæ.nec oua tantum
Non leues halicæ:nec aſperum far
Nuſquam cyniphiis uagata campis
Curarum domus huda cochlearum
Non lardum graue:debilis ue perna
Non lucanica:non graues phaliſci
Non ſal.oxiporum ue:caſeus ue
Aut panes uiridantis aphronitri

nis attritis.Mar.mittēs pileū.ſi poſſē totas
cuperē miſiſſe lacernas.nunc tamen capiti
munera mitto tuo.i.ſolū pileū partē lacer/
næ.hoc āt addas ueli & iſeras cōmentariis
nr̄is i Mar. Mappæ lu.ſupra modū cādicā
tes nā luridus ē ſupra modū pallens.ut ſcri Luridus
bit Feſtus a Mar.cretatæ domine cretatā p̄
tor cū uelet mittere mappā. Chartæ the/
baicæ.nā chartæ mittebāt̄ in ſaturnalibus
ut ē apud Mar. Thebaice:a Thebais ægy/
pti ſūt q chartā ſicū putēt. Carica.genus fi Carica
ci.ut ē coctana auctor Pli.prunoꝝ & cocta
noꝝ peculiaria hæc ſūt ſyriæ ut ī cōmenta
riis Mar.diximus. Ruenti tur.uel ad for/
mā reſpexit.nā turbiata figura nōnulloꝝ Turbina/
pomoꝝ dicit̄ q̄ & geometrica ē.Pli.de piriſ ta figura
turbiatior his forma uel qđ placet quoniā
dū poma cōdūt turbinis īſtarruūt. Elych
nia:elychniū ē qđ lacernæ adhibet̄ & flā/ Elychnia
mā nutrit Funiculus.ſ.ex ſtuppa & ut Pli.
ſcribit ex alia ēt materie aliquādo. Sicca:
ēt ſine oleo. Nuſq̄ cinyphiis.i.nō hēbas te
ſtudinē quā mitteres mihi.nā excogitatū
ē putamina teſtudinū ī lāmas ſecare.lectoſ
ꝙ & repoſitoria his ueſtire qđ aruilius pol
lio primus docuit ſagacis ingenii ad luxu/
riæ iſtrumēta. anguſtatoriū intelligit. qđ
ex putamīe teſtudinū cōſtabat mittebatur
ꝙ i ſaturnalibus Mar.Fœmieā chereſō ſino
bis credis ieſſe Decipis.pelagi maſcula tur
ba ſumus. Cyniphiis Cāpis:nā ſūt teſtudi
nes terræſtres in opibus cherſinæ.appellā/ Cherſos
tæ a χέρσοσ qđ terrā ſignificat in Africæ
deſertis q̄ maxīe arenis ſitientibus ſqualet
roſido ut credit̄ humore uiuēte.nec aliđ ubi ꝑuenit aīal. Perna:antiq ex porco pnā lardū petaſonē ſume Perna
bāt.Pli.caſtrādū ſuē prioribus pernis ſuſpēdi docet uuluæ mēſionē a Papinio pretermiſſa miror.nā & il
la ex porca ī ſaturnalibus mittebat̄ ut ex Mar.xeniis diximus.de q̄ Pli.hæc.xi. naturalis hiſtoriæ. Vulua Vulua
eiecto partu melior q̄ edito eiectitia uocat̄ illa.hæc porcaria.primiparæ ſuis optima.cōtra effetis a partu.
præter q̄ eodē die.ſuis occiſæ liuida & macra nec nouellaꝝ ſuū præter q̄ primiparaꝝ.potiuſꝙ ueterū nec
dū effetaꝝ.& biduo ante partū aut poſt partū.aut quo eiecerit die ꝓxima eiectitia ē occiſo uno die poſt
partū.ueniebāt aūt i menſā uuluæ nō tā ſuo ſapore gratæ q̄ cōdimētis.quoꝝ confecturā exqſite & gulo/
ſe docet Apitius.li.ſeptimo.ſuiſꝙ noibus diſtinguit̄.ut aliis ſteriles appellētur.aliæ aliter cōdiātur.cū aūt
Horatius uuluā amplā dicit:porcariā ītelligit.quæ edito fœtu laxior ē.nā uario palato aliæ aliis antepone
bant̄ atꝙ eædem.aliis gratæ.aliis non placebant. Lucanica:farcimē inuentum primū in lucanis populis Lucanica
unde ē ei nomē.ab Apitio condit̄ pipere.cimino.ſatureia.aliis præterea rebus i ſaturnalibus mittebant̄.
ut ē apud Mar.coronabāturꝙ ea pultes. Graues faliſci:uēter faliſcus farciminis genus inuētū primū in
faliſcis ut ait Varr o.graues appellat Papinius ꝙ cū uētres ſint & facti grauidi uideant̄. Oxipoꝝ:cōdimē
ti genus quod oxigarum.appellat etiam columella Apitius cimini unciis duabus gingiberis uncia una. Oxigarū
rutæ uiridis uncia una aliis præterea rebus conficit. columella aliter ultimis uerſibus totius operis.ca
ſeus quoque in ſaturnalibus mittebatur.ut eſt apud Martialem uariis fiebat generibus ex nominibus
dolcites ex dalmatia cebanus ex apennino.auximates ex umbria.lunenſis ex etruria conſpicua magni/
tudine.ueſtinus præterea & cruſtummus & q fiebat in urbe omnium præſtantiſſimus.quem Martial.
uel abrēſem appellat a regiōe urbis. Panes:maſſe aphronitri:ſpuma nitri eſt αφροσ enim ſignificat ſpu
mam & nitrum nam nitrū ſpumam emittit cū ros cecidit.alii tamen dixerunt aphronitrum colligi in
ſpelūcis Aſiæ quas colligas appellarūt id ſole ſiccāt lydiū maxie probat̄.tamē ita i antiqs codicibus Mar.
legitur ut docuimus ruſticus es neſcis qd græco nomie dicat.ſpuma uocor nitri græcus es aphronitrū.

Vuis pſythiis:paſſū quō fieret docuimus apud iuuena.Pli.& columellæ teſtimoniis pſythiū paſſi genus ē qp ſuū ſeruat potius ſaporē q̄ uini ide nos emēdauimus qđ ſcriptū erat poſitis uuis pſythiis.Defrutū āt ninū coctū ē ad dimidiā parte cū ad terrā deſcendit græce dicit̄ ωαειτοн latine ſa pa dulci cœno.nā defrutū denſū ē & lenteſcit i ſpēm cœni. Cereos aren.i aliis oibus codicibus cereos auētes legit̄.tu uero leges cereos arētes.nā ab arido & paupe cliēte mittunt̄ Mar.ceſſet cereus aridi cliētis. mittebant̄ aūt i ſaturnalibus rogatiōe publici tribuni Plebis q cū diuites p occaſionē ſaturnalio⁊ grauia exigerēt a pauperibus tributa iuſſit ut his tantū mitterētur cerei.

Defrutū

Sapa

Vuas ollares:in ollis ſeruatas.qđ fieri docet Columella in bumaſtis duraturis purpureis ut pediculi ipicent̄ dura piceuas fictile condat̄.paleis q̄ ſicciſſimis cribratis & ſubſtratis.altero uaſculo adhibito cooperiatur circū lito luto paleato ut ponāt̄ etiā in tabulato q̄ ſicciſſimo obrutis uaſis palea eæ ollares uuæ dicebant̄. In orbe cumano:i rota figulina cumana nā patiæ cumanæ fictiles præſtabāt qđ & Pli.ſcribit & in Mar.diximus. Syntheſim qd horres.ſyntheſis & uas fictile ſignificat Mar.ſeptēnaria ſyntheſis ſagūti.& ueſtē ſaturnalitiā.de q̄ in diſticis Mar.diximus & Trāqllus ſyntheſinatū Neronē ide formauit.ābiguitate igit̄ uerbi ludit Papi.nā cū ſintheſim petiiſſet q̄ſi ille offēſus eēt magnitudie muneris ueſtē intelligēs iterpoſuit. Quid times.q.d.ueſtē nō peto ſyntheſim.ſed uas fictile calicē aut cacabū.nā hoc quoq; uas ē.ut Var. ſcribit calicē āt in thermis frequēter uſurpari uideo Iuue.ad illos therma⁊ calices. Mar.frāgendos calices. Nil mittis:qđ.ſ.ꝑtiū mei muneris ſupauerit.nihil rependis. imo inqt tātūdē nō reſtituiſti. Tātū:illud unū iqt peto ne nūc ēt mihi remittas ēdecaſyllabos ꝑ his meis ut ātea libꝝ ꝑ libro. Quid ſi:arguto oſtēdit ſe eē captatorē:& grippū regē.nōne iqt eēs rephēdēduſ ſi ego te ſalutarē:& tu ſalutē redderes cū dñes cœnā:aut ſi dediſſē cœnā & expectares cœnā a me cliēte paupe:nā regiſē q̄lis tu es nō referr̄ paria cliētis maiora aut cū maiora dderet nō expectar̄ eadē. Domitius Augu.

Hollare uuæ

Sinthesis

HIc eſt liber Quītus Auguſtine quē abaſcātio dicauit homis.n.pietatē pria ſylua laudat i priſcilla uxore mortua & deflēda & ornāda cui ſtatuā ſiccato cadauer̄ erexerat i tēplo nobili toro āt ſtudioſius blādit̄ quo niā i aula Domi.gratioſus erat:mutilata ē epiſtola & ſupra dimidiū uetuſtate amiſſa nā cū ſyluaꝝ oium q̄ ſingulis libris cōtinētur mētionē facere ſoleat i hac prime tātū argumentū legit̄. Publice ꝓſint̄:ad imitationē? Quaſi off.uolēs ꝑſtar̄ officiū.cliētis? cū nihil accepim.Mar.& ñ officioſus amo. materiā talē occaſionē q̄ eſt ex lachrymis.

Vel paſſum pſythiis uuis recoctum
Dulci defruta uel lutoſa cœno
Quantum uel dare cereos arentes:
Cultellum tenues.ue codicillos:
Ollares rogo non licebat uuas:
Cumano patinas in orbe tortas:
Aut unam dare ſyntheſim(quid horres)
Alborum calicum.atq; cacaborum:
Sed certa uelut æquus in ſtatera
Nil mittis.ſed idem nihil rependis
Quid ſi cum bene mane ſemicrudus
Illatam tibi dixero ſalutem
Et tu me uicibus domi ſalutes:
Aut cum me dape iuueris opima
Expectes ſimiles.& ipſe cœnas?
Iraſcor tibi grippe.ſed ualebis
Tantum ne mihi quo ſoles leporem
Et nunc Hendecaſyllabos remittas.

Syluarum li.V.ad abaſcantium.

OMnibus affectibus proſequenda ſunt bōa exempla cum publice proſint:pietaſq; priſcillæ tue preſtas:& morum tuorum pars nulli nō cōciliare te præcipuo merito poteſt: uxorem enim uiuā amare uoluptas ē:defunctam religio.ego tamē huic operi non ut unus e turba:nec tantū quaſi officioſus aſſilui.amauit enim uxorem meam priſcilla & amādo fecit mihi illā ꝓbatiorē.poſt hoc īgratus ſū ſi lachrymas tuas trāſeo:præterea latus oē diuinæ domus ſēp demereri ꝑ mea mediocritate cōnitor.nā q bona fide deos colit amat & ſacerdotes.ſed q̄uis ꝓpiorē nexū aīcitiæ tuæ iā pridē cuperē mallē tamen nōdū iteruenifſe materiā.

Abſcantii in priſcillam pietas.

SI manus aut ſimiles docilis mihi figere cæras
Aut ebur.ipreſſis auꝝ ue aīare figuris

Domitius Auguſtino.

PRiſcillam abaſcantii Uxorē Epicedio laudat.in quo ēt uiri pietatē admirat̄.qui nec lachrymis modū fecerat.quāuis iā alter ānus ageret exquo mortua erat.& ſtatuā illi erexerat ſiccato cadauere perſimilē.recolebatq; ꝑcipuo amore Abaſcantius inter Domi.miniſtros cū aliquādiu nullius mūeris particeps fuiſſet tādē i militiæ curā ab iperatore aſcitus eū ſecutus eſt i expeditionē germanicā operamq; nauauit fortiſſime. Aurū:auro cælādo nemo

Hinc priſcilla tuo ſolatia grata marito
Conciperem:namꝗ egregia pietate meretur
Vt uel apelleo uultus ſignata colore.
Phidiaca uel nata manu reddare dolenti
Sic auferre rogis umbram conatur:& ingens
Certamen cum morte gerit:curaſꝗ fatigat
Artificum.inꝗ omni te querit amare metallo
Sed mortalis honos agilis quem dextra laborat
Non tibi laudati iuuenis rariſſima coniunx
Longa nec obſcurum finem latura perenni
Temptamus dare iuxta lyra.modo dexter Apollo
Quiꝗ uenit iuncto mihi ſemper apolline Cæſar
Annuat haud alio melius condere ſepulchro.
Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolori
Altera cum uolucris phœbi rota torqueat annum
Sed cum plaga recens.& adhuc in uulnere primo
Nigra domus queſtu.miſeramꝗ acceſſus ad aurē
Coniugis orbati.tunc flere.& ſcindere ueſtes
Et famulos laſſare greges.& uincere planctus
Fataꝗ & iniuſtos rabidis pulſare querelis.
Cælicolas.ſolamē erat.licet ipſe leuandos
Ad gemitus ſyluis comitatus & amnibus orpheus
Afforet.atꝗ omnis pariter matertera uatem
Omnis apollineus tegeret.bacchiꝗ ſacerdos
Nil cantus.nil fila.deis pallentis auerni
Eumenidumꝗ audita comis.mulcere ualerent
Tantus in attonito regnabat pectore luctus
Nunc etiam ad planctus refugit.iā plana cicatrix
Dum canimus.grauibuſꝗ oculis uxorius inſtat
Imber.habent ne pios etiam nunc lumina fletus
Mira fides.citius genitrix ſipyleia fertur
Exhauſiſſe genas.citius titonida mœſti
Deficient rores.aut exiccata fatiſcet
Manet achilleis hyemes affrangere buſtis
Macte animi:notat iſte deus:qui flectit habenas
Orbis:& humanos proprior ioue diggerit actus
Mœrentemꝗ uidet.lectiꝗ arcana miniſtri
Hinc etiam documenta capit:quod diligis umbrā
Et colis exequias:hic eſt caſtiſſimus ardor
Hic amor a domino meritus cenſore probari
Nec mirum ſi uos collato pectore mixtos
Iunxit in abrupta concordia longa cathena
Illa quidem:nuptumꝗ prior:tedaſꝗ marito
Paſſa alio.ſed te ceu uirginitate iugatum
Viſceribus totis.animoꝗ amplexa fouebat:
Qualiter æquæuo ſociatam palmite uitem

claruit cum argento multi ſint memorabiles.auream ſtatuā nulla inanitate in templo Anetidis numinis parthici poſuerūt q̃ direpta eſt ab Antonio fabula comitante eū qui primus uiolauit id numē captū oculis & membris oībus expiraſſe.Id cū Auguſtus quæreret an uerum eſſet ex milite ueterano Bononiæ apud quem cœnabat Reſpondet ſe illū fuiſſe.Auguſtumꝗ de mortui cruore cœnare.Nam totum ſibi cenſū ex ea rapina eſſe.Gorgias primus artis rhetoricæ magiſter auream ſtatuam ſibi poſuit. Honos agilis: cito inquit fugit honor elaboratus dextra uel cōiuge agilis dextra.

Iuncto Apolline:cuius numen non minus præſens mihi eſt q̃ apollinis. Omnis matertera:omnes muſæ ſorores. Calliopes matris Orphei ex Oeagro. Sacerdos bacchi:omnes poetæ qui ſacerdotes ſunt Bacchi & Apollinis. Etiam nunc: nonne adhuc ſunt exhauſti oculi lachrymis cum tam diu luxerint. Mira fides: diuturnitatem lachrymarum miratur.repetitiſꝗ exēplis etiam fabuloſis matrum quæ magis præeſſe ſolent in filiis deflēdis.Diutius abaſcantium fleuiſſe innuit. Mira fides:uix credi poteſt te tam diu lugere. Genitrix ſipyleia:in aliis omnibus codicibus Auguſtine genitrix ſipellea extat confuſo carmīe & ſenſu ut ex hac una obſcuritate multis deinceps carminibus tenebræ oborirent. nos Sipyleia emendauimus.ut nioben intelligas quæ ex ſipylo urbe mæoniæ fuit uerſa in ſaxum ob dolorē amiſſoꝝ filiorū adhuc lachrymas emittens cum hac prīa mortali concubuit Iuppiter ut refert Diodorus.ſemel e ultima Plini.ſipylum quod ante tantalis uocabatur caput mæoniæ.ſipylus item unus ex filiis Niobes fuit.nupſerat autem Amphioni.Ouidi. Tum cum mæoniam uiro ſipylumꝗ colebat. Præterea:in patriam rapta eſt ubi fixa cacumine montis liquitur ex lachrymis etiā nunc marmora manant.Solinus. Caput mæoniæ ſipylus excipit tantalis antea dictus.& in illam uocabuli memoriam orbitatibus datā a niobe.Achilles apud Homerū hanc fabulam refert cum pluribus uerſibus in iliade.ad Priamum Propertius:& niobe lachrymas ſupprimat ipſe lapis. Exhauſiſſe genas.lachrymis citius.q̃ tu. Mœſti rores:qui ſunt pro lachrymis auroræ ob mēnonem filium amiſſum Diodorus Idam matrem dicit Aeſchilus Ciſſiam. Buſtis: ad buſta Achillis filii quæ ſunt in ſigeo ꝓmontorio troiæ. Achilles a Paride interfectus eſt inter portas.ut ſcribit Plutarchus. Cenſore: qui prohibuit adulteria & caſtū amorem probat.

Niobe
Sipylus

Tantalis

Memnō

Achillis
mors

Laudentur proauis : & hi uerſus mēdis
impediti inexplicabiles erant.nam ubi ſcri
bendū eſt laudent̄ proauis, legebatur lau/
dantur proaui.nos ita caſtigauimus.ut di/
cant aliæ q̄ carent laudibus animi lauden/
tur a bonis externis & fortunæ ut a nobili
tate maiorū aut a forma.tu uero Priſcilla
laudaberis a me a moribus & bonis ai . q̄
una uera laus ē. Bonis morum.i.uirtutis.
Potentes falſo:in pretio falſis laudibus.
Egent ueræ laudis:carēt laude uirtutis.
Species fœlix:egregia forma. Ex te:a tua
uirtute. Maior honos:maior fama q̄ uel
formæ uel nobilitatis. Fraternus aduker:
Thyeſtes Nota hiſtoria ex tragœdia.nā Thyeſtes me
Merope ropē Atrei fratris uxorē pretio corruptam
Tantalus cōpreſſit ſuſcepitq; eo cōcubitu Tantalum
quē ſibi appoſuit atreus. Melius:dii inqt
melius fecerunt q; nō in aduerſis ſed in ſe/
cundis fidē tuā in uirum ꝓbaſti. Ambit
latus:luſtrat oculis omnē partē.Mar.prin/
cipis eſt uirtus maxima noſſe ſuos. Iuba/
tis hūeris:fortiſſimis a iubatis leōibus epi/
theton.nam leonū generoſitas iuba ſpecta
tur ut ait Pli.primuſq; ſylla centū iubatoꝝ
pugnā edidit in ꝑtura. Magnū late: deſcri
bit munus abaſcantii. Laurus ab arcto:a
ſeptētrionē ut fuit laurus Sarmatica de q̄
Euphra/tes ante eſt dictū. Vagus euphrates:ex maio/
re fundit̄ armenia. ortū habet ſupra ziza/
ma ſub radicibus montis quē accolæ cabo
tē nomināt ſcythiæ proximū hic receptis
aliquot in ſe amnibus in meſopotamiam
labit̄ per ſeleutiā circa quā infundit̄. Tigri
præfluēte dexteriore alueo Babylonem pe
tit quā ꝑmeat mox in paludes diſtrahit̄.In
creſcit nili mō æſtatis diebus. meſopota/
miā inundat ſole obtinēte uigeſimā partē
cācri.minui incipit uirginē & leonē tranſ/
greſſo.in totū remeat uigeſima parte uirgi
Iſter nis. Binominis Iſtri: eodē epitheto uſus
ſylius nā iſter ex mōte arnobe i germāia or
tus imēſo aquaꝝ auctu per multas regio
Danubi/us nes defert̄ appellaturq; Danubius cū Iſtriā
attigit Iſter dicit̄.lx.amnibus receptis ſeptē
hoſtiis in mare erūpit.ut Ephorus tradit
quinq; tantū. E gurgite refluo:nā oceāus
britānicus refluus ē.& reciprocat æſtu atq;
ut ait Pytheas maſſilēſis octogenis cubitis
ſupra Britānia oceāus itumeſcit.In thules
tamen hiſtoria Stra.putat mentitū eē Py/
theā.Cuius teſtimonio Pli.nihilomius uti
tur. Oia:habet inqt curā Abaſcantius ar/
morum q̄ recōdita ſunt i armamētario di
ſtribuendoꝝ militibus exeuntibus in expe
ditionē.& eoꝝ inſtaurandoꝝ. Frondes.ſ.
lauri. Iam laceras:uetuſtate.Pli.de lauro.
Romāis præcipue letitiæ uictoriarūq; nū
cia addit̄ lr̄is.& militū lāceis Piliſq;. Mul/
ta lācea:lanceas ætoli inuenerūt. Fumoſa
penna:uetuſtate.Nam ſagittis & lanceis pē
næ addebantur. uolucre inquit Plinius fecimus ferrum ut citius mors ad hominem perueniret.

Vlmus amat:miſcetq; uenus.ditemq; precatur
Autumnum:& caris gaudet redimita racemis
Laudentur proauis:ſeu pulchro munere formæ
Quæ morum caruere bonis.falſoq; potentes
Laudis egent ueræ.tibi quanquam & origo niteret
Et fœlix ſpecies.multumq; optanda maritis.
Et te maior honos.unum nouiſſe cubile
Vnum ſecretis agitare ſub oſſibus ignem
Illum nec phrygius uitiaſſet raptor amorem
Dulichii ue proci.nec qui fraternus adulter
Caſta myceneo connubia polluit auro.
Si babylonis opes lydæ ſi pondera gazæ
Indorumq; dare.ſerumq;.arabumq; potentes
Diuitias mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori:uitamq; rependere famæ
Nec frons triſte rigēs nimiuſq; in moribus horror
Sed ſimplex hilariſq; fides.& mixta pudori
Gratia.quod ſi anceps metus ad maiora uocaſſet
Illa uel armiferas pro coniuge læta cateruas
Fulmineoſq; ignes.mediiq; pericula ponti
Exciperet melius.quod non aduerſa probarunt
Quæ tibi cura tori.quantus pro coniuge pallor.
Sed melior uia dextros tua uota marito
Promeruere deos.dum nocte dieq; fatigas
Numina dum cunctis ſupplex aduolueris aris
Et mitem genium domini præſentis adoras.
Audita es.uenitq; gradu fortuna benigno
Vidit quippe pii iuuenis.uanamq; quietem
Intactamq; fidem.ſuccinctaq; pectora curis.
Et uigiles ſenſus.& digna euoluere tantas
Sobria corda uices.uidit qui cuncta ſuorum
Nouit.& inſpectis ambit latus omne miniſtris
Nec mirum:uidet ille ortus:obituſq;:quid arctos
Quid boreas hibernus agat:ferriq; togæq;
Conſilia.atq; ipſam mentem probat.ille iubatis
Molem immēſam humeris:& uix tractabile tēpus
Impoſuit:nec enim numeroſior altera ſacra
Cura domo magnum late dimittere in orbem
Romulei mandata ducis:uireſq; modoſq;
Imperii tractare manu:quæ laurus ab arcto:
Quid uagus euphrates:quid ripa binominis iſtri
Quid rheni uexilla ferāt.quantum ultimus orbis
Ceſſet:& e refluo circunſona gurgite thulæ
Omnia iam laceras pila attollentia frōdes
Multaq; fumoſa ſignatur lancea penna

Præterea fidos dominus ſi diuidat enſes
Pandere:quis centum ualeat frenare maniplos
Intermiſſus eques.quis præcipiſſe cohorti:
Q uem deceat clari præſtantior ordo tribuni
Q uis nam frenigeræ ſignum dare dignior alae:
Mille prænoſſe uices.an merſerit agros
Nilus.an imbrifero libyæ ſudauerit auſtro
Cunctaq; ſi numerem:non plura interprete uirga
Nunciat: e celſis ales tegeaticus aſtris
Q uæq; cadit liquidas iunonia uirgo per auras
Et picturato pluuium ligat aera gyro:
Q uæq; tuas laurus uolucri germanice curſu
Fama uehit prægreſſa diem.tardumq; ſub aſtris
Arcada.& in medio linquit thaumantia cælo.
Q ualem te ſuperi priſcilla.hominesq; benigno
Aſpexere die.cum primum ingentibus actis
Admotus coniunx.uiciſti gaudia cœnæ
Ipſius effuſo dum pectora prona ſacratos
Ante pedes auide domini tam magna mœrentis
Volueris:aonio non ſic in uertice gaudet
Q uem pater arcani præfecit hiatibus antri
Delius.aut primi cui ius uenerabile thyrſi
Bacchus.& attonitæ tribuit uexilla cateruæ
Non tamen hic cunctata quies.probitas ue ſecũdis
Intumuit tenor idem animo. moreſq; modeſti
Fortuna creſcente manent.fouet anxia curas
Coniugis hortatuſq; ſimul flectitq; labores
Ipſa dapes modicas:& ſobria pocula tradit
Exemplumq; ab herile monet:uelut appula cõiũx
Agrigolæ parci.uel ſole infecta ſabino
Q uæ uidet emeriti iam proſpectantibus aſtris
Tempus adeſſe uiri:propere menſaſq; toroſq;
Inſtruit expectatq; ſonum redeuntis aratri
(Parua loquor)tecum gelidas comes illa p arctos
Sarmaticaſq; hieme Iſtrumq; & pallida rheni
Frigora:tecum omnis animo durata per æſtus
Et ſi caſtra darent:uellet geſtare pharetras
Vellet amazonia latus intercludere pelta
Dum te puluerea bellorum nube uideret
Cæſarei prope fulmen equi:diuinaq; tela
Vibrantẽ & magnæ ſparſum ſudoribus haſtæ:
Hactenus alma chelis:tempus nunc ponere frõdes
Phœbe tuas:mœſtaq; comã damnare cupreſſo

Præterea:eſt præterea inquit cura Abaſcantii pandere & monere imperatorem. cum ordines militares diſtribuit. Quis ſit idoneus centurio.quis idoneus præfectus cohortis Aut tribunus militum.Aut equitum magiſter. Quæq; tuas laurus. nam cum Domitianus.L.Antoniũ bellum mouẽtem in ſuperiore germania oppreſſiſſet. ipſo quo dimicatum eſt die:ſtatuã imperatoris Romæ aquila circumplexa pẽnis clãgores lætiſſimos edidit Pauloque poſt rumore quodam adeo uulgatum ẽ Antoniũ occiſum eſſe ut plæriq; caput eius apportatum quoq; contenderent. Hæc inquit Papinius. Fama quæ ſolet eſſe nuncia rerum Domitiani nõ uelocius nunciat res nouas ex toto orbe q̃ Abaſcantius. de eadẽ fama Martialis. Certus abeſt auctor ſed uox hoc nũciat omnis. Credo tibi uerum dicere fama ſoles. Prægreſſa diem:nam ante primas tenebras & nondum toto die abſoluto fama ex germania uſq; ſolet nunciare uictoriam. Vertice aonio:parnaſi nã Aoneſ populi eum tenuerunt ut ſcribit Stra. Nõ ſic:nõ ſic inquit lætari ſoletis qui princeps ſacerdotũ diligitur uel a phœbo uel a Baccho ut abaſcantius gauiſus eſt eo munere ab imperatore ſibi delegato. quibus ex uerbis ſuſpicor Abaſcantium principem ſcribarum fuiſſe ad negocia arcana imperatoris & eũdem eſſe quem appellat Martialis cognomine ſextum. O cui naſcentes domi cognoſcere curas. & ſecreta ducis pectora noſſe licet. Hiatibus ſa.an. nam delphis erat antrum unde ſpiritus emittebat. quo ſacerdotes furentes reddebantur & prædicedant futura. Plinius alibi. fatidici ſpecus quorũ exhalatione temulenti futura p̃cinũt ut delphis nobiliſſimo oraculo. Cuius uenerabile primi thyrſi.i. cui bacchus tribuit ius & principatum ſuorum ſacerdotum Incredibile eſt Auguſtine quantis ambagibus ſollicitum me circunduxerit hæc una menda. nam in omnibus codicibus ita legebatur primi cuius uenerabile thyrſi. ſed ut puto cui ius legendum eſt eo ſenſu quem explicauimus. Monet ad exẽplum herile: hortatur Priſcilla maritum ut cœnet parce ueluti faciebat Domitiãus eius herus & dominus. Nam ut ex Tranquillo diſcimus ille prandebat ad ſatietatem:nec ferme unquam ſupra cœnam aliquid ſumebat præter Martianum malũ. Et modicam in ampulla potiunculam.

Delphicum antrum

Viri emeriti:defuncti labore totius diei.

Si caſtra darent:ſi lex militiæ permitteret. Nam non licebat mulieri caſtra ingredi. Inde. illa indignatio Virgiliana. ſeqturq; nephas ægyptia coniunx. Idem innuit Propertius:& Titus Mutius damnatus ẽ:quoniam uxor Caluiſii Sabini mala cupidine uiſendi ſitum caſtrorum habitu militari ingreſſa eſt ſtuprumque cum eo commiſit. Mœſta cupreſſo:Nũc eſt tp̃s ſumere ſerta comis meis ex cupreſſo. Dãnata:q̃ dicata ẽ Plutõi cũ ſim tẽperaturus carmẽ funebre & Plutoniũ Pli. Cupreſſus Diti ſacra & ideo funebri ſigno ad domos poſita.

Cupreſſus

Carpitur:ego puto phthyſi comſumptã eſſe priſcillam. Fulmina lethes incorrupta:quæ nulla reflecti aut corrumpi poſſunt. Barathrũ Barathro:græci locum profundum ita appellãt. Vnde emergi nõ poſſit:Quod Feſtus quoque apud nos interpretatus eſt. Baratrum item locus erat in ægypto circa Peluſium paluſtre & cœnoſum. quod a profunda obſcuritate ita appellarũt. Horror: Nam oculi morientium horrent & rigent immoti ut Cornelius celſus etiam Genæ tradit. Genas:antiqui dixerunt quas nũc malas appellarunt a rotunditate. lege.xii. tabularum eas radi:ideſt lacerari a fœminis prohibentium.eſt enim pudoris ſedes.

Potiora longa ſenecta:nam uidi plura & lætiora q̃q̃uis alia quæ ad extremam ſenectã perueniſſet. Saluo ordie:ſcilicet naturæ nã cum eẽm ſenior debui mori ante te.

Q uis nam impacata cum ſanguinitate ligauit
Fortunam inuidiamq; deus: quis iuſſit iniquas
Aeternum bellare deas:nullam ne notauit
Illa domum:toruo quam non hæc lumine figat
Protinus.& ſæua perturbat gaudia dextra
Florebant hilares inconcuſſiq; penates
Nil mœſtum:quid enim quãuis infida leuiſq;
Cæſare tam dextro poſſet fortuna timeri:
Inuenere uiam liuentia fata:piumq;
Intrauit ius ſæua larem.ſic plena maligno
Afflantur iumenta noto:ſic alta ſeneſcit
Imbre ſeges nimio:rapide ſic obuia puppi
Inuidet:& uelis adnubilat aura ſecundis
Carpitur eximium fato priſcilla decorem
Q ualiter alta comam ſyluarum gloria pinus
Seu iouis igne malo:ſeu iam radice ſoluta
Deficit.& nulli ſpoliata remurmurat aure
Q uid ꝓbitas aut caſta fides. quid numina ꝓſunt
Culta deum.furuæ miſeram circum undiq; læti
Vallauere plagæ.tenuantur dura ſororum
Litia.& exacti ſuperſt pars ultima fili
Nil famuli coetus nil ars operoſa medentum
Auxiliata malis.comites tamen undiq; ficto
Spem ſimulant uultu.flentem notat illa maritum
Ille modo infernæ ne quicquid flumina lethes
Incorrupta rogat.nunc anxius omnibus aris
Illachrymat.ſignatq; fores.& pectore terget
Lumina.nunc magni uocat exorabile numen
Cæſaris:heu durus fati tenor.eſt ne quod illi
Non liceat.quam te poterant mortalibus annis
Acceſſiſſe moræ.ſi tu pater omne teneres
Arbitrium:cæco gemeret mors cluſa barathro
Longius & uacuæ poſuiſſent ſtamina parcæ
Iamq; cadunt uultus:oculiſq; nouiſſimus horror:
Obtuſæq; aures.niſi cum uox ſola mariti
Noſcitur:illum unum media de morte reuerſa
Mens uidet:illum aegris circundat fortiter ulnis
Immotas obuerſa genas:nec ſole ſupremo
Lumina:ſed dulci mauult ſatiare marito
Tunc ſi unanimem moriens ſolatur amantem
Pars animæ uictura meæ:(cui linquere poſſim
O utinam quos dura mihi rapit atropos annos)
Parce precor lachrymis:ſæuo nec concute planctu
Pectora:nec crucia fugientem coniugis umbram
Liquo equidẽ thalamos( ſaluo tamẽ ordine)mœſtos
Q uod prior exegi longa potiora ſenecta

Tempora:uidi omni te pridem in flore nitentem
Vidi alte propius.propiuſq; accedere dextræ
Non in te fatis:non iam cæleſtibus ullis
Arbitrium:mecum iſta fero:tu limite cœpto
Tende libens:ſacrumq; latus geniumq; potentem
Irrequietus ama:nunc quod cupis ipſe uideri
De capitolino æternum ſedibus aurum
Quo niteat ſacri centeno pondere uultus
Cæſaris.& propriæ ſignet cultricis amorem.
Sic ego nec furias nec deteriora uidebo
Tartara.& elyſias fœlix admittar ad oras
Hæc dicit labens.ſocioſq; amplectitur arctus
Hærentemq; animam non triſtis in ora mariti
Tranſtulit.& cara preſſit ſua lumina dextra.
At iuuenis magno flammatus pectora luctu
Nunc implet ſæuo uiduos clamore penatis
Nunc ferrum laxare cupit:nunc ardua tendit
In loca.uix retinent comites.nunc ore ligato
Incubat amiſſæ.merſumq; in corde dolorem
Sæuus agit.qualis conſpecta coniuge ſegnis
Odryſius uates poſitis ad ſtrymona plectris
Obſtupuit:triſtemq; rogum ſine carmine fleuit
Ille etiam recte rupiſſet tempora uitæ.
Ne tu tartareum cahos incomitata ſubires
Sed prohibet mens fida duci.mirandaq; ſacris
Imperiis:& maior amor.quis carmine digno
Exequias.& dona malæ feralia pompæ
Perlegat:omne illic ſtipatum ex anime longo
Ver arabum: cilicumq; fluit:floreſq; ſabæi.
Indorumq; arſura ſeges:præreptaq; templis
Thura.paleſtini ſimul hebræiq; liquores
Coritiæq; comæ.cynireiaq; germina.& altis
Ipſa toris ſerum.tyrioq; umbrata recumbit
Tegmine.ſed toto ſpectatur in agmine coniunx
Solus in hunc magnæ flectuntur lumina romæ
Ceu iuuenes natos ſuprema ad buſta ferentem
Is dolor in uultu tantum crineſq; genæq;
Noctis habent.illam tranquillo fine ſolutam
Fœlicemq; uocant.lachrymas fudere marito
Eſt locus ante urbem.qua primum naſcitur ingens Eſt locus ante urbẽ Priſcilla hæc eodẽ loco rep/ta eſt inte gra cũ hiſ aromatis tẽpore xy ſti pontifi cis quarti
Appia:quaq; italo gemitus almone cybelle
Ponit.& idæos iam non reminiſcitur amnes
Hic te ſidonio uelatam molliter oſtro
Eximius coniunx(nec enim fumantia buſta
Clamoremq; rogi potuit perferre) beato
Compoſuit priſcilla toro:(nil longior ætas

Quod cupis uideri: quam ſtatuam pa/ras ſpectandam Domitiani ſtatuæ in Ca/pitolio erigebantur . quas aureas tantum eſſe permittebat & centeni ponderis ita.n. emendanda eſt dictio apud Tranquillum ubi mendoſe ſcriptum eſt . Non niſi certi ponderis. pro centeni ponderis quod uel ex hoc uerſu agnoſcas. Quo niteant ſacri centeno pōdere uultus. Cæſaris & ſignet: etiam notet epigrammate:nam petit Pri/ſcilla ut cum inſcribet Abaſcanteus ſtatuæ quam erat erecturus Domitiano a quo ſit poſita:ſuum addat nomen. Sic ego:cum hoc feceras. Ad oras elyſias:accipient me in eliſiis cum ſciēt eſſe cultricem Domitia/ni. Eurydice:Orphei uxor nota fabula fu it item Eurydice Clymeni filia uxor Ne/ſtoris quæ ei peperit ſeptem filios & unicā (Eurydice) filiā deniq; eurydice:de qua hæc Phœreci/des ſcribit ακρίσιοσ γαμει ευρδικην την λακεδα μονοσ των δεγίνεται δαναή χρωμενω περι αρσενοσ παιδοσ εχρήσε νο θεοσ.Et Eurydice mater Hemonis qui ad tumulum Antigones ſe necauit ut ſcri/bit Appolodorus. Prærepta :templiſque ſunt diſtinata templis ſed illic etiam com/burebantur. Comæ coritiæ:ideſt crocus qui habet herbam inſtar capillorum.Plini us uſus eius in coronis nuſq̃ herba enim ē folio anguſto pene in capillamenti modū.

Fudere marito:miſerātes eum in tanto. dolore. Ponit gemitus: nam ſacerdotes Cybelles geſtantes deæ ſtatuā & digladian tes inter ſe furore ad Almonem:uſq; fluui uium progrediebantur extra portam Ca/penam ita repræſentantes deæ luctum cū fleuit Atyn illicque locis cultris & depoſi/to furore ad templum redibāt.deponit igi tur illic gemitus Cybelle.quoniam eius ſa cerdotes cum illuc peruenerūt lachrymas & furorem ponunt. Nō reminiſcitur am nes:ideos.Gallum ſcilicet fluuium ſuum & Sangarim.

Circunſtant famuli:cum fiunt lectiſter
nia diis tibi quoque ut cæteris numinibus
ſeruiunt famuli Priſcilla. Alio cælo:in té/
plo quod aliud cælum eſt.

Domitius Auguſtino.

Criſpius CRiſpinus Vectii Bolani filius
ſextumdecimum natus an/
num in militiam aſcriptus é
a Domitiano nobilitate rerũ
a patre geſtarum florentiſſi/
mus.nam ille comes Domitii Corbulonis
Armeniam Neroni pacauit. Criſpinus re/
lictus eum fratre tentatus eſt a matre po/
culo uenenato.quo crimine mulieré dam
nauit Imperator:nunc autem iuuenis ſece
debat in agrum tarquinienſem etruriæ.ab
euntem proſequitur carmie Papinius.hor
taturq; ad æmulationem uirtutis paternæ
Denique prædicit futuros militiæ hono/
res. Saltus tageni:agrum tarquinienſem
intelligit:nam in etruria in agro tarquinié
ſi ſulco ab aratore altius ĩpreſſo Tages pue
Tages rili ſpecie extitit.cœpitq; affari aratorem.Il
le uero terrore concuſſus clamans tota cõ/
ciuit etruriam.quæ uno conuentu Tagem
loquentem audiuit. ſermo autem fuit ex/
ceptus & ſcriptus libris etruſcorum habi/
tuſq; é pro aruſpicina. ide enim aruſpicina
ſumpſit artem & initium hæc ex diuinati/
one Ci.& Dionyſii hiſtoria. Veluntur:la/
cerãtur corporis tamen é uelli & uellicari.
Nec longa eſt mora:nec longum eſt iter.

Carpere:nil æui poterunt uitiare labores)
Siccatam membris? tantas uenerabile marmur
Sæpit opes:mox in uarias mutata nouaris
Effigies.hoc ære ceres:hoc lucida gnoſcis
Illo maria tholo uenus hoc non improba ſaxo
Accipiunt:uultus aut indignata decoros
Numina circunſtãt famuli conſuetaq; turba
Obſequiis.tum rite tori menſæq; parantur
Aſſidue:domus iſta domus:quis triſte ſepulchrum
Dixerit:hac merito uiſa pietate mariti:
Protinus exclames:eſt hic agnoſco miniſter
Illius:æterne modo qui ſacraria genti
Condidit:atq; alio poſuit ſua ſydera cælo
Sic ubi magna nouum phario de littore puppis
Soluit iter.iamq; innumeros utrinque rudentes
Lataq; uelliferi porrexit brachia mali.
Inuaſitq; uias:in eodem anguſta phaſelus
Aequore.& imenſi partem ſibi uendicat auſtri:
Quid nũc immodicos iuuenum lectiſſime fletus
Corde foues:longumq; uetas exire dolorem
Nempe times.ne cerbereos priſcilla tremiſcat
Latratus.tacet ille piis ne tardior adſit
Nauita.proturbetq; uadis.uehit ille mœrentes
Protinus.& manes placidus locat hoſpite cymba
Præterea ſi quando pio laudata marito
Vmbra uenit:iubet ire faces proſerpina lætas
Egreſſaſq; ſacris ueteres heroidas antris
Lumine purpureo triſtes aperire tenebras
Sertaq; & eliſios animæ proſternere flores
Sic manes priſcilla ſubit.ubi ſupplice dextra
Pro te fata rogat.reges tibi triſtis auerni
Placat.ut expletis humani finibus æui
Placantem terras dominum iuuenemq; relinquas
Ipſe ſenex.certe iurant inuota ſorores.

Protrepticon ad Criſpinum.

RVra meus tyrrhéa petit.ſaltuſq; tagéi
Criſpinus. nec lõga mora eſt.aut auia
tellus
Et mea ſecreto uellũt pectora morſu
Hudaq; turgẽtesĩpellunt lũina guttas
Ceu ſuper ægeas hyemes abeuntis amici
Vela ſequar ſpectemq; ratem iam feſſus ab altis
Rupibus.atq; oculis longoq; aere uinci
Quid ſi militiæ iam puer inclyte primæ
Clara rudimenta & caſtrorum dulce uocaret
Auſpicium.quanto manarent gaudia fletu
Quos uedaré amplexus etiã ne optanda ꝓpinq

Trabe & remis:Hoc dicit in inuidiá alterius Criſpini qui ex ægypto aduectus piſcator imperatoris in/ Criſpius
dulgentia equeſtribus in ſignibus donatus ad dignitaté ſenatoriam ꝓceſſerat.Tu inquit nō pulſaſti fores
ſenatus:ideſt nō fuiſti aſcitus in ſenatum aduectus piſcator ut alter Cri.de quo hiſtoriā tradidimus apud
Iuuenalē. Trabe & remis:ita legendū puto médoſi codices ita ſcripti ſunt.Trabeaqꝫ remi nullo ſenſu:nā
aperta illuſio eſt ut diximus alterius Criſpini q ciba & remo quo uſus fuerat piſcator fores ſenatus pulſaſ
ſe uideť intra quas fuerat admiſſus. Sanguineť mali:filius alicuius militis:ex turma. Aut clauo paupe:

Triſtia ut octonos bis iam tibi circuit orbes
Vita.ſed anguſtis animus robuſtior annis
Succumbitqꝫ oneri.& mentem ſua non capit ætas
Nec mirum.non te ſeries inhonora parentum
Obſcurum proauis.& priſcæ lucis egentem
Plæbeia de ſtirpe tulit.non ſanguine cretus
Turmali.trabe & remis.& paupere clauo
Auguſtam ſedem.& latii penetrale ſenatus
Aduena pulſaſti.ſed præcedente tuorum
Agmine.romulei qualis per iugera circi
Cum pulcher uiſu titulis generoſſus auitis
Expectatur equus.cuius de ſtemmate longo
Fœlix demeritos habet admiſſura parentes
Illum omnes acuunt plauſu.illum ipſe uolantem
Puluis:& incuruæ gaudent agnoſcere metæ
Sic te care puer.genitum te curia ſenſit
Primaqꝫ patritia clauſit ueſtigia luna.
Mox tyrios ex more ſinus.tunicamqꝫ potentem
Agnouere humeri.ſed enim tibi magna parabat
Ad titulos exempla pater:quippe ille iuuentam
Protinus ingrediens pharetratum inuaſit araxem
Belliger.indocilemqꝫ fero ſeruire neroni
Armenam.rigidi ſummam mauortis agebat
Corbulo.ſed comitem belli ſociumqꝫ laborum
Ille quoqꝫ egregiis multum miratus in armis
Bolanum.atqꝫ illi curarum aſperrima ſuetus
Credere:partiriqꝫ metus:quod tempus amicum
Fraudibus:extorto quæ nam bona tempora bello
Quæ ſuſcepta fides:aut ut quæ fuga uere ferocis
Armenii:bolanus iter prænoſſe timendum
Bolanus tutis iuga quærere commoda caſtris
Metarii bolanus agros.aperire malignas

ideſt filius alicuius militis manipularis:nā
caligæ habitus ſunt manipularum hæ au/
tē clauis figebātur.ūde claui caligarii a Pli/ Claui ca/ligarii
nio dicūtur & nos illic expoſuimus offēde
re tot milia clauorū. Admiſſura: equoꝝ Admiſſura
coitus ē cum prægnantes fiunt eque & eq
admiſſarii dicūtur.Varro in re ruſtica:Nec Admiſſarii
ſolum mares quos admiſſarios habeo.Ali
bi equos ad admiſſurá quos uelit habere
legere oportet amplo corpore formoſos.

Primaqꝫ lunatis calceis.i.habentibus ſpe/ Lūati calcei
cié mediæ lunæ utebātur nobiles uel ꝙ id
eēt inditium aīas aliquâdo habitaturas in
circulo lunæ qđ nōnulli putarūt ut caſtor
tradit.uel quod inditiū eſſe fragilitatis hu/
manæ uel ꝙ ſit parēdū magiſtratibus quē
admodū lūa ſubſeqtur ſplendorē ſolis &
īde lucet ut i cōmētariis Iuue. recitauimus
ex qōnibus Plutarchi uel ꝙ archades qui
ſe a luna oriundos dicebát talibus utarētur
calceis. quos imittabát Romani qui ſe ab
Euādro arcade oriūdos arbitrabanť. lege ī
cōmētariis noſtris Iuue.quod dictauimus
eo loco & ligulā dimitteř. Illum oēs : idē
Sylius hos accēdit nobile nomē ātiqui ſta/
buli: ſūt quos ſpes grata fatiget. Corbulo Corbulo

Armēia cū ſub Thyridate rege a Nerone
deficeret:p Domitiū corbulonē in ditionē
uenit tacitus:læti ꝙ Domitiū corbulonem
retinēdæ armeniæ præpoſuerat:Arrius ua Arrius uarus
rus præfectus fuit cohortis ſub Domitio.
petus corbulōi ſucceſſit iterū Corbulo ſuc
ceſſit Peto.Tacitus.& Corbulo militū atqꝫ
hoſtiū tot p annos gnarus gerēde rei præfi
ciť. Tiberius Alexander miniſter ei bello
datus ē Viuiāus itē Annius corbulonis ge/
ner qnte legiōi præpoſitus legatus comes.
item fuit Vectius bolāus fuit temporibus
Octauii cuius loquacitatem iſectetur Ho/
ratius corbulonis meminimus apud Iuue
nalem & alterius Vecti tandem thyrida/
tem Romam perductum Nero ī ludis ac/
cepit ut eſt apud Trāquillum. Amicum:
aptum. Quæ ſuſcepta fides:quid eſſet cre
dendum. Fuga uera:ſimulabant enim ſæ
pe armenii fugere cum tamē in inſidias ducerēt & laceſſerēt ſagittis ſed hic nouerat quādo uere fugiebāt

Metari agros caſtris:ideſt caſtramētari.implere.implebat mentē ducis & ſatiſfaciebat maximis aīs cor/
bulōis ſic phryges.Iaſō cū.xviii.nauibus ad troiā nauigauit comite Hercule uicitqꝫ Laomedontē ut ut ro Iaſon
Homerus tradit Hercules illac nauigauit quoniam cum liberaſſet Eſionem filiā Laomedontis expoſitā Laomedon
monſtro pater equos quos promiſerat & puellam non dabat gubernator nauis fuit Oicleus filius Am/
phiari.miſit legatos ex littore Oicleum & Thelamonem ad laomedontem utrunque detruſit in carcerē
Laomedon.Priamus laomedontis filius patri conſuluit:ut ſeruaret promiſſa. quod cum negaret duos Priamus
enſes attulit Telamoni qui effracto carcere ad littus ad Herculem accurrit.iniuriamque narrauit:exarſit
bellum.occubuit Oicleus:Telamon primus muros aſcendit.propterea poſt uictoriam ab Hercule co/ Oicleus
ronatus eſt & donatus Eſione puella.quamuis inquit Papinius Hercules illic pugnaret.tamē phryges etiā Telamō
timebant. Telamonem ita & hoſtes non ſolum Corbulonem ſed etiam Bolanum timebant. Hercules

Area nemæa:pellem leonis nemæi intelligit qua indutus erat Hercules.ita enim emendandum cenſueri quamuis mendoſe in omnibus codicibus legatur. Vectita uiderent arma:nam quod ſequitur noſtrā confirmat ſententiam Cleoneoſque acies impelleret artus. Feſſo hiperiōe:ubi ſol ē occiduus. Albenti:amictu. Puram togā intelligit quæ initio iuuētæ dabatur quod cum ex aliis monumentis:tum ex Ciceronis uerbis agnoſcas ubi ait ſe cogitaſſe de toga pura tradenda Ciceroni filio. Sibi dicere legem:Sunt tibi mores qui ſciunt tibi præſcribere rectæ uitæ legem ſine monitore. Confine luxuriæ:ſplendor uitæ citra fines luxuriæ. Ante luxuque carentes deſitiæ. Diſpenſata:quam pro iure ſuo unicuique tuorum domeſticorum diſtribuis

Admonuit fortuna : nā iniquis fatis mater parauerat uenenum Criſpino.qua in re dedit ei ueniam filius.ſed tamen affectam ſupplicio ab imperatore.fortuna igitur aduerſa effecit ut matri tuæ ueniam te dare oportuerit.quoniam ſcilicet in te peccauit.

Infeſtare iuuat : uolo īquit uexare umbrā matris tuæ & merita imprecatione pacem illi aufferre. Flenctētē iuſtis: Qui flecteris iuſtis maternis. Nec primo ī limīe: Quiſquis deus inquit nos curat. Et conatus ſcelerū non reprimit uidetur excitare ad ſcelus. Nec poſtera:o utinam non credāt poſteri ſcelus maternum.

Tot ueprum nemorumq; moras:tantamq; uerēdi
Mentem implere ducis:iuſſiſq; ingentibus unus
Sufficere:ipſa uirum norat iam barbara tellus
Ille ſecundus apex bellorum & proxima caſſis
Sic phryges attoniti:quanquam nemeea uiderent
Arma:cleoneoſq; acies impelleret arctus
Pugnante Alcide:tamen & Telamona timebant
Diſce puer:nec enim externo monitore petendus
Virtutis tibi pulcher amor:cognata miniſtret
Laus animo.aliis decii reduciſq; Camilli
Monſtrentur.tu diſce patrem:quantuſq; natantē
Fluctibus occiduis feſſoq; hiperione thulen
Intrauit mandata gerens:quantuſq; potentes
Mille urbes aſiæ ſortito rexerit anno
Imperium mulcente toga. tibi talia pronis
Auribus:hæc certent tibi conciliare propinqui
Hæc iterent comites præcepta.ſeneſq; paterni
Iamq; alio moliris iter:nec deſide paſſu
Ire paras nondum ualidæ tibi ſigna iuuentæ
Irrepſere genis & adhuc decor integer æui
Nec genitor iuxta fatis nāq; hauſtus iniquis
Occidit:heu geminam prolē ſine præſine linquēs
Nec ſaltem teneris oſtrum puerile lacertis
Exuit albētiq; humeros induxit amictu
Q uem nō corrumpit pubes effrena :nouæq;
Libertas properata togæ ceu neſcia falcis
Sylua comas tollit : fructumq; expirat in umbras
At tibi pieriæ tenero ſub pectore curæ
Et pudor:& docti legem ſibi dicere mores
Tunc hilaris probitas: & frons tranquilla: nitorq;
Luxuriæ confine tenēs pietaſq; per omnes
Diſpenſata domos:æquæuo cedere fratri
Mirariq; patrem:miſeræq; ignoſcere matri
Admonuit fortuna domus:tibi ne illa nefanda
Pocula:lætaleſq; manu componere ſuccos
Eualuit: qui uoce potes præuertere morſus
Serpētum.atq; omnes uult placare nouercas
Infeſtare iuuat manes.meritoq; precatu
Pacem auferre rogis.ſed te puer optime cerno
Flectētem iuſtis:& talia dicta parentem
Parce precor cineri.fatum illud & ira nocentum
Parcarum crimenq; dei.mortalia quiſquis
Pectora ſero uidet.nec primo in limine ſiſtit
Conatus ſcelerum.atq; animos infanda paratos
Excitat illa die ſæuo.nec poſtera credant
Sæcula. nos certe taceamus & obruta multa

Nocte tegi propriæ patiamur crimina gentis
Exegit pœnas hominum cui cura ſuorum
Quo pietas auctore redit.terraſq; reuiſit
Quē timet oē nephas.ſatis hæc lachrymādaq; no
Vltio quin ſæuas utinam exorare liceret (bis
Eumenidas.timidæq; auertere cerberon umbræ
Immemoremq; tuis citius dare manibus amnem
Macte animo iuuenis(ſed creſcunt crimina matris
Nec tantum pietas.ſed protinus ardua uirtus
Affectata tibi.nuper cum forte ſodalis
Immeritæ falſo palleret criminæ famæ
Erigeretq; forum.ſuccintaq; iudice multo
Surgeret.& caſtum uibraret iulia fulmen
Tu quanquam non ante forum.legeſq; ſæueras
Paſſus ſed tacita ſtudiorum occultus in umbra
Defenſare metus.aduerſaq; tela ſubiſti
Pellere inermis adhuc.& tyro pauentis amici
Haud unquam tales aſpexit Romulus annos
Dardaniuſq; ſenes.medii bellare togata
Strage fori.ſtupuere patres tentamina tanta
Conatuſq; tuos.necte reus ipſe tenebat
Par uigor & membris promptæq; ad fortia uires
Sufficiunt animo: atq; figentia iuſſa ſequuntur
Ipſe ego te nuper tyberino in littore uidi
Qua tyrrhena uadis laurentibus æſtuat unda
Pendentem curſus uexantemq; ilia nuda
Calce ferocis equi.uultu dextraq; minantem
(Si qua fides dictis)ſtupui.armatumq; putaui.
Cæruleo ſic pulcher equo.troianaq; quaſſans
Tela.nouercales ibat uenator in agros
Aſcanius.miſeramq; patri flagrabat eliſam.
Troilus haud aliter gyro leuiore minantes
Eludebat equos:haud quem de turribus altis
Arcadas ogygio uexantem in puluere metas
Spectabant tyriæ non toruo lumine matres
Ergo age.nam magni ducis indulgentia pulſat
Certaq; dat uotis hilaris ueſtigia frater
Surge animo & fortes caſtrorum concipe curas
Monſtrabunt acies mauros:acteaq; uirgo
Flectet caſtor equos: humeris quater arma q̄rinus
Quis tibi tam tenero permiſit plaudere collo
Nubigeros clypeos:intactaq; cædibus arma
Quas nam igitur terras:quem cæſaris ibis in orbē
Arctoos ne amnes & rheni fracta natabis
Flumina? an æſtiferis libyæ ſudabis in aruis.
An iuga pannoniæ.mutatoreſq; domorum

Exegit pœnas:Domitianns inquit ſum
pſit pœnas de matre mea. Amnem imme
morem letheum: ut obliuiſcaris mater cō
miſſi ſceleris cuius conſcientia te cruciat.
Sed creſcūt crimina:interpellat laudes Cri/
ſpini.dum enim inquit te laudo maius cri
men matris fit. Nam quo tu præſtantior
es:eo illa oſtenditur ſæuior fuiſſe.quod po
tuerit parare uenenū. Famæ immeritæ:
Sodalis adulterii accantus fuerat.& lege Iu
lia damnandus erat.ſed Criſpinus eum de/
fendit magna eloquentia. Iulia lex uibra/ Lex Iulia
ret:aduerſus ſodalem accantum. Iulia lex
reuocata a Domitiano in adulteros de qua
in commentariis Iuuenalis diximus. Lex
item iulia ꝓhibebat munera accipi ab ho/
ſpite.eadem ſtatuit ſupplicium in uenefi/
cos & ſicarios. Inermis:nondū inſtructus
arte forenſi Aſcanius.Virgi.At puer aſcani
us mediis in uallibus acri.gaudet equo.

Ogygio:thebāo:Varro ī re ruſtica.The/
bæ ante Cataclyſmon Ogygis condite.
Ogygia uero inſula eſt quam tenuit Cali/ Ogygia
pſo in mari ionio lacinio ꝓmontorio pro
pinqua.alii in Africa putant e regione ſyr/
tium. Plini.auctor.eam deſcribit Home/
rus in odyſea.Calimacus uero repræhen/
ditur.q eam gaudium putat appellari.Par/ Partheno
thenopeum autem deſignat quem uexaſſe peius
metas Arcadas dixit.nā & ipē fuit Athalan
te Archadis filius. In puluer̄ ogygio:circa
mœnia thebana.nam ad thebas cum aliis
ducibus pugnauit formoſiſſimus ut ſcri/
bit Diodorus.Papinius in Thebaide. Pul/
chrior haud illi triſte ad diſcrimen ituro
frons fuit. Matres tyriæ:thebanæ oriun/
dæ a tyriis. Toruo lumine:nam capieban
tur illius forma q̄uis eſſent hoſtes. Clype/
os nubigeros.nam clypei tironum res nul
las pictas habebant: ſed tantum erat aeris
ſpecies in eis deſignata.Virgilius de tirone.
Parmaque inglorius alba.uel lege clypeos
nubigenum:ideſt ingentes quales geſtarūt
centauri nubigenæ.

Sauromatæ

Sarmatæ

Sauromatas: de ſauromatis apud Iuuenalem diximus. de his hic intelligit qui ſunt inter Bariſthenem & Iſtrum qui ſarmatæ lazyes dicuntur. conſtantq; magna ex parte ex nomadibus: ideſt more numidarum errantibus.

Iſtri oſtia

Iſter ſeptenus: ſeptem oſtiorum: ut ante eſt dictum alii ſex tradiderunt Narcuſtoma Calliſtoma Pſeudoſtoma Barioſtoma Spireoſtoma & Peucē.

Peuce

Peucen fabulæ finxerunt nupſiſſe iſtro a quo alluitur inſula nō procul ab oſtio peuce. An ſolymum cinerem: inemendati codices habent. An ſolidū cinerem. nos ſolymum emendamus. ſolymi populi Ciliciæ de quibus ante eſt dictum.

Solymi

Titus

hic Hieroſolymam intelligit captā a Tito fratre Domitiani ubi duodecim ictibus ſagittarum totidem propugnatores confecit adeptus uictoriam die natali filiæ ſuæ flaccus ſolymo migrantem puluere fratrem. Palmeta capta: nam & palmarū arbores & Balſami in primis iudæi ſuccidebant ne Romani potirentur. ſed populus Romanus publica cura cœpit eas arbores colere. Propterea ait Papinius. Idumes ponentis ſyluas fœlices non tibi ſed populo ſcilicet Romāo. Campos calidonios: britannicos. nā uectius & armeniam rexit & thulen ut ante ē dictū. Titulos: uides adhuc inſcriptiones reꝝ geſtarum & conditoꝝ ædificiorum a patre alterum titulū ædificiorū. ſ. adeptus eſt armis uacantibus & in pace. pendentia uero tæla ſpolia ſūt ꝗ rege britānio ex bello hoc rapuit. Vibrata: mēdoſe ī aliis codicibus ſcriptū eſt tributa: ſed tu lege uibrata: ut tu referas ad ſupiorē uerſū. hæc tæla dicauit. Quæſtus ſo. uel ſolita lucra. Nā Papi. exercitatiōe pœmatū uictū q̄rebat. idē illud iuue. Haud tamē iuideas uati: quē pulpita paſcūt: uel ſi ego cōq̄rar mortē Achillis recitando. Cuneos: ſpectatorū. Achilles: mea Achilleis. Melior: āplior & orātior.

Domitius Auguſtino.

Mira eſt poetæ in patrē mortuum pietas. nā cū aliæ ſyluæ ſubito & ex tpe: ut ipſe ait effuſæ ſint. hanc diu elaborauit: & uix tādē inſeruit quito uolumini. Quod facile agnoſcas carminis ſublimitate: & copia reꝝ. nā āplior ē q̄ ut uel ſubito calore efferuere potuerit: uel paucis diebus compræhendi. Sed qđ ad ſyluæ argumētū pertinet.

Statii pater

Pater ex epiro fuit. habuit ſellas patriam. Romæ docuit poeticen. Neapoli ciuitate donatus multos erudiuit: qui poſtea ſenatoria dignitate: aut equeſtri prouincias magiſtratu regebat. a duabus præſertim rebus illū laudat. quod & poetarum loca recondita aperiret luculentiſſime: & iuuenum mentes recte formaret ad uirtutem: umbram autem paternam primo inuocat.

Sauromatas quaties? an te ſeptenus habebit
Iſter? & umbroſo circunflua gurgite peuce
An ſolymum cinerem palmetaq; capta ſubibis
Non ſibi fœlices ſyluas ponentis idumes
Quod ſi te magno tellus frenata parenti
Accipiat: quantum ferus exultabit Araxes
Quanta calidonios attollet gloria campos
Cum tibi longæuus referet trucis incola terræ:
Hic ſuetus dare iura parens: hoc ceſpite turmas
Affari: nitidas ſpeculas: caſtellaq; longe
Aſpicis: ille dedit: cinxitq; hæc mœnia foſſa:
Belligeris hæc dona deis: hæc tela dicauit.
Cernis adhuc titulos. hunc ipſa uacantibus armis
Induit: hæc regi rapuit uibrata britanno.
Qualiter in teucros uictrici bella parentis
Ignotum pyrrho phœnix narrabat Achillem
Fœlix qui uiridi fidens optate iuuenta
Durabis quaſcunq; uias: ueniamq; ſub illis
Forſan & ipſe latus (ſic numina principis adſint)
Cinctus. & unanimi comes indefeſſus amici
Quo pilades ex more pius: quo dardana geſſit
Bella menœtiades: quippe hæc concordia uobis
Hic amor eſt. duretq; precor nos fortior ætas
Iam fugit. hinc uotis animum. precibuſq; iuuabo
Heu mihi. ſed quæſtus ſolitos ſi forte ciebo
Et mea romulei uenient ad carmina patres
Tu deeris criſpine mihi. cuneoſq; per omnes
Te meus abſentem circunſpectabit achilles
Sed uenies melior. uatum non irrita currunt
Omnia. quinq; aquilas. tibi nunc & caſtra recludit
Idem omnes perferre gradus. cingetq; ſuperbis
Faſcibus & patrias dabit inſediſſe curules
Sed quis ab excelſis troianæ collibus albæ
Vnde ſuæ iuxta proſpectat mœnia romæ
Proximus ille deus. fama uelocior intrat
Nuncius. atq; tuos intrat criſpine penatis
Dicebam certe. uatum non irrita currunt
Auguria. en ingens reſerat tibi limen honorum
Cæſar: & auſonii committit munia ferri.
Vade puer. tantiſq; enixus ſuffice donis.
Fœlix: qui magno iam nunc ſub præſide iuras
Cuiq; ſacer primum tradit germanicus enſem
Non minus hoc fortis q̄ ſi tibi panderet ipſe
Bellipotens aquilas. toruiq; induceret ora
Caſſide. uade alacer. maioraq; diſce mereri.

Epicedion in patrem.

IPſe malas uires & lamētabile carmen
Elyſio de fonte mihi.pulſuq; ſiniſtræ
Da genitor perdoctæ litæ.neq; enim antra moueri
Delia.nec ſolitā fas ē īpellere cyrrhā
Te ſine coritia quicquid modo phœbus in ūbra
Quicquid ab iſmaris monſtrabat collibus euhā.
Dedidici.fugere mei parnaſia crines
Vellera:funeſtamq; hederis irripere taxum
Extimui.trepidumq; nefas areſcere laurum
Certe ego.magnanimum qui fata attollere regum
Ibam altum ſpirans.martemq; æquare canendo
Quis ſterili mea corda ſitu.quis apolline merſo
Frigida damnatæ præduxit nubila menti
Stant circum attonitæ uatem.& nil dulce ſonantes
Nec digitis nec uoce deæ.dux ipſa ſilenti
Fulta caput cithara qualis poſt orphea raptum
Aſtitit hebre tibi.cernens iam ſurda ferarum
Agmina.& immotos ſublato carmine lucos.
At tu ſeu membris emiſſus in ardua tendens.
Fulgentiſq; plagas rerumq; elementa recenſes
Quis deus.unde ignes quæ ducat ſemita ſolem
Quæ minuat phœben. quæque integrare latentē
Cauſa queat.doctiq; modos extendis arati.
Seu tibi lethei ſecreto in gramine campi
Concilia heroum iuxta maneſq; beatos
Mœonium aſcreumq; ſenem.non ſegnior umbra
Accolis.alternumq; ſonas & carmina miſces
Da uocem magnam pater.ingeniumq; dolori
Nam me ter relegens cælo.terq; ora retexens
Luna uidet reſidem: nullaq; heliconide triſtes
Solantem curas.tuus ut mihi uultibus ignis
Irrubuit.cineremq; oculis humentibus auſi.
(Vilis honos ſtudiis )uix hæc mihi munera ſoluo
Primum animum.tacitiſq; ſitum depellere curis.
Nunc etiam hebetante manu.nunc lumine ſicco
Ordior.accliuis tumulo.quo molle quieſcis
Iugera noſtra tenens.ubi poſt æneia fata
Stellatus latus ingeſſit montibus albam
Aſcanius.phrygios dū pingues ſanguine campos
Odit.& infauſtæ regnum dotale nouercæ
Hic ego te(nam ſicanii non mitius halat
Aura croci.dites nec ſi tibi rara ſabæi
Cynnama odoratas nec arabs decerpſit ariſtas)
Inſerui cum laude loci.ſed carmine plango
Pierio.ſumas gemitus & uulnerā nāu

Malas uires:ideſt lachrymas. Te ſine:
pertinaci menda in omnibus codicibus re
peries.Deſine:ſed nos.Te ſine:legendū pu/
tamus:ut dicat ſibi fas nō eſſe carmē attige
re ſine patris fauore a quo doctus fuerat.
Coritia umbra: ideſt parnaſia.nam ī par/
naſo multa loca ſunt præcipua ſanctitate
ueneratione digna: e quibus coritium eſt Coritiū
nympharum antrum eodem quo ciliciū antrum
nomine.Plinius præterea ita deſcribit.The
bis:quæ corſicæ cognominate ſunt iuxta
heliconem. Taxum funeſtam:nam taxus Taxum
dira eſt.In hiſpania præcipue uenenum.&
ut Sectius tradit in archadia.ſiquis ſub ea
dormiat aut cibum capiat ſtatim morit.
unde nonnulli taxica hinc appellata dixe/
runt.quæ nunc toxica dicimus.quod Pli/ Toxica
nius quoq; docuit.ait Papinius ſe ea coro/
natū: deiectis hederis cum funebris ſit &
mœrenti conueniat. Certe ego: ſeipſum
excitat & erigit demiſſū animū ingēs. cer/
te ego ille ſū. Nil dulce ſonātes: inemēda
ti codices habēt ſonātē. Sublato carmīe:
ceſſante Orpheo:quem alii a mulieribus Orpheus
ciconum necatum dicūt.alii fulminatū ob
tradita myſteria.alii mortua uxore eurydi
ce extinctum ad auernum theſprotidis.au
ctor Pauſanias. Iſmariis collibus:parnaſis
nā iſmari ideſt thraces: muſis helicona cō Helycon
ſecrarunt.ut ſcribit Strabo & repetit Pau
ſanias.& antea dixit de baccho.illi pangea
reſultant.iſmaraq;.nam illic præcipue co/
lebatur.inde illa nata de lycurgo edono.ut
ut ad id etiā hoc referre poſſis. Arati: ara/ Aratus
tus:atenodori filius.& Dolitophiles ex ci
lia ſolos urbem habuit patriam natalē etiā
Criſippo Stoico & Philemoni poetæ co/
mico rationem aſtrorum ſcripſit carmine
quod extat. Extendis arati: exerces am/
plificas.Reſidem:ceſſantem a carmine ſtu
diis.dedecus inquit eſt litterarum:quod iā
tribus menſibus mihi etiam cupienti car/
men non ſuppeditarunt. Molle: moliter.
nam in prædio ſuo albano patrem ſepelie/
rat. Hic ego:ita coniuge.hic ego īſerui te:
ideſt ſepeliui te in Albano Cum laude loci
nam locus ſepultura tua nobilis eſt.quod
autem ſequitur.nam ſicanii per interpo/
ſitionem legendum uſq; ad Decerpſit Ari
ſtas.non eſſet tibi gratius ſi urerentur odo
ramenta rogis tuis:q̄ q; in noſtro agro ſe/
pultus es. Sicanii:nam crocum principa/
tum obtinet cilitium ex Corico.alterum Crocum
lycium ex olympo. Tertium centuripinū
ex Sicilia.nonnul'i ſecundum locum Phle
greo dederunt.Strabo ſiculi etiam memi/
nit:& nos in Iuuenalem repetimus.

Cyclopes

Scopulos cyclopum: in Sicilia uiſebant cyclopū antra eximiæ magnitudinis.ſepté fuerūt Licia accerſiti a præto ad Tirynthē urbem muniendam appellatiq; ſunt γαστεροχείρεσ:ideſt manibus uictum uentri quærentes.horum cognomina habent etiam ſpeluncæ ad naupliam.Idem turres primi erexerūt:ut Ariſtoteles putat, quod Teophraſtus tribuit phœnicibus. Sepulchri ſiculi.certamina ad tumulum Anchiſæ ī ſicilia nota carmina Virgiliano. Lucū nemees: ludos iſthmicos & nemeos.đ quibus ante diximus. Laudato:cum laudes tuas proponerem canendas. Præcinerem tanquam priſica. Maior aliis:ideſt iuſtior cauſa q̄ alii. Sed nec:ſed īquit nec naturæ uires mihi ſufficiūt ad lachrymas. Nec pietas ſe totam mihi conceſſit:ut eam declarem lugendo patrem. Mihi:ad dolorem meum perinde eſt ac ſi mortuus eſſes ī prima ætate. Marathonia uirgo:ab exemplo probat maiorem dolorem eē amittere patrem q̄ filium.nam erigone cum perueniſſet ad cadauer patris icarii: quem agreſtes interfecerant præ dolore laqueo ſe ſuſpendit.Mera canis interfecto domino ad erigonem domum uenerat:eamq; larratu & gemitu excitauit ut ſe ſequeretur : pduxitq; ad patrem puella mortua.canis quoq; ſpiritu ei parentauit.alii putāt puellam ſe deiecisse in puteum : quem Anygrum: ideſt ſine humore appellant.Andromache uero cuius filium Aſtianactem Vlyxes ex turri deiecit non modo præ dolore non ſe interfecit ut erigone amiſſo patre:ſed etiam ad ſecundas proceſſit nuptias. nā nupſit Pyrrho Achillis filio. Maior igitur dolor Erigones q̄ Andromaches fuit. Te: o Andromache. Volucres tyrrhene:ſirenes intelligit.quæ ut putat Pli. ſedem habuerunt in promontorio:iuxta ſurrētum maris Tyrrheni uolucres.ſupra hinc Leuis e ſcopulis meliora ad carmina ſiren Aduolat. Nota nimis uati:ideſt patri.non canam inqt hæc fabuloſa:quoniam pater nimis hæc nouit. Erat enim doctus & poeta. Silicem phrygium:dolorem Hecubes uerſe in ſaxum ē. Præterea lapis phrygius:cuius meminit Plinius. Buxo fida:quis inquit nō cecinit palladem abieciſſe tibiam quaſi dicat hæc oia fabuloſa ab aliis cantata ſunt in funeribus per comparationes uel ſimilitudines. Ego autem aliter patrem deflebo: atq; ita citat pietatem & iuſtitiam & poetas .Heroicos primum.tum lyricos & ſeptem ſapientes: deinde tragicos demum elegos.

Erigone

Mera

Andromache

Sirenes

Et lachrymas. rari quas nunquā habuere parentes
Atq; utinam fortuna mihi.dare manibus aras
Par templis opus aeriamq; educere molem
Cyclopum ſcopulos ultra.atq; audatia ſaxa
Pyramidum & magno tumulum prætexere luco
Illic & ſiculi ſuperaſſem dona ſepulchri
Et nemees lucum.& pelopis ſolemnia trunci
Illic oebalio non finderet aera diſco
Graiorum uis ulla uirum.non arua rigaret
Sudor equum.aut putri ſonitū daret ungula foſſā
Sed phœbi ſimplex chorus.& frondentia uatum
Præmia.laudato genitor tibi rite dicarem
Ipſe madens oculis umbrarum animæq; ſacerdos
Præcinerem gemitum.cui te nec cerberus omni
Ore.nec orpheæ quirent auertere leges
Atq; tibi moreſq; tuos & facta canentem
Fors & magniloquo non poſt habuiſſet homero
Tenderet & toruo pietas æquare maroni
Cur magis inceſſat ſuperos.& ſæua ſororum
Stamina.quæ tepido genitrix ſuper aggere nati
Orba ſedet.uel quæ primæui coniugis ignem
Aſpicit obſtanteſq; manus.turbamq; tenentem
Vincit in ardentem liceat moritura maritum
Maior certe aliis:ſuperos & tartara pulſem
Inuidia externis etiam miſerabile uiſu
Funus eat:ſed nec mihi ſe natura dolenti
Nec pietas iniuſta dedit mihi lumine primo
Fatorum & uiridi genitor ceu raptus ab æuo
Tartara dura ſubis:nec enim marathonia uirgo
Parcius extinctum ſæuorum crimine agreſtum
Fleuerit icarium.phrygia quam turre cadentem
Aſtyanacta parens.laqueo quin illa ſupremo
Incluſit gemitus.& te poſt funera magni
Hectoris hæmonio pudor eſt ſeruiſſe marito
Non ego quas fati certus ſibi morte canora
Inferias premit olor:nec rupe quod atra
Tyrrhenæ uolucres nautis prædulce minantur
In patrios adhibebo rogos: non murmure trunco
Quod gemit.& dure queritur philomela ſorori
Nota nimis uati quis non in funere cunctos
Heliadum ramos.lachrymoſaq; germina dixit
Et phrygium ſilicem.atq; auſum cōtraria phœbo
Carmina;nec fida gauiſam pallada buxo
Te pietas oblita uirum reuocataq; cœlo
Iuſtitia gemina plangat facundia lingua
Et pallas doctiq; cohors heliconia phœbi

Sæuo pede: nam bella narrãt poete heroici.& cedes tu lege ſeno pede.carmen menſis.nã lyrici ad menſas ſolebãt canere:quod ex Horatio facile cognoſcas.Et pin.οαι μαιζομενιΔεν ανσρεσ αυχι αθυα τκα πεξαν.ideſt qualia nos ludimus gratiam circa menſam frequenter. Cida:idem arcas eſt appellatus & ar- Cida
cates ut ſcribunt græci.unde modi cydii appellati ſunt:ut phrygii a phrigia:quod teſtatur Iulius pollux.legatur igitur.Et uos ſcilicet lyrici:quibus cida carmen in teſtudine arcadia:ideſt quam reperit mercurius Arcas. Menſis: ad menſas. Fuit labor:& nomen:qui in eo elaboraſtis & aſſecuti eſtis nomen ut emendes Cida labor nomẽq; fuit:cũ ĩ aliis codicibus legat̃ Cidalibẽ nomẽq; fuit. Septẽa fama:ſeptem ſapiẽtes ĩtelligit nota hiſtoria.

Quis honor aonios ſæuo pede ducere campos
Et quibus arcadia carmen teſtudine menſis
Cida labor nomenq; fuit.quoſq; orbe ſub omni
Ardua ſeptena numerat ſapientia fama.
Qui furias regumq; domos.auerſaq; cælo
Sydera terrifico ſuper intonuere cothurno.
Et quis laſciua uires tenuare thalia
Dulce.uel heroos greſſu truncare tenores.
Omnia nãq; animo complexus.& oĩbus auctor.
Qua fandi ius lata patet. ſine orſa libebat
Aoniis uincire modis.ſeu uoce ſoluta
Spargere.& effreno nymbos æquare profatu
Exere ſemirutos ſubito de puluere uultus
Parthenope.cineremq; afflato monte ſepulti
Pone ſuper tumulos:& magni funus alumni
Quo non munichiæ quicq̃ preſtantius arces.
Doctaq; cyrene ſparteue animoſa creauit
Si tu ſtirpe uetus.famaq; obſcura iaceres
Nil gentile tenens. illo ciue probabas
Graiam atq; euboico maiorum ſanguine duci
Ille tuis totiens præſtrinxit tempora ſertis
Cum ſtata laudato caneret quinquennia uerſu
Ora ſupergreſſus pilii ſenis.oraq; regis
Dulichii ſpecieq; comam ſubnexus utraq;
Non tibi deformes obſcuri ſanguinis ortus
Nec ſine luce genus.quanquam fortuna parentum
Arctior extenſis.etenim te diuite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus
Stirpis honore datos.& nobile pectoris aurum

Qui fu.mẽdoſe ĩ aliis legit̃. Quis furias. Citat aũt poetas tragicos. Et qs:elegos citat.ſed tãtis mẽdis ĩ aliis codicibus hoc carmẽ ẽ implicitũ uix ut enarrare potueri. nã ubi ſcribendũ ẽ.Et quis. legebatur At qui ubi tenuare.legebatur tenuere ubi Heroos legebatur Horoos. Et quis fuit dulcis:& quibus gratum fuit. Tenuare:temperare. Vires:heroici carminis:Thalia laſciua.elegiaco carmine. Truncare greſſu.i.diminuere uno pede. Senonas uerſus .vi. pedum Heroos.ideſt heroicos.ſupra quam nobile greſſu extremo fraudatis opus .uel lege heroos tenores: ne in ſenones.ſyllaba repugnet:ideſt qui aufertis pedem:nec alterum uerſum permittis ſubſequi ĩtegrum complexus oĩa animo. Vos inquit omnes uoco ad funus patris.nam diſciplinas omnes nouerat:& omnia docebat:quibus erudita elocutio continetur. Omnibus auctor:ſcilicet erat & omnia docebat.mendoſi codices habẽt.Omnibus utor.nullo ſẽſu. Munichiæ arces:ĩ aliis omnibus codicibus mẽdoſe ſcriptum eſt mõichie artes. quod nec ſenſus nec ratio ferre poteſt.nec ulla etiam ficta fabula ſuadebit.Legatur igitur noſtra emendatione:munichiæ arces:quod athenas ſignificat.nã munichia tumulus athe- Mũichia
nis curuus: in greſſu habens anguſto ore: cui terni ſubiacent portas quõdam muro uallata: complectẽs pyreum.ũde arces munichiæ articæ dictæ ſunt. Ridere liber hoc loco.nuper enim cum ptolomei codicem græco exemplo emendarem ab impreſſoribus formandũ:eo pueni:ubi ſcribit munichiatis regio.qd̃ ĩterpres qdã ita ĩ latinũ uerterat cõuentus qdã monichorũ Pygel- Pygella
la præterea Ioniæ oppidum habuit dianæ munichiæ templum Agamemnonis opus.hoc ait.Papinius nec athenis.Nec cyrenæ.nec lacedæmone uirum præſtantiorẽ unquã natũ eſſe patre ſuo.nã ex his tribus locis p̃ſtantiſſimi uiri extiterũt:& athenis & lacedæmone pene ĩfiniti. Ex cyrene Arſtippus philoſophus Cyrene
Areta:eius filia:quæ ſucceſſit ĩ ſcholam.Ariſtippus huius filius:qui appellatus ẽ Matrodidactus .i. doctus Ariſtip-
a mr̃e. Anniteris.Eratoſthenes:Callimachus.Cãneades Cronus Apollinus. Sparte animoſa:ubi mortẽ pus
contẽnebat pro patria. Si tu ſtirpe uentus:in aliis codicibus mendoſe ſcriptum eſt uetas.ſed tu lege ue- Areta
tus.nam alloquitur parthenopen & ait.ſi tu iaceres tui generis & conditorum memoria oblitterata ue- Callima-
Sæpe tuli.natoſq; tibi ſcis ipſa paraui.
Mox auidus pœnæ digitis cedentibus ultro
Incubui.miſeraq; oculos in matre reliqui.
Exaudi ſi digna precor quæque ipſa furenti
Subiiceres.orbum uiſu:regniſq; carentem
Non regere:aut dictis merentem flectere adorti
Quos genui quocunque toro quin ecce ſuperbi
Prodolor & noſtro iam dudum in funere reges
Inſultant tenebris.gemituſq; odere paternos
His ne etiam funeſtus ego? & uidet iſta deorum
Ignauus genitor? tu ſaltem debita uindex
Huc ades.& totos in pœnam ordire penates.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Vnguibus arripui:uotiſq; inſtincta paternis
I media in fratres:generis conſortia ferro
Diſſideant.da tartarei regina baratri
Quod cupiam uidiſſe nephas:nec tarda ſequetur
Mens iuuenũ.mõ digna ueni:mea pignora noſces
Talia dicenti crudelis diua ſeueros
Aduertit uultus.in amœnum forte ſedebat

Longæuũ implicui regem:bene regem.hoc enim ſolum parricidii tempore cognouit. Si ſphyngos iniquæ. Callidus:non ignarus .Si ſphyngos uideor ſoluiſſe ambages o furiæ:ut bene de te parricidæ tuo merito inceſtum præmium dares:dicta Sphynx.qđ ita ſtrigeret homines ſuis q̃ſtionibus:ut ſe expediri non poſſent. nam græce ſphyngin conſtringere dicitur uel uincere:uel quaſi oium mentes ſuis ꝓpoſitionibus ligaret . Sphynx . monſtrum erat alas & ungues habens in ſimilitudinẽ harpyarum:qđ inſidens ſcopulo uiæ imminenti inſolubilia enygmata tranſeuntibus proponebat:quæ cum ſoluere nõ poſſent ex improuiſo ueniẽs alis & unguibus ad ſe in rupem trahebat. Cuius locutionis ambages œdipodes ſua calliditate ſoluit:ꝙ factum beneficio furiæ imputat. alii dicũt ꝙ Sphynx ſimia uioloſa ſit.quod hoc loco non congruit. Connubium:cuncubitum matris. Dulces furias dixit & bene totum etiã quod ignarus admiſit imputat furiæ: ut beneficiorum aſſiduitate ſuffulta tanq̃ ſuũ ſibi uindicet parricidã. Gauiſus inii: hic uis ſceleris conſcientia probatur admiſſi:ꝙ tali connubio ſit gauiſus. Sæpe tuli: facile:enim purgatur quicquid ſemel uel caſu committitur. Mox auidus pœnæ digitis cedentibus ultro incubui:ideſt feſtinaui edere de me ipſe ſupplicium:ne ulterius tanta ſcelera celarem . nam cum cederent digiti pœnæ. magis q̃ mortis auidus ꝓnus incubui.nam deſideraſſe mortem hoc fuerat fugiſſe ſupplicium. Exaudi ſi digna precor. Quæque ipſa:ideſt quæ tu ſuadere potuiſti.Furiarum:enim eſt ſemper ſuadere crudelia.Virg.Tu potes unanimos.a.p.d.f. Orbum uiſu regniſq; carentem nõ regere : ideſt orbatum regnis & uiſu non regere:ut cæcum. Quos genui quocunq; toro:licet ſint de inceſto progeniti. Ignauus genitor:uel cum ſacrilegio optat audiri.ut Virg.Vos o mihi manes eſte boni.quoniam.ſ.a.u. Huc ades:& totos in pœnam ordire nepotes. Diſpone:hoc eſt proſequere genus meum om̃e uſque ad nepotes.Notandum ſane ꝙ totos pro omnibus dixit:cum numerum ſignificare uolumus:omnes dicimus.cum corpus totum.Vſurpatiue tamen poeta poſuit pro omnibus.ut Virg . Hos tota armenta ſequuntur.& econtra pro toto omne ut Omnemque reuerti per troiam.atque omnis humo fumat neptunnia troia. Indue quod madidum tabo:indue liberis meis diadema:quod ego Laio abrupi cruore pollutum. Media fratres:ſignum eſt diſcordiæ.ut Virg. Quos inter medius.u.f. Diſſideant multi:diſſentiant.legunt.eſt autem ſenſus aut ipſi filii germanitatem ſuam ferro diſſipent:aut ipſa germanitas ferro diſſipetur. Tartarei regina baratri.Tartarus eſt profunditas inferorum.Baratrum uero ſqualoris altitudo.dicit autem hoc.fac ut tantum ſcelus filii audeant:quod optet etiam pater cæcus uidere. Mea pignora noſces.ꝙ ad facinora ſcelerum tam pronos inuenies: ut meos filios eſſe non dubites. Seueros:triſtes.ut Virg.Amnemque ſeuerum. Aduertit uultus:bene uultus non faciem dixit.uultus enim mutatur ex animi qualitate.facies ſemper ſimplex. In amœnum.a quibuſdam:enim tapinoſis creditur qui putant poetam ſqualidiſſimum dicere. In amœnum.ergo dixit ſine ulla amœnitate.& una eſt orationis pars.ut Virgilius.Triſtiſque palus innabilis unda.

Sphynx
Semel admiſſum
Omne
Totum
Tartarus
Baratrũ
Seuerus
Vuultus
facies

Cocyton iuxta:reſolutaq; uertice crines
Lambere ſulphureas permiſerat anguibus undas
Ilicet igne iouis:lapſiſq; citatior aſtris
Triſtibus exiluit ripis.diſcedit inane
Vulgus.& occurſu dominæ.pauet illa per umbras
Et caligantes animarum ex agmine campos
Tænariæ limen petit.irremeabile portæ
Senſit adeſſe dies.piceo nox obuia nymbo
Lucentes turbauit equos.procul arduus athlas
Horruit:& dubia cælum ceruice remiſit.
Arripit ex templo.maleæ de ualle reſurgens
Notum iter ad thebas:neque enim uelocior ullas
Itq; reditq; uias:cognataq; tartara mauult.
Centum illi aſtantes umbrabant ora ceraſtæ
Turba minor diri capitis.ſedet intus ab actis
Ferrea lux oculis.qualis per nubila phœbes
Athracia rubet arte labor.ſuffuſa ueneno
Tenditur:ac ſanie gliſcit cutis:igneus atro
Ore uapor.quo longa ſitis.morbiq;:fameſq;
Et populis mors una uenit:riget horrida tergo
Palla & cærulei redeunt in pectore nodi:
Atropos hos.atq; ipſa nouat Proſerpina cultus.
Tum geminas quatit illa manus:hæc igne rogali
Fulgurat.hæc uiuo manus aera uerberat hydro.
Vt ſtetit abrupta:qua plurimus arce Cytheron
Occurrit cælo:fera ſibila:crine uirenti
Congeminat.ſignum terris.unde omnis Achæi
Ora maris late:Pelopeiaq; regna reſultant:

Reſolutaq; uertice crines:ut Vir.Crines effuſa ſacerdos. Sulphureas.i.ardẽtes.nunq̃ ſulphur defluit ni-
Sulphur ſi de loco flagrãti.Sulphur.n.terræ bulientis ſpuma ẽ. Triſtibus:bene ad nefas triſtibus locis exiluit:q̃a
habẽt inferi ẽt loca amœna. Diſcedunt umbræ q̃ ſolidæ corporibus carent. Et caligantes: obſcuros.
Malea Cãpos illa petit:in q̃bus eſt turba aĩarum. Tænariæ limen:malea ꝓmontoriũ ẽ laconiæ:ĩ cuius radici-
Tænarus bus locũ quẽdam ꝓfundũ tænarũ uocant:in quo dicit̃ eẽ aditus inferoꝝ.Virg. Tænareas ẽt fauces alta
hoſtia ditis. Irremeabile.eo ꝙ ab inferis ad ſupos mortaliũ nullus remeat naturaliter.Vir.Sed reuocare
gradum ſuperaſq; euadere ad auras. Sen
ſit adeſſe dies:ideſt furiæ aſpectu turbatus
eſt. Procul arduus athlas:lõge eſt enim ɔi
Athlas mis occaſus a theſſalia : in quo Athlas eſt
poſitus.Athlas Iapeti filius & climenes: cũ
hoſpitio non ſuſciperet perſeum Iouis &
Danaes filium:qui a Polyclete rege miſſus
fuerat ad Meduſam Gorgona occidendã:
Perſeus quam Minerua monſtrante :ipſe Perſeus
interfecit rediens:cũ ab Athlante libiæ fi-
nibus prohiberetur : monſtrato Gorgo-
nis capite:ĩ mõtẽ eũ mutauit : qui poſteaq̃
furiã uidit:territus ẽ. Et dubia cælũ:ad tio
rẽ rettulit furiæ uenıẽtis: quã dubiam me
tus fecerat:& deeſt prope.ut Vir.Gali p du
mos aderant:at deeſt prope.nã prope tenu
Notum erãt. Notũ iter:carũ.ut Vir.Hic inter flu-
mina nota. Velocior:ad aſſiduitatẽ rettu
lit uẽiendi.nã nouitas itineris moras ſolet
afferre erroris. Itq; reditq; ad crimen per-
tinet thebanorũ.quoꝝ ꝓ ſuis furia finibus
utebat̃. Cognataq; tartara mauult:neque
bis accipiendũ hoc eſt: neq; uelocior : neq;
mauult.ut Virg.nec miſero clypei mora ꝓ
fuit æris.i.nec clypei. Nec mauult : neque
magis uult habitare tartara: q̃ thebas pri-
mo:qd' ille ꝓbauit parricidiũ:& inceſtum
libenter admiſſum.Centũ pro ĩnumerabi
Sedet libus poſuit. Sedet:poliſemus ſermo eſt.
ſignificat enim placet. ut ſedet hoc animo.
aliquando cogito . ut Turnus ſecreta ualle
ſedebat.aliquando poſitum ẽ . ut hoc loco
& aliquando curat.ut celſa ſedet æolus ar-
ce.& re uera ſedet talis: qualis erat lux illa
qualis & lũa:cũ laborat magica arte:nã pa-
gani magicis artibus credebant lunã poſſe
mutari.Vnde Virgi.Carmina uel lunã cæ-
Athracieſ lo deducere poſſunt . Athracia rubet arte
labor . Atracies qui fuit Theſſaliæ pater &
hyppocatiæ:quã Perithous duxit uxorẽ:qui primus artem magicã apud thraciã conſtituit. ergo athra-
cia eſt magica ſciẽtia.hoc eſt qualis color eſt lunæ deficientis arte magica Quo longa ſitis morbiq; fa-
meſq;.quaſi in peſtilẽtia nulla ſit mortis diſcretio:ut Vir.nec ſingula morbi corpora corripiunt.ſed tota
æſtiua repente ſpẽque gregemq; ſimul cũctamq; aborigene gentem . Triũ ergo furiarum tres memo-
rat poteſtates ſitis:morbi:famiſq;. Populis mors una uenit:ut item Maro . Si quando lætum horrifi-
cum morboſq; deum rex Molitur meritas aut bello territat urbes. Riget horrida tergo. Riget horri-
da.eſt dura.ſordida:ut Virgilius.Palla.ſuccincta.cruenta.amictum ſignificat:ut idem Maro .horridus ex
humeris nodo dependet amictu. Redeunt in pectora nodi.redeunt ad duplicationem rettulit alterius
nodi. Atropos:ut oſtenderet furiarum miniſterio & fatorum decreta compleri & proſerpinæ uolun-
tatem. Nouat:nouas retexendo facit. Tũ geminas:ut fratres utraque manu armaret Hæc igna rogali
fulgurat.Hæc uiuo manus æra uerberat hydro.ut Virgil.continuo ſontes ultrix ſuccincta flagello Tiſi-
plurimuſ phone.Quatit inſultans toruoſq; ſiniſtra ĩtentans angues. Vt ſtetit: poſteaq̃ ſtetit. Plurimus:lõgus.ut
Cithærõ Virgili. Plurima:ceruix. Arce:altitudine.ſiue cacumine. Cithæron:mons baccho ſacer.ut Maro.bac-
chi orgya.n.q.u.cithæron. Crine uirenti:uenenato:ſiue anguibus texto.quem dicunt ſibilare:ut Virgi-
lius.Tot erinys ſibilat hydris Vnde omnes achæi:ſicut Virgilius Tartaream intendit uocem qua Pro-
Pelopone tinus omne intremuit nemus .& ſyluæ ſonuere profundæ. Pelopeiaque regna.Peloponeſſum dicit a
ſus pelope ideſt & argos. unde Virgilius magno pelopea ad mœnia bello uenturos.

Audiit & medius cæli parnaſus. Bene medius: quia umbilicus terræ parnaſus dicit᷑: Nam cũ Iuppiter mundi medium locum uellet: agnoſcere: ab ortu ad occaſum duas aquilas dimiſiſſe fert᷑: quæ uolatu laſſæ in parnaſi uertice conſederũt: Vel quod cathaclyſmi tẽpore terræ fuerat diſcrimen & aſtris: ut Lucanus: hoc ſolũ fluctu terras mergente cacumẽ Emicuit pontoq; fuit diſcrimen & aſtris. Et aſper Eurotas. Aſper quod bello acres ꝓcreet uiros. Eurotas autem fluuius eſt laconiæ. Dubiamq; iugo: dubiam dixit oetẽ quia inter theſſaliã & thraciam hic mons interiacet: ut cuius eſſe uideatur incertum ſit. Impu

Parnaſus medius

Eurotas

Audiit: & medius cæli Parnaſus. & aſper
Eurotas. dubiamq; iugo fragor impulit Oeten
In latus. & geminis uix fluctibus obſtitit iſthmos:
Ipſa ſuum genitrix: curuo delphine uagantem
Arripuit frænis: gremioq; Palæmona preſſit:
Atq; ea: Cadmæo præceps ubi limine primum
Conſtitit. aſſuetaq; infecit nube penates.
Protinus attoniti fratrum. ſub pectore motus.
Gentiliſq; animos ſubiit furor. ægraq; lætis
Inuidia. atq; parens odii metus. inde regendi
Sæuus amor. ruptæq; uices iuriſq; ſecundi
Ambitus impatiens. & ſummo dulcius uno
Stare loco. ſociiſq; comes diſcordia regnis.
Sic ubi delectos pertorua armenta iuuencos
Agricola impoſito ſociare affectat aratro
Illi indignantes quis nondum uomere multo
Ardua nodoſos ceruix deſcendit in armos
In diuerſa trahunt. atq; æquis uincula laxant
Viribus. & uario confundunt limite ſulcos
Haud ſecus indomitos præceps diſcordia fratres
Aſperat. alterni placuit ſub legibus anni
Exilio mutare ducem. ſic iure maligno
Fortunam tranſire iubent. ut ſceptra tenentem
Fœdere præcipiti ſemper nouus angeret hæres.
Hæc inter fratres pietas erat. hæc mora pugnæ
Sola. nec in regem perduratura ſecundum
Et nondum craſſo laquearia fulua metallo.
Montibus aut alte graiis effulta nitebant
Atria. congeſtos ſatis explicitura clientes
Nondum impacatis regum ad uigilantia ſomnis
Pila. nec alterna ferri ſtatione gementes

lit: Hyperbole quaſi caſuram ipulit ac dubiam fecit. Et uix fluctibus geminis obſtitit: ideſt ceuchrei: ſiletei: inter quos anguſto tractu in mare terra porrigitur quam Iſthmon poeta ſignificat: huius contrarius porthmos: quod latine fretum dicit᷑ inter uicinas terras anguſtum mare. Vnde Vir. & crebris legimus freta cõcita terris A. Iſthmos dr̃ terra anguſta ĩmari: ut Lucanus. & gracilis mediũ mare ſuperat Iſthmos. Ipſa ſuum genitrix: Leucothoen dicit: & bene ipſam eligit hoc loco ponere: quia iam malum didicerat furiarum. & iracunde dictum preſſit & a thebanis numinibus nõ receſſit: q̃ ueluti præſcius magis metuit patriæ: q̃ furiaꝝ ſonitus perhorruerit. Et mire dicendo preſſit. affectionẽ maternam explicuit. Conſtitit: Vir. hic primũ paribus nitẽs cyllenius alis cõſtitit. Aſſuetaq; ĩfecit nube penates. Aſſuetaq; ſolito furore: quia multa ſcelera facta erãt thebis. Protinus attoniti. Hoc eſt ſtatim perturbationes diſcordiarum eſſe cœperũt. figura hypalage. Non attoniti motus ſed attoniti ſub pectore: ut Vir. Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbrã. Gentiles animos. i. quali furore: Illi fuerunt de terra ꝓgeniti: qui ſeſe intere merunt: & eſt eius familiæ maximum ſignum: ut in ſe ſuoꝝ furerent more maiorũ. Inuidia ſubiit: ĩuidia fratrũ aĩos ſubiit: q̃ ſemper lætis rebus infeſta eſt: ut Hora. Inuidus alterius rebus macreſcit opimis. Atque parens odii metus. Quia de timore ſẽper odium naſcitur. eos. n. odio habemus: quos timemus ut. Vir. Conueniunt q̃bus aut odium crudele tyranni aut metus acer erat. Sæuus amor: fortiſſimus aut certe ꝓprie dixit: quia re uera ſæuũ eſt imperare uelle germanos. Præceps diſcordia. In collegio nanque duorum regum uix diſcordia abeſt. ſi unius regni ſimul iura gubernet. Nam ſemper alter ueretur ne ſe ſpreto alter ſingulariter eligat᷑. Hæc. n. inter Pompeiũ & Iulium cæſarem ciuile bellũ mouit: & hoc eſt qđ ſequit᷑. Sociiſq; comes: Vt Lucanus. Nulla fides regni ſociis omniſq; poteſtas impatiẽs cõſortis erit. Ardua ceruix in armos deſcẽdit. ſecundum Italiæ ſitum loquit᷑: ubi boues trahunt collo. Nam dũ niſſu trahendi anteriora petunt: ceruix in armos reflectitur. Conſtitit exilio: ut completo anno rediret ad regnum. & cui ſucceſſum fuerat: iret in exilium rediturus anno completo. Sic iure maligno: Iniqua cõmutatiõe fœlicitatem imperii exilii iſœlicitate cõmutant. Nec in regem duratura: Licet eſſet iſta diuiſio: tamen ad ſecundũ regem ꝑuenire non potuit: quia expleto anno cũ polynices repeteret regnũ regnante etheocle mota ſunt bella. Et nondum: Craſſo metallo. Hæc cum ſtomacho pronunciãda: Lucanus. Nec pretium fabri tellus pontuſq; furoris Tunc erat. Montibus alte graiis. Lacedæmonio marmore & aliis genuere metallis. Congeſtos ſatis: ideſt condens uenientum turba: imitatus Vir. ut eſt mane ſalutatũ totis uomit ædibus undã. Explicitura: Large admiſſura: q̃ multos caperet clientes & extenderet: nondũ erant. Non impacatis regũ: Quibus ſuſpectus dormiat imꝑator habẽs circa atria ſemꝑ armatos & ẽ ſenſus. Non regũ ſomnis ĩpacatis pila uigilantia erant. ſi ad cuſtodiam regũ ꝑ ipſis q uigilant: dixit metonomicos ꝑ id qđ continet᷑ id quod continet.

Iſthmos Porthmos

Inuidus

Excubiæ.nec cura mero committere gemmas.
Aut aurum uiolare cibis.ſed nuda poteſtas
Armauit fratres.pugna eſt de paupere regno
Dumq; uter anguſtæ ſqualentia iugera Dirces
Verteret.aut Tyrii ſolio non altus ouaret
Exulis.ambigitur.periit ius faſq; bonumq;.
Et uitæ mortiſq; pudor.quo tenditis iras
Ah miſeri? quid ſi peteretur crimine tanto
Limes uterque poli.quem ſol emiſſus heoo
Cardine.quem portu uergens proſpectat ibero.
Quaſq; procul terras obliquo ſydere tangit
Auius aut borea gelidas madidiue tepentes
Igne noti.quid ſi tyriæ phrygiæue ſub unum
Conuertentur opes.loca dira arceſq; nefandæ
Suffecere odio.furiiſq; immanibus emptum
Oedipodæ ſediſſe loco.iam ſorte carebat
Dilatus polynicis honos.quis tum tibi ſæue.
Quis fuit ille dies.uacua cum ſolus in aula
Reſpiceres ius omne tuum.cunctoſq; minores.
Et nuſquam par ſtare caput.iam murmura ſerpũt
Plæbis echioniæ.tacitumq; a principe uulgus
Diſſidet.& qui mos populis uenturus amatur
Atq; aliquis cui mens humili læſiſſe ueneno
Summa.nec impoſitos unquam ceruice uolenti
Ferre duces.hanc ne ogygiis ait aſpera rebus
Fata tulere uicem.toties mutare timendos
Alternoq; iugo dubitantia ſubdere colla.
Partiti uerſant populorum fata:manuq;

Nec cura mero cõmittere gẽmas:Nondũ eis luxuria ſuaſerat pocula habere gẽmata.ut Vir.ut gẽma bibat & ſarrano dormiat oſtro cõmittere autẽ mero dictũ eſt : quaſi ad periculũ:qđ poſſet frangi inter trepidantes miniſtros & ſemigraues uino conuiuas. De paupere regno:Propter etheoclem & polynicem: qui ciuilia bella geſſerunt.dicit regnum non eſſe idoneum:propter quod fratres odia ſuſcitauerunt:exequitur potẽtiſſima regna uaria deſcriptione. Dumq; uter anguſte:Boetiam dicit cadmi:qui a patre pulſus peracto exilio condidit thebas.ergo dum inter. Squalentia arua uerteret:ſqualentia inculta.ut Vir. Squalent abductis arua colonis. Verteret. Araret:ut Vir. & campũ horrẽtem fractis iuertere glebis.Nõ altus ouaret. Altus magnus.& ordo dum ambigit̃ uter fratrum ouaret in ſolio tyrii exulis hoc ẽ cadmi. nõ altus:quia modicum erat regnũ.Periit ius faſq; nefaſq;.Ius legum eſt. quia unus læſit fœdus.fas hominum:quia fratres cõtra ſe arma ſumpſerunt. bonum quia uſq; ad interitum pugnauerunt. Et uitæ mortiſque pudor. Quia mutius periere uulneribus:& cremati ſunt rogorũ diſcrepãtibus flãmis. Quo tenditis iras Apoſtropha ad frẽs. Quid ſi peteret̃ crimine tanto. Dicit nõ oportuiſſe a fratribus arma ſumi:nec ſi ideo pugnaret̃:ut unus orbis imperiũ poſſideret:uel ſi poſſeſſio peteret̃ crimine nõ dicã bello.Inter frẽs.n.uel leue odiũ crimẽ ẽ. Vterq; poli:Vtrũq; cõplexus ẽ mũdi cardinẽ Nã ſol oriẽs occaſũ reſpicit:cũ occidit ꝓſpectat orientẽ.ut Lucã. Vnde uenit titã & nox ubi ſydera condit.Quaq; dies medius flagrantibus æſtuat oris. Quaſq; ꝓcul terras obliquo ſydere tãgit. Auius ut:ſol ſine uia:qa ab hac mundi parte ſemotus ẽ.
Aut borea gelidas madidiue.Gelidas & tepẽtes ſeptẽtrionalis & meridiãæ partes plagæ oſtẽdit.nõ phrygiæ. Quid ſi phry. tyriæue.ſub unũ cõuect̃ opes. nõ ſi unus poſſideat opes phrygias & tyrias.Opes aũt tyrias dixit:ut oſtenderet tyrios ſemper diuites fuiſſe.Secutus Virgiliũ dicentẽ. Portant̃ auari pigmaliõis opes.Itẽ Horatius.Pigues phrygiæ mygdõias opes. Loca dira arceſq; nephãdæ : Declamatio q̃ ſignat eas cauſas mouiſſe odia:q̃ reſtringuere debuiſſent:fugere debuerant. Hi fratres loca dira & ſceptra œdipi parricidæ : potius q̃ ad hæc bellorum crimina properarent. Vacua cum ſolus in aula:non uere ſolus.ſed quia is ſine turba.præ turba eſt homo:qui aliis eſt odio ſolus.
Et nuſq̃ par ſtare caput.i.tui conſortẽ diademetis. Iam murmura ſerpunt:thebani populi.Echionis enim & agaues filius Pentheus rex Thebanorũ fuit. Tacitumq; a principe uulgus diſſidet.Tacitum.i. tacite:ſiue tacitũ dixit timore perculſum. Et qui mos populis uenturus amatur:hoc uult intelligi.non præſens diligitur etheocles:ſed amat̃ futurus polynices. Atq; aliqs cui mens humilis:utiq; unus ex plæbe:cui erat mens lædendi ſumma. Humili ueneno.i.maledictionibus carpere meliores. ut apud Home. dicit autẽ illum locutũ:cui mos erat indignitate regia poſitos male loqui ueneno perſtringere:& in impoſitum iugũ ſeruitutis indomita ceruice deiicere:cui uotũ uel modice lædere:ideſt inuidere potentibus. Hanc ne ogygiis:Ogyges:ut Varro. docet in libris de gente populi Roma. rex fuit thebanorũ:ſub quo primum diluuiũ factum eſt longe ante q̃ illud:quod ſub Deucalione factum eẽ narratur:aut certe ab ogygio uno terrigena thebanorum primo rege:a quo thebani ãtiquas res ogygias res nominabant.q primus eis imperium pararit. Totiẽs mutare timẽdos:qa uiciſſim placuerat iperare. Illi ĩquit ut iperet uices mutãt.nos ſeruitia nõ mutamus. Partiti uerſat populorum fata.i. ſub imperio & dictione habent. Manuq;.i.contemptibilem.nam fortuna ſolet facere reges & exules.Iſti fecerunt ut circa reges exules ea fortuna ſeruet:ut ex illorum uoluntate conſtitutum ſit quando debeant exilium petere.quando ad imperium remeare itaque in illis fortuna:quæ ſemper ſolet eſſe dubia:non habet poteſtatem quippe:cum de futuris certi ſint.& ipſi regunt facta populi:dum excluſerunt fortunam.

Squalẽtia

Ius

Fas

Ogyges

Semper ne uiciſſim: qa ſemper duxerat mutandus exilio. & licet ſit grauis omnis ſeruitus: grauior tamen ē quæ ſubiacet indignis. Viciſſim: regꝫ omnium mutabilitate aut uice ſeruiendi. nam uilē uicem ꝑ pœna poſuit. Sociis: propter Hermionē: q̄ fuit Martis & Veneris filia. Sedit: placuit. Ex quo ſydonii nequicq̄ blanda iuuēci. ſed ſydoniū pondu. De ſydone enim fuit europa: quā pater Agenor cadmo inq̄rendam mandauit. ille cū pererraſſet mare ſcarpathium. i. ægyptium. nam carpathus inſula eſt inter ægyptum & rodum: cum nec ſororem reperir e potuiſſet ſecundū præcepta patris: in exilio remanſit. & duce Apolline puenit ad thebas boetiæ: quas hyanteas uocant a nympha: quæ illic colit uel eo ꝙ illic leo fuerit: cuius ſeuit dentes.

Seruitus grauis

Hermione

Carpathus

Hyantea

Fortunam fecere leuem. ſemper ne uiciſſim
Exulibus ſeruire dabor. tibi ſumme deorum.
Terrarumq; ſator. ſociis hanc addere mentem
Sedit. an inde uetus thebis extenditur omen
Ex quo ſydonii ne quicquam blanda iuuenci
Pondera carpatio iuſſus ſale quærere cadmus
Exul hiantheos inuenit regna per agros.
Fraternaſq; acies fœtæ telluris hyatu
Augurium ſeroſq; dimiſit aduſq; nepotes.
Cernis ut erectum torua ſub fronte minetur
Sæuior aſſurgens dempto conſorte poteſtas.
Quas gerit ore minas. quanto premit omnia faſtu
Hic ne unquam priuatus erit. tamen ille precanti
Mitis & affatu bonus: & patientior æqui.
Quid mirum? non ſolus erat. nos uilis in omnes
Prompta manus caſus domino cuicunque parati.
Qualiter hinc gelidus boreas. hinc nubifer eurus
Vela trahunt. nutat mediæ fortuna carinæ
Heu dubio ſuſpenſa metu. tolerandaq; nullis
Aſpera ſors populis. hic imperat. ille minatur.
At iouis imperio rapidi ſuper atria cæli
Lectus concilio diuum conuenerat ordo
Interiore polo. ſpatiis hinc omnia iuxta
Primæq; occiduæq; domus: effuſa ſub omni
Terra. atque unda die. mediis ſeſe arduus infert
Ipſe deis placido. quatiens tamen omnia uultu
Stellantiq; locat ſolio: nec protinus auſi
Celicolæ ueniam donec pater ipſe ſedendi
Tranquilla iubet eē manu. mox turba uagorum
Semideum & ſummis cognati nubibus amnes
Et compreſſa metu ſeruantes murmura uenti
Aurea templa replent miſti: connexa deorum

Augurium: ut Horatius. Acerba facta romanos premūt ruſuſq; .ſ.n. Cernis ut erectum: nomē pro aduerbio ad iouem. hoc autem aliquis de plæbe: quaſi etheoclem oſtendat loquitur. Quas geriore minas: aut ore cū ſuperbia: aut minas gerit in facie. Mitis & affatu bōus: erat ſubaudimus Vbiq; iā hoc gerit: quod nemo ſuccedat: cū ſuperius uices gemeret ſeruitutis. & dicit Etheoclen quondā circa rogantes fuiſſe clæmentē: quæ laus iperatoris ē maxima: quæ oia ducit aduerſa: qa ſucceſſor excluſus ē qui iuſtitiam pateretur: & omni eſſet in ſermone cōmunis. Quid mirum non ſolus erat: ideo bonus: quia nō ſolus. Nos uilis in omnes: ut Virgilius. Nos animæ uiles. Cuicunque: non lectum. Qualiter hinc gelidus boreas. Optima comparatio: ideſt ignotæ rei deſcriptio per ſimilitudinem notæ: & ægregie rempu. naui iactatæ tempeſtatibus ſimulat. ſicut Tullius ad gubernacula reipubli. & Horatius. o nauis referēt in mare te noui fluctus. ita & iſte fecit comparationē contra artē poeticam. nam comparatio a perſona poetæ debet induci. ſimul uentos fratribus comparauit: nauē reipu. cū bellis ciuilibus turbaret. Hic iperat: ille minat. i. imperat Etheocles: quia fidem fregit. minatur polynices: qa amiſit imperium. & neceſſe eſt populis thebanorum ſubunius impio duorum timere ſæuitiam: quoniam alter ſperatur uenire: aut generaliter explicuit. minatur modo hic: modo ille. Rapidi ſuper atria cæli. concilium deorum ſcribit. rapidi autem cæli. ut Virgilius. Rapidiue potentia ſolis. Atria cæli: poetice. ut eſt. Domus omnipotentis olympi. Interiore polo: ideſt ſecretiore. ut Virgilius. Tu ſecreta. p.t.i.a.e. ſiue medio: ut ab ortu & occaſu: conuēturis numinibus ſpatiorum eſſet æqua diſtantia. quaſi ad quoddam cæli ſecretum numinum ordo conueniat. Spatiis hinc omnia iuxta. ut oſtendat ad eum cæli locum numina cōueniſſe: cui iuxta ſunt omnia: ideſt unde ſic uideantur omnia tanquam iuxta. ergo medium cæli locum dixit. Primæque occiduæque domus orientis & occaſus: quæ loca deſcribit. Effuſa ſub omni terra. atq; effuſa patens. Sub omni die: ideſt ſub omni cælo. Mediis ſeſe arduus. i. Iuppiter. ut Virgili. Medio dux agmine turnus uertitur arma gerens & toto uertice ſupra Eſt medius. & ut idem Cælicolæ medium: quē ad lumina ducunt. Cælicolæ ueniam: ideſt donec Iuppiter protenta manu hortaretur ueniam ſedendi ideſt beneficium. ut Virgilius. Orantes ueniam. Semideum Quia in inferioribus zonis degūt. uel ideſt qui nec mortales nec ſuperi ſunt. Et ſummis cognati nubibus amnes. ſecundum Lucretium: qui dicit ex odore terræ nebulas oriri. ex nebulis nubes. ex nubibus pluuias: e quibus amnes augentur. hic Virgilius. cælo grandiſſimus. dicit enim occulto tractu aquas in cælum reuerti. & inde in nubibus imbrem eſſe. Et compreſſa metu ſeruantes murmura uenti. ut Virgilius. Tum uenti poſuere omnes repēte. r.t.

Cōparatio

Cōparatio

Venia

Nebulæ
Nubes
Pluuiæ

Radiant maiore ſereno: quaſi ſerenitas cælo maior illuxerit. Et uocem fata ſequuntur: quaſi quicquid dixerit Iuppiter fata ſint. ut Lucanus. Siue canit fatum: ſeu quod iubet illa canendo ſit fatum. [Fatum] Terrarum delicta: quæ homines deliquerunt. Diris: ideſt furiis. unde & furiæ diræ ſunt appellatæ. Queritur ergo Iuppiter de hominum peccatis: quos dicit ſuperaſſe ſe malis. nam fortiores illo. dicit eſſe ad cōmittenda peccata q̄ ſe ad uindicandum: & commemorat quæ mala commiſerant. Quonam uſq;: ideſt quouſque cogor laborare: dum ſuppliciis criminoſos afficio. Iam pridem cyclopum: hyperbole. dixerat uti fulminibus: nō libere addidit augumētum: ut dicat deeſſe fulmina. Cyclopes eni facti ſunt ſuggerēdo fulmina. ergo hoc tedet. & quod intulit deſunt. Fatiſcunt: aūt laſſata ſunt. Et æoliis deſunt incudibus ignes. Ad fulmina fabricanda negat ignem poſſe ſufficere. Atq; ideo tulerā: deeſt patientem: ut mundū phaeton incendio concremaret. Solutos ſolis equos. nō ſine frænis. ſed quia regi non poterant: licenter errantes. Rotis errantibus: quaſi a legitimo curſu deuiantibus. dicit ergo Iuppiter nil illud incendium ꝓfuiſſe: quo humanum genus emendari non potuit. [Phaethō] Et phaetontæa mundum. phaeton ſolis & clymenæ filius patris currus petiuit: quos cū regere nō potuiſſet: fulmine eſt ꝑcipitatus in padū. Nil actū: neq; illud profuit ad emēdationē humani generis: quo diluuium factū eſt. Neptūnus enim impulſus cuſpide: coegit excedere fluctus littorū legem & uniuerſas terras obruere: dicit ergo Iuppiter. nil emēdationi humani generis ꝓfuiſſe ſupplicia: cū nihilominus peccare non deſināt. Nūc geminas punire domos: duas fāilias ſignificat: Thebanorum & argiuorū: quorū ſe originem dicit exiſtere. Argiuorum a pſeo perſeus aūt Iouis & Danaes filius fuit. Thebanoꝝ p Cadmum & epaphum & a Iouis origine uenit. Cōſtat ergo utriuſq; geniti Iouem eſſe auctorē. Perſæos alter i agros: perſeos ꝓ perſeios. pricipale ꝓ deriuatiuo: atq; ideo media ſyllaba ꝓducta: quis & alio ordine ꝓduci poſſe uideatur: ut cliōe appetit. nā penultima huius nois lōga eſt: q̄ ſecundū regulā cōmunem breuis eſſe debuerat. Mala gaudia matrū: aut ꝓpter Agauē: que parricidio ſuo inſana gaudebat. aut ꝓpter Iocaſtā: q cum filio læta concubuit. Erroreſq; feros nemorum. Athamātis. ſ. qui furiata mente cū Learcum filiū iugularet leonem ſe putauit occidere. Et reticēda deoꝝ crimina. & amphibolon aut quæ homines in deos commiſerunt: aut q̄ dei irrogauere mortalibus. Si hominū i deos. hæc ſūt qa prætulit ſe in pulchritudine Niobe latonæ: Pentheus Libero. Semele Iunoni. uel propter Tantalum: qui uolens deorum mentes inquirere: Pelopen filium ſuum diis poſuit epulandum. ut Ouidius refert. Ver lucis ſpatio: ut Virgilius. Ante diem clauſo componet ueſper olympo. Hic impius hæres. œdipum dicit: qui matris gremmium ut inceſtaret appetiit. Proprios monſtro: nomine uſus pro aduerbio: ideſt monſtro pro monſtruoſe: quia reuocauit ſemina in hortos ſuos. Proiecitque diem: induxit ſibi cæcitatem: ut cito uindicta ſequeretur. [Sine more] Aethere noſtro: ideſt luce: quam nos largimur: ut eſt. Aetherea ueſcitur aura. Facinus ſine more: facinus ſeparandum. ut ſit iraſcentis exclamatio ſine more iniuſte ſine exemplo. Calcauere oculos. inſultauere cæcitati patris. Iam iam rata: anaſtrophe ad ipſum œdipum. Rata uota: ſenſu uocis regentem.

Maieſtate tremunt. radiant maiore ſereno
Culmina. & arcano florentes lumine poſtes.
Poſtq̄ iuſſa quies ſiluitq; exterritus orbis
Incipit ex alto. graue & immutabile ſanctis
Pondus adeſt uerbis. & uocem fata ſequuntur
Terrarum delicta nec exuperabile diris
Ingenium mortale queror. quonam uſq; nocentū
Exigor in pœnas? tędet ſæuire coruſco
Fulmine: iam pridem cyclopum operoſa fatiſcunt
Brachia. & æoliis deſunt incudibus ignes.
Atq; ideo tuleram falſo rectore ſolutos
Solis equos. cælumq; rotis errantibus uri.
Et phaethontæa mundum ſqualere fauilla?
Nil actum neque tu ualida quod cuſpide late
Ire per illicitum pelago germane dediſti?
Nūc geminas punire domos. qs ſanguinis auctor
Ipſe ego deſcendo? perſæos alter in agros
Scinditur aonias fluit hic ab origine thebas.
Mens cunctis impoſta manet. quis funera cadmi
Neſciat? & toties excitam a ſedibus imis
Eumenidum bellaſſe aciem? mala gaudia matrum
Erroreſq; feros nemorum. & reticenda deorum
Crimina? uix lucis ſpatio uix noctis abactæ
Enumerare queam mores. gentemq; profanam.
Scandere quin etiam thalamos hic impius hæres
Patris & immeritæ gremium inceſtare parentis
Appetiit. proprios monſtro reuolutus in ortus:
Ille tamen ſuperis æterna piacula ſoluit
Proiecitq; diem. nec iam amplius æthere noſtro
Veſcitur. ac nati facinus ſine more cadentes
Calcauere oculos. iam iam rata uota tuliſti
Dire ſenex. meruere tuæ. meruere tenebræ
Vltorem ſperare iouem. noua fontibus arma
Iniiciam regnis. totumq; a ſtirpe reuellam
Exitiale genus belli mihi ſemina ſunto

Adraſtus ſocer:qui pro genero polynice pugnauit atq; adhuc non erat ſocer.ſed quia deus ē futura prædicit. Adiuncta ſiniſtris:pro adiungenda nondum adiuncta erant ſiniſtris infenſis numinibus cõtrariis: quo morituri ſunt. Neq; arcano:reddit cauſas cur etiam argiuos uelit auertere.ſ.propter tantali ſcelus:q decipere ſe credidit deos:quandoquidem epulandũ his appoſuit filium.uel q epulando cũ diis ſecreta eorum mortalibus prodidit:ob quod facinus dignas apud inferos pœnas ſoluit. Fallax:quia deoꝝ prodebat conſilia. Saucia:pro ſauciata. Inopinum:quo thebarum gaudebat exilio de ſuis urbibus iam ſecura.

Adraſtus ſocer.& ſuperis adiuncta ſiniſtris
Connubia.hanc etiam pœnis inceſſere gentem
Decretum.neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus.& ſæuæ periit iniuria menſæ.
Sic pater omnipotens.aſt illi ſaucia dictis
Flammato uerſans inopinum corde dolorem
Talia iuno refert.me ne o iuſtiſſime diuum
Me bello certare iubes? ſcis ſemper ut arces
Cyclopum magniq; phoroneos inclyta fama
Sceptra uiris opibuſq; iuuem.licet improbus illic
Cuſtodem phariæ ſomno letoq; iuuencæ
Reſtinguas.ſeptis & turribus aureus intres
Mentitis ignoſco toris.illam odimus urbem
Quam uultu confeſſus adis.ubi conſcia magni
Signa tori tonitrus agis.& mea fulmina torques.
Facta luant thebæ.cur hoſtes eligis argos?
Quin age ſi tanta eſt thalami diſcordia ſancti.
Et ſamon & ueteres armis excide mycenas:
Verte ſolo ſparten.cur uſquam ſanguine feſto
Coniugis ara tuæ cumulo cur thuris heoi
Læta calet? melius uotis mareotica fumat
Coptos.& æriſoni lugentia flumina nili.
Quo ſi priſca luunt auctorum crimina gentes
Subuenitq; tuis ſera hæc ſententia curis

Me ne o iuſtiſſime diuum : inuidioſe p argis dixit.ut Virg. Nos tua progenies celi quibus annuis arcem. Scis ſemper ut arces Cyclopũ:quia Iuno ſemper fauet argiuis.ut Virg.Prima quod ad troiã pro caris geſſerat argis. Cyclopũ autem :aut quas cylopes fecerunt aut magnũ aut miri operis.nam quicquid magnitudine ſua nobile eſt:cyclopum manu dicitur fabricatum. Cyclopũ opera

Magniq; phoroneos:Phoroneus rex argiuoꝝ primus dicitur Iunoni templum dicaſſe & ſacrificiorum inſtituiſſe ſolennia. Phoroneus

Cuſtodem phariæ:bene prius ſõno:nam homo qui centum habebat oculos niſi ſõno oppreſſus occidi non poterat.Argũ ergo deſcribit quem Mercurius dicitur occidiſſe. Reſtinguas:perimas. bene reſtinguas:quia anima ignea eſt:ut Teren.ĩ adel. Primo ipſi ſeni animam extinguerem.& Anima Virg.Igneus eſt ollis uigor & cæleſtis origo. Septis & turri.aureus. Acryſius pater Acryſius Danaes qui oraculũ accepit:cauſam mortis ſibi futuram qui ex filia naſceretur.Sed Danaes Iuppiter cõuerſus in auꝝ uitiauit danaen: ex quo coitu Perſeus natus dicitur:q Acryſium obiecto Gorgonis capite conuertit ĩ ſaxum. Mentitis ignoſco toris: ideſt non iraſcor illi ciuitati. ubi mutatus adulteria commiſiſti.cũ aliis eni maieſtate diſſimulata cõcubis.Ad Semelẽ uero profeſſus numen intraſti. Vbi conſcia magni ſigna tori:ideſt quibus mecum coire cõſueſti. Tonitrus Tonitrus genere maſculino protulit:cum Lucanus neutro.ut Fractaque tonitrua in fulmen quæ cogitur aer. Et mea fulmina torques:ideſt inſignia matrimonii mei:quæ debui ſola ſentire. uel ſoli nota:& mihi tantum obnoxia. Mea fulmina:phiſicum eſt:nam ſimplici ratione ſi intelligis:uxorem reſpicis.Cæterum fulmen eſſe ſine aere non poteſt:quia ipſe aer Iuno eſt.etenim ſi non fuerint nubes aere colliſæ:fulmen nullum eſt.ut Lucanus.Qualiter expreſſum uentis.p.n.f. Flammato enim: ut Fulmen Virgilius Talia flammato ſecum dea corde uolutans. Mea fulmina:hoc eſt ſecũdũ pontifices:qui aiunt certa cuique fulmina deo aſcripta:in quibus & Mineruæ. Quin age ſi tanta eſt thalami diſcordia ſancti:figurate concedimus quod fieri nolumus.ut Virgilius.Quin age & ipſe manu fœlices erue ſyluas.

Et ſamon & ueteres armis excinde mycenas . Samos & mycenæ atquæ ſpartæ græciæ ciuitates Iuno Samos ni ſacratæ ſunt.Samos enim cara Iunoni.hæc enim prima Iunonis nuptias uidiſſe dicitur.Ideo cara inſu Mycenæ la atteſtante Virgi.Poſt habita coluiſſe ſamo.Spartæ uero dixit laconicæ ciuitatem regionis.ut Virgilius. Sparta Spattanæ uel qualis equos træhiſſa fatigat. Sanguine feſto:uictima ſacrificiorum. Thuris heoi: ideſt ſabæi.ut Virgilius.Centumque ſabæo thure calent aræ:ſertiſque recentibus halant. Coptos:ciuitas ma Coptos reotica ægypti:in qua Io uerſa in iſidem colitur:cuius ſacris ſiſtro cælebratis Nilus exæſtuat. Et æriſoni lugentia:de ſacris iſidis tractum:quia prouentum fructuum quærunt ægyptii uſque ad ueros planctus.Nam irrigatio nili ſupradictorum flatibus imploratur.ſiue lugentia: dicit propter Oſirim : quem planctibus quærunt & inueniunt:eundemque ſolem dicunt. Martia. iſæum ſeraphin nilus uenera tur oſyrim. Aeriſoni:Ait æris ſonum dantis propter ſiſtrum. Subuenitque tuis ſera hæc ſententia Siſtrum curis:in mentem uenit.furias pro criminibus poſuit & peccatis.ut furias Aiacis oylei.De Atreo & thye Furiæ ſte notiſſima fabula.nam Atreus & Thyeſtes cum in diſſenſionem ſibi nocere non poſſent. ĩ ſimulatam Atreus gratiam uenerunt.Thyeſtes cum fratris uxore concubuit.Atreus uero epulandum filium ei appoſuit: Thyeſtes quem ſol ne pollueretur aufugit.Sed ueritas hæc eſt.Atreus apud mycenas primum ſolis eclypſim in Solis eclypſis ueniſſe dicitur:cui inuidens frater ex urbe diſceſſit tempore ; quo probata ſunt eius dicta.

Illic mauortius axis Oenomai:Heliden dicit piſas:ubi Oenomaus regnauit rex crudeliſſimus. Gethicoque pecus ſtabulare ſub hemo dignus:ideſt equi qui digni erant ſtabulari in thracia:ubi equi Diomedis erant:qui humana carne paſcebantur. Melius generos paſſura nocentes.Polynicen propter patris inceſtum & Tydeum qui fratrem ſuum toxeum occiderat. Subter labitur unda: fabulam tangit.nam dicunt alpheum fluuium helidis & piſarum:quæ ſunt ciuitates arcadiæ ad arethuſam nympham ſiciliæ per occultos maris meatus uenire.ideoque dicit.præterlabitur uaga unda.Alii autem dicunt ꝙ Arethuſa uenatrix fuit: quæ cum ſe in flumine alpheo poſt laborem ablueret:ab eo adamata eſt:& diu fugiens deorum miſeratione:in fontem mutata ad ſiciliam per ſecretos meatus uenit:quā alpheus dicitur proſequi uſque in ſiciliā:quod Vir. exequens ait.Et tandem uelox poſitis arethuſa ſagittis.Ideoque Iuno precatur Iouem:ut ſi placeat ſibi emendare ſæcula retro:ideſt a ſedibus illis incipiat parcēs iterū argiuis.Notiſſima fabula oenomai.Notandum autem quia equos illos quibus prouocabant̃ proci ad curule certamen poeta pecus uocat:ꝙ eſt generale nomen omnium animalium effigie humana carentium: quos equos dicit Iuno digniores eſſe ad ſtabulandum in hemo monte frigidiſſimo thraciæ:quam in prefatis locis. Auſuramq; dionē:Veneris mr̃em dicit ſollicitā futurā pp Hermionē Veneris & Martis filiā Cadmi uxorē. Regniſq; illapſis opacis:ūbroſis ſine ſole Vir. Et triſtes ſine ſole domos. Lege herebi.qa dicuntur ī humatorum animæ multis errare temporibus.Vir.Centū errant annos.

Tumentem:lætantem ſe exilio propter cognationem Adraſti.& hoc quaſi deus ad deum dicit.nam futura ſunt hæc.Virgiliuſ Qua ſpe ingente inimica moraris. Paret Atalantiades: non reſpondet:quia numen īferius:ſed paruit iuſſis. Summa pedum petaſum dixit.ideſt alatum calciamentum Mercurii.Virgilius.Pedibus talaria nectit aurea. Obnubitque comas:ordo eſt.Obnubitque comas Galero & temperet aſtra. quaſi uniuſcuiuſque dei caput aſtrum ſit. Igit̃ obnubit.obſcurat:ne nudo capite deſcendens terras fulgore percuterat & temperat.uel quia benefica ſtella Mercurii maleficarum temperat flammas.uel certe occulte nobis exponit quique plagas cæli ex iſtis conſtare ſyderibus Saturni.Iouis.Martis.Mercurii.Veneris.Saturni frigida eſt ſtella:ideſt nocens.ut Frigida Saturni qua ſeſe ſtella receptet.& Frigidus nocens.ut frigidus in pratis cantando rumpitur āguis. Martis calida.Mercurii frigida.Iouis & Veneris temperata.ergo quia p mediam Zonam uolabat Iouis & Veneris uicina ſydera frigido tranſitu temperabat. Galero: pileo.ut Virgilius. Fuluoſque lupi de pelle galeros. Tum dextræ uirgam inſeruit. ut Virgilius.Tum uirgam capit:Qua pellere dulces.dixit.nam uita dulces.ut Cicero. hoc iter iure tā confragoſū putamus uitā plenā eē in iuriaꝝ ac miſeriaꝝ & laboꝝ.ut Virgi.Quæ lucis miſeris tam dira cupido.

Tydeus
Toxeus
Alpheus
Arethuſa
Pecus
Hermiōe
Petaſus
Mercurius
Saturnus rigidus
Planetæ
Galerus

Percenſere æui ſenium quo tempore tandem
Terrarum furias abolere.& ſæcula retro
Emendare ſat eſt: iamdudum a ſedibus illis
Incipe fluctiuaga.qua præterlabitur unda
Sicanios longe relegens alpheos amores:
Arcades hic tua(nec pudor eſt)delubra nefaſtis
Impoſuere locis.illic mauortius axis
Oenomai.geticoq; pecus ſtabulare ſub æmo
Dignius.abruptis etiam nunc inhumata procorū
Reliquiis trunca ora rigent.tamen hic tibi templi
Gratus honos placet.ida nocens mentitaq; manes
Creta tuos.me tantaleis conſiſtere tectis
Quæ tandem inuidia eſt.belli deflecte tumultus
Et generis miſereſce tui.ſunt impia late
Regna tibi melius generos paſſura nocentes.
Finierat miſcens precibus conuitia iuno
At non ille grauis dictis quanquam aſpera motu
Reddidit hæc.equidē haud rebar te mente ſecūda
Laturam quodcunque tuos licet æquus in argos
Conſulerem.neque me ſi detur copia fallit
Multa ſuper thebis bacchum auſuramq; dionen
Dicere.ſed noſtri reuerentia ponderis obſtat.
Horrendos.etenim latices ſtygii æquora fratris
Obteſtor manſurum & non reuocabile uerum.
Nil fore quod dictis flectar.quare impiger ales
Portantes præcede notos cyllenia proles.
Aera per liquidum regniſq; illapſus opacis
Dic patruo.ſuperas ſenior ſe tollat ad auras
Laius.& extinctum nati quem uulnere nondum
Vlterior lethes accepit ripa profundi
Lege erebi.ferat hæc diro mea iuſſa nepoti
Germanum exilio fretum argoliciſq; tumentem.
Hoſpitiis quod ſponte cupit procul impius aula
Arceat.alternum regni inficiatus honorem
Hinc cauſæ irarum certo reliqua ordine ducam.
Paret athalantiades dictis genitoris.& inde
Summa pedum propere plantaribus illigat alis.
Obnubitq; comas & temperat aſtra galero:
Tum dextrę uirgam inſeruit.qua pellere dulces
Aut ſuadere iterum ſomnos.qua nigra ſubire
Tartara.& exangues animare aſſueuerat umbras

Diſſiluit:cum ſaltu deſcēdit.ut deſiliit Turnus biiugis. Tenuiq; exceptus.tenui aura:qua modo tales fruuntur.ut Vir.auras uitales carpis.nā aer craſſior eſt æthere.Inhorruit aūt:quia ab aere calido in aerem frigidū deſcendit.alii inhorruit.ad ſtridorē referunt alaꝝ. Carpit:tranſit. Deſignat nubila gyro: quaſi more auiū.ut uolatus ipſius uideretur eē deſcēſus.ſiue gyrum.Irim dicit.Tranſitus eni nubiū neceſſe eſt ut leuem cōcitet rorem.Nubilū.n.ex tranſitu nubiū fit & aſtroꝝ motu.Sol uero cū aduerſam tetigerit radiis nubem aquoſam irim facit.nā ipſa eſt tranſitus deoꝝ. Olim uagus exul: quia ſuperius dixit. Iā ſorte carebat. Delatus polynicis honos. hinc ergo incipit poeta deſcribere quēadmodū exul ad Adraſtū peruenerit. Furtim:clā. Exulem.n.niſi futurū nō licebat eos fines attingere.quibus fuerat expulſus. Aoniæ thebanæ religionis. ut Vir.Aonas ī mōtes. Male debita regna:non indebita.ut male ſana:ſed male debita dixit:quaſi eēt prælio rum incōmodo periturus: aut certe male concipit animo regna ſibi debita:quæ ſciebat germanū nunq̄ redditurū ſponte. Signis cunctantibus: tarde præcedētibus ad deſiderium rettulit ſpē gerētis. Cura uirꝝ recurſans:ad cogitationē eius rettulit: non ad diem. Hac æuum cupiat pro luce paciſci.i.pro illo die:quo cūpit ſe uidere regnantem.libēter totius uitæ ſuæ offert tempora.Virg.Vitamq; uolunt pro laude paciſci. Nūc queritur ſeu tarda fugæ. Deſcriptio hominis anxii.nūc ſuperbiam ſecū regnantis reputat fratris.mō uotis erigitur in ſpiritu regio. Et ſediſſe ſuperbus.effectū uotem compotē fruſtra gaudebat. Cōſumit gaudia uoto.Semper optādo regnum conſumit gaudiū.De rebus.n.inopinatis magis lætamur: q̄ de his q̄ ſemper mente tractauimus. Tūc ſedet inachias urbes: ſedet placet.ut ſedet hoc aio.inachias ſine ꝑpoſitiōe ad inachias urbes. Danaeiaq; arua.cāpi.i.agricolæ.ut inachiis ſeſe referebat ab argis. Danaeiaq; arua:Danaus & ægyptus frēs fuerūt:Belli filii.Danao fuit uirilis ſexus qnq̄ginta numerus filioꝝ. e diuerſo: ægypto par numerus filiaꝝ. Voluit ergo danaus fris filias liberis ſuis matrimonio ſociare.& ægyptus oraculo cognouerat q; generi ſui maībus interiret.iuſſit ergo filiabus ut ſponſos occiderēt. Sola hypermneſtra:dū cæteræ facinus perpetraſſent:lino pepercit. Et caligātes abrupto ſole.De Atreo & thyeſte notiſſima hiſtoria:q; unus alterius liberos epulas fecit.quo aſpectu ſol dicitur refugiſſe.unde Virgi.Nec tā auerſus equos tyria ſol iungit ab urbe.abrupto aūt ſole dixit ſubducto lumine.curru ſuo reuocato. Ferre iter īpauidū:non iter īpauidū.ſed ipſe īpauidus. Præuia ducit erinys:præuii dicūtur duces uiaꝝ. Seu fors illa uiæ:hoc illud iter:aut furor ſuaſit:aut caſus:aut fatū. Hululata furoribus antra:in quibus liber pater colit̄ hululatu bacchaꝝ.deſcriptio itineris illius. Hululata: participiū ſine uerbi ſubſtantia.ut regnata.triumphata.nupta. Bacchæo ſanguīe col.ſanguine:quem perempto Pentheo agaue mater effudit ſanguine:per quem cytherone ſignificat:ubi ſe bacchæ ſecant in honorem liberi.ut Virgi.Orgya nocturnuſq; uocat clamore cytheron. Inde plagā:ideſt regionem. Qua molle ſedens.i.qua paulatim tumores collum in planū relaxans. Molle pro molliter.ubi in campum effunditur nimis extenſum.Laſſum utiq; fluctibus ceſum.uel quia in hanc partem deuexus amiſerit in excelſa uim creſcendi. Arcte:anguſte.ſiue artē doctrina:ideſt quadam ſolertiæ lenitate id faciens. Pendens:qcquid enim in præcipiti ſtat uidetur pendere. nā q per anguſtias ardui montis incedit:quaſi pendeat eminus cernentibus ſic uidetur. Infames ſcyrone petras.nota dicit īfames.ut cum infames ſcopulo ſacro ceraunia hic ſcyron hoſpites ſuos uel tranſeuntes ſaxo reſidens cogebat pedes ſibi lauare:& eos ex improuiſo præcipitabat:quem tandem Theſeus dicitur peremiſſe. Scylleaq; rura:megaram ſignificat ciuitatem:in qua Niſus regnaſſe dicitur:crinem purpureum atque fatalem habens:quem dormiēti patri ſcylla filia ſecuit.nam ut Virgilius utrunq; monſtraret ait.Et pro purpureo pœnas dat ſcylla capillo.Item alibi.Quid loquar aut ſcyllam:niſi aut quam fama ſecuta eſt. Mitemq; corynton:Tranqllū ſiue ocioſum.

Diſſiluit.tenuiq; exceptus inhorruit aura:
Nec mora ſublimes raptus per inane uolatus
Carpit.& ingenti deſignat nubila gyro:
Interea propriis olim uagus exul ab oris
Oedipodionides furtim deſerta pererrat
Aoniæ.iam iamq; animis male debita regna
Concipit.& longum ſignis cunctantibus annum
Stare gemit.tenet una dies noctesq; recurſans
Cura uirum ſi quando humilem decedere regno
Germanum.& ſemet Thebis opibusq; potitum
Cerneret.hac æuum cupiat pro luce paciſci:
Nunc queritur ſeu tarda fugæ diſpendia.ſed mox
Attollit flatus ducis.& ſediſſe ſuperbum
Deiecto ſe fratre putat.ſpes anxia mentem
Extrahit.& longo conſumit gaudia uoto:
Tunc ſedet Inachias urbes daneiaq; regna
Et caligantes abrupto ſole Mycenas
Ferre iter impauidum.ſeu præuia ducit Erynis
Seu fors illa uiæ.ſiue hac immota uocabat
Atropos ogygiis hululata furoribus antra
Deſerit.& pingues Bacchæo ſanguine colles:
Inde plagam qua molle ſedens in plana cytheron
Porrigitur.laſſuq; inclinat ad æquora montem
Præterit.hinc arte ſcopuloſo in limite pendens
Infames ſcyrone petras. ſcylleaq; rura
Purpureo regnata ſeni.mitemq; corynthon

Aer
Aether
Sedet
Danaus
ægyptus
Hypmeſtra
Præuii
Pendētia
Scyron
Niſus
Megara
Scylla

Iſthmos

Et in mediis audit:Iſthmon ſignificat:qui inter duo maria ſit conſtitutus.ut Horatius. Bimariſq; corynthi mœnia.i.inter Ioniũ & Aegeum.deſcribit corynthum poſitam ciuitatem. Iamq; per emeriti ſurgens confinia phœbi:a re militari:quaſi & ſol militare uideatur. Emeriti:occidentis. Confinia: bene dixit:qa iuxta ipm orit:quomõ emeritos dicimus:ſimili labore donatos.Sic & emeritus ſol occidens dicit propter laborem:cur noctis aſtra ſuccedunt.ut Vir.Emeritæq; expectant præmia palmæ. Titanis:luna. ut Vir.Lucentẽq; globum lunæ titaniaq; aſtra.Sic.ut titan titanis quoq; dicitur:quẽadmodum phœbus & phœbæ. Mundo ſubuecta:ideſt ſuperiecta.ut Virg.& corpora ſaltu ſubiiciunt in equos. Tenuauerat aera biga:bene tenuauerat:quia diei aer craſſior eſt. tenuis noctis. Iam pecudes.Sic Vir. Cum tacet oĩs ager.p.p.q.u. Iam ſomnus auaris inſerpit curis. Auaris indefeſſis. Auarus enim animuſ difficile fatigatur.ut Horatiuſ. Addũt auaro diuitias mari. Nutat:pendet. Laboratæ uitæ:per laborẽ peractæ. Sed nec puniceo:hic uult poeta monſtrare ſerenũ diem nõ contigiſſe polynici.nec enim ulla ſerenitas ſigna præmiſerat ſolis occaſus.

Emeriti

Titanis

Titan

Aer noctis

Aer diei

Linquit.& in mediis audit duo littora campis
Iamq; per emeriti ſurgens confinia phœbi
Titanis late mundo ſubuecta ſilenti
Rotifera gelidum tenuauerat aera biga.
Iam pecudes.uolucreſq; tacent.iam ſomnus auaris
Inſerpit curis.pronuſq; per aera nutat
Grata laboratæ referens obliuia uitæ.
Sed nec puniceo rediturum nubila cælo
Promiſere iubar.nec rareſcentibus umbris
Longa repercuſſo nituere crepuſcula phœbo.
Denſior a terris.& nulli peruia flammæ
Subtexit nox atra polos:iam clauſtra rigentis
Aeoliæ percluſa ſonant.uenturaq; rauco
Ore minatur hyems.uenti tranſuerſa frementes
Confligunt.axemq; emoto a cardine uellunt
Dum cælũ ſibi quiſq; rapit:ſed plurimus auſter
Inglomerat noctẽ.& tenebroſa uolumina torquet
Diffunditq; imbres ſicco quos aſper hyatu
Perſolidat boreas.necnon abrupta tremiſcunt
Fulgura:& attritus ſubita face rumpitur æther.
Iam nemea.iam tænareis contermina lucis
Arcadiæ capita alta madent. ruit agmine facto
Inachus.& gelidas ſurgens eraſinus ad arctos
Puluerulenta prius.calcandaq; flumina nullæ
Aggeribus tenuere moræ.ſtagnoq; refuſa eſt
Funditus & ueteri ſpumauit lerna ueneno.
Frangitur omne nemus.rapiunt antiqua procellæ
Brachia ſyluarum.nulliſq; aſpecta per æuum

crepuſculum

Decrepit

Puniceo:ergo ſereno dixit.ut Virgi. Cæruleus pluuiã denunciet igneus euros. Nituere crepuſcula phœbo: Crepuſculum dicitur quod inter finem diei eſt:& exordiũ noctis.unde & decrepiti ſenes dicuntur iã prope occaſum ſalutis & initium mortis. Vtrunq; enim tempus oſtendit: & diei initium:& extremũ noctis: ſiue crepuſcula: quia præcedentis ſolis radii percutiuntur a crepuſculo:ideſt ab extrema parte noctis.

Nebulæ

Dẽſior a terris:denſiorem nocte nebulã dicit:ꝗ quando ima petunt nebulæ:ſerenitas eſt.Vir.At nebulæ magis ima petũt cãpoq; recumbunt.quãdo altum.ſine dubio imbres futuros oſtendit. Et nulli peruia flammæ. Quã neq; ſolis neq; auroræ ualeat flamma penetrare. Iam clauſtra rigentis:frigidæ.quia prope eſt ubi habitant uẽti. Percluſa ſonant:certamina uentorũ exire uolentiũ.Venti tranuerſa fremẽtes Confligunt:ut Vir.Mutati tranſuerſa fremũt.

Cõfligũt:ut cõfligũt zephiruſq; notuſq;.

Coruſcatio

Fulgur

Nemea

Cleone

A. terminata

Dũ cælũ: ꝓ nubibus poſuit:ut Virgilius. Aduerſi rupto ceu quondã. Sicco quos aſper hyatu:phyſicam rationem ſecutus ẽ. nam ſi primo auſter pluuias facit:mox ſequitur boreas.Notus eaſdem:aut in niuẽ:aut in grandinẽ mutat.Vnde Ouidius.Vt quæq; ferunt imbres gelidis concreſcere uentis:ideſt congelari. Necnõ abruptis tremẽſcunt fulgura:coruſcationes enim quaſi ruptis nubibus tremũt.fulgura a fulgore dicta ſunt. Rumpitur æther:quaſi ex colliſione nubiũ. Iam nemea:ſylua uel mons iuxta cleonam græciæ ciuitatẽ:ubi Hercules leonẽ interfecit.ut Lucanus.Ille cleonei proiecit terga leonis.& Virg.Et uaſtũ nemeæ ſub rupe leonẽ. Contermina lucis:confinia atq; uicina his lucis montiũ argiuoꝝ.Notandũ aũt ꝙ nomẽ a littera terminatũ longũ latinitas nõ habet:ſed ideo qa eſt nomẽ græcũ:in quo melius græcaꝝ conſiderabitur. Arcadiæ capita alta madent: qnq; mõtiũ cacumina arcadiæ regiõis oſtendit.i.quillei.lycæi.licornis.argolionis.Mænali. Ruit:feſtinat impetu exire.ut Virg.Qua data porta ruunt. Agmine:multitudine aquaꝝ.ut Virg.Ruit agmen aquaꝝ. Inachus: fluuius regiõis argiuæ. Eraſinus:fluuius in ſeptẽtrione. Calcandaq; flumina.nullæ.ſ.in his fluminibus:quæ ante aquæ penuria calcabantur:hoc eſt pedibus tranſire poterant: riparum aggeſtiones opponẽs quo minus effunderentur:nullam fecerat moram. Refuga:cõmota.ut Virgi.Stagna refuſa uadis. Lerna:palus eſt apud argos:in qua hydram ſuperaſſe Hercules dicitur.Ait ergo in hoc ſtagno tantam uim undarum fuiſſe:ut iterum uenis ſcatere uiderent.Notandũ autẽ ꝙ ueteri dixerit:cum oẽ nomẽ generis neutri: qđ in us exit:nunꝗ niſi e littera terminetur:ut pecus pecore nemus nemore. Rapiunt:antique.ut Vir. cum ſtabulis. Brachia ſyluarũ:ramos arborum dixit.ut Virgili.In medio ramos annoſaq; brachia pendens.

Veteri

Nulliſque aſpecta per æuum Solibus.hoc eſt inuiſa ſoli multis tẽporibus:ut ẽ ſolis in aſpectum radiis.

Vmbroſi patuere:intonſis.ſ.arboribus montibus arcadiæ. Aeſtiua patuerũt:æſtiua aũt dicuntur pe/
corum ſtabula:temporis æſtatis umbroſa. Fugientia:dilabẽtia. Nubigenas:qui pluuiis augenť.ut & ſũ
mis cognati nubibus amnes. Aure pauens:auditu timẽs.ut Virgilius.Sonus excitat omnis ſuſpenſum.
Nõ ſegnius amens.i.nõ ſegnior. Per nigra ſilẽtia:terribilia.ut Virgi.Nũc ipſa ſilẽtia terrẽt. Haurit iter: Haurit
conſumit.Virgi.Latus haurit apertum. Metus undiqꝫ & undiqꝫ frater:aut cuius ſolius timet iſidias: aut
cuius inuidet regno. Haurit:ergo accipit.i.terribile iter oculis: auribus & omni percipit ſenſu & ubique

Solibus umbroſi patuere æſtiua lycæi.
Ille tamen modo ſaxa iugis fugientia ruptis
Miratur modo nubigenas e montibus amnes
Ire pauens.paſſimqꝫ inſano turbine raptas
Paſtorum pecorumqꝫ domos.non ſegnius amens
Incertuſqꝫ uiæ per nigra ſilentia uaſtum
Haurit iter.pulſat metus undiqꝫ.& undiqꝫ frater:
Ac uelut hyberno deprenſus nauita ponto
Cui neqꝫ temo piger.neque amico ſidere monſtrat
Luna uias.medio cæli pelagiqꝫ tumultu
Stat rationis inops.iam iamqꝫ aut ſaxa malignis
Expectat ſubmerſa uadis.aut uertice acuto
Spumantes ſcopulos erectæ incurrere proræ
Talis opaca legens nemorum cadmeius heros
Accelerat. uaſto metuenda umbone ferarum
Excutiens ſtabula.& prono uirgulta refringit
Pectore.dat ſtimulos animo uis mœſta timoris.
Donec ab inachiis uincta caligine tectis
Emicuit lucem deuexa in mœnia fundens
Laryſſeus apex:illo ſpe concitus omni
Euolat.hinc celſæ iunonia templa proſymnæ
Læuus habens.hinc herculeo ſignata uapore
Lernæi ſtagna atra uadi.tandemqꝫ recluſis
Infertur portis.actutum regia cernit
Veſtibula:hic artus imbri uentoqꝫ rigentes
Proiicit.ignotæqꝫ accliuis poſtibus aulæ
Inuitat tenues ad dura cubilia ſomnos
Rex ibi tranquillæ medio de limite uitæ
In ſenium uergens populos adraſtus habebat
Diues auis.& utroqꝫ iouem de ſanguine ducens
Hic ſexus melioris inops:ſed prole uirebat
Fœminea gemino natarum pignore fultus
Cui phœbus generos(monſtrum exitiabile dictu.
Mox adaperta fides)æuo ducente canebat
Setigerumqꝫ ſuem.& fuluum aduentare leonem
Hæc uoluens.non tu ipſe pater nõ docte futuri
Amphyaree uides.etenim uetat auctor apollo:

ſic terreť tãq̃ ubiqꝫ ſit frater.ut ẽ.Quicqd i/
crepuerit Catilinã timeri aut uideri. Hy/
berno põ.i.tẽpeſtiuo.ut Vir.emiſſãqꝫ hye/ Hiems
mẽ ſenſit Neptũnus.i. tẽpeſtatẽ. Cui neqꝫ
te.pi.piger temonẽ ſeptẽtrionẽ dixit:q nũq̃
mergiť.ut Virgi. Arctos oceani metuẽtes
æquore tigi. Malignis:latẽtibus ſiue du/ Malignus
biis.ut Vir.ſb luce maligna. Talis opaca.i.
q̃lis nauta timẽs tãtũ ſine ulla ſegnitie.Vir.
uir fortis igreſſũ iter emetiebať. Vaſto me
tuẽda umbõe:ꝑ clipeo a ꝑte totũ. ut Virg.
Sũmo clipei ne qcq̃ ũbõe pepẽdit. Ferarum:
excutiẽs ſtabula.i.ſyluas nũc clipeo ferarũ
luſtra diſcutit aut certe dirũpit nunc pecto
ris ipulſu ſtabula ſyluas.ut Vir.Pars dẽſa fe
rarum excutiẽs ſtabula.r.ſ. Dat ſtimulos
animo.i.nimiũ timẽdo.nõ timet.ſic.n. tũc
timent:ut Cicero nõ timeri ſine aliquo ti/
more poſſimus.Vis.n.timoris eſt triſtitia.
huic loco cõgruit illud Virgi.Vna ſalus ui/
ctis nullam ſperare ſalutẽ. Donec ab ina/
chiis argiuis:ab inacho fluuio.ut Vir. Ec/
ce aũt inachiis ſeſe referebat ab argis : dicit
tam diu erraſſe polynicẽ:q̃ diu de inachiis
tectis.i.de argiua ciuitate deuictis tenebris
lux emicuiſſet de ciuitatis arce:quæ laryſſa Laryſſa
noiatur.nõ nos aũt debet cõfundere: qꝫ &
theſſaliæ ciuitas laryſſa dicitur:a qua.Et la
ryſſeus Achilles.hæc enim quã nunc com
memorat arx eſt ciuitatis argiuæ: quæ la/
ryſſa dicitur. Deuexa in mœnia fundens:
quaſi imaginẽ lucis accipere debeat:ut Vir.
Deuexo interea propior fit ueſper olym/
po. Deuexa:in latere mõtis poſita. Laryſ
ſeus apex:ars ciuitatis argiuæ:ut eſt ſuperi
us annotatum. Illo ſpe concitus omni.i.
ad illã partẽ.unde poſteaq̃ lumẽ emicuiſſe
uidet:deſiit timere. Iunonia templa ꝓſy/
mnæ:Proſymna ciuitas eſt ubi coliť Iuno. Proſym/
Læuus habẽs.i.ſiniſtro latere præteriens. na
Hinc herculeo uapore ſignata.quaſi infa/
mia dimiſſa.Si uerã quæramus hiſtoriam
lerna palus fuit:quẽ cũ frequẽter ſiccareť : Lerna
& denuo ipplereť aqs:Hercu.depꝫẽdit ue/
nas terræ icẽdio poſſe ꝑcludi:atqꝫ iõ poſtea
q̃ exhauſit eã:ignẽ adhibuit.& ſi q̃ unda ꝑ
rũpebat:obſtruxit.nã hydrã mõſtrum fuiſſe Hydra
a potu hydatos fabulã nomẽ obtinuit. Tã
dẽqꝫ rec.ſignũ ẽ pacificæ ciuitatis. Actũtũ Actutum
cõfeſti.ut Terẽ.Actutũ ꝑite ais. Tenuis:le
uis:ſubtiliter i paupe magnus ẽ ſõnus.Lu/
canus.In quorum pectora ſõmo dat uires fortuna minor.Iuue.Cõſiliũ ſyllæ dedimus priuatus:ut altũ dor/
miret. Rex ibi tranqllæ.i.cum eſſet ætatis mediæ. Adraſtus: Thalai filius & eurinomes. Diues auis:
hoc ẽ a maioribus nobilis.ut Vir.Turnus auis atauiſqꝫ potẽs. Et utroqꝫ iouẽ de ſanguine ducens. pater/ Adraſtus
ni materniqꝫ ſanguinis nobilitatem explicuit. Hic ſexus melioris inops.ut Virgi.Filius huic fato diuum
proleſque uirilis nulla fuit. ſed & alibi. Sola domum & tantas ſeruabat filia ſedes:natorum enim .d.

Aegreſcit · Calydon · Pleuros · Olenos · Tydeus

Aegreſcit cura parentis:ægritudinem producit.ut Virgilius ægreſcitqꝫ medendo.hoc eſt reſponſi quidem neſciebat euentum.cura autem torquebatur ancipiti. Ecce autem antiquam fato calidona relinquens.Calydon pleuros & olenos ciuitates ſunt ætoliæ:unde fuit Tydeus.atque ideo modo olenium dicit:modo calydonium:modo pleuronium.hic autem Tydeus fratrem ſuum interemit.Moris autem fuit antiquis:ſicut etiam Homerus dicit:ut reus homicidii exularet.ergo Tydeus conſcius parricidii dimiſit paternum regnum:& caſu eadem nocte hiſdem confectus uulneribus:quibus polynices argos uenit.

Tantum in corde ſedens ægreſcit cura parentis
Ecce autem antiquam fato calidona relinques
Oeneus tydeus(fraterni ſanguinis illum
Conſcius horror agit)eadem ſub nocte ſopora
Luſtra terit.ſimileſqꝫ notos equæſter & imbres
Infuſam tergo glaciem & liquentia nymbis
Ora comaſqꝫ gerens.ſubit uno tegmine. cuius
Fuſus humo gelida.partem prior hoſpes habebat
Hic uero ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit.haud paſſi ſociis defendere noctem
Culminibus.paulum alternis in uerba minaſqꝫ
Cunctātur.mox ut iactis ſermonibus iræ
Intumuere ſatis:tum uero erectus uterque
Exertare humeros.nudamqꝫ laceſſere pugnam
Celſior ille gradu procera in membra ſimulqꝫ
Integer annorum.ſed non & uiribus impar
Tydea fert animus. totoſqꝫ infuſa per artus
Maior in exiguo regnabat corpore uirtus
Iam crebros ictus ora.& caua tempora circum
Obnixi ingeminant. telorum aut grandinis inſtar
Rhypheæ:flexoqꝫ genu uacua ilia tundunt.
Non aliter q̃ pyſeo ſua luſtra tonanti
Cum redeunt.crudiſqꝫ uirum ſudoribus ardet
Puluis.ac hinc teneros caueæ diſſenſus ephœbos
Concitat.excluſæqꝫ expectant præmia matres.
Sic alacres odio.nullaqꝫ cupidine laudis
Accenſi incurrunt.ſcrutatur & intima uultus
Vnca manus: penituſqꝫ oculis cedentibus inſtant.
Forſan & accinctos lateri(ſic ira ferebat)
Nudaſſent enſes(meliuſqꝫ hoſtilibus armis
Lugendus fratri iuuenis thebane iaceres)
Ni rex inſolitum clamorem.& pectore ab alto
Stridentes gemitus noctis miratus in umbris
Mouiſſet greſſus:magnis cui ſobria curis
Pendebat ſomno iam deterriore ſenectus.
Iſqꝫ ubi progrediens numeroſa luce per alta
Atria dimotis aduerſo lumine clauſtris
Terribilem dictu faciem.lacera ora putreſqꝫ
Sanguineo uidet imbre genas.quæ cauſa furoris

Calydoniam uero urbem eſſe ætoliæ: ut Virgilius.loquitur dicendo.Quod ſcelus aut lapytis tantum:aut calydona merentē.

Menalippus

Fraterni ſanguinis:quia occiderat auunculum ſuum Thoantem:matris fratrem: uel ut quidam uolunt Apharea.Manifeſtius tamen eſt ꝙ Menalippum fratrem ſuū dum uenaretur:occidit. Agit:inſequitur. Eadem ſub nocte pari tempeſtate uexatus

Defendere

Luſtra:hoc eſt ferarum cubicula.ut Vir. Luſtra domoſque traho:uaſtoſque a rupe cyclopas. Liquentia:diſtilantia. Vno tegmine tecti:ſcilicet quo polynices. Rabiē: litem. Defendere noctem:prohibere iniuriam tempeſtatis non paſſi ſunt.ut Virgi. Hunc oro defende furorem:ideſt prohibe.

Exertare · Exerta

Alternis:mutua uice uerborum:aduerbium pro inuicem.Virgilius.Alternis dicetis. Vt iactis ſermonibus:quaſi qui uulnus facerent.ut Saluſt.Iugurtha inter alias res iacit. Exertare:nudare: ut exerta manus ueſana cethegi. Nudamque:ſine ferro. Celſior ille gradu :polynices pedibus longior & membris decorus. Integer annorum:iuuentute firmiſſima.Virgi. Atqꝫ integer æui Aſcanius. Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.ut Virgilius.Ingentes animos anguſto in pectore uerſant.Viribus ergo compenſauit: quod proceritati natura non ceſſit.ut paruo corpori ingens robur infunderet. Telorum: aut grandinis inſtar.Telorum:propterea quod uulnera infligebant grandinis pro aſſidue.

Rhyphæus · Piſa · Olympia

Rhypheæ:ideſt ſcythicæ.Rhyphæus mōs thraciæ:in quo ſemper nimiæ tempeſtates.ut Virgilius.Rhyphæo tunditur euro. Flexoque genu:duplicato: quod græci dyplō uocant. Non aliter q̃ piſeo:Piſæ ciuitas helidis ubi olympica corona eſt: ideſt Agon in honorem olympiaci Iouis cælebratur finito quinquennio. Crudis ſudoribus:duris aut magnis ſiue uehementibus. Teneros ephœbos:impudentes. Caueæ diſſenſus:ideſt fauor populi diſſidentis inſtigat ephœbos.& expreſſit fauentium ſtudia.

Olympia · Pendet · Suſpenſi

Excluſæque:expectant præmia matres Sacrorum lege prohibitum eſt olympicū certamen ſpectare mulieres. Nullaque cupidine laudis:non pecunia aut præmii nimietate certabant: ſed laudis auidi ſolius erat uirtutis intentio. Intima uultus:genitiuus eſt ſingularis. Iuuenis thebane:apoſtropha ad polynicem. Magnis cui ſobria curis pendebat.ſollicita erat.ut Virgilius Suſpenſi pœnā expectāt. Sōno iā dete.ſene.deficiēte calore ſanguinis nimiū q̄etis ſenectus capit. Ordo cui magnis curis pēdebat ſōnus.Quia in īgēti cura minor ē ſomnus. Numeroſa luce:cū multis lāpadibus.

Externi iuuenes:alterius generis.ut Vir.Non me tibi troia externum tulit.aut certe illud uult magis Externus
intelligi tantam ciuium ſuorum metu regis eſſe formidinem:ut nullus audeat manu litem cõſerere.Ta/
lis eſt ordo.Externi eſtis o iuuenes:nam ciuis meus nunq̃ uſqueadeo finem litis ſuæ audet extendere:ut
transferat in manus furorem. Anguſta dies:ad diſcordiam conſerendam. Triſte parumper: triſtis res.
Pacem animo:& animo triſtis eſt pacem pauliſper pati:adeo dies ueſtræ pugnæ non ſufficit:ut noctem
quieti non daretis. Prodite:dicite.Haud humiles. Ignobiles:ut Virgilius.Degeneres animos timor ar/

Externi iuuenes(neque enim meus audeat iſtas
Ciuis in uſque manus)quis nam ĩplacabilis ardor
Exturbare odiis tranquilla ſilentia noctis.
Vſqueadeo ne anguſta dies:& triſte parumper
Pacem animo ſomnumq; pati.ſed prodite tandem
Vnde orti? quo fertis iter? quæ iurgia?nam uos
Haud humiles tanta ira docet.generiſq; ſuperbi
Magna per effuſum clareſcunt ſigna cruorem
Vix ea cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt una.rex o mitiſſime achiuum
Quid uerbis opus eſt? undantes ſanguine uultus
Aſpicis. hæc paſſim turbatis uocis amaræ
Confudere ſonis.inde orſus in ordine tydeus
Continuat.mœſti cupiens ſolatia caſus
Monſtriferæ calydonis opes.acheloiaq; arua
Deſerui. ueſtris hic me ecce in finibus ingens
Nox operit.tecto cælum prohibere quis iſte
Arguit? an quoniam prior hæc ad limina forte
Molitur greſſus? pariter ſtabulare bimembres
Centauros unaq; ferunt cyclopes in æthna
Compoſitos.ſunt & rabidis iura inſita monſtris
Faſq; ſuum nobis ſociare cubilia terræ.
Sed quid ego? haud hodie ſpoliis gauiſus abibis.
Quiſquis ex his.aut me ſi non effœtus oborto
Sanguis habet.luctu magni de ſtirpe creatum
Oeneos & marti non degenerare paterno
Accipies.nec nos animi nec ſtirpis egemus
Ille refert contra.ſed mens ſibi conſcia facti
Cunctatur proferre patrem.tunc mitis adraſtus:
Immo agite & poſitis:quas nox inopina ſuaſit
Aut uirtus aut ira minis ſuccedite tecto.
Iam pariter coeant animorum in pignora dextræ.
Non hæc incaſſum diuiſq; abſentibus acta.
Forſan & has uenturus amor præmiſerit iras.
Vt meminiſſe iuuet.nec uana uoce locutus
Fata ſenex:ſiquidẽ hãc perhibẽt poſt uulnera iun
Eſſe fidẽ.quanta paratũ extrema proteruo (ctis
Theſea pirithoo.ue l inanem mentis oreſtem

guit.Quiſquis enim timet ĩ certamine de
gener eſt.Econtra:qui ĩperterritus fuerit:
generoſi ſanguinis indolem profitetur.
Obliqua tuentes: ideſt inuicem ſe iuue/
nes male obliquis oculis intuentes. Con/
fudere ſonis:pariter dicẽdo ſignificationẽ
turbauere uerborum. In ordine iam non
turbato ſono. Solatia caſus:quia fratrem
occidit. Caſus:quia parricidium ignarus
admiſſit.dicitur enim fortuito uenationis
peremiſſe germanũ. Monſtrifere calydo/
nis:propter aprum:qui illic mõſtri ſimilis
natus eſt:& iracondiam dianæ: qui regio/
nem calydoniam totã uaſtabat:quem po/
ſtea meleager occidit. Acheloiaq; arua:
Achelous fluuius theſſaliæ oriẽs ætoliam Achelous
præterfluit:qui primus uinũ poculis mi/
ſcuit.ut Virgilius.Poculaq; inuentis ache/
loia miſcuit uuis. Cælum prohibere. Cæ
lum pro aere poſuit. Et nymbis:ideſt plu
uiam tecto declinare. Quis iſte:deeſt quã
gerit poteſtatem:qui hoſpitalitatis cõmu/
nionem ſic prohibet. Bimẽbres:dupliciũ
membrorum.ut Iuuena.ægregiũ ſanctũq; ui
rum ſi cerno bimẽbri hoc monſtrũ puero
Compoſitos:ex uariis gentibus. Sunt &
rabidis:Iuuena.Indica tigris agit rabida cũ
tigride pacem. Faſq; ſuũ.hora humanita/
tis atq; concordiæ. Nobis ſociare cubilia
terræ. & deeſt non licuit ꝑpter irecundiã.
iratis enim ſermo deficit.Virg.Quos ego. Irati
Haud hodie:ſpoliis gauiſus abibis. Spo
lia illa.ut Vir. Haud hodie ſpolia ulla cruẽ
ta: & caput æneæ referes lauſiq; dolorum.
Sãguis hẽt:ſtupet originis uirtus horrore
pricidii ꝑpetrati. De ſtir.crea.oene.Mars Mars
meleagri pr̃.Meleager oenei. Oeneus Ty/ Meleager
dei:q̃uis plæriq; dicãt eũ ꝓcreatũ cõuerſo ĩ Oeneus
uultũ oenei.Ordo talis.Accipies non dege Tydeus
nerare.a patria uirtute martis. Accipies:
ſenties:ſiue experieris. Ille refert cõtra:po
lynices reſpondet iniuriis.ſed inceſti cõſci/
us cælauit nomẽ parẽtis.Cũctat̃ ꝓferre pa
trẽ:timet œdipũ noiare:q̃a fr̃ & pr̃ ẽ. Coe
ant dex.hæc apd' ueteres fœdera fuiſſe Vir. Dextra
teſtat̃.ut Excepitq; manu.dextraq; ãplexus
inhæſit. Fata ſe.bene dixit fata.q̃cq̃d.n. ſe/ Fatum
nex loq̃t ꝓpemodũ fatũ ẽ.& reuera q̃ſi i ſti
ctu numinis locutus ẽ:nã ex diſcordia ma
gna familiaritas cõflata ẽ iter tydeũ & poly
nicẽ. Extrẽa:extreme. nomẽ ꝑ aduerbio.
Proteruoq; amore ꝓſerpiæ iferos pene/
trare nõ timuit. Eſſe:ergo ꝑ fuiſſe dixit. Eſſe
& recte.nã oĩa q̃ nimis mala & bõa ſũt:ꝑ p̃ſentibus aſcribũt̃. Extre.er.q̃a fides extrẽa erat uſq; ad iferos:
ideſt quãta fide p̃hibẽt fuiſſe extrẽa. Paratũ piri.the.Theſea pirithoo hãc talẽ fidẽ uult eẽ:q̃lẽ colebat ãtiq
tas:Quattuor nãq; aicitiarum exẽpla fuiſſe certiſſimũ ẽ.Theſei & pirithoi.Oreſtis & pyladæ.Achillis & Pa/

Theſeus Piritho/us Oreſtes Pilades Achilles Patrocluſ Tydeus Polyniceſ Alecto Tiſiphõe Megæra Theume/ſius Tempe Leones duo Theumeus Nemeus Horror Somnus

trocli.Tydei & polynicis.Theſeus & Pirithous cõſpirauerũt filias Iouis uxores ducere.Theſeus rapuit Helenã adhuc puã.Pirithous cũ filiã Iouis q̃reret & nõ iueniret:qa apđ iferos erat ꝓſerpina:coniurauerũt ut deſcenderent pariter:qui depræhenſi pœnas dederunt.Oreſtes poſt necem matris furias paſſus.ut Virgilius.Aut Agamemnonis ſenis agitatus oreſtes.hinc Pilades tulit in calamitate ſolatium:cuius auxilio furiis liberatus eſt.Patroclus deſide Achille cauſa briſeidis armis ipſius indutus uenit ad troiam : atq̃ mãu procubuit Hectoris Tydeus uero cauſa polynicis pergit ad thebas:ibiq̃ dimicans periit. Rapidam.i.cõtra eum furentem:nam tres eſſe furiæ dicuntur Plutoni deſeruientes:quarũ prima Alecto:quæ impoſſibilis dicitur.Altera Tiſiphone:quaſi tutonphone.i.iſtarum uox. Tertia megæra:quaſi megale aeris. primũ ergo eſt non pulſandum furiam cõcipere. ſecundum eſt in uoce prorumpere. tertiũ iurgiũ prolatare. Ventis ut decertata : Parentheſis per ſimilitudinem.Lucãus.ut timidus boreas poſt flamina uentus rauca gemit. Laxatis:ceſſante uento diſtentis. Paſſi ſubiere penates : ideſt tũc ꝓmiſerũt ſibi:ut pariter Adraſti domum ſubirent. Inanem leonem:hoc eſt pellem leonis:ut ipſe alibi.Inanem tigridẽ dicit. Impexis : compoſitis aut non compoſitis. Vtrinq̃: ex utroq̃ humero. Quem p theumeſia: oppidum theſſaliæ. Tẽpe:aut loca amœna a cæli temperamento dicta: aut boetiæ montẽ deſignat. Illius leonis.ſ.quẽ ĩ theumeſo Hercules occidit.nam idem duos ſuperaſſe dicitur. primũ theumeſium.ſecundum Cleonæũ.Theumeſus mons boetiæ eſt.Nemeus mons archadiæ: qui ẽ cleonæus. Ambire:uelare ſeu cingere. Calydõis honos:quaſi ipſe aper calydonius eſſet appellatus. Vocalibus antris:fatidico apollinis ſpecu reſponſa ꝓmentibus. Obtutu : fixo aſpectu:ideſt aut ſtupore animi aut ſenectute.ut obtutu tenet ora ſoloque.i.h. Horror iit numine ductos: horror.n.aut gaudiorũ aut mœroris. ſed modo gaudii intelligendum. Timoris horrorem:quẽ Virgi.dicit.Horror ubiq̃ animum ſimul ipſa ſilentia terrent.Letitiæ.ut Terẽ. Totus parmẽo tremo horreoq̃ poſtq̃ aſpexi hãc. Affore:adeſſe. Nexis ambagibus : obſcuris reſponſis.Vir.Obſcuris uera inuoluẽs. Vultu fallente:ſuperficie ſola. Nox quæ terrarũ:laus noctis quia habet officiũ ſuũ. Cæli:lunæ uel curſus ſyderum diſpõere amplexa.ut Maro.inuoluens umbra magna terramq̃ pollũq̃. Trãſmittis:aut trãſire facis per te aut cum ipſa tranſis. quia fixa ſunt ſydera. Indulgẽs reparare animũ. dixit quid ſyderibus præſtet.qd etiã mortalibus præbeat dicit.hoc eſt indulgens ocium:quo animus reparatur.ut Ouidius de ſomno.lib.xi.Somne quies rerum placidiſſime ſomne deorum.Pax animi quem cura fugit:qui corpora duris Feſſa miniſteriis mulces reparaſq̃ labori. Agiles:celeres.ſumma enim eſt celeritas illi redeundi.celeres ergo in noſtro officio quo agimur. Tu mihi perplexis:quia oraculum de genere erat obſcurum. Aduehis: ideſt reſponſa Apollinis ſolius. Veteris fati:præteriti reſponſi. Adſiſtas:adſiſtas operi præcor:ut nuptiarum beneficium compleas. Dimenſis orbibus:finitis annis ſingulis anniuerſario illi ſacrum pollicetur : ut Virgilius Annua uota tamen. Luſtraliaque exta:pinguia. nec poſſumus quinquennalia accipere : cum conſtet anniuerſarium ſacrum dicatum fuiſſe. Luſtralia:ergo pecora ſunt:quæ per quinquennale tempus deuota ſacrificiis nutriuntur:& ideo pinguia. Priſca:magna obſcurique receſſus:pro uoluntate deorum aut oraculi fidem latenter : metonomia per id quo efficit id quod efficitur.

Oppoſito rapidam pylade.uitaſſe megæram:
Tunc quoque mulcentem dictis corda aſpera regẽ
Iam faciles uentis ut decertata reſidunt
Aequora.laxatiſq̃ diu tamen aura ſuperſtes
Immoritur uelis paſſi ſubiere penates.
Hic primum luſtrare oculis cultuſq̃ uirorum
Telaq̃ magna uacat.tergo uidet huius inanem
Impexis utrinque iubis horrere leonem.
Illius in ſpeciem quem per theumeſia:tempe
Amphytrioniades fractum iuuenilibus armis
Ante cleonei ueſtitur prælia monſtri
Terribiles contra ſetis ac dente recuruo
Tydea per latos humeros ambire laborant
Exuuiæ.calydonis honos:ſtupet omine tanto
Defixus ſenior diuinaq̃ oracula phœbi
Agnoſcens monituſq̃ datos uocalibus antris
Obtutu gelida ora premit.lætuſq̃ per artus
Horror iit ſenſit manifeſto numine ductos
Affore quos nexis ambagibus augur apollo
Portendi generos uultu fallente ferarum
Ediderat.tunc ſic tendens ad ſydera palmas
Nox quæ terrarum cæliq̃ amplexa labores
Ignea multiuago tranſmittis ſydera lapſu
Indulgẽs reparare animum dum proximus ægris
Infundat titan agiles animantibus ortus
Tu mihi perplexis quæſitam erroribus ultro
Aduehis alma fidem.ueteriſq̃ exordia fati
Detegis aſſiſtas operi.tuaq̃ omina firmes
Semper honoratam dimenſis orbibus anni
Te domus iſta colet.nigri tibi nigra litabunt
Electa ceruice greges.luſtraliaq̃ exta
Lacte nouo perfuſus edet uulcanius ignis.
Salue priſca fides tripodum obſcuriq̃ receſſus

Deprædi fortuna deos:agnoui oraculū. Canis:albis.ut Horatius.Canit albicat ora pruinis.Vir.Caniscum montibus humor liquitur. Adolere focos:uerbum propriū ſacra reddentium:quod ſignificat uotis & ſupplicationibus numē equius fieri.Ergo adolere accumulare.Vir.Adolet dū altaria. Salue priſca fides tripodum.Tripos ſpecies eſt lauri:tres habens radices apollini conſecrata propter triplicē uim diuinationis.nā & ſol præterita uidet.præſentia cernit:& futura uiſurus eſt.Eſt etiā tripos mēſa apollinis: corio phytonis ſerpentis tecta. Inſtaurare iubet:renouare ſacrificium cælebrare:ut intelligamus ſuperiore die uota apollini pſoluta:quæ nunc aduentu iuuenum præcipit renouari in honorem apollinis. Vario:ut Maro.Cētum aræ totidēque pares ætate miniſtri. Emunire toros:inſtruere. Tapetas:genere maſculino.ut Vir. Pulchroſue tapetas. Tertio Declinatur hoc nomē Tapetum ti. & hoc Tapete Tapeti.unde eſt. Qui forte tapetibus altis extructus, declinatur & græce ta tapis tapitos a qua declinatione ē hic accuſatiuus. Leuarē:lucidas facere. ut Vir.Leuato lucida ferro. Mēſas pro uaſculis poſuit. Tendunt auratis uīcula lychnis uitandæ humilitatis aucupio lucernas uoluit dicere. Sic Maro.Dependent lychni laquearibus aureis.Indignum enim hoc Heroo carmini fuerat. Siccati uulnera lymphis Secundū Virgi.lota aqua uulnera ſiccata dixit.ut Vir.Vulnera ſiccabat lymphis

Adolere

Tripos

Diuinatio

Triplex

Depræhendi fortuna deos:ſic fatus:& ambos
Innectens manibus tecta ulterioris ad aulæ
Progreditur canis etiam num altaribus ignes
Sopitum cinerem & tepidi libamina ſacri
Seruabant adolere focos epulaſq; recentes
Inſtaurare iubet. dictis parere miniſtri
Certatim accelerant.uario ſtrepit ita tumultu
Regia.pars oſtro tenues auroq; ſonantes
Emunire toros altoſq; inferre tapetas.
Pars teretes leuare manu.ac diſponere menſas.
Aſt alii tenebras:& opacam uincere noctem
Aggreſſi tendunt auratis uincula lychnis.
His labor incerto torrere exanguia ferro
Viſcera cæſarum pecudum:his cumulare caniſtris
Perdomitam ſaxo cererem.lætatur adraſtus
Obſequio feruere domum.iamq; ipſe ſuperbis
Fulgebat ſtratis.ſolioq; effultus eburno.
Parte alia iuuenes ſiccati uulnera lymphis
Diſcumbunt ſimul ora notis fœdata tuentur.
Inq; uicem ignoſcunt tunc rex longæuus aceſten
Natarum hæc altrix.eadem & fidiſſima cuſtos
Læta ſacrum iuſtæ ueneri occultare pudorem
Imperat acciri.tacitaq; immurmurat aure.
Nec mora præceptis.cum protinus utraq; uirgo
Arcano egreſſæ thalamo.mirabile uiſu
Pallados armiſonæ.pharetratæq; ora dianę.
Aequa ferunt terrore minus. noua deinde pudori
Viſa uirum facies.pariter palloręq; ruborq;
Purpureas hauſere genas.oculiq; uerentes
Ad ſanctum rediere patrē.poſtq̄ ordine menſæ
Victa fames.ſignis perfectam.auroq; nitentem
Iaſides pateram famulos ex more popoſcit.
Qua danaus libare deis.ſeniorq; phoroneus
Aſſueti.tenet hæc operum cælata figuras
Aureus anguicomam præſecto gorgona collo
Ales habet iam iamq; uagas(ita uiſus)in auras
Exilit.illa graues oculos.languentiaq; ora
Pene mouet.uiuoq; & iam palleſcit in auro

Tape

Tapetū

Tapete

Tapis

Lychni

Altrix:nutrix.Iuſtæ Veneri.legitimas nuptias dixit. Tacita: Nomen pro aduerbio tacite aut fideliter. Terrore minus:ideſt ſine terrore pulchritudinē potuit dare deæ: poteſtatem uero non potuit præbere mortali:Senſus uero talis eſt:Quantum ad pulchritudinē mineruæ & dianæ ſimiles erāt quantum ad terrorem minores.Noua deinde pudori. Noua facies.i.peregrinorum uiſa eſt pudicis uirginibus:quæ propter pudorē & palluerunt & rubuerunt. Purpureas hauſere gēas: purpureas pulchras. Hauſere conſumpſere:quia deſierunt eſſe purpureæ. Verentes:uerecundiam patientes:

Ad ſanctum rediere patrem:primo patrē poſt iuuenes: & item patrē aſpexerunt.mores expreſſit erubeſcentium:qui ſi nouam uiderint faciem:ſtatim ſuos oculos ad notam ſibi perſonam retorquent. Iaſides: patronymicum ab antiquis ducibus dictū. quia Danaus fuit Iaſi filius.Iaſus & phoroneus antiqui reges argiuorū fuere:qui primi Iunoni ſacrificauerunt. popoſcit ergo Adraſtus ex more pateram:qua aſſueuerāt argiuorum antiqui principes diis litare.ut Virgi.Impleuitque mero pateram: quam Bellus & omnes a bello ſoliti. Cælata: inſculpta. Aureus:Perſeus ſignificat aureus ideo quia in auro erat ſculptus:qui uolatu dicitur ueniſſe ad interficiendum Gorgona.quod ideo fingitur:quia nauigio uenit. Nam hæc duo inter ſe reciprocantur. ut Virgilius.Velorum pandimus alas. Idem alibi.Nare per æſtatē.ita uiſus i auras.ad pbationē tanquam ueræ eſſet expoſuit. Graues oculos:morituros.& qa oēm uim nocendi in oculis habebat:quærebat occiſſa ſectorē ad admirationē finxit & ſenſū. Viuo:fuluo.qđ uiui colorem habeat:qđ pallidus mortui habeat colorē.admiratur autem qđ cum in uiuo ſit picta mors:tamē pallore torpeſcat.

Iaſius

Danaus

Phoroneus

Perſeus

Gorgon

**Ganymedes**

Hinc phrygius uenator. Ganymedes trois regis & calircæ filius. quem Iuppiter dilexit: & per aquilã rapuit: & adhibitus eſt miniſterio deorũ: remota Hebe Iunõis filia. hinc Vir. Et rapti Ganymedis honores.

**Gargara**

Gargara: ſummæ ptis. i. montis. quas gargara. i. capitis caput. cara. n. græce caput uocant. Stant mœſti comites, ut Vir. Longæui palmas nequicq̃ ad ſydera tendunt. Comitum famulumq; manus. i. amicorum & ſeruorum multitudo. Pudica fronde: uel lauro propter Daphnen: quæ uirgo permãſit.

**Daphne**

fuit auté filia Penei fluminis theſſaliæ: quam cũ Apollo amaret: & illa fugeret: deorum miſeratione in laurum conuerſa ẽ: quæ in tutela Apollinis eſſe dr̃.

Cui feſta dies: Apollinis. ſ. ut eſt feſta uelamus fronde per urbẽ. Forſitan o iuuenes: Sẽſus talis ẽ. Credo ſanctiſſimi iuuenes. unde nobis ſint ſacrorũ iſta ſolennia animos ueſtros uelle cognoſcere. Sinuoſa uolumina: ſpacioſa. longum hiperbaton. Poſtq̃ p culit. Terentem: crebris amplexibus tenuanté.

**Caſtalius fons**

Caſtaliis: magnæ arbores iuxta caſtalium fonté ſunt: qui in boetia eſſe dr̃ muſis conſecratus. Nigro ſitiens alimenta ueneno: quærens accipere alimenta: ut augeret uenena. Veneno enim proficit quicq̃d acceperit ſerpẽs bibendũ. ut ſupra. Sulphureas ꝓmiſerat anguibus undas.

**Crotopus**

Crotopi: hic rex argiuis fuit: qui Apollinem typhonis cæde pollutum expiauit. huic filia pſamate fuit:

**Pſamate**

cum qua Apollo concubuit: de quo compreſſu ædidit: ac mox æditũ partum expoſuit: quod Apollo indignanter accipiens in iuindictam iniuriæ ſuæ iniecit monſtrũ: quod Chorœbus occidit.

**Corebus**

Decore pio: ex natura uenienti non fucis aut cura decorato. Seruabat nata penates: pſamatem dicit crotopi filiam. Seruabat: poſſidebat. ut Virgilius. Sola domum & tantas ſeruabat filia ſedes. Fœlix ſi delia nunquã furta: ideſt fœlix ſi nunq̃ fuiſſet Apollinis perpeſſa concubitus.

**Dei ad flumina**

Ad fluminis undam: morem habent poetæ: ex diis genitos ſuper fluminum ripas memorent eſſe conceptos: ut facilis nimium poſſet eſſe ablutio. Virgilius. Tu ne ille æneas quem dardanio anchiſæ Alma uenus phrygii genuit ſimoentis ad undas? Biſquinos: uult poeta monſtrare legitime æditum partum puerperæ, auctore Virgilio. Matri longa decem tulerint faſtidia menſes. Ter uirgo ex eo compreſſu grauida facta eſt menſis hic decimus eſt. Nepotem: qui ex Apolline naſcebatur. Cuſtodi: huius in hiſtoria heleni nomẽ inuenit. Non tibi digna puer: quaſi induměta eſſent ea libris & arbuto.

Arbuteis: ergo pro ligneis poſuit. nam arbutus tegmen non habet. Et pecori commune: ut oſtenderet pecori paſtorique domum eſſe communem, ut Iuuenalis. Et pecus & domios communi clauderet umbra. Sed fata nec illum conceſſere larem: ideſt fatorum neceſſitas puerum uiuere: nec indigno loco permiſit. ut Virgi. Oſtendunt terris hunc tantum fata: nec ultra eſſe ſinunt.

**Temere**

Temere: caſu periculoſe. Et patulo cælum ore trahentem. ut Virgilius. Et patulis captauit naribus auras.

Hinc phrygius fuluis uenator tollitur alis.
Gargara deſidunt ſurgenti ac troia recedit.
Stant mœſti comites. fruſtraq; ſonantia laſſant
Ora canes. umbramq; petunt. & nubila latrant
Hanc undãte mero. fundens uocat ordine cũctos
Cælicolas. phœbum ante alios. phœbũ oĩs ad aras
Laude ciet comitum. famulumq; euincta pudica
Fronde manus. cui feſta dies. largoq; refecti
Thure uaporatis lucent altaribus ignes.
Forſitan o iuuenes quæ ſunt ea ſacra. quibuſque
Præcipuum cauſis phœbi obteſtemur honorem
Rex ait. exquirunt animi. non inſcia ſuaſit
Religio. magnis exercita cladibus olim
Plæbs argiua litant. animos aduertite pandam
Poſtquam cærulei ſinuoſa uolumina monſtri
Terrigenam pythona deus ſeptem orbibus atris
Amplexum delphos. ſquamiſq; annoſa terentem
Robora caſtaliis dum fontibus ore triſulco
Fuſus hiat nigro ſitiens alimenta ueneno
Perculit abſumptis numeroſa in uulnera telis
Cyrrhæiq; dedit centum per iugera campi
Vix tandem explicitum noua deide piacula cædis
Perquirens noſtri tecta haud opulenta crotopi
Attigit huic primis & pubem ineuntibus annis
Mira decore pio ſeruabat nata penates
Intemerata toris: fœlix ſi delia nunquam
Furta. nec occultum phœbo ſociaſſet amorem.
Nãq; ut paſſa deum nemeæi ad fluminis undã
Biſquinos plena cum fronte reſumeret orbes
Cynthia: ſydereum latonæ facta nepotem
Edidit ac pene metuens (neq; enim ille coactis
Donaſſet thalamis ueniam pater) auia rura
Eligit: ac natum ſepta inter ouilia furtim
Montiuago pecoris cuſtodi mandat alendum
Non tibi digna puer generis cunabula tanti
Gramineos dedit herba toros. & uimine querno
Texta domus. clauſa arbutei ſub cortice libri
Mẽbra tepẽt. ſuadetq; leues caua fiſtula ſomnos
Et pecori commune ſolum. ſed fata nec illum
Conceſſere larem. uiridis nam ceſpite terræ
Proiectum temere. & patulo cælum ore trahenté

Dira canum rabies morſu depaſta cruento
Diſſicit.hic uero attonitas ut nuncius aures
Matris adit.pulſi ex animo genitorq̨ pudorq̨
Et metus ipſa.ultro ſæuis plangoribus amens
Tecta replet.uacuumq̨ ferens uelamine pectus
Occurrit confeſſa patri.nec motus & atro
Imperat infandum cupientem occumbere leto.
Sero memor thalami mœſtæ ſolatia morti
Phœbe paras monſtrū infandis acherōte ſub imo
Conceptum eumenidū thalamis.cui uirginis ora
Pectoraq̨ æternum ſtridens a uertice ſurgit.
Et ferrugineam frontem diſcriminat anguis
Hæc tam dira lues nocturno ſqualida paſſu
Illabitur thalamis.animaſq̨ a ſtirpe recentes
Arripere altricum gremiis morſuq̨ cruento
Deueſci.& multum patrio pingueſcere luctu
Haud tulit armorum præſtans animiq̨ corebus
Seq̨ ultro lectis iuuenum qui robore primi
Famam poſt habita faciles extendere uita
Obtulit.illa nouos ibat populata penates
Portarum in biuio.lateri duo corpora paruū
Dependent.& iam unca manus in talibus hæret
Ferratiq̨ ungues tenero ſub corde tepeſcunt.
Obuius huic latus omne uirum ſtipante corona
It iuuenis.ferrumq̨ ingens ſub pectore duro
Condidit:atq̨ imas animæ mucrone coruſco
Scrutatus latebras tandem ſua monſtra profundo
Reddit habere ioui.iuuat ire & uiſere iuxta
Liuentes in morte oculos.uteriq̨ nefandam
Proluuiem.& craſſo ſqualentia pectora tabo
Q ua noſtræ cecidere aīæ.ſtupet inacha pubes.
Magnaq̨ poſt lachrymas etiā nūc gaudia pallēt.
Hic trabibus duris.ſolatia uana dolori
Proterere exanimes artus.aſproſq̨ molares
Deculcare genis.nequit iram explere poteſtas.
Illam & nocturno circum ſtridore uolantes
Impaſtæ fugiſtis aues.rabidamq̨ canum uim
Oraq̨ ſicca ferunt trepidorum in hiſſe luporum
Sæuior in miſeros fatis ultricis ademptæ
Delius inſurgit:ſummaq̨ biuerticis umbra
Parnaſi reſidens arcu crudelis iniquo
Peſtifera arma iacit.campoſq̨ & cælſa cyclopum
Tecta ſuperiecto nebularum incendit amictu.
Labuntur dulces animæ.mors fila ſororum
Enſe metit.captamq̨ tenens fert manibus urbem
Q uærenti quæ cauſa duci quis ab æthere læuus

Pulſi ex animo:Conſciētiæ hæc ſūt tria ſupplicia.uerecūdia.pudor.& ſupplicii me tus.hæc oīa mortui filii dolor excluſit. Va cuumq̨ ferēs uelamie pectus.i.ſciſſis ueſti bus nudauerat pectus. Nec motus:uel pa terna admonitiōe uel luctu. Infandū abſo lute dixit.ut Vir. Pecudeſq̨ locutæ. Sero memor thalami.bene ſero.qa poſt mortē eius iniuriā uindicauit:ſiue q̨ eā ulciſci ma gis uoluerit q̄ tueri. Solatia morti: ſolatia ꝓ ultiōe poſuit. Aeternū:aduerbium ē.i. ſemp. Ferrugineā:nigrā.ē ſenſus.ferrugi/ neam frontē anguis diſcriminat: q̄ſi a me/ dia fronte conſurgat:ut qd' facit. Noctur no:qd' noctu icederet.nā q̄ſi infernū mon ſtrū uitabat aſpectū lucis. A ſtirpe recētes: mox natas pueriles aīas.ut oſtēderet quārē dolor apollinis uindicaret. Poſt habita:q/ bus facile ē famam mercari.ut Vir. En hic eſt animus lucis contēptor:& iſtū qui uitā bene credat emi.q.d.qui enim uitā ſpernit famam acqrit. Nouos:per quos nondum uaſtauerat. In biuio:aditus ex illa parte & hinc patens.Vir.Vt biuias armato obſidāt milite fauces. Paruū:pro paruorū. Et iā unca manus in talibus hæret: Horum ui/ ſcera lacerare iam cœperat. Ferrati ungu/ es.duri. Profundo:inſatiabili.qui ſemper mortuos rapit. Habere ioui: utiq̨ Pluto/ ni. ut Sacra ioui ſtygio. Viſere iuxta: quia uiuo monſtro comminus accedere non li/ cebat. Proluuiē:cadaueris humani uteri cōfectam proluuiē. Qua noſtræ cecidere animæ. Ad ſuperiora reſpondit:ideſt qua aluo. Pallent: aut ꝓpter monſtrum:quia horrore ſui etiā poſt mortē timere cœpe/ rat:aut pallor qui ex luctu & timore inerat oībus tantus fuit: ut nec poſt gaudia ſeda/ ret':q̄ ſolēt immutare hoīum uultus. Mo lares.i.natos ad molaꝝ uſum lapides.eo q̨ natura ſunt aſperi.Vir.Vaſtiſq̨ molaribus inſtāt. Deculcare:deculeo illidere ſiue de/ primere. Neqt iram explere poteſtas: licē tia ſecuri aſpectus ſatiari ira non poterat.

Impaſtæ fugiſtis aues.eleganter impaſtæ per hyperbolē dixit .Ne etiā eſurientes ab/ ſtinuiſtis ne ſatiatæ abſtinuiſſe crederent'. hic ergo aut pp formā aut pp fætorē fugiſ ſe ipaſtas uolucres dixit. Biuerticis par.q in duos diuidiſ colles. Iniquo:irato. Cy/ clopū te.uelut cyclopū.Idoneæ.n. oīa con/ ſtructa ædificia Cyclopeia dixit antiqtas.

Nebularū incēdit amictu.i.morbo uicia/ uit ſeu polluit amictu nebulaꝝ aere peſtilē ti. Mors fi.ſoro.en.me.Nō iā pollice fila rū punſ ſed ad ſæuiendū in facinus ferro exe/ canſ.Tanta feſtinatio mortis fuerat.ut Lu ca.Sed lāgor cū morte uenit. Fert ma.ur. hoc eſt in urbe dominatur duce crotopo.

Læuus:ignis iniqſſimus peſtilētiæ furor ſiue ſyrius:qui temporibus certis uideri pe ſtilens ſolet nūc ſibi anni ſpaci auindicaret.

Iuuenes qui cæde potiti:ideſt qui peremerant monſtrum. Fortunate animi:apoſtropha ad ipſum iuuenē:qui pro patria optauit mori. Digne ꝓmeriture diem: digne aduerbium eſt. Comminus ora ferens: cum ob declinandam mortem poſſet ſe chorœbus occulere.propior tamen ſe apollini furenti
Tymbreus obtulit de pœna ſecurus. Non miſſus timbreæ tuos:Tymbreus dicitur apollo ab herba tymbra:quæ in templo troados habundat. Miſſus: humilis deiectus aut coactus.ſed ſponte huc ueni non ad ſuppli/
Penates cium:ſed magis ad iracundiam tuam laceſſendam. Penates:pro tempore poſuit:nam penates hoīum
Templa ſunt deoꝝ templa:ſed hic ꝑ definitionē tē/
plū domus deorū. Mea me pietas: pietatē
poſuit:qa ciues ſuos internectione mōſtri
ſeruauerat. Virtutē:quia nō timebat iteri
tū:aut qa uirtute monſtrū occiderat. Ne
fas mortale:Elegāter oſtēdit ſe culpa care/
re peccati:ſi qdē nil ſanctū uiolauerit:cū cō
ſtet nefas pemptum fuiſſe mortale. Sini/
ſtri poli:corrupti aeris ſiue nullū habētis re
mediū ſanitatis: Inique:iniqꝫ ꝙ pro aliena
culpa punis. Vilior orbi: cui orbi iactura
uilior ē ideſt quibus diis uilius damnū ſit
homines perire quā mōſtra. Inclæmētia:
iracūdia.ut Virgilius. Inclæmētia diuum.
Quid meruere argi:cur ꝓ aliena culpa pu/
nis innoxios. Meme diuū optīe: ꝓ ſalute
ciuiū ſe obtulit puniendum.ut Vir.Meme
adſum qui feci:ī me cōuertite ferrum. Di
uum optime.per ironiam dictum non eni
conueniebat ut quem ſupra iniquum di/
xerat:nunc laudibus efferret. Leue magis
cordi:iucundum ideſt ſi tibi corda ſūt mō
ſtra magis quā homīes. Quod deſolata
domorū:ideſt orbitatibus uacuas domos
& tecta iā pœne inania. Lucet aer:ex rogis
ſcilicet. Expectant matres:ut morbus ci/
uium meo finiatur interritu. Satis eſt me
rui:ne parcere uelles.hoc eſt ſufficit mihi:
quod talibus te prouocaui conuiciis.ut di/
gnus ueniæ tuæ eſſe non debeam. Proin/
de moue pharetram. Meretur reus ueni/
am:cū ſibi eligit pœnam. Sonoros: Gra/
Sonat uiter ſonantes: Sonat enim quod leuiter
Sonorat ſtrepit. Sonorat quod grauiter. Vtrunque
aduertimus docente Vir.leuiter ſonus exci
tat omnis ſuſpenſā grauiter tempeſtateſqꝫ
ſonoros. Inſignemque animam: Artificio
ſa conceſſio:quæ habet quandam correcti
onem. Si inſignis eſt non meretur:ut pe/
reat:& eſt apud Vir.iſta conceſſio ideſt ſe/
quere italiam uentis.addidit terrorem.pe/
te regna per undas. Pallidus:Globum pe
ſtilentiæ:ante quam moriar diſcute. Me/
rentes: Bene pro meritos ſemper reſpicit
æqua fortuna.Nā paratus ueniſſet ad mor
tem apollinis fauore ſeruatus eſt:quia non
merebatur occidi. Ardentem: Sæuien/
tem. Tenuit:Repreſſit:Reuerētia:Quia
iuſtum uirum:non ſine pudoris ſui iactu/
ra potuiſſet occidere. Summiſſus:Flexus ſine miſericordia inclinatus. Honorem:ideſt præmium
donatæ uitæ: quod uir fortis:qui ſe ſaluti uouerat ciuium non libenter accipit. Stupefacti:Virtutis tuæ
Orare mirantis audaciam. Exoratus: Orare eſt preces fundere. exorare orata meruiſſe:ut Terentius: Ora/
Exorare tor ad uos uenio:ſinite exorator ſiem. ergo poeta hoc uult intelligi inuitum chorœbum precibus ciui/
Stata um a mortis deſceſſiſſe propoſito. Stata:Sacra conſtituta:quæ differri nefas eſt. Stata: ab eo ꝙ ſtēt:
neque mutentur:neqꝫ differre poſint: ut Virgilius.annua quæ differre nefas ē. Forte inuiſiſtis ad aras.
Tydeus Duce fortuna ad hæc ſacra ueniſtis. Oeneus:Tydeum dicit Oenei & alteæ filium.

Ignis & in totum regnaret ſyrius annum
Idem auctor pœan rurſus iubet ire cruento
Inferias monſtro iuuenes. qui cæde potiti.
Fortunate animi longumqꝫ in ſæcula digne
Promeriture diem non tu pia degener arma
Occulis aut certē trepidas occurrere morti
Cōminus ora ferens cyrrhei in limine templi
Conſtitit.& ſacras ita uocibus aſperat iras:
Non miſſus tymbreæ tuos ſupplex ue penates
Aduenio:mea me pietas & conſcia uirtus
Has egere uias.ego ſum qui cæde ſubegi
Phœbe tuum mortale nefas.quem nubibus atris
Et ſqualente die nigra quem tabe ſiniſtri
Quæris iniqꝫ poli.quod ſi monſtra effera magnis
Cara adeo ſuperis.iacturaqꝫ uilior orbi
Mors hominū.& ſæuo tanta inclæmētia cælo eſt
Quid meruere argi? meme diuum optime ſolum
Obieciſſe caput fatis præſtabit.an illud
Leue magis cordi quod deſolata domorum
Tecta uides.igniqꝫ datis cultoribus omnis
Lucet ager.ſed quid fando tua tela manuſqꝫ
Demoror? expectant matres.ſupremaqꝫ fiunt
Vota mihi.ſatis eſt.merui:ne parcere uelles:
Proinde moue faretras arcuſqꝫ intende ſonoros:
Inſignemqꝫ animam leto dimitte:ſed illum
Pallidus inachiis qui deſuper imminet Argis
Dum morior depelle globum.fors æqua merentes
Reſpicit.ardentem tenuit reuerentia cædis
Latoiden:triſtemqꝫ uiro ſummiſſus honorem
Largitur uitæ.noſtro mala nubila cælo
Diffugiunt.at tu ſtupefacti limine phœbi
Exoratus abis.inde hæc ſacra ſtata quotannis
Solemnes recolunt epulæ.phœbeaqꝫ placat
Templa nouatus honos.has forte inuiſitis aras
Vos quoque progenies.q̄q̄ Calidonius Oeneus

Parthaoniæ: Regionis ætholiæ: in qua prætus Tydei patruus regnauit. Senſus oeneus Calydonius & parthaoniæ tibi iura domus & ad polynicē uerſus. tu quis ſis indica. Quis ad agros: ueneris. Si certus ad aures: ideſt ſi bene te audiſſe memini. Quis ex quo ſanguine uel ex quo genere procreatus. Quando. Quoniam. Deiecit: Signum uerecundiæ erubuit polynices propter parricidum & matris inceſtū. Indolē uenerādi pudoris cognoſcit erubeſcit crimē familiæ: ne ſimul indicet. Hiſmenius heros: Polynices a fluuio thebarum. Obliquare oculos: Verecundia cœpit opprimi: quoniam neceſſe erat: ut dedecus generis ſui inimicus agnoſceret. Inter ſacra fateri: Piaculum eſt: ſi audias genitorem. Sed ſi præcipitant curæ. Virg. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.

Partaōia
pætus
hiſmēius

Et parthaoniæ dudum ſi certus ad aures
Clamor iit: tibi iura domus. tu pande qs argos
Aduenias. quando hæc uariis ſermonibus hora eſt:
Deiecit mœſtos ex templo Hiſmenius heros
In terram uultus. taciteq; ad tydea læſum
Obliquare oculos. tum longa ſilentia mouit.
Non ſuper hos diuum tibi ſum quærēdus honores
Vnde genus. quæ terra mihi? quis defluat ordo.
Sanguinis antiqui? piget inter ſacra fateri.
Sed ſi præcipitant miſerum cognoſcere curæ.
Cadmus origo patrum. tellus mauortia Thebæ.
Et genitrix iocaſta mihi. tum motus Adraſtus
Hoſpitiis (agnouit enim) quid nota recondis?
Scimus ait: nec ſic auerſum fama mycenis
Voluit iter. regnum & furias. oculoſq; pudentes
Nouit: & arctois ſi quis de ſolibus horret.
Quiq; bibit gangen: aut nigrum occaſibus intrat
Oceanum: & ſi quos incerto littore ſyrtes
Deſtituunt. nec perge queri. caſuſq; priorum
Annumerare tibi. noſtro quoque ſanguine multū
Errauit pietas. nec culpa nepotibus obſtat:
Tu modo diſſimilis rebus mereare ſecundis
Excuſare tuos. & iam temone ſupino
Languet hyperboreæ glacialis portitor urſæ.
Fundite uina focis. ſeruatoremq; parentum
Latonidem uotis iterum iterumq; canamus.
Phœbe parens ſeu te Lyciæ Pathareа niuoſis
Exercent dumeta iugis ſeu rore pudico
Caſtaliæ flauos amor eſt tibi. mergere crines:
Seu troiam tymbræus habes: ubi fama uolentem
Ingratis frigios humeris ſubiiſſe molares:
Seu iuuat ægeum feriens latonius umbra
Cynthus: & aſſiduam pelago non quærere Delon
Tela tibi longe feros lentandus in hoſtes

Cadmus origo patrum: Eleganter patris infamiam tacuit. auum ſignificaſſe contentus: ut lædæam hermionem. Tellus mauortia thebæ: Mauortiam dixit aut ꝓpter martis & ueneris filiam hermionē: aut fortem ſignificat: ut ſi patrii quid martis habens: aut ad terrigenas referendū eſt: quos conſtat droconis dētibus genitos: qui fuerat in tutela martis. Tū motus adraſtus. Motus affectu: quos quis circa hoſpites ſuos ſolet moueri. Scimus ait: Aut ꝙ ipſe Oedipodē aliquādo ſuſcepat: aut ꝙ ipſe ab Oedipode fuerat aliquādo ſuſceptus. Nec ſic auerſum fama mycenis. Non ita a nobis ſol auerſum uoluit iter: ut ea quæ longe conſtituti compererint: nos finitimi neſciamus. Vir. Nec tam auerſus equos tyria ſol iungit ab ur. Regnum & furias: egregie dictū: qui conſyderato commiſſo iudicarunt ſe dignos eē ſupplicio. Horret: ꝓp nimiū frigus. hoc eſt q ſub ſeptentrionali plaga ſint cōſtituti. Gangē: Fluuius Indiæ. Aut nigrum quaſi eo loci domiciliū noctis ſit: ubi ē ſolis occaſus. Syrtes A ſyrim græco. ideſt incertus: qa ſubito de mari ſiccus ſit locus. Deſtituunt: Reciprocis motibus deſerunt. Caſuſq; prioꝝ: Nō habes uocis maculam. Culpa ē prioris fortunæ non tua. Errauit pietas: In noſtro genere aberrauit hoc ꝓpter Tantalum dicit ſceleribus nec ſuos quidem caruiſſe maiores. Tu mō diſſimilis: Vt non ſis criminoſus. Mereare ſecūdis: Senſus: enitendū tibi ē: ut factis tuis non ſolū parentibus uideare diſſimilis: ſed etiā illos facias innocētes. Phœbe parēs. Inuocatio ſiue hymnus apollinis. Seu rore pudico: Cū reſponſū accepiſſet Thyſtes aliter maloꝝ remedium inuenire non poſſe niſi cū pelopeia filia cōcubuiſſet: paruiſſetq; reſponſis. natus eſt ex ea ægiſtus clytemneſtræ adulter Agamenonis parricida. Etiam temone ſupino languet. Ophiuchum ſignificat qui ſub urſa eſt. aduētu. n. diei incipiūt ſydera ſeptētrionis albeſcere. Lyciæ patarea. Lycia ciuitas ē patarea a pollini conſecrata. Vnde lycius & patareus apollo. Caſtaliæ Quædam uirgo caſtalia fuit: quā cū apollo unice amaret: & uim uellet iferre: in fontem ſe precipitauit. Volentem: Bene uolentē. ne putaret inuitus. Virgilius. ſaxaque ſubuectare humeris Troiana iuuabit. Tymbræus: Tymbra locus eſt troiæ ab hærba cognominatus: quam latine pollium dicimus. Ille Admeti regis pecus pauit. Tymbræum apollinem imberbem philoſophi dixerunt: quoniam ipſe ſol eſt. Sol autem ignis eſt q nunquam ſeneſcit. Latonius umbra. Cynthus mons deli cuius tantam uult eſſe magnitudinem: ut umbra ſua ægei maris ambitum protegat. ipſe. n. latonam ſuſceperat cum adhuc delos erraret & eſt ſenſus: Si te non iuuat eſſe in delo: q in ſtabilitate hoſpes eſt littoꝝ diuerſorum. Lentandus flectendus. ut Virgi. Lentandus remus in unda.

Nec tam auerſus equos
Ganges
Syrtes
Thyeſtes pelopea
Aegiſtus
Ophiuchus
Patara
Caſtalia
Tymbra
Sol
Cynthus
Lentādus

Dono ceſſere parentes:Et eſt ſenſus dono ceſſere ætherei parentes genas æternum florere. Parcarũ
prænoſce maus:Quia quæcunq; fata pareant tu noſti & omne futurũ tibi patet. Placitura ioui.i. quia
adhuc decreta nõ ſunt:quæ ſummo ioui diſplicere non potuerunt. Quis lætifer annus.Lætiferum an
Marſias num famem morbum:mutationemq; regnorum multa complexus ẽ.Quæ mala & ſi diuerſis modis
Tytius diſtincta ſunt:unius tamen peſtilentis anni eſſe noſcuntur. Tu phryga ſummittis citharæ. Marſiam di
cit qui uictus ſummiſſus eſt pœnæ.ſiue inferiorem facis. Tytion:Terræ filius latonem apollinis matrẽ
amaſſe dicitur:ſed ne ſacrilegæ libidinis cõ
mẽto impune potiret᷑ ab Apolline uictus
eſt: & deducit᷑ ad tartara:cuius iecur a uul
ture tundit᷑ in æternitatem ſupplicii pullu
lantibus fibris Vir. Nec fibris requies dat᷑
ulla renatis. Te uiridis python.Aut epi-
theton ẽ ſerpentum:quia uirides ſunt: aut
Niobe Veneni plenus. Thebanaq; mater:Niobẽ
dicit Tantali filiam amphionis uxorem fæ
cundam : anteq̃ latonam ſperneret. Nam
cum quattuordecim mater filiorum fuiſ-
ſet:ingreſſa templum latonæ ſe prætulit il
li:quæ tantummodo duos peperit. Vnde
apollo iratus filios ſagittis necauit.diana aũt
filias:ad ultimum uero matrem.Iuue. At-
que eadem ſcropha fæcundior alba. Phle
Phlegias giam:Phlegias filius martis: qui poſt del-
phos templũ apollinis incendit:cuius Vir-
gilius. meminit phlegiaſque miſerrimus
omnis admonet. Aeterno premit accubi
tu:ideſt ſuper ipſum accumbit:ne quan-
do poſſit requiem capere. Inſtimulat.Inii
cit illi cupiditatẽ. fames quidem urget ut
capiat:ſed comedere timore faſtidit. cauſa
eſſe non finitur:cui faſtidium irrogat.Vir.
furiarum maxima iuxta accubat:& mani-
bus prohibet contingere menſas.Memor hoſpitii propter crotopum. Adſis:Faueas. Seu te roſeum
Titan titana uocari:dicit apollinem a diuerſis gentibus uariis appellari nominibus.apud Achemenios enim ti-
Oſyris tan uocatur. apud ægyptios Oſyris apud perſas ubi in antro colitur mitra uocatur. Quod autem dicit
Mitra torquentem cornua:ad illud pertinet:quod ſimulacrum eius fingitur reluctantis tauri cornua retenta-
Solis cornua re:quo ſignificatur luna ab eo lumen accipere:cum cœperit ab eius radiis ſegregari. Seu perſei ſub rupi
bus antri.Perſea ab achemene perſei & andromedæ filio qui ſibi imperauit. Nunc achemeneii dicunt:
Achemenes ubi apollinem ſolem dicunt:cuius & ſacrorum ritus inueniſſe dicuntur.ſub rupibus perſei in ſpeleis co
li perſæ inueniſſe dicuntur. eſt enim in ſpeleo ſol perſico habitu cum thiara & utriſque manibus bouis
cornua comprimens:quæ interpretatio ad lunam dicitur.Nam indignata ſequi frontem occurrit illi.&
lumen ſubtexit.his autem uerſibus ſacrorum ſolis myſteria patefecit. Sol enim lunam minorem po-
tentia ſua & humiliorem docens taurum inſidens cornibus torquet:quibus dictis Statius bicornem ĩ-
Oſyris telligi uoluit non animalia quibus uehitur. Seu præſtat Oſyri.Secundum ægyptios:qui Oſyrim ſolẽ
interpretantur:per quem prouentum frugibus exiſtimant poſſe contingere:quæ ſacra primum perſæ
Mitra habuerunt.a perſis phryges.a phrygibus romani.Apud perſas ſol proprio nomine Mitra dicitur:ut ho
ſtanes refert.Indignata ſequi torquentem cornua mitram. Prius ordinem dicit.poſtmodum dicit ſen-
ſum.Seu mitram uocari præſtat ſeu perſei antri rupibus torquentem cornua. Indignata ſequi: Senſus
talis in ſpeleis ſolem colunt:& eſt hic ſol quaſi e piſo mitra:quiq; eclypſim patitur.ideo intra antrũ coli-
tur.eſt aũt ipſe ſol leonis uultu cum thyara priſco habitu & utriſq; manibus bouis cornua comprimens
quæ interpretatio ad lunam dicitur.quæ indignata ſequi fratrem occurrit illi:& lucem ei obſcurat. Nu-
dauit aũt ſiniſteriorem partem:ſol ergo quaſi lunam minorem docens ideo taurum torquet. Mire au-
tem cornua poſuit:ut lunam manifeſtius poſſet exprimere q̃ animal:quo illa uehi figuratur:ſed quia lo
cus non eſt deorum iſtorũ iuxta tenorem internæ philoſophiæ differere:de figuris tamen: quibus cre-
Sol ditur:paucis dicamus Sol eſt ineffabilis:quia principale ſignum inculcat & frænat leonem ſcilicet: idcir-
co & ipſe hoc uultu fingitur:uel q; hic deus cæteros ſui nominis & potentiæ impetu excellat ut inter re-
Luna liquas feras leo:uel q; ſit rapidum animal.Luna uero quæ propius tauro adhæret adducitque ideo uac-
ca luna figurata eſt.Cæterũ diuini & regii iſti dii:ut comparentur in urbem ſic ſunt expertes mortalis fi-
guræ ſeu tam hominis:q̃ belluæ non habentes initium termini:uel q; interpelletur medium : ut dii mi
nores & reliqui:ut ſupra ipſe ait.Mox turba uagorum ſemideum.Id enim ratio æternitatis expoſtulat.

Arcus:& ætherei dono ceſſere parentes
Aeternum florere genas tu doctus iniquas
Parcarum prænoſce manus fatumq; quod ultra ẽ
Et ſummo placitura ioui.quis lætifer annus
Bella quibus populiſq; mutent ſceptra cometæ
Tu friga ſubmittis cytharæ tu matris honori
Terrigenam Tytion ſtygiis extendis harenis.
Te uiridis python thebanaq; mater ouantem.
Horruit in pharetris ultrix tibi torua Megæra
Ieiunum flegiam ſubter caua ſaxa iacentem
Aeterno premit accubitu:dapibuſq; profanis
Inſtimulat:ſed mixta famem faſtidia uincunt:
Adſis o memor hoſpitii.Iunoniaq; arua
Dexter ames:ſeu te roſeum titana uocari
Gentis Achemeniæ ritu.ſeu præſtat Oſyrin
Frugiferum:ſeu Perſei ſub rupibus antri
Indignata ſequi torquentem cornua mytram.

Argumentum libri ſecundi.

Argumentum libri Secundi.

REditus Mercurii cum umbra laii per Tænarum laconiæ ꝓmontorium. Aduentus ipſius umbræ in Græciam & admonitio: ut contra fratrem bella ſuſcipiant. Deſcriptio Orientis diei. pollicitatio Adraſti filiarum ſuarũ in coniugio polynicis & Tydei. Illorum gratulatoria reſponſio. deſcriptio nuptialis. aſcenſus puellarum ĩ Mineruæ templum ubi & augurium factum futuri belli. Deſcriptio monilis harmonies: quod gerebat argia. polynicis de regno deſyderium. Allocutio coniugis hoc depræhendentis. Mariti conſolatio. Reſponſio ad bellũ inuitantis. Regreſſio eius quinquaginta a rege miſſi qui redeuntem Tydeũ occiderent: Deſcriptio rupis ſphyngos. Immiſſi ab etheocle Tydeo iſidias collocarunt. Pugna Tydei cum aliis omnibus & eorum interitus. Mineruæ allocutio ad Tydeum. Meonis unius dimiſſio ad indicium cõmunis belli. Tropheum Mineruæ factum a Tydeo, eiuſque in laudem Mineruæ hymnus.

AT maia genitus ſupas remeabat ad au/
Excituſq;erebo iã ſæuus laius ibat. (ras
Tyrheſiæ uultũ ĩ ſõnis mentitus & ora
Armari ĩ fratrẽ dirũ ætheocla ꝑurget:
Perfoſſũq; gẽis iugulũ faciẽq; recludit
Moxq; ſuas thalamis natas ſociauit Adraſtus
Deyphiden Tydei Argiam polynicis amati.
Sed cupidus regni fortem Cadmeius heros
Tydea legatum mittit. qui fœdera fratrem
Poſceret imperii. ille ſuæ non immemor iræ
Quinquaginta uiros legatum obſidere iuſſit
Quos ſtrauit telis uictor: patriamq; reuiſit.

INterea gelidis maia ſatus aliger ũbris
Iuſſa gerens magni remeat Iouis. undique pigræ
Ire uetãt nubes. & turbidus ĩplicat aer
Nec zephyri rapuere gradum ſed fœda ſilentis
Aura poli: ſtyx inde nouem circunflua campis
Hinc obiecta uias torrentum incendia claudunt:
Pone ſenex trepida ſuccedit Laius umbra
Vulnere tardus adhuc: capulo nam largius illi
Tranſabiit coſtas cognatis ictibus enſis
Impius: & primas furiarum pertulit iras:
It tamen & medica firmat ueſtigia uirga:
Tum ſteriles luci. poſſeſſaq; manibus arua
Et ferrugineum nemus aſtupet. ipſaq; tellus
Miratur patuiſſe retro. nec liuida tabes
Inuidiæ functis. quanquam & lumine caſſis
Defuit unus ibi ante alios cui læua uoluntas
Semper & ad ſuperos hinc & grauis exitus æui

INterea gelidis: Reditũ Mercurii poeta ſcribit impeditum ab inferis quia nulla reuolatus eius adiuuari poterat craſſioris poli aere tardãte. Styx circunflua: Remeãtis numinis impediebat regreſſum. In primo. n. libro Iuppiter Mercurio ut Inferos peteret: impauit: euocaretq; umbram laii: qua innitente nepotibus furor belli increſceret. Gelidis umbris. Bene gelidis. Quia calor in uita eſt: frigus in morte. Vir. Dilapſus calor atque inuentos uita receſſit. Nec Zephyri: Zephyros pro oibus poſuit. Zephyri ſunt uenti iuxta græcoꝝ uoluntatẽ Venti
nati ex Aſtræo & aurora: ut Titanes duce Atlante originem trahunt: quos Iuno cau Atlas
ſa Epaphi nati cõtra Iouem excitauit arma ſuſtollere. unde uicti pœnas dederunt adiuuantibus diis: & atlanti cæli honus impoſuit: Vnde Virgilius. Tanta ne uos generis tenuit. f. u. hi autem appellantur diuerſis nominibus tam a græcis q̃ a nobis. Illi Zephyrum nos fauonium uocamus. Nos Zephyrus fauonius
aquilonẽ: illi boream dicunt. Illi eurũ. Nos africum uocamus. Aura poli: Polus eſt cir Aquilo Boreas
cuitus: q in ſe totũ cõtinet. Torrẽtũ incendia. Tardius ab iferis Mercurius remeabat Eurus
pp craſſũ aera & ſine uẽto & pp frigoris ĩpediméta & fluuioſ ardẽtia fluẽta uoluẽteſ aphricus

Pone: Retro: ut põe ſubit cõiũx. Capulo Polus
tenus: Totus enſis merſus eſt in uulnera Pone
lai: quod ei oedipus ĩtulit: ut Virgilius. Capulo tenus abdidit enſem. Primas furiarum. Exordium furoris filii pater pertulit primum infixus: ꝑ quod intelligi uult: quæ ſecuta ſunt poſtea fuerunt multo peiora. Iocaſtæ concubitus: oedipi cæcitas.

Et medica firmat ueſtigia: Caduceum ſumit inſigne mercurii: quo illi medeatur: qui nequeat ambulare. Virgilius. hac animas ille euocat orco pallentes. Veſtigia firmat: ut idem. trunca manu pinus regit & ueſtigia firmat. Et ferrugineum nemus. Horridum. Virgilius. ferruginea ſubuectat corpora cymba.

Miratur patuiſſe retro: Nouitatẽ. Introeuntibus ſolis pateat: & deeſſe ipſũ iter: redeũtibus. ut Vir. Facilis deſcenſus auerni: Sed reuocare gradum ſuperaſq; euadere ad auras Hoc opus hic labor eſt. Nec liuida tabes: Mores inuidentiũ. bene liuorẽ dixit ad animi enim qualitatẽ adiecit: quia ſuperas euadere ad auras hoc opus hic labor eſt. Etiã lumine caſſis: Quia ſi nec mortuis defuit: unde poſſet eſſe inuidia. Non illi defuit: qui redeunti inuideret. Ordo hic eſt. Nec liuida tabes inuidiæ defuit defunctis: hoc eſt mortuis. Inuidia
non recedit a naturæ malo liuor inuidiæ. ut Virgilius. Inuidia infœlix furias amnemq; ſeuerum Cocyti metuet. Grauis exitus æui: Quaſi hoc accipiẽdũ poeta uoluerit ut intelligamus hũc neſcio quomodo ꝑ moꝝ ſuoꝝ meritis occidiſſe: & uotũ eius malæ mẽtis oſtendit: quod eẽt etiã apud inferos reſeruatũ.

Inſultare malis rebuſqꝫ ægreſcere lætis
Vade ait o fœlix quoſcunque uocaris in uſus
Seu Iouis imperio:ſeu maior adegit erynnis
Ire diem contra:ſeu te furiata ſacerdos
Theſſalis arcano iuuet emigrare ſepulchro
Heu dulces uiſure polos:ſolemqꝫ relictum
Et uirides terras:& puros fontibus amnes
Triſtior has.iterum tamen intrature tenebras:
Illos ut cæco recubans in limine ſenſit
Cerberus:atqꝫ omnes capitum ſubrexit hyatus
Sæuus & intranti populo iam nigra tumebat
Colla minax:iam ſparſa ſolo turbauerat oſſa:
Ni deus horrentem lethæo uimine mulcens
Ferrea tergemino domuiſſet lumina ſomno:
Eſt locus Inachiæ dixerunt Tænara gentes
Qua formidatum Maleæ ſpumantis in auras
It caput:& nullos admittit culmine uiſus:
Stat ſublimis apex:uentoſqꝫ.imbreſqꝫ ſerenus
Deſpicit:& tantum feſſis inſiditur aſtris:
Aſt ubi prona dies longos ſupra æquora fines
Exigit:atqꝫ ingens medio natat umbra profundo
Interiore ſinu frangentia littora curuat
Tænarus. expoſitos non audens ſcandere fluctus
Illic exhauſti poſuere cubilia uenti
Fulminibuſqꝫ iter medium caua nubila uentis
Inſidere latus ſummos non præpetis alæ
Plauſus adit colles nec rauca tonitrua pulſant
Illic ægeo neptunnus gurgite feſſos
In portum deducit equos.prior haurit arenas
Vngula poſtremi ſoluuntur in æquora piſces.
Hoc ut fama loco pallentes deuius umbras
Trames agit.nigriqꝫ Iouis uacua atria ditat.

Rebuſque ægreſcere lætis: ideſt de aliorū fœlicitate torqueri .Nā cum malis paſceretur alienis proſperitate tabeſcebat Terētius.ut malis gaudeant.atque incommodis alienis ſua ut comparent commoda. Quoſcunqꝫ uocaris in uſus:In uſus in quacūque obſequia uel remedia uocaris excitus. Furiata ſacerdos:Furore correpta magna.qualis deſcribitur.ut ē apud Lucanum. Arcano ſepulchro:Proprio ſiue in

Heu ferno. Heu:Interiectio dolentis ſiue inuidentis alienis bonis. Solemqꝫ relictū:Quē moriens reliquiſti: aut certe nos omnes animæ dum ad īferos ueniremus. Virides terras:Apud inferos ſteriles ſūt terræ.& cœnoſi fluuii: ad quorū comparationē ſuperiores puros dixit:qui ex ſplēdidiſſimis fōtibus generantur. Triſtior:Quod natura humana nō tantū gaudet in bonis fruēdis: quantū dolet cū his priuata fuerit. Intrature tenebras:Et hoc quaſi iuidus imprecat᷑:ideſt nō tā diu apud ſuperos morabe/ris. Atqꝫ ois capitū ſubrexit hyatus.Et ad ipſius canis capita referēdū ē.& ad ſerpentū:qbus capita ouis pinguntur.aut ois hyatus ſerpētū:qbus caput eius collaqꝫ uelant᷑. ut Vir. Horrere uidēs iam colla comaſqꝫ.

Sæuus & intrāti populo.Vt feritatē circa exeūtes exprimeret addidit eis itrātibus ſæuus. Iā ſparſa ſolo turbauerat:Et ſparſa fecerat hypalage.& hoc iraſcētis ē.Vir. Oſſa ſuper recubās : Gigātū .ſ.oſſa inſepultoꝝ: fingit eni cerbeꝝ cadaueribus paſci:ut Lucanus.Qui uiſcera ſæuo ſpargis noſtra cāi.

Ferrea tergēino:Propter bina lumina trium capitū:qſi tot illi ſōnos miſerit:ꝗtenus capita luminibus armarent᷑. Et locus Ina

Topotheſia chiæ: Hæc Topotheſia dicit᷑ .i.fictus locus ſecūdū poeticā licētiā.Nā in eiuſmodi de/ſcriptiōe:ubi ueri loci facies demōſtratur.

Topographia topographia dicit᷑:ubi fictū qd uelit topotheſia:coſmographia dicit᷑ mundi deſcrip/

Coſmographia tio. Maleæ ſpumātis:Malea ꝓmōtoriū ē laconiæ in auras erigitur. Serenus:qa nu/

Malea bes excedit. Et tātū feſſis inſiditur aſtris. ſup feſſa aſtra cōſidūt.i.pp eminētiā ſui ſe/dē præſtat aſtris rapido curſu fatigatis. In

Tænarus teriore ſinu.Dicit neſcio ꝗ parte Tænaꝝ recuruari ad uicē portus: ī quo refert equos ſuos cōſueuiſſe ſtabulari neptūnū.ē aūt ordo talis. Et tātū feſſis inſiditur aſtris.Interiore ſinu frāgētia littora curuat:Tænarus expoſitos nō auſus ſcādere fluctus:Aſt ubi ꝓna dies lōgos ſup æquora fines.Exigit:atqꝫ īgēs medio natat unda ꝓfūdo.Illic ægeo neptūnus gurgite feſſos in portū deducit equos.Cōſequens eſt .n.ut appropinquāte nocte tænarus curuet ſinū.quia eſt natura montis īmobilis:ſed īcipiēte nocte.ut illos neptūnus ad regeſcendū adducat. Atque ingens medio natat:In tantū tænarū mōtē elatū dicit:ut meridianis horis qbus ſol occidui cæli occupat ptē:eius umbra inūbret mediū mare. Frāgētia littora curuat:Epithetō.qa in littoribus ſolēt fluctus frā/

Tænarus gi. Expoſitos:Corographia.Tænarus locus laconiæ ī quo aditus eē dr̄ inferoꝝ: ut Tænarias ēt fauces al/

Malea ta oſtia ditis.& ē ordo locus maleæ ſpumātis.i.iuxta maleū fluctibus cōcitatū: eo ꝙ ibi mare ſæuū ſit.ubi ē promontoriū maleū.Vnde Vir.maleæqꝫ ſeqcibus undis.inde mōs exurgit:qui tænaros dicit᷑. Serēus Deſpicit īfra ſe nubes. Et tantū feſſis inſidit᷑ aſtris:Altitudinē uoluit exprimere : ꝗſi illic aſtra reqē ſu/māt. Nō audens:Non intra fines littorū progrediens. Euecti fluctus:Intra tænarū . ergo Tænarus nō

Aegeus eſt altior fluctibus:ut eiectos fluctus & euitet & repellat. Illic:in eadem regione. Aegeo gurgite: Ma/

Theſeus ri ab ægeo neptunni filio theſei patre. Haurit:Ferit.Virgili.latus haurit apertum quaſi per tranſitum

Haurit neptūni equos mira ratione deſcripſit. Deuius umbras trames agit:nigriqꝫ iouis uacua atria ditat.Hæc animæ mortuorum deſtinantur ad tartara.deuium autem tramitē dixit:quod ſit uiuis deuius trames.

Et gemitus pœnarum:quas apud inferos nocentes perſoluunt. Atroq; tumultu:quia tumultus q̄ fit
apud inferos auditur in illo loco.atro ergo quaſi infernali. Voceſq; manuſq;:quod flagellis perſonāt. dū
noxios cædūt uoces ſecūdum Maronē:qui ait:uocat agmina ſæua ſororꝫ. Agricolas campis auditus abe
git.Quaſi iuxta habitantes terrore ſuo fugauit agricolas. Exilit:auræ uitalis afflatu lætior factus ē. Inde
per arcturum.i.ſuperioribus. Per arcturum.i.per ſeptentrionē:per arcton ſolet uolare Mercurius : quia Mercuri/
ibi maior eſt uentus & citatiores facit eius uolatus. Mediæq; ſilentia lunæ:Philoſophi lunam eē in terra us

Mortibus.arcadii perhibent ſi uera coloni
Stridor ibi : & gemitus pœnarum.atroq; tumultu
Feruet ager.ſæpe Eumenidum:uoceſq; manuſq;
In medium ſonuere diem.lætiq; triformis
Ianitor agricolas campis auditus abegit.
Hac & tunc fuſca uolucer deus obſitus umbra
Exilit ad ſuperos infernaq; nubila uultu
Diſcutit.& uiuis afflatibus ora ſerenat.
Inde per arcturum mediæq; ſilentia lunæ
Arua ſuper populoſq; meat.ſopor obuius illi
Noctis agebat equos.trepiduſq; aſſurgit honori
Numinis.& recto decedit limite cæli.
Inferior uolat umbra deo:præreptaq; noſcit
Sydera.principiumq; ſuum. iamq; ardua Cyrrhæ
Pollutamq; ſuo deſpectat Phocida buſto.
Ventum erat ad thebas gemuit prope limina nati
Laius. & notos cunctatur inire penates
Vt uero excelſis ſuam & iuga nixa columnis
Vidit.& infectos etiam nunc ſanguine currus.
Pene retro turbatus abit.nec ſumma tonantis
Iuſſa.nec arcadiæ retinent ſpiramina uirgæ.
Et tunc forte dies noto ſignata tonantis
Fulmine prærepti cum te tener Euhye partus
Tranſmiſere patri. Tyriis ea cauſa colonis
Inſomnem ludo certatim ducere noctem
Suaſerat.effuſi paſſim per tecta per agros
Serta inter uacuoſq; mero crateras Anhelum
Proflabant ſub luce deum.tum plurima buxus
Aeraq; taurinos ſonitu uincentia pulſus.
Ipſe etiam gaudens nemoroſa per auia ſanas
Impulerat matres Baccho meliore Cyteron:
Qualia per Rhodopen rapido conuiuia cœtu
Biſthones.aut mediæ ponunt conuallibus oſſæ.
Illis ſemianimum pecus.excuſſæq; leonum
Ore dapes.& lacte nouo domuiſſe cruorem

dicunt:quæ circa noſtrum hoc ſolū circu/ Luna
lo altiore ſuſpenſa eſt.hæc aūt omnia cor/
pora gignunt:utpote quæ uicina ſunt cælo
poetæ deniq; omnes aſſerūt leonem de his Leo
polis ortum:quē Hercules proſtrauit:ut ēt
Olympus ait:quaſi proximus ſit terris &
ultimus.De lunari aūt globo apud morta/
lium genus cæli ratio ignoratur:leuiorem
perſtringā & hoc diuinū lumen animas tā
de aſtris oībus q̄ de omni materia mundi
ſubtracta parte ſuperna excipit & decerpit
quaſi lumia quæ poſtea ter quinis diebus:
ut collegerat:totidem refundit in fratrem.
Arua ſuper:ut Vir.terras inter cælūq; uo
labat. Decedit limite cæli:quaſi nō ſolum
obuius Mercurio ſomnus aſſurgat:ſed ue/
niente tramite certo declinet. Inferior : qa
ſuper lunares polos dixerat ire Mercuriū.
Præreptaq;: nō enim naturæ lege ſed fer/
ro uita defunctus eſt. Pollutāq; ſuo: illam
tangit hiſtoriam:cū deus ſcilicet Mercuri/ Mercuri/
us ſomnū caperet:quidam cuius nomē fa/ us
bulæ tenent dormienti tetendit inſidias q̄
conata pegiſſet: niſi eū filia palæſtra excita/ Palæſtra
uiſſet:qui cū odio terræ migraſſet ad cælū
creditus eſt obiiſſe:quo facto iniurioſā me
ruit ſepulturam.ſed melius de laio credit:
qui cū ad polybū hoſpitem phoci diſperge
ret occiſus a filio ē. Deſpectat phocida: de
iugo cyrrhæ uidit buſtū ſuum:qui fuerat ī
phocide. Cyrrha boetiæ mons eſt:in quo Cyrrha
cāpo Apollini luſtrum datur.phocis ergo ī Phocis
boetia eſt. Pœne retro:ſignificare uoluit :
quia ut fama ē: timet umbra:quæ paſſa ē.
Et tunc forte dies.i.primus natalis liberi:
quo fulminata eſt Semele.& execto utero
liber Iouis fœmori inſertus ē.ſecundus enī
dies natalis Dionyſii ille dicit. quo exactis
menſibus legitimi partus Iouis eſt ꝓmo/
tus ex fœmore:quē diem homini fas nō ē.
Quid dithyrambus : ideo dithyrambus Dithyrā/
dicitur:ideſt bis genitus. Tyriis: propter bus
cadmum tyrium qui cōditor eſt thebarꝫ.
Ducere noctem : ut Virg. Noctem cuſto
dia ducit inſomnem ludo. Anhelū ſom/
num.Vt Virg.multoq; iacebat mēbra deo
uictus. Aeraq; taurinos:nam tympana q̄ Tympa/
ſunt ex taurina pelle plus ſonant q̄ cymba/ na
la quæ ex ære:ut eſt tympana uos buxuſq; Cymbala
uocant. Baccho meliore cytheron.Non ſic irato baccho:ut cum Agaue occidit filium furens:uel melio/
re:ut ſi qua propter diem ipſe liber ignoſcat. Cytheron mons boetiæ:Vbi liberi patris ſacra cælebran/ Cytherō
tes matres pentheum diſcerpſerunt.nunc ergo ſanas dicit ſine furore. Qualia per rhodopen mons thra
ciæ:Oſſa mōs inter An & theſſaliam. Byſthones:Thraces a Biſthone rege. Vnde Orpheus fuit aut certe Oſſa
ipſi thraces.Ogygii thebani.Ab indigena:ut amne ogygiis ait aſpera rebus.fata tulere uicem ſic Pindarus Byſthōes
in ſomniis opiſei Non
apte hic poſuit proprie fulminis uerbum : ut Virgilius. Fulminis afflauit uentis & contigit igni.

Iacchi bacchi:hoc ē uinū hauſerit.ut Horatius.Natis iuſum læticiæ ſcyphis. pugnare thracū ē. Sæuus odor:Qui ducit ad facinus. Nox ea.i.talis nox erat tūc thebanis qualia cōuiuia ſolēt thraces exercere. Regis echionii:Etheoclis a rege thebanorum echione. Capit ille dapes:aut qa regnū deſtruxit:aut qa perfidus ideo quietē capere non deberet. Habet ille ſoporē: Exclamatio:ut neſcia mens hominū fati ſortiſq; futuræ:qd' futurus parricida munera ſecuritatis amplectit'. Opacos tyrheſiæ uultus: tyrheſias pericli filius genere thebanus uates.qui fert' in fœminā uerſus:cū diſceptantibus Ioue & Iunone utrū mas an fœmina maiorē ſentiret coitus uoluptatē:nouē partibus libidinis dixit fœminā potiorē &una uirum ob quod cæcatus eſt a Iunone & eſt alia talis fabula.

tyrheſias

In mōte cyllenio Tyrheſias dracones coeūtes calcaſſe dicitur.ob id i mulieris figurā uerſus: ut Ouidius refert. deinde monitus ſortibus in eūdem locum rediit in figurā priſtinam.Eo tēpore ut diximus:inter Iouem & Iunonē fuit certatio in quo ſexu eſſet maior libido.tyrheſia iudice:qui expertus fuerat utrūq; ſexū:cū Ioui indicaſſet. Illa irata manus eius præcidit:& excecauit.Iup. ob id fecit: ut ſeptem ætates uiueret:uateſq; per cæteros mortales ueraciſſimus haberet'. Vellera nota induit':quæ ſimilia tyrheſiæ uideri poterāt. non mutauit.ut Virgi.Alas exuit: & uultu gaudens incedit Iuli. Falſa cucurrit.i.non ſua quaſi uatem ſola infula mentiret'. Oliuæ ipſe honos:uictaꝝ glaucæ innexus oliuæ.Tangere ramo. Pectora:etheoclis dormientis. Tu ueluti magnū:hyperbaton ē: ideſt tu cunctaris:ita qetē agis gubernator dormientis uentis mare uerſantibus. Sic fama:fama de eo loquitur. uel notum eſt quod dico omnibus. Capeſſat:quaſi perpetuo retenturus.Saluſtius expergiſcimini aliquando:& capeſſite rēpu. Quis neget: ideſt uiribus quis neget tibi regnū. Deſtinet aulā:in aula in qua tu iaces in eadē tuus frater ſibi te pollicet' expulſo.Nec nō in fœdera uitæ.i.inimicitiaꝝ fœdus. Pollutus placuit.i.Tydeus aduerſū te pactus eſt fœdus:pollutus aūt ſanguine Menalippi fratris ſui:quem in uenatu icautus occiderat:

Tydeus Menalippus

ut peleus phocum:unde reiecta poſt terga manu pigitur:& ille nihilominus talia cogitat:qui tales ſibi quærit auctores. Auſurumq; eadē germanū.Quæ nunc hortor: ut tu facias ille auſurus eſt:ideſt repetēti regnū nega:qd' te exule facturus ē. Aut cadmo domi.iſer.my.Cadmo ꝓ thebis.Mycenas ꝓ argis. Pallida turbāt ſyde.lu.eqpallētia.Solis aduētu. Lucis.i.ſolis pfūdit uulnere ſōnū.uulnere ꝓ ſanguīe poſuit: nō ſōnū pfūdere:ſed etheoclē ipm dormientē.uulnere ergo ſuo.i.lai ſanguīe etheoclē pfudit:ut eū pollutū ſceleribus imbueret. Monſtris:pro terroribus poſuit. Excutiens:putans ſe uero ſanguine eſſe perfuſum.

Luxus.ac Ogygii ſi quando afflauit Iacchi
Sæuus odor:tunc ſaxa manu tunc pocula pulchrū
Spargere:& immerito ſociorum ſanguine fuſo
Inſtaurare diem:feſtaſq; reponere menſas:
Nox ea:cum tacita uolucer Cyllenius aura
Regis Echionii ſtratis allapſus ubi ingens
Fuderat aſſyriis extructa tapetibus alto
Membra toro:prognara nihil mortalia fati
Corda ſui:capit ille dapes.habet ille ſoporem:
Tunc ſenior quæ iuſſus agit:neu falſa uideri
Noctis imago queat longæui uatis opacos
Tyrheſiæ uultus:uocemq; & uellera nota:
Induitur.manſere comæ:propexaq; mento
Canicies:pallorq; ſuus.ſed falſa cucurrit
Infula per crines.glaucæq; innexus oliuæ
Victarum prouenit honos.dehinc tangere ramo
Pectora:& has uiſus fatorum expromere uoces:
Non ſomni tibi tempus iners qui nocte ſub alta
Germani ſecure iaces:ingentia dudum
Acta uocant:rerumq; graues ignaue paratus:
Tu ueluti magnum ſi iam tollentibus auſtris
Ionium nigra iaceat ſub nube magiſter
Immemor armorum uerſantiſq; æquora claui
Cuntaris.iamq; ille nouis (ſic fama) ſuperbit
Connubiis.uireſq; parat.quis regna capeſſat.
Quis neget? inque tua ſenium ſibi deſtinat aula:
Dant animos ſocer augurio fatalis Adraſtus
Dotaleſq; Argi:nec non in fœdera uitæ
Pollutus placuit fraterno ſanguine Tydeus:
Hinc tumor.& longus fratri promitteris exul.
Ipſe deum genitor tibi me miſeratus ab alto
Mittit.habet thebas.cæcumq; cupidine regni
Auſurumq; eadem germanum expelle.nec ultra
Fraternos inhiantem obitus ſine fœdere cæptis
Fraudibus.ac Cadmo donans inferre Mycenas.
Dixit.& abſcedens(& enim iam pallida turbant
Sydera lucis equi) ramos ac uellera fronti
Diripuit:confeſſus auum diriq; nepotes
Incubuit ſtratis:iugulum mox cæde patentem
Nudat:& undanti perfundit uulnere ſomnum
Illi rupta quies.attollit membra.toroq;
Erigitur plenus monſtris:uanumq; cruorem:
Excutiens:ſimul horret auum.fratremq; requirit.
Qualis ubi audito uenantum murmure tigris

Horruit in maculas:quaſi ſæuitiã feritatis macularũ præmonſtret horrore.ut Virg.comaſq; arrexit & hærens uiſceribus ſuper incũbẽs :aut certe maculas quæ in retibus retexuntur.& explicuit de reticulo uariis minutis maculis plenũ horrore.In abſentẽ cõſumit prælia fratrẽ.ut Vir.& ſpe iam præripit hoſtẽ:qa iam uidebatur peregiſſe bella cũ fratre.ad animum rettulit Etheoclis belli auidum.Mygdonis.Lydiis uel phrygiis.Titonus.n.lydius fuit maritus Auroræ.Vnde Vir.Titoni croceũ linquẽs aurora cubile:eſt ergo Mygdonia regio in finibus Aſiæ a rege Mygdono. Seras flãmas:hoc eſt auroræ flãmas. Lucifer ſerus

Titonus
Mygdonia

Horruit in maculas ſomnoſq; excuſſit inertes
Bella cupit.laxatq; genas:& temperat ungues.
Mox ruit in turmas.natiſq; alimenta cruentis
Spirantem fert ore uirum.ſic excitus ira
Ductor in abſentem conſumit prælia fratrem
Et iam mygdoniis elata cubilibus alto
Impulerat cælo gelidas aurora tenebras:
Rorantes excuſſa comas.multumq; ſequenti
Sole rubens.illi roſeus per nubila ſeras
Aduertit flammas.alienumq; æthera tardo
Lucifer exit equo.donec pater igneus orbem
Impleat.atq; ipſi radios uetet eſſe ſorori:
Cum ſenior Thalaonides.nec longa morati
Dirceuſq; gradum.pariterq; Acheloius heros
Corripuere toris.illos poſt uerbera feſſos
Exceptamq; hyemem cornu perfuderat omni
Somnus.at Inachio tenuis ſub pectore regi
Tracta quies.dum mente deos:inceptaq; uerſat
Hoſpitia.aut quæ ſint generis aſcita repertis.
Fata mouet.poſtq̃ mediis in ſedibus aulæ
Congreſſi inque uicem dextras iunxere . locumq;
Quo ſerere arcanas aptumq; reuoluere curas
Inſidunt.prior his dubios compellat Adraſtus.
Egregii iuuenum quos non ſine numine regnis
Inuexit nox atra meis quibus ipſe per imbres
Fulminibus mixtos:intempeſtumq; tonantem
Has meus uſq; domos ueſtigia fecit Apollo .
Non equidem obſcurum uobis plæbiq; Pelaſgæ
Eſſe reor.quantis connubia noſtra procorum
Turba petat ſtudiis:geminæ mihi namq; nepotũ
Læta fides.æquo pubeſcunt ſydera natæ:
Quãtus honos. q̃tuſq; pudor(ne credite patri)
Et ſuper externas licuit cognoſcere menſas:
Has tumidi ſolio & late dominantibus armis
Optauere uiri:longum enumerare phareos
Aebalioſq; duces:& Achea per oppida matres
Spem generis. nec plura tuus deſpexerat Oeneus
Fœdera.Piſeiſq; ſocer metuendus habenis:
Sed mihi nec ſparta genitos nec ab Elide miſſos
Iungere fas generos.uobis hic ſanguis & aulæ
Cura meæ longo promittitur ordine fati:

ſiue ad comparationẽ dixit cæterorũ ſyderum:quia oibus ſtellis tardius occidit lucifer. Aduertit.i.ad eã & cõtra eũ uertit Lucifer exit equo:Nam uerſo cælo ad aduẽtũ auroræ:cũ cætera ſint apud ãtipodas:lucifer ſolus apud nos iuenit̃:hoc eſt alienum æthera:q ẽ diei ſiue cælũ ſtellis nocte cõceſſũ eſt : ergo lucifer officio ſuo nocte nõ fũgit̃ :cũ eum oriri cõſtet ꝓpe lucis aduentũ hinc alieno æthere uidet̃ exoriẽs. Radios uetat eẽ ſorori:Vt Vir.& fratris radiis obnoxia ſurgere luna . Dyrceus:Polynices a dyrce fõte thebanorũ. Acheloius heros:Tydeus ab Acheloo fluuio:q p ætholos fluit i calydonẽ. Corripuere toris.Ca.cur tardius Tydeus & Polynices a ſomno ſurrexerit.Adraſtus uero celerius. At inachio:notãda elegãtia poetæ.q tres duces fluuiorũ cognominibus deſignauit.dyrceũ polynicẽ:Acheloiũ Tydeũ:Inachiũ Adraſtũ. Arcanas aptum.Venerunt ad locũ aptum ſecretũ fabulis uel curis:nã ideo:quod i ſecretis locis curæ publicæ diſſerat̃. ad hoc electa loca curias nominauit ãtiquitas. Inſidũt:Hyperbatõ poſteaquã iſidũt. Inuexit nox atra meis.Quos per ibres & p flumia nõ ſine fato i regnũ meũ apollo perduxit .
Intẽpeſtumq; tonantẽ. Hoc eſt uehementer. tempeſtiuũ hyemalẽ.& contra Virgi . cum clæmentiã ueri tẽporis uellet oſtẽdere ait:Iuppiter & læto deſcendit plurimus imbri .Læta fides:Ordo Argia & Deiphile.Geminæ mihi natæ pubeſcũt:nepotum læta fides. Ne credite patri:Ne laudar̃ magis uideret̃ :q̃ uerũ dicere fidẽ ſuã uoluit ipſis teſtibus approbare. Honos :Pulchritudo:ut Virgi.lætos oculis afflauit honores
Super:Pro iter. Has tumidi ſolio:Imperio ſupbi:& artificioſe:ne uideat̃ hos ꝓ earũ inopia generos elegiſſe:ait ſe multos repudiaſſe & honore præſtãtes. Lõgum numerare:Atalãtẽ ſignificat.parthenopei matrẽ.Accipiamus ergo laconios. Aebalus .n. rex laconũ fuit. Spẽ generis:Oẽeus Tydei pater:cuius deyãira filia a multis i cõiugiũ exoptata ꝓcis: pro q̃ Hercules cũ Acheloo æcholiæ amne certaſſe dr̃.Deyãirã ergo oenei & æthesiæ filiã uno tp̃e i cõiugiũ petebãt Hercules & Achelous acceptaq; lege ab Oeneo q uirtute ſupaſſet:Deyãirã duceret Cõgreſſi i certãine cũ ſuparet̃ achelous ab Her.p diuerſas mutatus ẽ figuras. Oeneus. Tydei pater. Iõ ait tuus. Piſeiſq;:Oenomaus Martis filius pp hyppodamiã filiã ꝓcos ſuos uictos curuli certãine afficiebat ad r̃liquorũ terrores,iõ hũc metuẽdũ dixit.

Dyrce
Achelous
Curia
Argia
Deiphile
Honos
Super
Aebalus
Deianira
Hercules
Acheloũſ
Oenomaus
Hippodamia

Stirpem q; animoſq; uenitis:Figura græca uſus eſt.Illi enim ſic dicũt.uenit doctus ſapientiam. Tales: Quaſi fortes & nobiles. Vt reſponſa iuuent.Vt me delectet tales generos apollinis reſponſo meruiſſe. Sed cunctis Tydeus audentior actis:Talis ubiq; monſtrabit etiã tempore:quo ei moriẽdũ eſt.Senſus talis eſt:dũ ſibi inuicẽ detulerũt:præhendebat amboꝝ ore loquendi principiũ.dubitabãt ergo quis prior deberet incipere:quod intellectũ eſt ex eo:q; mutuis ſe intuebant aſpectibus. O q̃ te parcũ matura ĩ præconia famæ mens agitat.Hoc ẽ pudore nimio plurimũ tuis laudibus detrahis. Ferentẽ:Fœliciter præcedentem.Vir.& ſeruare modũ rebus ſublata ſecũdis:quippe quo nullus potior inuenitur. Fortunam domas: quæ ſolet alios ſecundis rebus extollere. Quis te ſolio ſicyonis auitæ.Ciuitas achaiæ:in qua plurimum regnauit:Vnde argos Adraſtus Aduenit:ut mores barbaros naturæ ſuæ leuitate cõponeret. Iſthmos:peloponeſſum ſignificat.Omne.n.qđ ſũmouet bella ſicyonia adhuc illis locis theſei uatem legũt ubi eſt peloponeſſus ſicyonia.Senſus ergo talis eſt:Si tua manſuetudo illis gentibus præſideret:nunq̃ Mycenæ fraterno ſcelere potuiſſent fugã ſolis ſcire:uel de quibus crudelitatibus & tu thebãe polynices queri poteris. Infra intus:& infra ægeũ dicit mare & Ioniũ quæ Iſthmos diuidit.i.alias gẽtes: quæ ſunt intus & extra Iſthmũ. Sæua nec eleæ:elea ciuitas eſt œnomai:cuius crudelitatem deteſtat:q; i petitores filiæ ſuæ hyppodamiæ crudelis extiterit. Nondũ læta uenus:Quod ſuperius deeſt.hic redditur. Iuuat læta uenus.docet poeta infœlices fœlicibus iunctos fortunã ſuperare & incommoda uitæ cõtra fata poſſe tranſire. Sic Cicero in philyppicaꝝ primo.Multa etiã contingunt præter naturã præterq; fatum : & hoc diuerſum ẽ.Nã qui putãt:quod infœlices fœlicibus & iũctos immutantes fortunam fata ue ſuperaſſe:ut ex ipſius fœlicitate fati:ſe fati eſſe participẽ:hoc nõ eſt.Nam ut miſer iũgeret fœlici homini per quem ad bonũ ſtatũ peruenire potuiſſet, id ipſũ fati fuit:ut fata per Aeneæ.& lauſo parcæ fila legunt:& ad libitũ iunxit fatũ præpoſito fataq; fortunaſq; uiꝝ moreſq; manuſq; deniq; infinitos ſcimus fidos caroſq; potentibus:cũ eſſent humiles laboꝝ potẽtia omni priuatos fato ꝓhibente.& alios nuper agnitos:& nullius rei fructus multa bona ab eiſdẽ meruiſſe. Nõdũ læta uenus: fœliciũ iſta ſunt uota. Reſedit triſtitia:bene ꝑſentibus gaudiis præterita oblitus ẽ quo oſtẽdit humana uarietas. Nec minus hæc læti:Notandũ q; cõparationẽ admiſcet allocutioni ut ſupra.Tũ ueluti magnũ ſi iã tollentibus auſtus ioniũ. Proſpectet amicã: ſuffecerat addidiſſe humum:niſi iungeret amicã:ut Plautus ĩ Menechmis : Voluptas nulla.eſt aũt nautis Meſſenio maior meo aĩo:q̃ qui ex alto terrã proſpiciunt. maiore non dicã dolo:q̃ quia adueniẽs terrã cõſpicias:q̃ fuerit tua. Fortũa trã.tua:ſub tutela fortũæ tuæ:hoc ẽ iũctos fœlicibus ifœlices poſſe aduerſa ſuperare.dicũt ergo lætari ſe:qđ futuras ærumnas ſuas fœlicitatis eius ꝓſpitate ualeãt euitare. Primis hy.Virg.cui pater intactã dederat primiſq; iugarat omnibus. Tumida iam uirginitate matura:Gaudia mente parant. Lycæos partheniolq;: montes arcadiæ:& in Lycæo tẽplũ eſt panos:in quo natus aſſeritur.Vnde Vir.Panos de more lycæi.famã ergo ait ĩ hæc loca penetraſſe.

Sicyon

Pan
Licæus

Dii bene quod tales ſtirpemq; animoſq; uenitis
Vt reſponſa iuuent. hic diræ tempore noctis:
Partus honos: hæc illa uenit poſt uerbera merces.
Audierant:fixoſq; oculos per mutua paulum
Ora tenent:uiſiq; inter ſeſe ordine fandi
Cædere:ſed cunctis Tydeus audentior actis
Incipit.O q̃ te parcum in præconia famæ
Mens agitat matura tuæ:quantumq; ferentem
Fortunam uirtute domas: cui cedit Adraſtus
Imperiis.quis te ſolio ſycionis auitæ
Excitum in frenos componere legibus argos
Neſciat.atq; utinam his manibus permittere gẽtes
Iuppiter æque uelis.quas Doricus alligat undis
Iſthmos.& alternos quas margine ſummouet infra
Non fugeret diras lux interciſa mycenas
Sæua nec Eleæ gemerent certamina ualles
Eumenideſq; aliis aliæ ſub regibus.& quæ
Tu potior thebane queri.nos uero uolentes
Expoſitiq; animis.ſic interfatus.& alter
Subiicit:anne aliquis ſoceros accedere tales
Abnuat? exulibus quanquam patriaq; fugatis
Nondum læta uenus.tamen omnis corde reſedit
Triſtitia. affixiq; animo ceſſere dolores:
Nec minus hæc læti trahimus ſolatia. q̃ ſi
Præcipiti conuulſa noto proſpectet amicam
Puppis humum.iuuat ingreſſos fœlicia regni
Omnia quod ſupereſt fati uitæq; laborum
Fortuna tranſire tua.nec plura morati
Conſurgunt dictis impenſius aggerat omne
Promiſſum Inachius pater:auxilioq; futurum
Et patriis ſpondet reduces inducere regnis
Ergo alacres Argi.fuſo rumore per urbem
Adueniſſe duci generos.primiſq; hymenæis
Egregiam Argiam.nec formæ laude ſecundam
Deiphylen tumida iam uirginitate iugari
Gaudia mente parant.ſocias it fama per urbes
Finitimiſq; agitatur agris. procul uſq; lycæos

Ephyræaq̧ rura:Corynthiorum regioni cõfinia extrema poſuit.Corynthus nãq̧ a mari arcadiã a terra Peloponeſſum claudit. Eadẽ:dea turbida.Velox fama. Ogygias:Thebas nõ mõtes Ogygios:ſed locum ubi thebæ ſunt cõſtitutæ. Perfundit:rumoribus implet. Labdaciũ etheoclẽ:patronymicũ ab auo oedipi huius ꝓauo. Cõſona nocti:cõueniẽtia:ut nihil a ſomniis diſcreparẽt.conueniẽs ergo cũ ſomno ꝑcedentis noctis q̃ a laio in Tyreſiæ effigiẽ mutato Etheocles fuerat admonitus:uel ipſa fama cõſona ꝑmiſſæ nocti.Idẽq̧ nuper exacta eſt:q̃ Laius auus futura uiſus eſt cõmouere.Cõſona inter cõueniẽtem famã cũ præmiſſis laii q ait ſuperius.dãt laio ſocer augurio fatalis Adraſtus dotaleſque argi.

Corynthus

Labdacius

Parthenioſq̧ ſuper ſaltus.Ephyræaq̧ rura
Nec minus Ogygias eadem dea turbida thebas
Inſilit.hæc totis perfundit mœnia pennis
Labdaciumq̧ ducem præmiſſæ conſona nocti
Territat.hoſpitia.& thalamos.& fœdera regni
Permixtumq̧ genus.quæ tanta licentia monſtro?
Quis furor eſt.iam bella canit. diffunderat argos
Expectata dies. læto regalia cœtu
Atria complentur. ſpecies eſt cernere auorum
Comminus.& uiuis certantia uultibus æra
Tantum auſæ perferre manus.pater ipſe bicornis
In leuum prona nixus ſedet inachus urna
Hunc tegit Iaſiuſq̧ ſenex:placiduſq̧ phoroneus
Et bellator Abas indignatuſq̧ tonantem
Acriſius.nudoq̧ ferens caput enſe chorœbus:
Toruaq̧ iam danai facinus meditantis imago.
Exin mille duces.foribus commiſſa ſuperbis
Vnda fremit uulgi.procerũ manus omnis & alto
Quis proprior de rege gradus ſtant ordine primi
Interior ſatis calet & ſonat aula tumultu
Fœmineo:caſta matres cinxere corona
Argolides:pars uirginibus circum undiq̧ fuſæ
Fœdera conciliant noua.ſolanturq̧ timorem
Ibant inſignes uultuq̧ habituq̧ uerendo:
Candida purpureum fuſæ ſuper ora ruborem
Deiectæq̧ genas.tacitæ ſubit ille ſupremus
Virginitatis amor.primæq̧ modeſtia culpæ
Confundit uultus:tunc ora rigantur honeſtis:
Imbribus.& teneros lachrymæ iuuere parentes:
Non ſecus ac ſupero pariter ſi cardine lapſæ
Pallas & aſperior phœbi ſoror utraq̧ telis
Vtraq̧ torua genis:flauoq̧ in uertice nodo
Illa ſuas Cyntho comites agat:hæc aracyntho
Tunc ſi fas oculis non unquam longa tuendo

Iam bella canit: canit ubiq̧ ſubaudiendũ de eo:quod dicturus ẽ. Quis furor:iã bella canit. Cernere auorum:cominus cernere eſt operepretiũ deſcriptio eorum quorũ ſtatuæ in domo Adraſti fuerãt conſtitutæ:ut Vir.Quin etiã ueterum effigies ex ordie auorum:Antiquæ cedri.d..i.p.s. Certãtia uultibus æra.Vir.& uiuos ducent de marmore uultus. Tãtum auſæ pferre manus: ut imitarentur uitã q̃ſi cõtra naturã feciſſent quod addidiſſent æri ſpiritũ. Placiduſque phoroneus:Quod primus Iunoni ſacrificaſſet. Iaſiuſq̧ ſenex: ẽt hic rex argiuorum fuit. Et bellator Abas:Abãtis filius prœtus:cuius filiæ prœtides furore immiſſo a Venere boues ſibi ſunt creditæ:q̃s Melampus expiauit. Chorœbus:Hic eſt: qui ne argi peſtilentia laborarẽt:Apollini ſe periendũ obtulit:& ueniam meruit. Ferẽs caput.Vel ſuũ altius ferẽs: uel illius quod occiderat mõſtri. Toruaq̧ iã danai:Danai Beli filius ex pluribus cõiugibus quinquaginta filias habuit: totidemque Aegyptus frater eius filios:q Danaũ fratrẽ filias ſuis filiis in matrimonio poſtulauit.Danaus reſponſo cõperit:q generi ſui manibus interiret.Argos ꝓfectus ẽ:& primũ dicitur nauem feciſſe:a cuius noĩe Argo dicta eſt nauis.Aegyptus miſit filios ſuos ad ꝑcipiendum fratrẽ:hiſq̧ ꝑcepit:ut aut Danaũ interficerent:aut ad ſe nõ redirẽt:ut Agenor filio iperauerat:q poſteaq̃ uenerũt Argos: cœperũt patruum oppugnare.Danaus poſteaq̃ uidit ſe reſiſtere non poſſe:filias ſuas fratris ſui filiis ſpopõdit uxores:q̃ pr̃is iuſſu uiros uniuerſe interfecerũt ſola Hypermneſtra Lino pepcit. Indignatuſq̧ tonãtem:Acryſius rex argiuorum fuit:qui filiam habuit nomine Danaen:quam poſteaquã eſt a Ioue uiciata pater intra arcam incluſam i mare præcipitauit:quæ delata ad Italiam inuenta eſt a piſcatore cũ Perſeo: quẽ illic enixa fuerat:& oblata eſt regi:qui eam ſibi fecit uxorem:cum qua etiam ardeã cõdidit.Quis proprior de rege gradus.Quiſqs regem affinitate contingit: ideſt proceres:& illi qui regibus genere iungebantur:& ſtabant primi: ut ſingulorũ ordo poſcebat:& generis gradus. Stãt primi:illi etiã proximi regi ſtabant qui ornabant generis dignitate. Caſtra matrum:multitudine religioſa:uel pars matrũ uirginibus nupturis admixta. Fœdera conciliãt.i.ſponſas cõmendant:& docent eas fœdera nuptiarũ. Verendo: Virginali. Deiectæq̧ genas:in terrã intuentes præ pudore. Primæq̧ modeſtia culpæ:culpam putant amiſſionem uirginitatis.

Prœtides

Chorœbus

Danaus

ægyptus

Argo

Hypermeſtra

Acryſius

Danae

Perſeus

Ardea

Teneros parentes:timidos quia delectauerũt Adraſtũ filiarum lachrymæ.erat etiam pudoris inſigne etiã uota trepidare. Et aſperior:phœbi ſoror fratre aſperior.quia ille cytharæ:illa uenatibus operam dedit. Illa ſuas comites agat. Cynthus:deli mons eſt dianæ ſacer:unde cynthia diana dicta eſt. Aracynthus atticæ regionis: Mineruæ ſacer. Tunc ſi fas:ideſt ſi liceat:quoniã mortalibus cõceſſũ nõ ẽ uidere cælicolas.

Cynthus

Aracynthus

Fatigant: diu inuocant: unde Horatius. prece qua fatigent uirgines ſanctæ minus audientem carmina ueſtam. Facultas: unuſquiſq; pro uiribus ſuis uota faciebat. Nec minus auditi: ſenſus nec minus auditi ſunt illi: qui thure deos placant illis: qui hoſtias immolarant. Victimaꝝ enī loco ſola etiā bona cōſcientia dii lætantur. Sicut Perſeus cōpoſitū ius faſq; animi ſanctoſq; receſſus mentis: & incoctus generoſo pectus honeſto. Lacheſis: Vnam ꝑ omnibus poſuit. Pallada monichiis. Quæ pallas non minus diligit Lariſſam q̄ Monychiam. Lariſſa aūt oppidū Adraſti: in quo nūc nupta fuit. Nō illa theſſaliæ: ubi Achilles dicitur natus. Libare: uel conſecrare: uel aliquid templis appendere. Virgi. Sacrum tibi paſcere crinem: ideſt nutrire. Primoſq; ſolebant excuſare toros: Vel in templo Mineruæ ſolebant uirgines nupturæ placare deam: quæ ſit fautrix uirginitatis & excuſare q̄ neceſſitate & lege naturali nubere cogebant. Arcados Enhippi ſpoliū. Enhippus rex Argiuorū miræ fœlicitatis fuit: cuius clypeū quia apđ græcos nobiliter rem geſſiſſe accipiebat: uel ille per urbem incedens honeſtaretur. Vnde prouerbiū apud Italos: cum alicuius ignauiá arriderent, ut Callimachus ait. Hoc nō ſpoliū dicit faces nuptiales extinxiſſe: cum caderēt una oēs: quia nuptias bella dirimerēt. Aeque adytis ſimul. Vir. & mugire adytis cortina recluſis. Mox rediſſe negaſ. Vt homines ſuſpitione ſedarent mortē uulgi potentibus blandientes uidiſſe ſe negant: quæ conſtabant gaudiis obfutura. Ornatus argia geris: Dicit non eſſe admirandū: q̄ aduerſus omnibus accideret: ſi quidem argia uxor polynicis funeſtum mōile acceperit: quod thebas ueniens ad argos extulerat: & repetit originem huius muneris uel monilis: quod a Vulcano Veneri fabricatum fuiſſe dicitur: & deinde hermione poſtremo reginarum omniū: quæ thebis uixerūt: quas iſtius monilis omine dicit infœliciter depe riſſe. Hermione dotale decus. Vt illa puniref: quæ ex adulterio Martis & Veneris nata eēt. huiuſmōi .n. uenenis infecerat illud monile Vulcanus. ut neceſſe eſſet hoc monile geſtanti ærumnaꝝ mole opprimi. hoc eſt .n. uſa eſt hermione Agaue: Iocaſta: Semele. Argia. ultimo Eriphile. Nā ad polynicem hoc hereditario iure peruenerat. Quæcunq; ergo hoc ornatu uſæ ſunt: graui exitu & ærumnis ſunt affecte. Sub luce iugali. i. ſub die nuptiarū: quo Cadmo nupſerat. Docti: quanq̄ maiora docti ſunt facere: tamen hoc laborioſe fecerūt. Notiq; Thelchines: Hi tres fratres dicuntur fuiſſe inuidia liuidi: qui cū uicinorū agros uiderent prouentu fertiles natura fœlices hos ſparſiſſe dicūtur aquis ſtygiis: ut redderēt infœcūdos: q̄ culpa pœná metuētes: ſolum uerterūt ſeq; ad cyclopas cōtulerūt: q i hoc laborauerūt. Ipſiq; thelchines. Thelchines ergo iuidos ad hoc mōile faciēdū cōcordaſ ſe dicit: ut fieret plurimus ipſi ſudor Vulcano. ſ. ut q faciēdo aliq̄: ipare cōſueuerat: pſōnā ſumeret fabricātis. Vnde Vir. enſē quē dauno ignipotens deus ipe parēti fecerat. i. p ſe nō p miſtros. Igne ſmarag. uirides lapides queādmodū glaucū ꝑ uiride: ſic ignē ꝑ ſplēdore poſuit. Percuſſum ada. i. caracteribus nocētiſſimis ſculptū. Gorgoneoſq; orbes: Ita execrandum monile deſcribit: ut huic pulchritudinē conferat atq; terrorem. Nam Gorgoneos orbes poſuit

Lariſſa — enhippus — Monile Argiæ. — Hermonie — Thelchines — Glaucū

Expedias cui maior honor. cui gratior aut plus  
De Ioue. mutatoſq; uelit tranſumere cultus  
Et pallas deceat pharetras & delia criſtas:  
Certant læticia ſuperoſq; in uota fatigant  
Inachidæ: quæ cuiq; domus: ſacriq; facultas.  
Hi fibris animaq; litant. hi ceſpite nudo  
Nec minus auditi ſi mens accepta meretur  
Thure deos. fractiſq; obtendunt limina ſiluis.  
Ecce metu ſubito (lacheſis ſic dira iubebat)  
Impulſæ mentes: excuſſaq; gaudia uulgi  
Et turbata dies. innuptam limine adibant  
Pallada. monichiis cui non argiua per urbes  
Poſt habita eſt lariſſa iugis. hic more parentum  
Iaſides thalamis ubi caſta adoleſceret ætas  
Virgineas libare comas primoſq; ſolebant.  
Excuſare toros. celſam ſubeuntibus arcem  
In gradibus ſummi delapſum culmine templi  
Arcados enhippi ſpolium cadit æreus orbis:  
Præmiſſaſq; faces feſtum nubentibus ignem  
Obruit. æq; adytis ſimul exaudita remotis  
Nondum auſos firmare gradus tuba terruit ingēs  
In regem conuerſi omnes formidine prima  
Mox audiſſe negant cunctos tamen omina rerum  
Dira mouent: uariiſq; metum ſermonibus augent:  
Nec mirum. nam tu infauſtos donante marito  
Ornatus Argia geris: dirumq; monile  
Hermiones. longa eſt ſeries. ſed nota malorum  
Proſequar. unde nouis tam ſæua potentia donis  
Lemnius hæc (ut priſca fides) mauortia longa  
Furta dolens capto poſtq̄ nihil obſtat amori  
Pœna nec ultrices caſtigauere catenæ  
Hermiones dotale decus ſub luce iugali  
Struxerat. hoc docti quanquam maiora laborant  
Cyclopes notiq; operum Thelchines amica  
Certatim iuuere manu: ſed plurimus ipſi  
Sudor. ibi arcano florentes igne ſmaragdos  
Cingit. & infauſtas percuſſum adamanta figuras  
Gorgoneoſq; orbes. ſiculaq; incude relictos

inſtar oculorum:ut ad monſtri ſpeciem ſtupefaceret intuentes magnitudo & pulchritudo gemmarum.
Fulminis extremi cineres:Hoc eſt qui perfecto fulmine ſuperfuiſſent:quaſi hoc pernicioſiores eſſent. Con ſtat enim hoc monile poſt fulmina fabricatũ de fragmentis. Viridũq̧ draconũ:ideſt iuuenum : uel uenenoſorum. Vel flebile germen heſperidum.In æthiopia ſpecioſiſſimum pomariũ atlanti fuit: i quo naſcebátur mala aurea:quæ heſperides cuſtodiebant.Aegle Aretuſa heſperetuſa:& draco peruigil.accepe rat auté reſponſum:ut ea quandoq̧ ex Ioue genitus raperet:nihilominus fides reſponſi explicata eſt:miſ‑ ſuſq̧ ẽ ab Euriſteo rege Her. Iouis filius: q ea mala abſtulit occiſo puigili dracone dixi mus poetam omnia contuliſſe : q̃ gratiam facerent & timoré:Ideo etiam aurum uult infame fuiſſe quo monile compoſitum eſt ut iure confirmetur malum fuiſſe. Et di‑ rũ phryxei uelleris.au.Phryxus & helle In‑ ſania a libo obiecta cũ i ſylua erraret: Neo‑ bula mater eorum dicitur ueniſſe:& ariete uellere aureo inſignitũ exhibuiſſe : in quo prædictos filios ſuos iuſſit aſcendere: & in colchos ad regem Aeetam tranſire: ibique arietem imolaſ:cui cũ ex præcepto matris aſcendiſſent illos in pelagus detulit:helle la pſa nomẽ põto dedit.phryxus matris præ‑ cepto parens arieté imolauit:pelleq̧ aureá martis templo dicauit:quam Iaſon æſonis filius cũ argonautis dicitur petiiſſe.hũc Ae eta rex libens recepit:filiáq̧ ei dedit uxoré: & cum ex ea liberos ſuſcepiſſet: ueritus eſt Aeeta ne ſe regno deiiceret:quod ei reſpon ſum ex prodigiis fuerat aduena coli proge‑ nie mortem caueret: phryxum interfecit. At filii eius ratem aſcenderũt:ut ad auum atlantem tranſirent:quos naufragos æſon excepit. Et quæ peſſima cæſton:Etiá uim illam monili pmiſcuit:quæ uix cæſtos pa‑ rabat.i.cuius ſit poteſtatis oſtendit. Cæſtõ enim cingulum dicit̃ ueneris: quo utit̃ ad honeſtas nuptias:& quando uirgo cadmo nupſerat harmonie:ideo hoc iunxit.Ná ad turpes nuptias uenus dicitur nõ ueniſſe. Iõ incæſtum dicitur:quod a ſacrato illo uene ris cingulo nõ fuerat uinctũ. Atq̧ hilari.i. lucido ut poſſit exide aliquid fingi læticiæ ut eſſet facile & delectabile:debile & gratũ lætantes autem nocuum & peſtiferũ. Nõ hoc paſithea:Eſt una gratiarum . nomina aũt gratiarum ſunt tria paſithea.Aglaie.eu phroſine Iouis & Harmonie filiæ: ueneris famulæ. Prima fides operi Cadmum:

Heſperi‑dum horti
Phryxus
Helle
Neobola
Cæſtos
Incæſtũ
Paſithea
Gratiarũ nomina

Fulminis extremi cineres:uiridumq̧ draconum
Lucentes a fronte iubas:hic flebile germen
Heſperidum:& dirum frixei uelleris aurum:
Tum uarias peſtes raptumq̧ interplicat atro
Theſiphones de crine ducẽ:& quæ peſſima Cæſtõ
Vis probat.hæc circum ſpumis lunaribus ungit
Callidus.atq̧ hilari perfundit cuncta ueneno
Non hoc Paſithea blandarum prima ſororum
Non decor idaliuſq̧ puer ſed luctus & ira:
Et dolor.& tota preſſit diſcordia dextra:
Prima fides operi Cadmum comitata iacentem
Hermione uerſis in ſibila dira. querelis
Illyricos longo ſulcauit pectore campos.
Improba mox Semele uix dona nocentia collo
Induit & fallax intrauit limina Iuno
Teq̧ etiam infœlix perhibent Iocaſta decorum
Poſſediſſe nefas.uultus hac clade colebas
Heu qbus.heu placitura thoris: poſt longior ordo
Tum donis argia nitet.uileſq̧ ſororis
Ornatus ſacro præculta ſuperuenit auro.
Viderat hoc coniunx perituri uatis:& aras
Ante omnes epulaſq̧ trucem ſecreta coquebat
Inuidiam:ſæuis detur ſi quando potiri
Cultibus.heu nihil auguriis adiuta propinquis
Quos optat gemitus: quantas cupit ĩpia clades:
Digna quidem.ſed quid miſeri decepta mariti
Arma: quid inſontes nati meruere furores
Poſtquam regales epulas & gaudia uulgi
Biſſeni clauſere dies.hiſmenius heros

Periculum huius monilis fidem fecit Harmonie : quæ proxime experta eſt . Nam in angues uerſa eſt: cum marito:ob hanc cauſam quod Agenoris:& Europæ filius draconem martis:qui fontem cuſtodie‑ bat occidit:ideo uult hoc contigiſſe:quia nuptialibus donis hoc monile poſſederat. Improba mox ſeme le.Vult etiam ſemelen in fœlicitate huius monilis extinctam & magis ornatus inuidia a Iunone q̃ pellica tus inductam ut a Ioue improbe poſceret quid nefas eſſet corpus ſuſtinere mortale.Optime aũt Semelẽ improbam dixit:q̧ uoti fuit immodica ut Iouẽ uellet cum fulmine. Teque etiam infœlix: Quia nõ im poſuit per malorum experimenta finem cupiditati.Nam hoc monile Iocaſtam poſt Agauem certum eſt habuiſſe. Sacro auro:execrabili.Virg.auri ſacra fames. Viderat hoc coniunx:eriphylẽ dicit Amphiarai uatis uxorem. Et aras ante omnes:Quia apud antiquos ante aras numinum cælebrabant iura nuptiaꝝ Nihil auguriis adiuta propinquis:Propinquis ſiue qa auguriis uxorem uel his prodigiis:quæ pauloan‑ te clypei caſu contigerant.nihil profuit inquit q̧ augurem habebat maritum.nam infauſta cupit ſecũdũ illud Virgilii.ſiue auguriis potuit depellere peſtem. Quantas cupit impia clades:Mariti mortem: furo‑ rem filii:interitũ ſuũ. Inſontes nati meruere furores:Almeonẽ dicit:q poſt mortẽ matris cõuerſus ẽ i fu roré patre mãdáte. ut Iuue.nil pueri faciũt :ipſam cõfigite matrẽ.itẽ Luca.Crimie quo pui cædes potuere mereri. Hiſmenius he.polynices:q a fluuio thebão nomẽ accepit:quẽ poeta fluuiũ frequenter appellat.

Sacrum
Nuptiæ ante aras
Almeon
Hiſmeni us.F.

Iam iam ſua quærere regna: Eleganter ſua: quia & apud argos ex cōiunctione regia imperabat. Deſciſſe deos: Quaſi dii non innocentes ſed potentes & fœliciores ſequantur. ſic a ſe ad fratrem eẽ traductos deſciſſe ergo quaſi ab amicis ut ciuitas quæ ad hoſtes decurrit deſcire dicitur. ut Lucanus: Laſſa triumphis deſciuit fortuna tuis. Nudum latus: Ab amicis deſertum: regum enim ſemper latera ſtipatorum ſatellitumq; corona claudebat. Nāq; una ſoror: Antigonem dicit: quæ fratrem ſepeliuit. Nam & hiſmelē aliā ſororem habuit polynices. Producere: Proſeq. ut Virgilius comes produxit. Et magna lachrymas incluſerat ira. Ideſt dolore nimio ſiue iracundia lachrymarū clauſerat curſum: ut Virg. Incluſitq; dolor lachrymas. Tūc quos excedens hilares. Cogitat diſceſſu ſuo qui gauiſi ſunt: qui doluerunt: omnia inquit hæc in animo reuoluebat & fratris curſum: & quos ſibi profugo genuiſſe proſpexerat: ergo ſi aliquibus potuit exiliū diſplicere: reuertentem tanto magis poterit adiuuare.

Antigōe / Hiſmele / producerẽ

Spes

Spes ubi longa uenit. Qua nulla grauior mortalibus cura eſt. Saluſtius animo cupienti nihil ſatis feſtinatur: eripis etiam ſpē: quæ ſola homines in miſeriis conſolatur: hanc enim curarum omnium conſtat eſſe poſtremam. Graue enim tormentum eſt ſpes: quæ longa expectatione differtur. Terentius. ſpem pretio non emo. Nubē cogitationum multitudinem: quæ animū ſollicitudinis mole confundunt. Dyrcē: Fontem thebanum: per quem Boetiam debemus accipere. cadmi autem domos thebas debemus accipere. Recepto ſanguie: ideſt recepta uirtute. Lucanus. dum ſanguis inerat: dum uix materna peregi. Et capta armenta repoſcit. Ab inimico uictore. Mente acuit: Exercuit uel in maiorem rabiem concitauit. Fida: Proprium uxoris epitheton. Senſerat: Argia diſputationes mariti ſenſerat. Primo ortu auroræ complexa uirum. Pallorem dicit colorem croceum: primo enim aurora cum luciferi candore palleſcit: deinde fulgore roſei ſolis afflat. Nil tranſit amantes. Virgi. Quis fallere poſſet amantem. Nūquam in pace ſopor: ideſt dormiens ſemper īquietaris curis: aut hoc dicit: qđ noctu cū ſolēt hoīes īquiete eē: tu per uigilias nō admittis ſoporē: pacē. n. hic proprie nocturnā qetē aſſeruit. Iactātia pectora curas: Ex magnis curis tumultuātia. Admota depræ. ma. lachrymas tantū an pectoris motus & pulſus. Nil fœdere rupto: oratorie cur. n. metuit: ſe dicit poſſe cōtēnere. Vir. Nil ſup īpio moueor. Connubiiſue ſup: figura ſynereſis oratorie facta. q̄ euēire timebat hortabaẽ. ut Vir. I ſeq̄re Italiā uētis. & non iā coniugium antiquū: qđ prodidit oro. Et ſic crudus amor: Recens immaturus nec dū tēporis longinquitate firmatus. ergo talis ē ordo: & ſic nec dū intepuere tori. Senſus & ſic nec dū primis nuptiis calefactus eſt torus mariti: nec tēporis plixioris acceſſibus dferueſcit: adeo pauci dies ſūt: ex quo ſūt nuptiæ cælebratæ. Viduaq; iu. i. nō pp me dico hoc: licet ſim iuuenilis ætatis: & licet mea tā cito deſeraẽ a te tū pp tuā ſalutē ne ī aliquo dāneẽ: timeo. Angit. a. ſ. Sic āgit: ut uicat: qa pp ſuā cōmodū nil ſuadet: ſed aſſerit ſe āgere cā mariti: & hoc totū qđ ad cautellā mariti pficit ſibi putat acqri.

fida uxor

Aurora

Reſpicere ad thebas. iamque & ſua quærere regna
Quippe animū ſubit illa dies qua ſorte benigna
Fratris echionia ſteterat priuatus in aula
Reſpiciens deſciſſe deos trepidoque tumultu
Dilapſos comites. nudum latus omne: fugamque
Fortunæ. namque una ſoror producere triſtes
Exulis auſa uias: etiam hanc in limine primo
Liquerat. & magna lachrymas incluſerat ira.
Tunc quos excedens hilares quis cultus iniqui
Præcipuus ducis: & profugo quos ipſe notarat
Ingemuiſſe ſibi: per noctem. ac luce ſub omni
Digerit. exedere animum dolor. iraq; demens
Et qua non grauior mortalibus addita cura:
Spes ubi longa uenit: talem ſub pectore nubem
Conſilio uoluens Dircen cadmique negatas
Appetat ire domos: ueluti dux taurus amata
Valle carens pulſum ſolito quem gramine uictor
Iuſſit ab erepta longe mugire iuuenca
Cum profugo placuere tori ceruixq; recepto
Sanguine magna redit: fractæq; in pectore uires
Bella cupit: ſaltuſq; & capta armenta repoſcit:
Iam pede iam cornu melior. pauet ille reuerſum
Victor: & attoniti uix agnouere magiſtri
Non alias tacita iuuenis theumeſius iras
Mente acuit: ſed fida uias arcanaq; coniunx
Senſerat. utque toris primo complexa iacebat
Auroræ pallore uirum quos callide motus.
Quamue fugam moliris ait: (nil tranſit amātes)
Sentio per uigiles acuunt ſuſpiria quæſtus
Nunq̄ in pace ſopor: quotiens hæc hora natare
Fletibus & magnas iactantia pectora curas
Admota depræhendo manu: nil fœdere rupto
Connubiiſue ſuper moueor. uiduaq; iuuenta
Et ſic crudus amor nec dum poſt flammea toti
Intepuere tori. tua me properabo fateri
Angit amata ſalus. tunc incommitatus inermis
Regna petes: poteriſq; tuis decedere thebis

Inermis: aut facultatibus quæ deſunt. Inermis aūt nō tu inermis: ſed armatorū multitudīe deſtitutus.

Si neget: Ergo ſi negauerit ſubſequēs ē: ut fratris iſidiis pereas. Atqꝫ illū ſollers: Atqꝫ illū fama tumidū narrat fama quæ ſolet ducū indicare mores. ordo aūt atqꝫ illū tumidum narrat fama quæ ſollers eſt reges depræhēdere. fama enim ſemp ſtudia illuſtrat: ſemperqꝫ diſſimilitudine cælebrat. Nec dum cōſumpſerat annum: Qui nec dū conſumpto anno inimicus tibi atqꝫ infeſtus fuit. Quid cenſes eum nunc moliturū quippe cū deponendi imperii cura ſollicitet. Exta minantia diuos: Quæ deos minant iratos. Iuno enim quæ Argis præſidet: nec poteſt fallere quos depræhendit: & ut Homerus dicit: ſomnum de

Si neget? atqꝫ illum ſollers deprendere ſemper
Fama duces tumidū narrat raptoqꝫ ſuperbū
Difficilemqꝫ tibi. nec dum conſumpſerat annum
Me quoque nunc uates. nunc exta minantia diuos
Aut auium lapſus: aut turbida noctis imago
Territat. ah memini nunquā mihi falſa p umbras
Iuno uenit. quo tendis iter? quo conſcius ardor
Ducit: & ad thebas melior ſocer. hic breue tandem
Riſit Echionius iuuenis tenerumqꝫ dolorem
Coniugis amplexu ſolatur. & oſcula mœſtis
Tempeſtiua genis poſuit: lachrymaſqꝫ repreſſit.
Solue metus animo. dabitur (mihi crede) merētū
Conſiliis tranquilla dies. te fortior annis
Nondum cura decet. ſciat hæc Saturnius olim
Fata parens: oculoſqꝫ polo dimittere ſi quos
Iuſtitia & rectum terris defendere curat
Fors aderit lux illa tibi qua mœnia cernes
Coniugis. & geminas ibis regina per urbes
Sic ait. & caro raptim ſe lumine profert
Tydea iam ſocium cœptis iam pectore fido
Aequantem curas (tantus poſt iurgia mentes
Vinxit amor) ſocerumqꝫ affatur triſtis adraſtum
Fit mora conſilio: cum multa mouentibus una:
Iam potior cunctis ſedit ſententia fratris
Pertemptare fidem: tutoſqꝫ in regna precando
Explorare aditus audax ea munera Tydeus
Sponte ſubit. nec nō & te fortiſſime gentis
Etholum multum lachrymis conata morari
Deyphile. ſed iuſſa patris tutiqꝫ regreſſus
Legato iuſteqꝫ preces uicere ſororis.
Iamqꝫ emenſus iter ſyluis ac littore durum
Qua lernea palus ambuſtaqꝫ ſontibus alte
Intepet hydra uadis: & qua uix carmine raro
Longa ſonat Nemea nondum paſtoribus auſis
Qua latus eoos Ephyres quod uergit ad euros
Siſypheiqꝫ ſedent portus: irataqꝫ terræ

ex perimento ut maritus terreat. Ni conſcius ardor ducit: Vel alterius cōiugis uel amicæ inuidioſæ quaſi mulier: credidit. n. polynicē aliā thebis coniugē reliquiſſe. Nihil. n. putat niſi amorē uxori præferri poſſe. Riſit Echiōius iuuenis riſit Polynices ꝙ obiecit illi amorē alterius cōiugis more & leuitate muliebri. Quoniā ſemper familiare uxoribus ē ſuſpicari maritos ſuos aliarū mulierū illecebris detineri. docet āt poeta obiectis falſis criminibus ridendū potius ꝗ dolendū. Tēpeſtiua: Oportuna quaſi tēpori cōueniētia. Lachrymaſqꝫ repreſſit: Incertū eſt cuius cōiugis an ſuas. ſi ſuas: ne fleret ſi uxoris: ut eū non fleret. Merentū conſiliis. Eoꝝ conſiliis q merent imperia gubernare. Dabit mihi regnū: deſiſte inquit de mœrore meo eſſe ſollicita. bene ſic cœpit: qa uxor hoc ſe ſolū timere dixerat: qđ ꝓ ipſo faceret. Te fortior annis. Ordo: te nō decet cura quæ tuis animis ē fortior. Sciat hæc ſaturnius olim. Quod futuꝝ ſit Iuppiter nouerit. Oculoſqꝫ polo dimittere: Senſus hæc ad iuſticiā cura pertineat: ſi tamen reſpicit terras. i. futura noſtra ſciunt fata: & iuſticia ſi re uera reſpicit terras aut hominū curas. Fors aderit lux illa tibi: Bonus ordo: ut mecū coniunx in fine fœlicitatis promiſſionibus ſolaretur. Affat triſtis Adraſtum. Ordo tydea & adraſtum affat triſtis: cætera per parentheſim inſerta ſūt. Crimina falſa

Fit mora conſilio: ideſt diu habito tractatu cūctati ſunt: ut multū cogitantibus placeret una ſentētia. i. utrū bello an legatis peteret regnū polynices. Nam potior cunctis. i. melior omnibus ſnīa placuit etheoclis fidē legatione tētare. Ea munera: Legatiōis officia. Tutiqꝫ regreſſus legato: quod legatum nefas eſſet īterfici. Sacroſancta. n. ſunt legationis officia: ut Ci. ut etiā iter hoſtiū tæla incolūnis uerſaret. Syluis ac lit. i. ſyluis: ꝗ erāt i littore: aut qa difficile ē iter per ſyluas & littora. Intepet hydra uadis. Hic. n. in lerna palude hydrā hercules igni ꝓdomuit damnis capitū & uulneribus pullulantē: intepuit ideo: quia cū ferro uici nō poſſet uulneribus ēignis admotus. tepet ergo adhuc ꝗuis flāma uictrice. Et ꝗuix carmie raro: Sēſus: quāuis Nemeæū leonē cōſtet herculis uirtute ꝓſtratū: tamē prioris metu piculi īterrupit paſtoꝝ timidas cātilēas. Qua latus eoos: corynthi latus eméſus ē: & orientē dixit eoos: occidentē euros. Siſypheiqꝫ ſedent portus: Cū inter duo maria montē poſitū crudeli latrocinio occupaſſet: hac. n. pœna mortaliū paſcebatur. prægrauans ingenti ſaxo necare tādem ab oculis deorum lege punitus apud inferos ſaxi quod uoluit pœnas exoluit pondere: portus corynthius ex utraqꝫ parte duos habet ſypheū & liliceū. quos nūc poeta cōmemorat. Irataqꝫ terræ. Iſthmon ſignificat ubi ſe Iuno cū Palæmone præcipitauit. lyceum uero ꝓmontoriū corynthiorū.

Niſus Niſam: Megarã dixit in qua niſus regnauit. Quidã niſum montẽ megarenſiũ dicunt: in quo niſus ẽ
Eleuſin ſepultus: quẽ ferũt crinẽ habuiſſe purpureũ. Eleuſin: Oppidum eſt athenis uicinũ in quo ceres eximie
colit̃: unde ſacra cereris eleuſina uocantur. Virgi. Tardaq; eleuſinæ matris uoluentia plauſtra. ceres cum
Triptole/ ꝓſerpinam filiã ſuam quæreret uenit ad Eleuſinũ regem: cuius uxor iona puerũ peperit triptolemũ: ſe/
mus que nutricẽ ſimulabat. hãc regina libens nutricẽ filio ſuo recipit: datque ei nutriendũ. Ceres dum alum/
num ſuum uellet immortalem reddere interdũ lacte diuino nutriebat. noctu clam igne eum obruebat.

Curua palemonio ſecluditur unda lechæo
Hinc præter uectus niſum. & te mittis Heleuſin
Læuus habet: iãq; arua gradu theumeſia: & arces
Intrat agenoreas. ibi durum etheoclea cernit
Sublimen ſolio. ſeptumq; horrentibus armis:
Iura ferus populo trans legem ac tempora regni
Iam fratris de parte dabat. ſedet omne paratus
In facinus. queriturq; fidem tam ſero repoſci.
Conſtitit in mediis ramus manifeſtat oliuæ
Legatum: cauſaſq; uiæ nomenq; rogatus
Edidit. utq; rudis fandi. pronuſq; calori
Semper erat iuſtis miſcens tamen aſpera cœpit
Si tibi plena fides. ſi dicti cura maneret
Fœderis. ad fratrem completo iuſtius anno.
Legatos hinc ire fuit. teq; ordine certo
Fortunam exuere: & lætum diſcedere regno.
Vt uagus ille diu paſſuſq; haud digna ꝑ orbes
Ignotas pactæ tandem ſuccederet aulæ
Sed quia dulcis amor regni: blandumq; poteſtas
Poſceris. aſtriferum uelox iam circulus orbem
Torſit & amiſſæ redierunt montibus umbræ.
Ex quo frater inops ignota per oppida triſtes
Exul agit caſus. & te iam tempus apertos
Sub ioue ferre dies. terrenaq; frigora membris
Ducere. & externos ſumiſſum ambire penates:
Pone modum lætis. ſatis auro diues & oſtro
Conſpicuus tenuem germani pauperis annum
Rexiſti. moneo regnorum gaudia temet
Dedoceas. patienſq; fugæ mereare reuerti.
Dixerat. aſt illi tacito ſub pectore dudum

Itaque præterq̃ ſoliti erant mortales creſce
bat. Cũ hoc pater miraret̃ nocturno tẽpo
re obſeruauit: & cũ ceres puer̃ igne obrue
ret: pater exclamauit. Illa irata eleuſinum
exanimauit. ac triptolemo alũno ſuo æter
num beneficium cõtulit. Nam fruges ei ꝓ
pagandas & curr̃ draconibus uinctũ tradi
dit: qbus ille uictor orbẽ terrar̃ frugibus
obſeuit. Poſteaq̃ domũ rediit. Cepheus rex
eũ tanq̃ æmulus interficere conatus ẽ. Sed
re cognita iuſſu cereris triptolemo regnũ
tradidit. Ibiq; oppidum cõſtituit: quod ex
patris ſui nomine appellauit eleuſinum. ce
reri ſacra primus iſtituit: quæ theſmopho
Theume ria græce appellant̃. Theumeſia: Vel oppi
ſia dum uel ꝓmõtorium dicit̃: de quo ſe Ino
cũ palæmone præcipitem dedit: qui græ/
Palæmõ ce palæmon latine portunnus dicitur. Ar/
portũnuſ ua ergo theumeſia a cãpo eiuſdem regio/
nis thebis uicino. Et arces agenoreas. Pro
pter Cadmũ conditorem thebarum Agẽo
ris filium. Trans legẽ: ideſt ultra anni ſpa/
tium: quæ ſortitus fuerat: ut primo ipſe re
gnaret. Queriturq; fidẽ. Oratorie Etheo/
cles in ſuum fratrẽ tranſtulit crimẽ: quod
tunc demum polynices depoſcat imperiũ:
dolet ergo ꝙ ceſſãtibus legatis tã ſero ſup
uiciſſitudinis fidem repoſcat: quod iamdu
dum negare potuiſſet: uel quod tardius &
ꝑpetrãdi parricidii detur occaſio. Pronuſ
que calori: Militaribus armis imbutus or/
dinem ac modum orationis ignorat. Iu/
ſtis miſcens tamen aſpera cœpit: Non blã/
da locutus eſt: quæ poſſent perſuadere: ſed
aſpera quæ magis ad iram accederent: &
oſtendit Tydeum uirum fortem militiæ
magis q̃ eloquentiæ operam tribuiſſe. Si
tibi plana fides: Quia ut ſupra edoctum ẽ.
hoc iurauerant fratres: ut annis ſingulis i/
perium gubernarent. ergo queritur: ꝙ con
tra legem aut ſacramentum germano ne/
garet regnum. Et letum: ideſt non inui/
tũ. Fortunam exuere: Hoc eſt deponere dignitatẽ. Pactæ tandem ſuccederet aulæ: Hoc ẽ inter uos par
titæ. qa ex pacto debitam iã accipere debebat. Sed q a dulcis amor regni: ideſt ſed quia omnibus dulce ẽ
regnum ultro rogaris. non dicit ꝙ polynices cupiditate regnandi coactus ẽ te rogare: ne uideret̃ illi ma/
ledicere. Sed dicit uiciũ hoc generale ẽ. aut certe illud exequit̃: Ignoſcimus tibi ꝙ cupiditate regnãdi mini
me imperium exuiſti. nam hoc uicium generale eſt omnibus. Generalia enim uicia ueniam facile pro/
merentur. Lucanus. Quicquid multis peccat̃ inultũ eſt. Redierunt montibus umbræ. i. i loco illo ſũt
umbræ: in quo fuerũt illo tẽpore quo adeptus es imperium: ut ex conuerſione tẽporũ iã annum tranſiſ
Tot uo/ ſe monſtraret. Exul agit caſus: Oratorie præſens tempus amplexus eſt. Agit caſus: hypalage. ꝓ agit ca
luere ca/ ſibus. Vir. Tot uoluere caſus. Sub ioue: ſub cælo. Horatius. manet ſub ioue frigido uenator. tamen non
ſus iouis recte cælum dicit̃. nã ſi ſaturnus pater eiuſdem cæli & terræ eſt filius. cælũ ſic dici poteſt: auus ipſi
us eſt Iouis prius q̃ Iuppiter. Ambire: circuire. Tenuem: in quo tenuis fuit & inops. Moneo: iucunda
concluſio. moneo inquit ut regnorum gaudia dediſcas. & dũ pateris te aula recedere propter hanc ipſam
patientiam dignus eſſe dicaris qui recipias dignitatẽ: Qui enim ſponte non reddit: cũ ui perdiderit: qua
audebit fronte repetere? Mereare reuerti. i. ut ſis exẽplo fratri: & tu ꝓfugus uidearis ad regnum redire.

Ignea corda fremunt:more peccantiũ:qui audire uera non poſſunt. Cui ſubter innanes.i. quaſi ſerpens diu ſub concauas terrãꝝ tenebras ſitim perpeſſa ſit:atrocius gerit uenenum. Conuocat in fauces. Vir.ex omnibus artubus colligit in fauces & in fauces ꝓprie:quia & hic cõtrario eiecturus ẽ uenena uerboꝝ. Cognita ſi dubiis:Senſus.ſi mihi eẽnt iurgia fratris ĩcognita orationis tuæ ꝓſecutiõe qualis erga me eſſet futurus agnoſcerẽ: Nec clara odioꝝ.qđ aperte oſtẽdit ſuum odiũ contra me. Sufficeret uel ſola fides:ideſt niſi fratris in me odia & ratiõis tuæ furorem agnoſcerẽ ad reddenda quæ repoſcis potui fide cõpelli.

Ignea corda fremunt. iacto uelut aſpera ſaxo
Cõminus erigitur ſerpens cui ſubter inanes
Longa ſitis tenebras:totoſq; agitata per artus
Conuocat in fauces.& ſquammea colla uenenum
Cognita ſi dubiis fratris mihi iurgia ſignis
Ante forent.nec clara odiorum arcana paterent
Sufficeret uel ſola fides.quam toruus & illum
Mente geris ceu ſepta nouus iam mœnia laxet
Foſſor:& hoſtiles inimicent claſſica turmas
Præfuris in medios ſi cõminus orſa tuliſſes
Biſthonas aut refugo pallentes ſole gelonos
Parcior eloquio.& medii reuerentior æqui
Inciperes. neque te furibundæ crimine mentis
Arguerim..mandata refers.nunc omnia quando
Plena minis.nec ſceptra fide nec pace ſequeſtra
Poſcitis.& capulo propior manus.hæc mea regi
Argolico:nondum æqua tuis.uice dicta reporta
Quæ ſors iuſta mihi.quæ non indebitus annus
Sceptra dicauit honos.teneo longumq; tenebo
Te penes inachiæ.dotalis regia dono
Cõiugis & danae (quid enim melioribus actis)
Inuideam? cumulentur opes.fœlicibus argos
Auſpiciis lernamq; regas.nos horrida dyrces
Paſcua.& euboicis arctatas fluctibus oras
Non indignanti miſerum dixiſſe parentem
Oedipodem.tibi larga pelops & tantalus auctor
Nobilitas.propiorq; fluat de ſanguine iuncto
Iuppiter.an ne feret luxu conſueta paterno

Qua toruus.i.iuſta defenſio loquẽdi:tamen inuenitur occaſio.Vt ĩ Terẽtio ualide propoſitioni lenonis:quia reſpõdere adoleſcẽs nõ potuit minatus eſt cædẽ. leno enim dixerat. Quid ſi illam ego nolo uendere coges me? contra adoleſcens iuſto argumẽto lenõis ĩcluſus calũnioſa ac multũ diuerſa reſpondit:ſi ãte ædes feciſſes cõuicium:melius erat intro arripere:atq; ibi uſque ad necem operire loris. Laxet commoueat:diruat. Talem ſe gerit quaſi iam teneat urbis ſtatum & euertat. Foſſor:foſſores dicuntur in exercitu conculatores:q cuniculos faciunt per quos ingens milites murorum fundamenta conuellunt:dicit ergo Tydei orationẽ ili tẽpore conuenire quo iſta fiunt.Ideo ait. Præfuris :ideſt ante furis:cum adhuc q̃ dixerat non agãtur. Hucuſq; principii tẽditur ſenſus.quid de iurgiis fratris odiiſq; dubitarem ſufficeret mihi fides:qua præfuris:ideſt in qua ualde furis.Nunc autem Quid neceſſe eſt minari:cum odiorum arcana nudata ſint? Aut refugo pallentes ſole gelonos. Refugo:deuio.quia dicuntur ſythæ:quos nunc gelonos appellat nõ habere aeris tẽperamẽta:qa longe a ſole ſubmoti ſunt.hi ſub ſeptentrione degũt:ad quos uix ſol peruenit.ideo pallentes. Et medii reuerentior æqui:nihil enim magis medium eſt quam iuſtitia.Conſiderata ergo reuerẽtia iuſtitiæ partior eẽt allocutio. Neq; te furibunde: ideſt nõ te arguo propter crimina gentis tuæ.agnoſco enim fratris eẽ quecunq; tua proſecutiõe complecteris. Pace ſequeſtra : ideſt media. Et propior capulo manus:hoc dicendo ſignificauit ad bellũ potius eſſe uicios:cũ regna magis debuerunt fide repoſcere.Vnde qdã in principio hoc accipiũt nõ abſurde.ſufficeret uel ſola fides. Argolico:dicendo argolico & nõ thebano ĩuidioſe fratri præſcripſit:quaſi ibi imperare debeas non thebis. Nondũ æqua tuis:quaſi incomparatione proſecutionis. Tydei leuiora mãdent. Quæ ſors iuſta mihi: quia maior natu erat.& ideo dicit ſe priorem regnare debuiſſe.quippe natu maiorum:licet placitũ fuiſſe dixerimus:ut uiciſſim imperiũ gubernarent tamẽ ſorte perfectũ eſt: ut aliquis primus acciperet poteſtatẽ.Sed oratorie Etheocles quoniam in ſorte miſit eſſe caſum non iudicium ſtringit ad hoc : ut merito accidiſſe uideatur:nõ fortuito:ideo ait iuſta.

Foſſores

Geloni

Te penes ordo:Inachiæ danaeæ.coniugis regia dono:quẽ danae argiua poſſideat.hoc aũt ideo dictum ut doceat fratrẽ habere:quod repetit.Inuideam:nolo enĩ maioribus uerbis cumulare:ne uidear inuidere. Lernamque rege:ammimone danarum filia:dum inſidioſe in ſylua iaculo exerceretur:imprudẽs ſat irum percuſſit:& eam cũ ſatyrus uiolare uellet:illa neptunni implorauit auxilium:quod neptunnus cũ uidiſſet: fugato ſatyro ipſe eam compreſſit: ex quo coitu natus eſt Nauplius naupli palamedis unde Virgilius.proſapiam repetens ait.Belide nomen palamedis.Neptunnus uero cuſpide dicitur: in quo loco ammimonẽ compreſſerat percuſſiſſe.unde cũ aqua flueret lerneus fons dictus ẽ.& fluuius ammimone. Horrida dyrces:memor poeta ſuperiorum.nam ait.Dumq; iter anguſtæ ſqualentia iugera dyrces Verteret. Nõ indignanti:oratorie diſputat:quaſi polynices indignetur fœlicitate elatus.Senſus ergo.& licet miſerũ œdipũ:nõ tamen indignor parentẽ uocare. Tãtalus auctor: Tãtalus iouis & plotidis nymphæ filius.ideoq; ait ꝓpiorq; fluat de ſanguĩe iuncto Iuppiter.perſeũ unde Danae origo maxĩe trahitur.

Ammimone

Nauplius

Tantalus

Hunc regina larem.noſtræ cui iure ſorores
Anxia penſa trahant.longo quam ſordida luctu
Mater.& ex imis auditus forte tenebris
Offendat ſocer ille ſenex.iam pectora uulgi
Aſſueuere iugo.pudet heu plæbiſq; patrumq;
Ne totiens incerta ferant.mutentq; gementes
Imperia.& dubio pigeat parere tyranno.
Non parcit populis regnum breue.reſpice quãtus
Horror.& attoniti noſtro in diſcrimine ciues
Hos ne ego.quis certa ē ſub te duce pena reliquã?
Iratus germane uenis.fac uelle nec ipſi
(Si modo notus amor. meritiq; eſt gratia patres)
Reddere regna ſinent.non ultra paſſus & orſa
Iniecit mediis ſermonibus obuia.reddes
Ingeminat reddes.non ſi te ferreus agger
Ambiat.aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat.nil tela.nec ignes
Obſtiterint.quin auſa luas.noſtriſq; ſub armis
Captiuo moribundus humum diademate pulſes
Tu merito.aſt horum miſeret.quos ſanguine uiles
Coniugibus natiſq; infanda ad prælia raptos
Proiicis excidio bone rex.o quanta cytheron
Funera ſanguineiſq; uadis hiſmene rotabis
Hæc pietas.hæc magna fides? nec crimina gentis
Mira equidem duco.ſic primi ſanguinis auctor.
Incæſtiq; patrum thalami.ſed fallit origo
Oedipodes.tu ſolus eras.hæc præmia morum
Ac ſceleris uiolente feres.nos poſcimus annum
Sed moror.hæc audax etiam nunc in limine retro
Vociferans.iam tũc impulſa per agmina præceps
Euolat œnides.uindex ſic ille dianæ
Erectus ſetis.& aduncæ fulmine malæ
Cũ premeret pelopea phalanx ſaxa obuia uoluens
Fractaq; per foſſis arbuſta acheloia ripis
Iam telamona ſolo.iam ſtratum ixyona linquens
Te meleagre ſubit.ibi demum cuſpide lata
Hæſit.& obnixo ferrum laxauit in armo.
Talis adhuc trepidum liquit calydonius heros
Concilium infrendens. ipſi ceu regna negentur
Feſtinatq; uias.ramumq; precantis oliuæ
Abiicit.attonitę tectorum ex culmine ſummo
Proſpectant matres.ſæuoq; infanda precantur
Oenidæ.tacitoq; ſimul ſub pectore regi.

Hunc regina larē: exiguũ & pauperem. Offendat ſocer ille ſenex: quaſi ſuperbe & indignatiue talē ſocerum dixit. Iam pecto ra uulgi: tertia cauſa ualidior: quare non reddat imperium ĩ fine eſt collocata. nam ſunt aliquæ ſpecies ueritatis. certat̃ magna cũ cõmendationis ſcæna. dicit. n. perfidũ ſe uelle dici: dũmodo ſuis ciuibus ꝓſit. Plæ bemq; patréq;: more romano locutus ē: ut primo plæbem dicat: poſt patres. Regnũ breue: ideſt breuis adminiſtrator ſucceſſũ imperium ſeruare non patitur. & primo ideo querelam populi induxit poſſe am/ bos perdere. Quãtus horror: cum de me agitur quaſi thebani timere cœpiſſẽt ſi po lynici redderetur imperiũ. Quis certa eſt ſub te duce pœna: meritorũ. merent̃. n. ſup plicia qđ mihi paruerint. Fac uelle: fac me ad fratrẽ uelle regnũ traducere. Ciues: nõ ſi nunc. Ingeminat reddes. Tydeus tamen hac inuidia orõnis egit licet lega tus eẽt. Non ſi te ferreus agger. ne tibi blandiaris: ꝙ ſis firmiſſimo muro uallatus. Quicquid obuiũ fuerit ſupabit̃

Amphiõ

nr̃a uirtute. Amphion: amphion Iouis & anthiopæ filius. liræ carminibus ad theba/ nos ædificandũ muros dicit̃ ſaxa duxiſſe.

Diademate pulſes: Oratorie ut fœlicior pœna ſit mori cũ dignitate: q̃ fraude poſſi/ dere. Aſt horũ miſeret: ciuiũ. ſ. tuorũ con ciliauerat Etheocles ſibi aĩos militũ: quos rurſus Tydeus oẽs infenſos regi facit: dum dicit ipſum cauſam eſſe bellorum. Quos ſanguine uiles. ad mortem faciles. ut Virg. nos animæ uiles. Sanguinis auctor: prius auctor ē generis Oedipus. nã cuius atrocita tẽ depræhẽdimus maiorẽ: atrocẽ uitupera tionẽ ad exaggerandũ inuenimus. ut Vir. Laomedõtiadæ bellũ ne iferre paratis. Sed fallit origo: Ex diſſimilitudine & bonitate morũ polynices œdipi filius non putatur. Hæc præ. morũ. i. pœnas & captiuitatem tuoꝝ. Nos poſcimus annũ: ſubaudi. ſed tu regna ꝑpetua. ut Lucanus. Arma tenẽti oĩa dat: qui iuſta negat. Retro uociferans: Sẽſus. hæc cũ egrederet̃ dicebat reſpectans in limine. Fulmine malæ: ꝑ aduncos dẽ tes. quos more ictus fulmen proſtrauiſſet. Pelopea phalanx. i. argiua: q̃ auxilio uene rat: ut Ouidi. refert. ergo peloponeſſus ui/ cina oetholiæ. Ixyona perithoũ ſignifica/ re uidet̃ Ixyõis filiũ. Meleagre: methathe ſis ꝑ meleager. Calydõius hæros: Tydeus ꝓpria ratio. Calydonius ꝑ patriũ mores & tegmentũ.

Oeneus

Oenidæ: Oeneus parthao/ nis filius oetholiæ rex: cuius ciuitas calydõ nobiliſſimam: & ſummam poteſtatem re gni turbauit negligẽtia ſacroꝝ nimia. Si q/ dem uota pro imperii fructibus cælebras: nomẽ dianæ cõtempſit: ꝑ quam nimia indignatione oppreſ

Aper Calydo/nius

ſus: ut uideretur omnes placaturus. ſi illam adoraſſet. & aprum magnitudinis ſummæ i regionem eius immiſit: qui uaſtatis gentibus: calydonius ab urbe appellatus eſt: cuius feritate Oeneus fractus: ædictum tale propoſuit: ut dimidiam regni partem caperet: qui monſtrũ interemiſſet. Meleagri uirtus periculum

non expauit.Siquidē eius filius undiq; iuuētutem collectam ad illam noui generis expeditionem uocauit:inter quos etiam Athlanta conuenit Iaſi filia ſumma uenatrix:quæ in ſaltibus prædictum aprum ſagitta peruiū prima percuſſit.poſtea Meleager in ſe uenierem feram excepit:interemitq;:& gratus aduerſus puellam futurus:quæ inter uiros ſucceſſu uirtutis enituerat.pellem monſtri illius cum capite dedit ad teſtimoniū laudis.ſed munus peractum fortitudine i uidia prodidit.Plexippus namq; & Agenor Meleagri auunculi indignati ſunt ſibi prælatam fuiſſe uirginē:& eam dono ſpoliauerunt qua conditione facta ſibi maturauere.Id enim indignatus meleager:conſanguinitate calcata matris ſuæ fratrē plexippum occidit:ſibiq; mr̄is affectum abſtulit.Althea ſiquidē dum ſæuit ultione germanorum ticionē quem habebat occultū : qui cū Meleager naſceretur:in regia:ſubito traditus fuit a parcis:ut iuuenis tā diu uiueret:quoad is eēt ſeruatus:mater ignibus merſit:eumq; cū filii fatis extixit. Quæ poſteaq̄ admiſſū nefas agnouit:laq̄o uitā finiuit. Nec piger ingenii.i.q ſolers fuit pitus ſcelerū:qa inuidioſe aggreſſus fuerat etheoclen.Tydeus legatus miſſus a polynice:unde iā cogitat quēadmodum inſidias præparet. Et ſanctū:diffinitio legati & cū exclamatione pronunciandū ut ſenſum exaggerationis adiuuaret:ſanctum legationis nomē adiecit. Quid regnis nō uile putat.Indignatio poetæ auxexim fecit.dicit.n.qd non uile ducit regnādi cupiditas.

Athalāta

Plexippuſ
Aganor

Althea

Nec piger ingenio ſcelerum fraudiſq; nefandæ
Rector eget:iuuenum fidos lectiſſima bello
Pectora nunc pretio.nūc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis.nocturnaq; prælia ſæuus
Inſtruit & ſanctum populis per ſecula nomen
Legatum inſidiis.tacitoq; inuadere ferro.
(Quid regnis nō uile)putat q̄s quæreret artes?
Si fratrem fortuna dares.o cæca nocētum
Conſilia.o ſemper timidum ſcelus.exit in unum
Plæbs ferro iurata caput:ceu caſtra ſubire
Apparet.aut celſum crebris arietibus urbis
Inclinare latus.denſi ſic agmine facto
Quinquaginta altis funduntur in ordine portis
Macte animi tātis dignus qui crederis armis
Fert uia per dumos propior qua calle latenti
Præcelerāt.denſæq; legunt compendia ſiluæ.
Lecta dolis ſedes:gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles.quos umbra ſuperni
Mōtis & incuruis claudūt iuga frondea ſyluis.
Inſidias natura loco.cæcamq; latendi
Struxit opem.mediaſq; arte ſecat aſpera rupes
Semita.quam ſubter campi deuexaq; latis
Arua iacēt ſpatiis contra importuna crepido.
Oedipodioniæ domus alitis.hic fera quondam
Pallentes erecta genas.ſuffuſaq; tabo
Lumina concretis infando ſanguine plumis
Reliquias amplexa uirum.ſemeſaq; nudis
Pectoribus ſtetit oſſa premens uiſuq; trementi
Colluſtrat campos.ſi quis concurrere dictis
Hoſpes inexplicitis.aut comminus ire uiator
Audeat.& diræ commercia iungere linguæ.
Nec mora.quin acuens exertos protinus ungues
Liuenteſq; manus.fractoſq; in uulnere dentes

O ſemp timidū ſcelus.Anteaq̄ fiat de potētia aduerſantis timidū poſt cōſcientiam iuxta Tul.ut nihil timeāt:qui nihil cōmiſerint & pœnā ſemp ante oculos uerſari putent q peccauerint. Timidū ſcelus:qđ niſi a timētibus cōmittit.Sed utrū ad etheoclē refert:qui qa ſceleratus ē Tydeū timet: an ad illos qnquagīta:quos ideo parauerat quia timebat.deniq; hoc ſequitur. Exit i unū plæbs ferro : quia inſidiis agit. & hoc ideo timidum ut ſit cathalogus.plæbs autē dixit.ut inuidiā numero hoc noīe comparet. Exit i unum:quia ſcelus cōmiſſuri pauci timebant.idcirco plures armauerat. At contra unius Tydei caput plæbs iurata conſurgit. Macte aī:laus tydei:cuius uirtus nō unius inſidiātis dextras poſcit. Propior:diſtat inter propiorē & uiciniorē. ut Propius res aſpice nr̄as.Ci.in uerrinis.Nec qcqd eſt propius factum q ut illud exemplum recuſas de adriano referet. Fert uia per dumos propior.hoc eſt ducit uia compendioſior latente calle.ut Virgi.Olli p dumos qua proxima meta uiarū armati tendunt.Topographia. Qua calle latē.docet per compendiū inſidiatores pceſſiſſe. Malignis nō his qui obſidere poſſunt:ſed illis quorum cauſa obſidet. Vrgētur arcte:ſtrictim aduerbiū eſt. Importuna cre.feralis luctuoſa cōtra campū crepido erat.i.ſaxū eminēs.Saxū illud dicit in quo ſphynx fuit:& quærendū utrū īportuna execrādo duxerit an īportuna nō conueniēs:qa ex ipſe ſaxo inſidiæ uideri poterāt præparatæ. Hic fera quondā:Sphynga dicit:quæ in hoc aliquādo inſidebat ſaxo. Erecta gēas: erectas gēas habēs. Suffuſaq; tabo lumīa.eorū cruore:quos occiderat orbes oculorū habēs effuſos. Cōcretis:ſolidatis & in unū redactis abundātia ſanguinis.ut Vir.concretos ſanguie crines. Inexplicatis:iexplicabilibus:ſiue obſcuris uicibus habēs coſabulationē.ut Vir.Varioq; uiā ſermōe leuabāt. Cōmercia: enygmatis illius quod ſphynx propoſuit.cōmercium autē proprie eſt mutare inuicem aut emere aut uendere:hic nunc iucunde commercium deriuauit.ut diceret audire uoces & reddere. Quin acuens: ſi non ſoluiſſet præpoſitam quæſtionem. Liuenteſq; manus peremptorum : ſcilicet cruore perfuſas.

Cōmercium

Terribili applauſu.circum hoſpita ſurgeret ora
Et latuere doli.donec de rupe cruenta
Heu ſimili depræhenſa uiro.ceſſantibus alis
Triſtis inexpletam ſcopulis affligeret aluum.
Monſtrat ſylua nefas.horrent uicina iuuenci
Gramina.damnatis auidum pecus abſtinet herbis
Nõ dryadũ placet umbra choris.nõ cõmoda ſacris
Faunorum.diræq; etiam fugere uolucres
Prodigiale nemus.tacitis huc greſſibus acti
Deueniunt peritura cohors.hoſtemq; ſuperbum
Annixi iaculis.& humi poſita arma tenentes
Expectant denſaq; nemus ſtatione coronant.
Cœperat humenti phœbum ſubtexere palla
Nox.& cæruleam terris infuderat umbram.
Ille propinquabat ſyluis.& ab aggere celſo
Scuta uirum.criſtaſq; uidet rutilare comantes.
Qua laxant rami nemus.aduerſaq; ſub umbra
Flameus æratis lunæ tremor erat in armis.
Obſtupuit uiſis.ibat tamen horrida tantum
Spicula.& incluſum capulo tenus admouet enſẽ
Ac prior unde uiri.quidue occultatis in armis?
Non humili terrore rogat.nec reddita contra
Vox.fidamq; negant ſuſpecta ſilentia pacem.
Ecce autem uaſto cromi contorta lacerto
Quo duce fræta cohors fuſcas interuolat auras
Haſta.ſed audenti deus & fortuna receſſit.
Per tamen olenii tegmen ſuis.atraq; ſetis
Terga ſuper leuos humeros uicina cruori
Effugit.& uiduo iugulum ferit irrita ligno.
Tunc horrere comæ ſanguiſq; in corde gelari
Huc ferus atq; illuc animum.palentiaq; ira
Ora ferens.nec tanta putat ſibi bella parari
Ferte gradum contra.campoq; erumpite aperto
Quis timor audendi? quæ tanta ignauia ſolus
Solus ĩ arma uoco.neq; his mora. quos ubi plures
Quam ratus innumeris uidet excuſare latebris
Hos prodire iugis.illos e uallibus imis
Creſcere.nec paucos campo.totumq; ſub armis
Collucere iter.ut clauſas indagine profert
In medium uox prima feras.quæ ſola medendi
Turbata ratione uia eſt.petit ardua diræ
Spyngos.& abſciſſis infringens cautibus uncas
Exuperat iuga dira manus ſcopuloq; potitus
Vnde procul tergo metus & uia prona nocendi

Terribili applauſu:alarũ ſonitu. ut Virgilius.Plauſumque exterrita pennis dat tecto ingentem .dicit ergo ſphynga alarum ſtrepitu deuictos circunuolare.conſuetã.

Heu ſimili depræhenſa uiro : uel tam callido uel tam ſcelerato. hoc ẽ crudeli parricidæ matris marito qui meruit:ut ſe ſpõte cæcaret.ergo hic dixit ſimili errore pari cõſecrandum. Ceſſantibus alis : motus alarum.ſuſpendit uolatũ ergo ſphynx alis ceſſantibus diſtulit. Auidum pecus:q̃uis auidũ:ut Lucanus.Impaſtæ fugiſtis aues.

Prodigiale nemus : illud qđ oſſibus hũanis alebat. Peritura cohors : illos iuuenes dicit:quos tydeus ẽ occiſurus. Humenti palla:reſciſſo uelamine. Qua laxant rami nemus:pro ex qua parte rariores arbores ſteterunt umbra luci:quæ eẽ aduerſa uenientibus uidebatur. Obſtupuit:furore potius q̃ timore. Admouet enſem:ut ſit paratus ad cædem. Manu tractat auxilium. .i.euaginationem parat. Non humili terrore rogat:interrogat non territus. Quo duce fræta cohors:ideſt q armis præerat.

Deus & fortuna:Deus ad uictoriam ret-
Oleneos tulit. Fortuna receſſit.i.fruſtratus eſt eius ictus. Olenii tegmen ſuis : Olenos ætholiæ regio eſt:in qua ſus calydonius dicitur interẽptus:cuius exuuiis tydeus nunc tegitur & armaẽ. Sup leuos humeros.i.ſup ſiniſtri humeri partẽ haſta imminnes pœne uulnus inuenit. Et uiduo ligno:cuipide ab ea parte:quæ ferro caret:ac per hoc ĩfirmo.Metaphora ad mulierem:quæ ſi auxilio mariti caret:infirma ẽ ita lignum qđ non habet ferrum:cum quo uulnus infligat in firmũ eſt. Ira:furore:nõ metu. Bella parari:paucos eẽ credidit:nec putauit quinquaginta ſibi uirorũ fortium inſidias comparare. Quis timor audendi:Quis pauor ueſtrã frenauit audaciã? Hos de ire iugis Anaſtrophe hos de iugis ire. Vt clauſas indagine profert mediũ:hæc comparatio ad ſuperiora referenda eſt.Dicit enim ſic illos aut de iugis ꝓdiiſſe aut creuiſſe de uallibus : quemadmodum de rætibus feræ: quas in medium uox uenantiũ & clamor impellit.Tunc enim licet ſcire q̃ multæ cũ terrore clamoris coactæ fuerint non latere.eſt ergo ordo . Sic illos e lateribus exire
Indago uidet.ut clauſas indagine feras uox prima in medium profert . Indago autem eſt:cũ ſyluam uenantium corona uallat: ut feræ euadere non poſſint. Quæ ſola medendi turbata uia ratione eſt:ideſt q̃ ſola uia ſalutis in hoſtes incipiens ardua petere. Et abſciſſis:ordo eſt Et abſciſſi cautibus infringens unca uiam plura iuga exuperat. Vnde ꝓcul tergo metus:q locus eſſet facilior ad nocẽdũ:& a piculo defẽderet terga pugnãtis.hoc ẽ de lõge eẽt timor:ne a tergo circũuẽiret.i quo ſaxo ſtãs iterĩ poſt ſe hoſtes timere nõ poterat.

Quod uix plena ceruice:perfecta ætate.plena ceruice bona auxexis:ideſt toto corporis nixu.ut Virgilius.Quibus integer æui ſit ſanguis. Qualis in aduerſos lapythas:lapythæ gentes theſſaliæ omniũ uirorum ſublimes:cum cæteris diis immortalibus annua ſacra conficerẽt.in ipſa religiõe genus ſacrilegi cõmiſſum eſt.cum enim perithoi regis ſui nuptiæ cælebrarent:& ſacrificia omnibus diis facerent:Martis ſolius aras incultas reliquerunt:ſiue ignorãtia:ſiue contemptu numinis habetur incertum.quæ res manifeſto punita eſt exitu.Mars namq; fecit ut aduerſus centauros bellarent:a quibus uicti ſunt ciuitas dãno intellexit regionis uirtutem. unde Vir. Mars perdere gentem immanem lapythũ potuit. Stupet obuia lætho:Iam a compãratione diſceſſit: & ad fatum Tydei redit. põt enim ambiguitas circũuenire lectorẽ. Tremefactum:in honorem occidẽtis laudantur occiſi. Tẽnenda:apheresis pro contẽnenda. Terrigenas confeſſus auos. Qui gloriaretur auos ſe promeruiſſe terrigenas de cadmi ſationibus ducens q mutuis uulneribus perierunt:ſed inferior uel equitandi arte peritus. Pentheumq; trahens: uel a pentheo originem trahens generi. Nondum te phædimus:Phædimus noĩe nondum te propter penthei nomen liber habẽs propitium Tydei armis occubuit. Libens:ne uideretur ab hoſtibus ſolo in quo ſteterat pulſus. Orbem ſcutum obuolutum:bene ſubdidit ſcutum. Sunt.n.ſcuta oblonge facta. Tegmine noto:ideſt terga ſua & caput muniuit apri calydonii tegmine. Ogygidæ:Thebani ab ogygio terrigena. Byſthonium: Tydei enſem.unde.Tydeo biſthõius enſis.niſi quia Oeneus martis eſt filius.primum qa uicina eſt ætholia thraciæ.aut quia Mars apud byſthonas colitur.Enſem uero biſthonium thraciũ dixit:qa byſthonia gens thraciarum eſt. Decutit:ab ictu depellit:ſicuti. In ſocias errare manus.ut ex conſpiratione iaculari uolẽtes:ſeſe inuicem uulnerarent. Anguſtus tælis:optime dixit anguſtus: ideſt quia aditum uulneribus non daret. Inexpugnabilis:quia in multos facilis iactus eſt.multis in unum difficilis.Saluſti.in Iugurthi.Pauci in pluribus minus fruſtabantur. Non aliter:Briareum bello gigantũ conſtat contra Iouem ſenſiſſe.ſed hic contra ſic poſuit quẽadmodum Vir.Iouis cum fulmina cõtra & ut ter. Ille item ut contra me habeat. Contempta ab hoc etiam fulmina.uidebatur enim ſuis ſibi tantum manibus fortiter dimicare.Fabula. terra procreauit thiphonem miræ magnitudinis:cui centum capita draconum ex humeris nata erant. Hic Iouem prouocauit ſi uellet ſecum de regno certare. Quare Iuppiter pectus eius fulmĩe percuſſit:qui cum flagraret: æthnã ei ſuperimpoſuit.& ex eo dicitur ardere adhuc.ipſe etiam alio noĩe bryareus & ægeõ dicitur.de quo Virgilius Aegeon qualis cẽtum cui brachia dicunt. Inde peletroniam:thraciam ſiue theſſaliam. ut Virgilius Frena peletronii lapythæ.ipſe enim regiones dicatæ ſunt Marti.

Lapythæ
Cẽtaurorum pugna
Scuta
ogygidæ
Mars
Biſthões
Typhon
Bryareus
Aegeon

Saxum ingens.quod uix plena ceruice gementes
Vertere humo.muriſq; ualent inferre iuuenci
Rupibus auellit.dein toto ſanguine nixus
Suſtinet.immanem quærens librare ruinam
Q ualis in aduerſos lapythas erexit inanem
Magnanimus cratera pholus.ſtupet obuia letho
Turba ſuper ſtantem:atq; emiſſi turbine montis
Obruitur ſimul ora uirum.ſimul arma.manuſq;.
Factaq; commixto ſederunt pectora ferro.
Q uattuor hic adeo deiecti mole ſub una
Congemuere.fuga tremefactum protinus agmen
Excutitur ceptis(neq; enim tẽnenda iacebant
Funera)fulmineus dorilas quem regibus ardens
Aequabat uirtus.martiſq; e ſemine theron
Terrigenas confeſſus auos.nec uertere cuiquam
Frena ſecundus halis.ſed tunc pedes occubat aruis
Pentheumq; trahens nondum te phædimus æquo
Bacche genus.quorum ut ſubitis exterrita fatis
Agmina turbatam uidit laxare cateruam
Q uæ duo ſola manu geſtans accliuia monti
Fixerat.intorquet iacula.& fugientibus addit
Mox in plana libens(nudo ne pectore tela
Inciderent)ſaltu præceps defertur.& orbem
Q uem procul oppreſſo uidit therone uolutum
Corripuit.tergoq;.& uertice tegmine noto
Septus.& hoſtili propugnans pectora parma
Conſtitit.inde iterum denſi glomerantur in unum
Ogygidæ.firmantq; gradum.trahit ocius enſem
Biſtonium tydeus.mauortia munera magni
Oeneos.& partes pariter diuiſus in omnes
Hos obit.atq; illos ferroq; micantia tela
Decutit.impeditant numero:ſeq; ipſa uiciſſim
Arma premunt.nec uis conatibus ulla.ſed ipſa
In ſocias errare manus.& corpora turba
Inuoluit prolapſa ſua.manet ille ruentum
Anguſtus tælis.& inexpugnabilis obſtat
Non aliter geticæ ſi fas eſt credere flegræ
Armatum immenſus bryareus.ſtetit æthera cõtra
Hinc phœbi pharetras.hinc toruæ palladis ãgues
Inde peletroniam præfixa cuſpide pinum

Mutata:refecta ſiue ad pretium renouata. Pyragmone:quia Virgilio docente cognouimus etiam fulminum fabricatorem fuiſſe.ait enim.Et nudus membra pyragmon. Nequicq̄:aut nequicq̄ obſeſſus:aut nequicq̄ quæritur multitudine manuum ſuarum hoſtes deeſſe.cum fuerit uictus.

Iubet

Comitemq̧ illi iubet. Iubet:facit. eſt eni polyſemus ſermo.aliquādo ſignificat uult. ut Virgilius.Infandum regina iubes.aliquādo imperat. aliquando facit.ut hoc loco.

Huc illuc clypeum: Circumſpectat omnes partes:ne ab hoſtibus circunuentus occumbat. Armantque uirum: nam ipſa tæla in hoſtes retorquent:quia aliorum tælorum impetus retunditur:cum tæla impingit.Lucanus.totoque uiro lacine. Nec mortem:ita fuerat uulneratus:ut mortem timere non poſſet.Demiſſus.fluens.procidit impulſus dicit illum furore gentiū dolere dum.n. dryope mater eius prægnans furore bacchat̄ reluctantem cornibus traxit.dicit ergo hunc non naſcendi ordine ꝓcreauit.ſed conatu nimio utero matris expulſum. Vnus ne uiri:Virgilius.Vnus homo & ueſtris o ciues undiq̧ ſeptus. Vix credet fama reuerſo:ꝙ unus tantos ceciderit. Theumeſia cornus:thebana: ꝙ Tydeus thebana haſta & ſpoliis hoſtium armatus fuerat. Atq̧ illi uoce repleta.Ordo atque illi uoce intercepta prorupto in ſanguine natat repleta lingua. Cur inficiatus honora arguerim fama. Cur uos arguerim honora fama:ideſt honeſta honorificata.

Indole clarius illa:indolem corporis dixit pietatem animi. Singultibus arctū: anguſtum . Singultibus enim anguſtatur atus. Exhaurit:concauum facit:ideſt caluat. Nec uincla coercent:inundatio lachrymarum galeæ uincla rumpebat. Cū multa gementi:cum multa gemeret a tergo percuſſus ē & hoſtili gladio corpori fratris affixus. Conſerit:coniungit. Ille oculos:qui prior fuerat uulneratus apparuit: ut in utraq̧ morte fratrum ambo lugerēt ſe in uicem morientes. Votum mortis: uotū iniquæ mortis:quia & uno tælo & gemini:& uno momento periere. Idem ultro.Iam ipſe uult hoſtes inſequi : a quibus ante appetebatur.

Martis at hinc lapſo mutata pyragmone temnens
Fulmina.cum toto nequicq̄ obſeſſus olympo
Tot queritur ceſſare manus.non ſegnius ardet
Huc illuc clypeum obiectans.ſeq̧ ipſe recedens
Circuit interdum trepidis accurrit & inſtat
Spicula diuellens clypeo quæ plurima toto
Fixa tremunt.armantq̧ uirum:ſæpe aſpera paſſus
Vulnera.ſed nullum uitæ in ſecreta receptum
Nec mortem ſperare ualet.rotat ipſe furentem
Deilocum comitemq̧ illi iubet ire ſub umbras
Flegea.ſublata minitantem bella ſecuri
Dirceumq̧ gygen.echionium licophantem
Iam trepidi ſeſe quærunt.numerantq̧.nec idem
Cædis amor.tantāq̧ dolent rareſcere turbam.
Ecce cromis tyrii demiſſus origine cadmi
Hunc utero quondam dryope phœniſſa grauato
Rapta repente choris:oneriſq̧ oblita ferebat
Dumq̧ trahit prenſis taurum.tibi cornibus euhan
Procidit impulſus nimiis conatibus infans.
Tunc audax iaculis .& capti pelle leonis
Pinea nodoſſa quaſſabat robora claua.
Increpitans.unus ne uiri tot cædibus unus
Ibit ouans.argos uix credet fama reuerſo
Heu ſocii.nullæ ne manus ? nulla arma ualebunt?
Hæc regi promiſſa cydon hæc lampe dabamus
Dum clamat ſubit ore cauo theumeſia cornus
Nec prohibent fauces.atq̧ illi uoce repleta
Intercæpta natat prærupto in ſanguine lingua
Stabat adhuc donec tranſmiſſa morte per artus
Labitur immorſaq̧ cadens obmutuit haſta.
Vos quoq̧ theſpiadæ cur inficiatus honora
Arguerim fama:fratris moribunda leuabat
Membra ſolo periphas(nil indole clarius illa
Nec pietate fuit )læua marcentia colla
Suſtentans.dextraq̧ latus.ſingultibus arctum
Exhaurit thoraca dolor.nec uincla coercent
Vndantem fletu galeam.cum multa gementi
Pone grauis curuas perſtrinxit lancea coſtas
Exit & in fratrem.cognataq̧ pectora tælo
Conſerit.ille oculos etiam num in luce natantes
Siſtit.& aſpecta germani morte reſoluit.
At cui uita recens.& adhuc in uulnere uires
Hos tibi complexus hæc dent ait oſcula nati.
Procubuere pares fatis.miſerabile uotum
Mortis:& alterna clauſerunt lumina dextra
Protinus idem ultro iaculo parmaq̧ menetem

Veſtigia retro:ſua retro ueſtigia urgebat fugiendo īminente Tydeo. Iniquā:q̄ fuerat ſanguine madefacta:hic aūt inequali ꝓprie dixit. Diſtractus:extenſus.hic uero ſub hac ſignificatiōe ponēdus ē.ut Virg. Turbatis diſtractus eqs.quis Ci.in Philip.de Varrōis bōis Romulū eē deſtractū:ſed ēt illic ingenio legētis poſſimus diuiſū accipere. Diſtractus:ergo hic ait extēſis māibus:ut rogaret. Nitēte: conātē:ab eo qđ ē nitor.eris.dū tua facta refero ꝑculſi. Contēpto te rege canā.i.uirtutis tuæ facta referā:q̄ aures etheoclis ſatis offendunt. Nihil uultu mutatus:nimirū:qa qui ignoſcentis animū gerit:primū frontis ſuæ nubilū deſerenat.Lucanus.At cæſar facilis uultu mentemq; ſerenus. Quid timide ſequeris cōpendia uitæ.iucūde conſolať & terret:nāq; hoc pollicetř:nullos:ſi ad bella uenerit: euaſuros.In hac aūt parte cōſideres prouiſum tibi ē q̄ nūc moreris:ne grauiore ſupplicio reſerueris. Bella manent:Lucāus.Nō hæc ciuilia bella ut uiuamus agūt. Iam reddit: corpore iam euulſum tælū.neq;.n.poterat gladium in uaginam recondere.niſi hoſte iam perēpto. Trieterica:dixerat enī ea nocte Tydeū thebas intraſſe:qua libero patri ſacra cælebrabāt.Trieterica ergo & orgya liberi ſacra ſunt:quæ exacto triennio mos eſt cælebrari:ſicut olympiaci Iouis ſacrum redit intermiſſo quinquēnio. Scelerare parentes.i.crudelitate ſua ſceleſtū facere:quia bacchæ inſaniunt. Vſqueadeo:ut crudelis bacchus ī illaꝝ furore uideať: quia Agaue homicidium neſcia perpetrauit:& hoc deo potius aſcribitur q̄ furori. Nebridas: pelles damarū:quæ græce νεβριδεσ appellantur:furere uideatur.At per hoc baccharū īdumenta ſignificat:quibus ſacrificioꝝ tēpore uti conſueuerunt.ut Virg.Pellibus in morem cinti. Imbellē:tympani & ſaltationis bacchaꝝ imbelles. Maribuſq; īcognita ueris:In comparatione thebanaꝝ ueris maribus dicit. Incognita prælia: luxurioſæ ſaltationis.quaſi hi q aduerſus ſe pugnauerunt:ſacroꝝ conſuetudine fuerint effœminati. Celenea:Celene Marſiæ ciuitas: ubi primū dicitur tibiaꝝ uſus inuentus:q̄bus Apollinē prouocare auſus eſt a quo uictus temeritatis ſuæ pœnas exoluit. Marſya enim celeneus fuit.ut ipſe infra.Et illuſtres ſatyro pendete celenæ. Fœda prælia: ſtupra.ut Vir.At nō in uenerem ſegnes nocturnaq; bella. Hic aliæ cædes:nō parricidiales contra illas:quas matres intuliſſe dicuntur hic increpat. Pauciq;:in comparatiōnē uirtutis meæ. Hæc intonat: quippe plenus furore uirtutis. Nec ſuſtinet umbo:hic ūbonē ꝓ hūero poſuit aut ꝓ manu.

Mutatū ſpoliis:Tyonis.ſ. cuius clypeū cū ꝑfodiſſet:acceperat.aut certe mutatū ſpoliis īfectū ſanguīe ſocioꝝ. Itaq; ꝑ cruorem ſuū mutauerat iā colorē:ut Luca. Perdiderat uultū rabies. Roribus cru. aſpſiōibus. ut Luca.Sāguineis ſtillauit roribus arbor.

Maſſyllas ī au.ut Vir.Maſſylliq; ruūt eqtes. Et ta.gra.tabes dř recētis cadaueris fætor.Luca.Lōguſq; ī carceř fætor.& hūor q diſtillans cadaueribus corrūpit terrā.unde Vir.Et terrā tabo maculant. Et ſanguine plenus: Senſus hic de Homero uenit:ut tunc demum in caſtris dolonis Diomedes excedat:cum eſſet admōitus a Minerua. nam Virgi.hunc ſenſum in Niſi & Euryali perſonas ſeruauit.Acceleremus ait.Nā lux inimica ꝓpinquat.

Proterebat agens.trepidis ueſtigia retro
Paſſibus urgentem.donec defecit iniqua
Lapſus humo pariterq; manus diſtractus in ābas
Orat.& a iugulo nitentem ſuſtinet haſtam.
Parce per has ſtellis inter labentibus umbras
Per ſuperos.noctemq; tuam :ſine triſtia thebis
Nuncius acta feram.uulgiq; per ora pauentis
Contempto te rege canam.ſic irrita nobis
Tela cadant nulliq; tuum penetrabile ferro
Pectus & optanti uictor reueharis amico.
Dixerat:ille nihil uultum mutatus inanes
Perdis ait lachrymas.& tu(ni fallor)iniquo
Pollicitus mea colla duci.nunc arma diemq;
Proiice.quid ſequeris timidæ compendia uitæ.
Bella manent.ſimul hæc.& craſſum ſanguine telū
Iam reddit.ille ſuperdictis infenſus amaris
Proſequitur uictos.non hæc trieterica uobis
Nox patrio de more uenit.non orgia cadmi
Cernitis.aut auidas bacchum ſcelerare parentes
Nebridas & fragiles thyrſos portare putatis
Imbellem ad ſonitum.maribuſq; incognita ueris
Fœda celonea committere prælia buxo.
Hic aliæ cædes.alius furor.ite ſub umbras
O timidi pauciq;.hæc intonat.at tamen illi
Membra negant.laſſuſq; ferit præcordia ſanguis
Iam ſublata manus caſſos defertur in ictus.
Tardatiq; gradus.clypeum non ſuſtinet umbo
Mutatum ſpoliis.gelidus cadit imber anhelo
Pectore.tum crines ardentiaq; ora cruentis
Roribus & tetra morientum aſpergine manant
Vt leo qui campis longe cuſtode fugato
Maſſyllas depaſtus oues.ubi ſanguine multo
Luxuriata fames.ceruixq; & tabe grauatæ
Conſedere iubæ.mediis in cædibus aſtat
Aeger hians.uictuſq; cibis nec iam amplius iræ
Crudeſcunt.tantum uacuis ferit aera malis
Molliaq; eiecta delambit uellera lingua.
Ille etiam thebas ſpoliis.& ſanguine plenus

Trieterica

Nebrides

Celene Marſia Tibia

Tabes

Tabo

Caligine plenum: ideſt nimia fœlicitate
mentis obcæcatum. caligine dixit: quia nō
proſpiciebat futura pericula. Vincere the/
bas: nam in iſtis quinquaginta: qui omnes
lectiſſimæ uirtutis fuerant: ideſt abſentes
uictæ ſunt thebæ. Parce deis: nā qui im/
moderate ſua fœlicitate utitur: fauentes ſi/
bi deos fatigat. elatus enim animus rebus
ſecundis utilia minime reſpicit. Virgili. Et
ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.
Huic una fides: ut tantæ uirtutis gloriā
ſolus conſecutus fuiſſe uidearis. Oeneos:
genitiuus græcus. ut memnō memnonos
Nec ueritus: hoc dicit: nec ueritus eſt au/
gur prohibere ducem: ideſt etheoclen ne
morituros tot mitteret: ſed inſtātia mori/
turis fata fidem auguri derogauere. ut Vir.
Aonas in montes. Fragiles: uetuſtate cor/
ruptos. Tales in bella uenimus: & in ro/
mana hiſtoria. hoc porſenæ mutius dixiſ/
ſe fertur: cum dextra focis īpoſita diceret
ſuæ patientiæ ſimiles uiros atq; uirtutis a
ſenatu plures ſine ui ad exitum deſtinatos.
Huic leues galeas: in hoc conſecrando ſe/
cutus eſt Virgilium. nam ille dum mortui
ferret exuuias ait. Aptat rorantes ſanguine
criſtas. Tælaq; trunca uirum. Ingeniumq;
parentis: bene ingenium: quia de capite na
ta dicitur Iouis. & hoc antiqui bene figura
tum eſſe dixerunt. ut quia naturæ ratione
Minerua ex Ioue — prudentia omnis in capite ē. Minerua cū
ſapientia dei nata de iouis capite crederet.
eſt uero myſterium: quod lucis intamina/
ta atq; armis munita uirgo de uertice dei
maximi & ſecreti orta dicatur. Horrore
decoro. ipſe quidem terror uultus pulchri
tudine mitigatur. Specioſus terror: pul/
chritudo terribilis. Crudeſcit: crudelior
fit. zeugma ab iferioribus. Haſtata haſtis
armata: ſiue haſtifera: ideſt magis bellicoſa
q̄ Mars aut bellona. Impulerit: pro impel
Tereus — lit. mutauit modum. Seu pandionio: tere
Ithone — us martis filius Thrax. Ithone: Ithone ci/
uitas boetiæ Mineruæ ſacrata: ut ipſe ait.
Ducit ithoneus & alchoneæ mineruæ Ag/
mina bacchillidæ Mineruam itoniam di/
cit. ab ithone ergo mineruā ab oppido co/
gnominauit: qđ ē in macedōia: ubi eius an
tiqua eſt ædes uicina boetiæ: in qua regna/
uit Anthonous Herculis filius. & Paphies.
Triton — Tritone: fluuius uel palus in libya: in q̄
Minerua dicitur nata. ſicut Lucanus affir/
mat. Vnde græci eam tritogeniam uocāt.
Intemeratarum: participium ſine uerbi
Parthaō — origine. Parthaonis aruis: parthaon Oe/
nei pater fuit auus Tydei. conſtat Tydei ge
nus a Marte defluere: ut idē ait. Marti non
Meleager — degenerare paterno. nam Meleager Mar/
tis filius fuit. Pleuron: ætholiæ ciuitas ꝑ/
pe calydonem Marti ſacratam. Alii regio/
Pleuron — nē calydoniorum dicunt. Pleuron mar/
tia: quia ibi maxime Mars colitur.

Iſſet. & attonitis ſeſe populoq; duciq;
Oſtentaſſet ouans. ni tu tritonia uirgo
Flagrantem multaq; operis caligine plenum
Conſilio dignata uirum. ſate gente ſuperbi
Oeneos abſentes cui dudum uincere thebas
Annuimus. iam pone modum. nimiumq; ſecundis
Parce deis. huic una fides optanda labori
Fortuna ſatis uſus abi. reſtabat acerbis
Funeribus ſocioq;' gregi non ſponte ſuperſtes
Hemonides (ille hæc præuiderat omnia doctus
Aetheris. & nulla deceptus ab alite) mæon
Non ueritus prohibere ducem. ſed fata monentē
Priuauere fide. uita miſerandus inerti
Damnatur: trepido tydeus in mitia mandat.
Quiſquis es aonidū. quē craſtina uulnere noſtro
Manibus exceptum mediis aurora uidebit
Hæc iubeo perferre duci. cinge aggere portas
Tela noua. fragiles æuo circumſpice muros
Præcipue ſtipare uiros. denſaſq; memento
Multiplicare acies. fumante hunc aſpice late
Enſe meo campum. tales in bella uenimus
Hæc ait: & merite pulchrum tibi pallas honorem
Sanguinea de ſtrage parat. prædamq; iacentem
Comportat gaudens. ingentiaq; acta recenſet.
Quercus erat tenere iam dudum oblita iuuentæ
Aggere camporum medio. quam plurimus ambit
Frondibus incuruis. & crudo robore cortex.
Huic leues galeas: perfoſſaq; uulnere crebro
Inſerit arma ferens huic truncos ictibus enſes
Subligat: & tinctas membris ſpirantibus haſtas.
Corpora tunc atq; arma ſimul cumulata ſuperſtās
Incipit (oranti uox: & iuga longa reſultant).
Diua ferox magni decus ingeniumq; parentis
Bellipotens cui torua genis horrore decoro
Caſſis. & aſperſo crudeſcit ſanguine gorgon
Nec magis ardentes mauors: haſtataq; pugnæ
Impulerit bellona tubas. huic annue ſacro.
Seu pandionio noſtras inuiſere cædes
Monte uenis. ſiue aonia diuertis ithone
Læta choris. ſeu tu lybico tritone repexas
Lota comas. qua te biiugo temone frementem
Intemeratarum uolucer rapit axis equarum
Nunc tibi fracta uirū ſpolia. informeſq; dicamus
Exuuias. at ſi patriis parthaonis aruis
Inferar & reduci pateat mihi martia pleuron

Aurea tunc: in media urbe ubi ædem dicabo in tantum altitudo tollitur:ut Ioniũ mare & Echinadas
inſulas Acheloũq; deſpiciat.Harum inſularũ Lucãus meminit.& tuũ ſiue.u.c.ſ.Echinadas.Vnde i Ache Echina/
loo fluuio tres inſulas his nominibus natura conſtituit:artemites:a gallo:megaleq; Ouidii quoq; carmi/ des
nibus cælebratæ. Hic ego maioꝝ pugnas:maiorum ſui generis.ſ.Arma tholis.Virg.Suſpendi ue tho/
lo.Tholum eſt in media templi camera locus in quo uouentiũ primitiæ aut exuuiæ figebantur. Acteas: Tholus
athenienſes:quia athenarum iuxta littus ſita ſunt ſecreta nemorum loca:ut Virg.In ſola ſecrete troadas
acta.Et ab ardore caſta oliua ſiue lauro ꝑ
inuentore id quod inuentum ẽ.nam caſta
non eſt olea:ſed Minerua aliter caſtam ar/
borem dixit:quæ poſt quinquenniũ athe/
nis mineruæ offerebatur.hanc igitur caſtã
arborem:in qua purpureis nexibus oĩa ſu/
pradicta pendebant.quæ tamen interiectis
duobus pedibus candida fila diſcriminãt.
Tu bellis tu pace feros:belloꝝ potens:qđ
propriũ eſt mineruæ. Non indignate dia
na:ſemper tibi de primitiis ſacrificabo.nec
mihi ſicut ſolet Diana indignabitur.occul/
te hiſtoriam tangit:ubi Diana contempta
in ſacrificio imiſit aprum : qui Calydoniã
regionem uaſtaret.

Aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
Collibus.ionias quo deſpectare procellas
Dulce ſit & flauo tollens ubi uertice pontum
Turbidus obiectas achelous echinadas exit.
Hic ego maiorum pugnas:uultuſq; tremendos
Magnanimum effingam regum.figamq; ſuperbis
Arma tholis:quæq; ipſe meo quæſita reuexi
Sanguine.quæq; dabis captis tritonia thebis.
Centum ibi uirgineis uotæ calydonides aris
Acthæas tibi rite faces.& ab arbore caſta
Nectent purpureas niueo diſcrimine uittas.
Peruigilemq; focis ignem longæua ſacerdos
Nutriet.arcanum.nunquam inſpectura pudorem
Tu bellis.tu pace feres de more frequentes
Primitias operum non indignate diana.
Dixerat:& dulces iter inſtaurabat ad argos

Perfidus interea miſſorum ſera uirorũ
Tempora dum queritur dum ſpectat colla reciſa
Tydeos inuiſi.tunc tanta ex cæde re/lictus
Aduenit hemonides ſociorum funera pandens.
Iuppiter hinc martem ſtimulis flammauit amaris
Spargeret ut thebis.argiſq; incendia belli
At uenus hermionem memorat.thebaſq; tuetur
Tunc duo gliſcentes pugnæ præſagia uates
Explorant diuos.cernuntq; inſtare futuras
Crudeli populo ſtrages.ſed dicere muſant.
Hic ferus inſiſtit capaneus.bellumq; laceſſit
Vociferans ſpernitq; deos.ſocioſq; fatigat.

At nõ aoniæ moderator perfidus aulæ
Nocte ſub ancipiti quamuis humentibus aſtris
Lõgus ad auroram ſuperet labor ocia ſomni
Accipit:inuigilant animo.ſceleriſq; parati
Supplicium exercent curæ:tunc plurima uerſat

Conqueſtio etheoclis de tar
ditate quinquaginta miſſo
rum:Mæonis aduentus &
cædis initiũ.Indignatio re/
gis.mors Mæonis & eius a
rege interdicta ſepultura.
Profectio lugentiũ matrũ ad locũ cædis:&
cadauerũ funeratio.de thebanis malis con
queſtio.& regis iuſticia.Iouis imperiũ mar
ti:ut thebana bella ſuſcipiat.Veneris quere
la de thebanis apud martem.Martis reſpõ
ſio pro thebanis.Regreſſio Tydei uulnera
ti & eius hortatio ad bellum polynicis.Al/
locutio pro iniuria Tydei affectionis obli/
quæ.Curatio tydei.deſcriptio ſolis occidẽ
tis & orientis noctis.deſcriptio martis bel/
lũ mouentis.Captatio augurioꝝ ab Am/
phiarao & Menalippo in monte aſeſant:
& omnium ſignorum deſcriptio. Allocu/
tio capanei iniurioſa contra amphiaraum
religionẽ argiæ apđ patrẽ allocutio:& belli
expoſtulatio.patris reſponſio ꝑmulcentis.

Lactantii in Statii thebaida. Li. .III.

Perfidus: aut quia regnum
negauit:aut quia cõtra ius
gentium legato parauit in/
ſidias.Docet eni poeta ma/
lorũ cõſcientiã eſſe peruigi Conſciẽ/
lem.quippe etheocles q̃uis tia malo
ſtellis labor ſuperſit : ut aſcenſo Axe per/ rum
ueniatur ad lucem:tamen occio ſomnum
non accepit.Ouidi.ii.ubi deſcribit inuidiã. Inuidia
Pallor in ore ſedet macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies liuent rubigine den/
tes.Pectora felle uirent : lingua eſt ſuffuſa
ueneno.Riſus abeſt.niſi quem uiſi moue/
re dolores.Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis.Sed uidet ingratos intabeſcitque uidendo. Suc/
ceſſus hominum: carpitque & carpitur una. Ancipiti q̃uis humentibus aſtris:propter noctem cum ipſe
anceps eſſet:uel ancipiti media .notanda figura anacoliton:ſecundum Saluſtium qua nocte ipſe fiebat an
ceps. Sceleriſque parati: prima enim noſtri ſceleris pœna eſt cogitatio.ut Iuuenalis. Prima eſt hæc ultio
quod ſe iudice nemo nocens abſoluitur . conſtat ergo malorum conſcientiam ſemper eſſe peruigilem.

Hei: interiectio timentis. Animumq; rependit: non cogitabat contra numerum tantoꝝ unius ſubſiſtere poſſe uirtutem. Nũ regio diuerſa uiæ: proponit ſibi quod fieri potuit aliter q̃ ipſe mandauerat. iõ auté laudandus Tydeus: quia quod fecit nec metuens potuit ſuſpicari. An ſceleris data. i. ablata legatiõis ſanctimonia: uel quod religioſum officiũ legati peteretur inſidiis. Tertium quod ſuſpicatur. tale eſt dixit quidam a finitimis ciuitatibus Tydeo aduerſus inſidiantes eſſe ſubuentum. Et chromis & dorylas: ſaxo periit inter illos quattuor: quos ſuo ictu dicit eſſe proſtratos. chromis inter ſacra uulnere ꝓſtratus occubuit. Heu ſegnes: Vere ſegnes ſi conflixerunt: & ab uno uincũtur. Arbiter alno: ſpeciem pro genere. quilibet arbiter. magiſter uel gubernator. Olenii aſtri: progreſſus hædorũ ſerenus: quod ſidus pluuiale ẽ in ortu & in occaſu ſerenũ aerem facit. ut

Hædi ſtellæ

Vir. Quantus ab occaſu ueniens pluuialibus hædis. Verberat imber humum. Sen ſus. Fruſtra nauigare compulit olenii aſtri purior gradus. Hiberni iouis. Archadii: quod ibi fuerat capra: quæ Iouem nutriit amalthea. Clauſtra tonant: cardines dixit quia uoluuntur. ut Intonuere poli. & quaſi conuerſum polum facit pondere congregatarum niuiũ.

Orion

Inclinat orion: Iuppiter & Neptũnus cũ ad enorionem regem i hoſpitium ueniſſent: & ab eo liberaliter excepti fuiſſent: optionem dederũt: ut ſi quid uellet ab eis expoſceret. Ille liberos ſine coniuge poſtulauit: cui Neptũnus & Iuppiter imperarunt: ut tauri corium: quẽ eis imolauerat: terræ infoderet. Illi i eo urinam fecere: unde natus eſt orion. Qui cum dianæ ſtuprũ inferre uellet: illa terræ ope ſcorpioné uindicem ſumpſit: qué occiſum Iuppiter i cælum trãſtulit: ſimili modo & Diana uindicem ſuum inter ſydera collocauit. menſis ergo Ianuarii tẽpus poeta deſcribit: quo Orion in occaſu eſt cõſtitutus. Neſcius: q neſciret non qui neſciret. Mœrentibus increpat: aut ſolicitis: quorum in errore nox geminari uidetur: aut mœrentibus dictis.

Hyperiõ

Hyperiona põto: cũ primo ſol exit: ex hyperione aũt græci fabularũ ſcriptores ſtultos natos eſſe finierũt uenerabiles deos ſo-

Sol Luna

lem & lunam pariter & aurorã ſeparantes ueluti ſtolidi homines ſuis fallaciis ſydeꝝ poſſe aufferre fidem his: qui nouerunt nec mundũ nec diẽ ſine ſole lunaq; a primordiis rerum nec tanta lumina retro fuiſſent geſtata. Hyperiona ergo: non ut græci fingunt: accipiendũ. ſed latina ſimplicitate explicandum eſt ambiguum græcitatis hyperiona dicunt ſuper omnia ſæcula. Ima flagellatis: dicunt phiſici ꝙ ſuis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus & omne graue cũ pendet: ſi motũ habeat flagellatur. ergo terra cum in medio fuerat aere librata motũ paſſa eſt ſuis flagellata põderibus. Septenæq; iugo concurrere portæ: portas thebarum oſtendit: quia dicit thebana ciuitas ſeptem habere portas: unde a

Hoptapylos

græcis επταπιλωσ dicta ẽ: & prope ſunt cauſæ: quibus ꝓdigia iſta contigere. Hemonides: hic eſt quẽ Tydeus: ut uictoriæ ſuæ teſtis eẽt: non ẽ di-

Hemonides

gnatus occidere. Dubiuſq; no. tẽpus diei ſignauit: & noctis: qđ difficile hoís uultus ad pfectũ potuiſſet agnoſci ſẽſus: q̃uis p obſcuꝝ nũcius agnoſci nõ poſſet: qđ tãtũ nũciaturus eẽt mãifeſtis agnouerãt ſignis.

Peſſimus in dubiis augur timor. hei mihi clamat
Vnde moræ (nam prona ratus facilemq; tot armis
Tydea nec numero uirtutem. animumq; repẽdit)
Num regio diuerſa uiæ. num miſſus ab argis
Subſidio globus. an ſceleris data fama per urbes
Finitimas. paucoſne pater. gradiue manuue
Legimus indecores. at enim fortiſſimus illic
Et chromis & dorylas. & noſtris turribus æqui
Teſpiadæ. totos raperent mihi funditus argos.
Nec tamen ille meis reor impenetrabilis armis.
Aere gerens ſolidoq; datos adamante lacertos
Venerat. heu ſegnes quorum labor hæret in uno
Si conſerta manus. uario ſic turbidus æſtu
Angitur. ac ſeſe culpat ſuper omnia. qui non
Orantem in mediis legatum cætibus enſe
Perculerit. fœdaſq; palam ſatiauerit iras.
Iam pudet incepti. iam penitet ac uelut ille
Fluctibus ioniis calabræ datus arbiter alno
Nec rudis undarum portus. ſed linquere amicos
Purior olenii fruſtra gradus impulit aſtri.
Cum fragor hyberni ſubitus iouis omnia mundi
Clauſtra tonant multuſq; polos inclinat orion
Ipſe quidem mallet terras: pugnatq; reuerti
Fert ingens a puppe notus. tunc arcte relicta
Ingemit. & cæcas ſequitur iam neſcius undas
Talis agenoreus ductos cæloq; morantem
Luciferum. & ſeros merentibus increpat ortus
Ecce ſub occiduas uerſæ iam noctis habenas
Aſtrorumq; obitus. ubi primum maxima thetis
Impulit eoo cunctantem hyperiona ponto
Ima flagellatis ſignum lugubre malorum
Ponderibus trepidauit humus. motuſq; cyteron
Antiquas dedit ire niues. tunc uiſa leuari
Culmina ſeptenæq; iugo concurrere portæ.
Et prope ſunt cauſæ. gelido remeabat eoo
Iratus fatis. & triſtis morte negata
Hemonides. nec dum ora patent. dubiuſq; notari
Signa dabat magnæ longe manifeſta ruinæ.

Plāctuqꝫ & gemitu.lachrymas nam protinus oēs
Fuderat.haud aliter ſaltu deuertitur orbus
Paſtor ab agreſtum nocturna ſtrage luporum
Cuius herile pecus ſyluis inopinus abegit
Imber.& hybernæ uentoſa cacumina lunæ
Luce patent cædes:domino perferre recentes
Ipſe timet caſus.hauſtaqꝫ informis arena
Q uæſtubus implet agros.ſtabuliqꝫ ſilētia magni
Odit & amiſſos longo ciet ordine tauros.
Illum congeſtæ portarum ad limina matres
Vt ſolum uidere nefas nulla agmina circum
Magnanimoſqꝫ duces nihil auſæ quærere tollunt
Clamorem.bello qualis ſupremus apertis
Vrbibus:aut pelago iam deſcendente carina.
Vt primum inuiſi cupido data copia regis
Hanc tibi de tanto donat ferus agmine tydeus
Infœlicem animam ſiue hæc ſententia diuum
Seu fortuna fuit.ſeu quod pudet ore fateri
Vis inuicta uiri.uix credo & nuncius.omnes
Procubuere omnes:noctis uaga lumina teſtor
Et ſocium manes. & te mala protinus ales
Q ua redeo.nō hanc lachrymis meruiſſe nec aſtu
Crudelem ueniam.atqꝫ in honore munera lucis.
Sed mihi iuſſa deum.placitoqꝫ ignara moueri
Atropos.atqꝫ olim non hæc data ianua lethi.
Eripuere necem.iamqꝫ ut mihi prodiga uitæ
Pectora.& extremā nihil hæc horreſcētia mortem
Aſpicias(bellum infandum cunctiſqꝫ negatam
Mouiſti funeſte aciem.dum pellere legem
Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus
Exule.te ſeries orbarum exciſa domorum
Planctibus aſſiduis te diro horrore uolantes
Q uinquaginta animæ circum nocteſqꝫ dieſqꝫ
Aſilient)neqꝫ enim ipſe moror iam mouerat iras
Rex ferus.& triſtes igneſcunt ſanguine uultus.
Inde ultro flegias.& non cunctator iniqui
Labdacus( hos regni ferrum penes)ire manumqꝫ
Proturbare parant. ſed iam nudauerat enſem
Magnanimus uates.& tunc trucis ora tyranni
Nunc ferrū aſpectās.nunquā tibi ſanguinis huius
Ius erit.haud magno feries non perdita tydeo
Pectora. uado equidem exultans.ereptaqꝫ fata
Inſequor.& comites feror expectatus ad umbras
Te ſuperis fratriqꝫ.& iam media orſa loquentis
Abſtulerat plenum capulo latus.ille dolori
Pugnat.& ingentem nixu duplicatus in ictum

Lachrymas nam protinus omnes .i. qs
eſſet adhuc ignorabatur.& tamen quid nū-
ciaret habitus & geſtus eius prodiderat.
Abegit:numerum per diuerſa diſperdit.
Et hybernæ:quia ſigna tempeſtatis in lu-
næ cornibus ſunt conſtituta. Tauros: cō-
paratione tauros dixit:aut quia ſolent lupi
uincere. Tollunt clamorem:tantum cla-
morem tulerunt quantus fit in ciuitate ab
hoſtibus capta:aut naufragio iā caria mer-
gente. Vaga lumina:abſolute ſtellas dicit
ſic generaliter:aut quinqꝫ planetas. Satur-
ni.Iouis.Martis:Veneris & Mercurii. Cæ-
terum ſol & luna nō ſunt ſtellæ:nec ex pla- Sol
netarum numero:ſed totius mundi duces Luna
ac domini. Et te mala protinus ales: ideſt Ales
malum:quoniam māu ſua erat periturus
ait. Mala ales:ideſt malum augurium.
Quotienſcunqꝫ enim feminino genere di-
citur ales malum portendit augurium.ut
Horatius.Mala ſoluta nauis exit alite.Maſ
culino autem bonum demonſtrat. Vnde
Virgilius.Namqꝫ uolans fuluus iouis ales
in æthra. Ignara moueri atropos:quæ ab
his quæ ſemel mortalibus ſtatuit moueri
non poſſit.ut Virgilius. Fortuna omnipo
tens & ineluctabile fatum. Prodiga uitæ
pectora:quemadmodum fortunarū pro-
digus dicitur qui patrimonium decoquit
ita & uitæ prodigus dicitur qui non terre- Prodigus
tur exitio:ſed uitam prodigere uult : ideſt
effundere. Pectora autem dicit nil horre-
ſcentia. Aſpicias:utar inquit libertate qua
non utitur niſi qui mori paratus eſt. Virg.
Deſine nam uenio moriturus & hoc cla-
more pronunciandum.hic enim uerbis ſa
tiſfacit dolori ſuo. Peritura libertas: mo-
uiſti aut pietatis iura aut legationis leges.
Gliſcis:hic cupis ſignificat:ideſt cupidi- Gliſcit
tatis tuæ creſcit incēdiū. Te di.hor.uolan.
integer ſe oculis tuis īgeret nūerus occiſoꝝ
& dicēdo qnq̄gita:aīæ ſe quoqꝫ optīa uir-
tute iūxit occiſis. Volātes:q̄ſi circa ora tua
uolabūt. īgerēt ſe oculis tuis ſapiētes dicūt
nocētū eē pœnas.ſi q̄ſdā figuras cū uiderit
timeāt.unde Vir.Oibus ūbra locis adero.
& ut oſtenderet hoc ſceleratoꝝ eē: ſuppli-
ciū adiecit.Dabis īprobe pœnas. Et nō cū-
ctator iniq:qa iniuſta oīa poterat ſine dubi
tatione cōplere. Perturbare:ne cōuitia fa-
ceret in regē:aut ſe iniuſte percuteret. Et
nūc trucis ora tyranni:q̄ſi utrunqꝫ aſpiciēs
quid eſſet fugiendū : quid dulcius uideret
ferrū.aut tyrannus īmpdita Tydeo pecto-
ra.i.quæ Tydeus noluiſſet occidere. Virgi.
Et uos o grai īpdita.cor.teu. Erepta fata:ī
prælio ante dilata. Te ſuperis fratriqꝫ:ecly
pſis figura.deeſt enim relinquo puniendū:
quaſi feſtinus in uulnere orationem īplere
nō potuit.ut Vir.Incipit effari mediaqꝫ ī uo
ce reſiſtit. Dolori pugnat:cōtra dolorē re-
pugnat:ne putaretur ſentire cū moritur.

Muſſant

Turbataqꝫ muſſant:bene muſſant:qa nō
loquēdi libertas ē ſub tyrāno.ut Vir.Cūcti
ſe ſcire fatenť qd fortūa ferat populi:ſed di
cere muſſāt. Toruū.i.adhuc toruū adhuc
minantem.Sal.Ferociā quā uiuus habue/
rat in uultu retinens. Lætati:nō diu gaui/
ſi:quia rediit:qa ſe ſtatim peremit. Pacēqꝫ
ſepulchri:quia dixit īquietā illis fore aīam.
qui ferro pereunt aut inſepulti remanent.
Nequicq̄:bene nequicq̄:qa ſecūdum epi/
curum nihil mortui ſentire uidēť.ut Vir.

Facilis ia/ctura ſe/pulchri

Facilis iactura ſepulchri.Quorundā enim
opinio/eſt aīas cū corporibus īterire:ut Lu
cretius.Iuſta hominis ſepultura nihil pro/
deſt. Paſſuræ ſitum:obliuiōis mala mini
me patieris. Vnde Vir.Si qd mea carmina
poſſunt.Nulla dies unq̄ memori uos exi/
met æuo. Sancire uiam:uiam dicit:ꝑ quā
cōtēnendo regiā poteſtatē ad libertatis inſi
gnia poſſimus peruenire. Et nemoꝝ do/

Dodona

dona parens.In chaonia regione: quæ pars
eſt Epiri dodonei Iouis tēplū eſſe diciť no/

Colūbæ

tum numinis reuerentia:ubi duæ colum/
bæ fuiſſe dicuntur ſedētes ſuper duas quer
cus.& reſponſa dātes exprimentes ī mutis
animalibus quid homo adorare uellet: &
poſtea una eaꝝ trāſuolauit in delphos:q̄ ci
uitas in regiōe boetiæ iuxta parnaſum mō

Delphi

tem eiuſdē regiōis:ubiqꝫ Delphi apollinis
oraculo orationē parauit. altera hāmonis
Iouis templū in africa tenuit. Dodoneum
igitur fuit oraculū Iouis ī epiro:ubi de q̄r/

Suſpēſus

cu colūba oībus reſponſa dabat. Suſpen/
dere:ſollicitos facere.ut Vir.Suſpēſum mi
nime ducit. Senſus:ocia habebunt oracu/
la te mortuo:hoc eſt propter tuū interitū
conticeſcēt. Lauroqꝫ:propter daphnē:cu/
ius arborē æternū uiuere uoluit ꝓ ꝑpetui
tate amoris ſui. Helyſios:hūc ſolū de the/
banis dicit helyſios meruiſſe cāpos. Cæte/
rum ꝓ meritis ſcelerū nullā ad helyſios cā
pos aīam thebanā ꝑuenire &c nemus. Et
triſtis uolucrū reuerētia ſeruat:aut qa mor
tuo exhibetur reuerentia:aut qa ore ꝓhibe
banť attingere. Quiſqꝫ ſuas auide:ad ſuas
qſqꝫ lachrymas.i.quas ſe ſuis habituri ſunt
& eſt uerbū ſine præpoſitione.ut Salu.radi
cem montis acceſſit. Solādi ſtudio:quoꝝ
licet nemo fuiſſet occiſus:tamē ſolandi gra
tia ſequebať. Infames ſcopulos:aut ſphyn
gos cædibuſ notos:aut qa illic a Tydeo qnq̄
ginta cōfoſſi ſunt.ut Hora.Infames ſcopu/
los alta ceraunia. Accenſa.i.ſuoꝝ cadaueri
bus uiſis. Luctus atrox:hoc totū poetice ī
corporauit. Prociduæ:pœne cadētes.i.ruē
tes ī faciē. Lumīa ſi.i.claudūt oculos mor
tuoꝝ. Neqcq̄:qa mortuis nullus doloris
ſenſus ē. Magna pa.iu.ibat.n. ad ſepultu/
rā duoꝝ. Ide:nomē ē mulieris:cuius duos
filios gēinos a Tydeo dixius īterēptos.ergo
græca declinatio noīatiuo ide:huius ides.
Sublata co.ſqualētē comā ſublatā habēs.

Corruit. extremiſqꝫ animæ ſingultibus errans
Alternus nunc ore uenit.nunc uulnere ſanguis.
Excuſſæ procerum mentes.turbataqꝫ muſſant
Concilia.aſt illum coniunx.fidiqꝫ parentes
Seruantem uultus. & toruum in morte peracta
Non longum reducem lætati in tecta ferebant
Sed ducis infandi rapidæ non hactenus iræ
Stare queunt.uetat igne rapi:pacemqꝫ ſepulchri
Impius ignaris nec quicquam manibus arcet.
Tu tamen egregius fati.mentiſqꝫ nec unquam
(Sic dignum) paſſuræ ſitum qui comminus auſus
Vadere contemptum regis quanquā āpla ueniret
Libertas ſancire uiam.quo carmine dignam
Quo ſatis ore tuis famam uirtutibus addam
Augur amare deis.non te cæleſtia fruſtra
Edocuit.lauroqꝫ ſua dignatus apollo eſt.
Et nemorum dodona parens.Cyrrheaqꝫ uirgo
Audebit tacito populo ſuſpendere phœbo.
Nunc quoque tartareo multum diuiſus auerno
Helyſias in carpe uias.ubi manibus axis
Inuius ogygiis.nec ſontis iniqua tyranni
Iuſſa ualent.durant habitus & membra cruentis
Inuiolata feris.nudoqꝫ ſub axe iacentem
Et nemus.& triſtis uolucrum reuerentia ſeruat.
At nuptæ exanimes.puerique.ægriqꝫ parentes
Mœnibus effuſi.per plana.per auia paſſim
Quiſqꝫ ſuas auidi ad lachrymas miſerabile cur/(rūt
Certamē:quos denſa gradu comitātur eūtes
Milia ſolandi ſtudio.pars uiſere flagrant
Vnius acta uiri.& tantos in nocte labores.
Feruet iter gemitu.langoribus arua reclamant
Vt uero infames ſcopulos.ſyluamqꝫ nefandam
Peruentum ceu nulla prius lamenta.nec atri
Manaſſent imbres.ſic ore miſerrimus uno
Exoritur fragor.aſpectuqꝫ accenſa cruento
Turba furit.ſtat ſanguineo diſciſus amictu
Luctus atrox.cæſoqꝫ inuitat pectore matres
Scrutātur galeas frigentum. inuentaqꝫ monſtrant
Corpora prociduæ.ſuper externoſqꝫ ſuoſqꝫ
Hæ prenſant in tabe comas:hæ lumina claudunt
Vulneraqꝫ alta replēt lachrymis.pars ſpicula de/(xtra
Nequicq̄ parcēte trahūt.pars moliter aptāt
Brachia trunca loco.& ceruicibus ora reponunt.
At uaga per dumos.uacuiqꝫ in puluere campi
Magna parens iuuenum.gemini tunc funeris ide
Squalentem ſublata comam.liuentiaqꝫ ora

Vngue premens(nec iã infœlix miſerãdaq́ꝫ)uerũ
Terror ieſt lachrymis.pq́ꝫ arma & corpora paſſim
Caniciem impexam dira tellure uolutans
Q uærit inops natos omniq́ꝫ in corpore plangit.
Theſſalis haud aliter bello gauiſa recenti
Cui gentile nefas hominem reuocare canendo
Multifida attollens antiqua lumina cedro
Nocte ſubit campos. uerſatq́ꝫ in ſanguine functũ
Vulgus & explorat manes.cui plurima buſto
Imperet ad ſuperos.animarum mœſta quæruntur
Concilia & nigri pater indignatur auerni.
Illi in receſſu pariter ſub rupe iacebant.
Fœlices quos una dies manus abſtulit una
Peruia uulneribus media trabe pectora nexi.
Vt uidit.lachrymiſq́ꝫ oculi patuere perfuſis.
Hos ne ego complexus genitrix? hæc oſcula nati
Veſtra tuor? ſic uos extremo in fine ligauit
Ingenium crudele necis? quæ uulnera tractem
Q uæ prius ora premã? uoſne illa potẽtia matris?
Vos uteri fortuna mei.qua tangere diuos
Rebar & ogygias titulis anteire parentes
Ah quanto melius dextraq́ꝫ in ſorte iugatæ
Q uis ſteriles thalami.nulloq́ꝫ hululata dolore
Reſpexit lucina domum.mihi quippe malorum
Cauſa labor.ſed nec bellorum in luce patenti
Conſpicui factis.externaq́ꝫ gentibus auſi.
Q uæſiſtis miſeræ uulnus miſerabile matri.
Sed mortem obſcuram miſerandaq́ꝫ funera paſſi.
Heu quantus furto cruor.& ſine laude iacentis.
Cunque ego nõ dextras miſeris cõplexibus auſim
Diuidere.& tanti conſortia rumpere lethi.
Ite diu frafres.indiſcretiq́ꝫ ſupremis
Ignibus:& caros urna confundite manes.
Nec minus interea digeſta ſtrage ſuorum
Hinc cromii coniunx hinc mater penthea clamat
Aſtyages puerique rudes tua phedime proles
Amiſſum didicere patrem.marpiſaq́ꝫ pactum
Phyllea.ſanguineumq́ꝫ lauant athamanta ſorores.
Tum ferro retegunt ſyluas.colliſq́ꝫ propinqui
Annoſum truncant apicem.qui conſcius actis
Noctis & inſpexit gemitus.ibi grandior æuo
Ante rogos dum quiſq́ꝫ ſuo nequit igne reuelli
Concilium infauſtum dictis mulcebat alethes.
Sæpe quidem infœlix.uarioq́ꝫ exercita ludo

Terror ineſt lachrymis.i.præ dolore luctus cœperat eſſe terror.Senſus.oblita quidem uirorum fortium mater durauerat.

Volutans:πάθωσ pathos doloris a facto.

Omniq́ꝫ in corpore plãgit: omnia putãs filiorum eſſe cadauera:per errorẽ lamentabatur p ſingula corpora. Theſſalis haud aliter bello gauiſa.Sic etiã in Lucano. Magna uidetur eſſe deſcripta recens cadauer: quærens occiſi hominis.Conſtat.n.aĩas eo & qui olim ex longo tẽpore defuncti fuerunt euocari non poſſe. Cui gẽtile nefas: ideſt cui propriũ hoc facile eſt:quia omnis malus ſuæ gentis eſt crimẽ.ut Virg. Sæpe animas imis exire ſepulchris: ut in corpora iterum hominũ redire cõpellant. Multifida:multifariæ fiſſa. Explorat manes: innoxia uirorum. Buſto:mortuo tibi cadaueri. Quærunť.i.dolẽt ſibi requiẽ tolli. Lachrymiſq́ꝫ:oculi obducuntur enim oculoꝝ uiſus humore lachrymarũ: q ubi profuſus fuerit reddit aſpectum. Tuor:ꝓ intuor. Extremo in fine ligauit: memor poeta ſuperioris deſcriptionis.Ait enĩ Exit & in fratrẽ cognataq́ꝫ pectora ferro. Traiicit. Tangere:æquare:cõtingere. Tittulis: memoria bonoꝝ fatorũ:qui ſolet ſupponi tumulis mortuoꝝ. Anteire parentis. Nioben ſpecialiter tangit. Dextraq́ꝫ.i.ſorte proſpera. Quis ſteriles thalami:quibus thalami infœcũdi. Et nõ hululata lucina: dea non inuocata parturiẽtibus præ dolore:ut Teren.Iuno lucina fer opẽ. ſerua me obſecro.Quãto melius inquit cũ illis agiť: quæ propter ſterilitatẽ ſuã non ſubiacẽt orbitati. Cauſa labor:mire dixit: ut liberos cum dolore genuiſſe uideatur:quos cernit extinctos.Laboraui ergo ut ĩfœlix fierem.

In luce patenti: publice honeſto interitu: qui nocte occubuerunt nec luce pugnãtes ubi uirtus potuiſſet uideri.Alia querela ꝙ in gloria nocte perierunt. Aeterna: q̃ eẽnt apud omnes gentes memorabilia numerãdaq́ꝫ:quia inter paucos nec in magno prælio concidiſtis:aut nocte perempti. Et ſine laude:quia non inter cuneos hoſtiũ nobilis eſt datus interitus.Indiſcretiq́ꝫ ſupremis.Vna nobis tradiť ſepultura: quos nec ĩ morte fata diſcriminãt. Digeſta.i.diſpoſitis cadaueribus urniſq́ꝫ iã cognitis. Puerique rudes:aut ætate breues: aut malorum ignari. Pactum ſponſum:ut Virgi. Et pactæ coniugis. Grandior æuo:Quo in loco alethes æuo grandior. Lugentibus ante rogos ſuos gemitus ſolabať. Sæpe quidẽ infœlix:Hæc ratio conſolationẽ tenet.q̃ cõſtat exẽplis.ut Virg.O paſſi grauiora. dicit ãt nũq̃ tãtã ſcenã infœlicitatis acci diſſe thebanis:& ne cõtra ꝑceptũ faciat ſi ĩfœlicitatẽ cauere dicit exemplo:ideo dicit unũ diẽ poſſe iſtis cladibus comparari:quo Niobe quatuordecim filios uno momento ira numinum perdidit. Omnes enim reliquæ hiſtoriæ de thebanorum calamitate præcipue ex ſuperioribus bene iã notæ ſunt.

Fatorum gens noſtra ruit. ſydonius ex quo
Hoſpes in aonios iecit fata ferrea ſulcos
Vnde noui fœtus.& formidata colonis
Arua ſuis.ſed nec ueteris cum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis iunonis iniquæ
Conſedit.neque funerea cum laude potitus
Infœlix athamas trepido de monte ueniret
Semianimem heu letho referens clamore learcum
Hic gemitus thebis.nec tempore clarius illo
Pheniſſę ſonuere domus.cum laſſa furorem
Vicit & ad comitum lachrymas expauit agaue.
Vna dies ſimilis facto ſpecieq; malorum
Aequa fuit.qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis innumeris cum circumfuſa ruinis
Corpora tot raperet terra.tot quereret ignes
Talis erat uulgi ſtatus.& ſic urbe relicta
Primæuiq; ſenes & longo examine matres
Inuidiam traxere deis:miſeroq; tumultu
Bina per ingentes ſtipabant funera portas
Meq; ipſũ memini (nec dũ apta doloribus ætas)
Fleſſe tamen gemituq; meos æquaſſe parentes
Illa tamen ſuperi.nec quod tibi delia caſtos
Prolapſum ad fontes ſpecula temerãte prophana
Heu dominum inſani non agnouere moloſſi
Deflerim magis.aut uerſo quod ſanguine fluxit
In ſubitos regina lacus.ſic dira ſororum
Penſa dabant:uiſumq; ioui.nunc regis iniqui
Obnoxam immeritos patriæ tot culmina ciues
Exuimus.nec adhuc calcati fœderis Argos
Fama ſubit.& iam bellorum extrema dolemus
Q uantus equis quantuſq; uiris in puluere craſſo
Sudor.& o quantum crudele rubebitis amnes?
Viderit hæc bello uiridis manus.aſt ego donet
Dum licet igne meo:terraq; inſternar a uita:
Hæc ſenior.multumq; nephas etheoclis aceruat:
Crudelem infandumq; uocans:pœnaſq; daturum
Vnde ea libertas?iuxta illi finis & ætas

**Fœtus** Vnde noui fœtus :proprie fœtus:quia fœtus terræ partus ẽ.Sic Vir.Sic quoq; mutatis requieſcunt fœtibus arua. Conſedit:corruit:cõſũpta ẽ. Neq; funera:putabat ſe occiſo filio Learco athamas gloriã cõſecuturũ.quẽ præ furore ferã putauit.gloriabaṫ ergo iſanus meritæ uenationis euentu. De monte:de quo leucothea ſe ꝓcipitauit i fluctibus cũ palæmone. Hic ge.the.talis qualis nũc ẽ qnquagita oĩum clade pẽptoꝝ. Furoiẽ uicit:reſpuit ad hoc ſolũ ut agnoſceret orbitatẽ. Expauit:qa adhuc cauſam neſciebat:una dies ꝓpe ẽ:ut hæc infœlicitas cõſolatiõe careat:ſi nihil unq̃ tale cõtigit.iõ ſubdidit exẽplũ:qa ut Ouid.ait Niobe latonam coli uetabat:i ſe cupiẽs trãſferre honorẽ numinis:qđ illã i utroq; ſexu liberoꝝ fœtibus iactabat anteire ſe. **Tantalis Niobes filii** Tantalis aũt niobe:qa Tãtali fuit filia.filii Niobes hi.Archemorus Antegorus.Tantalus.Phadimus.Sipylos.Xenarchus.Epinites.Itẽ filiæ.Aſticratia.Pelopeia.Cheloris.Cleodoxe.Ogime.Phega.Neera. Innumeris:qa inumera orbitas cixerat matrẽ: ut nũc.Viroꝝ fortiũ cæde circũuolabat orbis ciuitatem. Corpora tot:qa ꝓ numero filioꝝ rogos quoq; extruxerat. Raperet terra:illa re rapet.nã hodie quoq; niobe ſic pingiṫ gremiũ cõferta tot natis:dũ unũquẽq; amplecti manibus affectat amplecti. Longo examine.i.turba. Inuidiã traxere deis: ut Lucanus.Et nullis defuit aris Inuidiã factura parens. Bina p ingentes thebe:ab auctoribus επταπυλε heptapylæ ſũt noiatæ: qa ſeptẽ portis ambiebanṫ:ut oſtẽderet Niobẽn q̃tuordeci habuiſſe filios:ait bina funera p ſingulas portas efferebãt:ut hinc daretur itelligi Thebanã ciuitatẽ ſeptẽ portaꝝ exitu decoratã. Moloſſi: Actęonẽ dicit q mutatus i ceruũ putaṫ ꝙ Dianã nudã aſpexerat:& a ſuis diciṫ cãibus laniatus. **Dirce** In ſubitos re.la.Dyrcẽ ſignificat:quã Amphiõ & Zetus Iouis & antiopæ filii tauro iũxerũt: de cuius ſanguine fons ẽ natus q eius noĩe decoratus eſt. Sic dira ſoroꝝ:iõ inquit illa nõ fleo:qa patientius ferṫ:qđ fato accidit. Nũc ergo qnq̃ginta iſti regis uicio ceciderũt.Sic Cice.i philip.Multa aũt ĩpẽdere uidẽṫ ꝑter naturã & ꝑter fatũ.iõ & poeta deſcribit illud fatoꝝ fuiſſe: hoc non : de qua re magna quæſtio eſt: Sed ſi philoſophiæ inueſtigemus arcana:ſic hæc tamẽ eueniſſe credamus:reperire poſſumus hoc magis fato factum:quod per etheoclis iſidias contigit. Quod enim deorum iracundiis extra fatum.licet enim diis qa ipſa fata ſenſerunt facere quod uelint:qa humanũ genus hoc uinculo ligauerunt: ut iuuit ſuas uoluntates atq; licentias.Attamẽ ſi utrũq; perpendas & hoc illud eueniſſe cognoſces. Nam ut quinquaginta morerentur per regis perfidiam contigit:Illaque regibus facta narrauit de Dyrce de Niobe de Pẽtheo de Agaue.de Acteone etiam de creti poterimus agnoſcere.Omne enim quodcunq; fato moritur.ut Virgilius.Stat ſua cuique dies. Exuimus :Perdidimus.tanq̃ quæ tegerent:aut ornarẽt. Extrema dolemus: ſenſus cum nondum bella commiſſa ſint:iam timemus extrema bellorum:quæ uicti pati conſueuerunt. Vnde ea libertas: Quæritis inquit quo uultu Alethes crimina in regem libere congerat.Videt enim ſibi uitæ finem propinquum.& omne incolumitatis ſpatiũ eẽ tranſlatũ.& pp hoc ne moriaṫ inglorius:q̃ſi liber & cõſtans ut de illo poſtea populus loquatur:optat occidi.Vnde Lucanus.Vanam ſpem mortis honeſtæ concipitis.

Tota retro:ſeręq; uelit decus addere morti.
Hæc ſator aſtrorum iamdudum uertice mundi
Proſpectans primoq; imbutas ſanguine gentes
Gradiuum acciri propere iubet.ille furentes
Biſthonas & geticas populatus cædibus urbes
Turbidus æthereas currus urgebat ad arces.
Fulmine criſtatum galeæ iubar armaq; in auro
Triſtia terrificis monſtrorum animata figuris:
Incutiens.tonat axe polus.clypeiq; cruenta
Lux rubet:& ſolem longe ferit ęmulus orbis
Hũc ubi ſarmaticos etiam num afflare labores
Iuppiter & tota perfuſum pectora belli
Tempeſtate uidet.talis mihi nate per argos
Talis abi.ſic enſe madens.ac nubilus ira.
Exturbent reſides frænos:&cuncta peroſi
Te cupiant:tibi pręcipites animaſq; manuſq;
Deuoueant.rape cunctantes.& fœdera turba
Quæ dedimus.tibi fas ipſos incendere bello
Cælicolas.pacemq; meam.iam ſemina pugnæ
Ipſe dedi.remeat portans inmania Tydeus
Auſa ducis ſcelus.& turpis primordia belli
Inſidias.fraudeſq; ſuis quas ultus in armis
Adde fidem.uos o ſuperi meus ordine ſanguis
Ne pugnate odiis:neu me tentare precando
Certetis.ſic fata mihi.nigræq; ſororum
Iurauere colus.manet hæc ab origine mundi
Fixa dies bello.populiq; in prælia nati.
Quod niſi me ueterum pœnas ſancire malorum
Gentibus.& diros ſinitis punire nepotes.
Arcem hanc æternam mentiſq; ſacraria noſtræ
Teſtor.& helyſios etiam mihi numina fontes
Ipſe manu Thebas.correptaq; mœnia fundo
Excutiam.uerſaſq; ſolo ſuper inacha tecta
Effundam turres.ac ſtagna in cærula uertam.
Imbre ſuperiecto.licet ipſa in turbine rerum
Iuno ſuos colles templumq; amplexa laboret.
Dixit.& attoniti iuſſis mortalia credas
Pectora.ſic cuncti uocemq; animoſq; tenebant:
Non ſecus ac longa uentorum pace ſolutum
Aequor.& imbelli recubant ubi littora ſomno
Syluarumq; comas & abacto flamine nubes
Mulcet iners æſtas.tunc ſtagna lacuſq; ſonori
Detumuere.tacent exhauſti ſolibus amnes
Gaudet ouans iuſſis.& adhuc temone calenti
Feruidus in lęuum torquet gradiuus habenas
Iamq; iter extremum.cæliq; abrupta tenebat.

Biſthonas & Gethicas:Gẽtes thraciæ cru
deliſſimæ ob quã cauſã mars eſſe de thra/ Mars
cia dicitur ut Vir.Grandiuumq; patrẽ ge/
thicis qui præſidet aruis. Fulmine criſta/
tim: quod exibat de criſta galeæ infinitũ
lumen habens eratque galea in modum
fulminis criſtis ornata. Triſtia: Quæ q̃q̃
eſſent aurea:tamen triſticia non carent ut
eſſet terror in prælio. Tonat axe polus:In
certum utrum poli axem: an currus dixe/
rit:ſed rectius currꝫ axẽ accipimus. Aemu
lus luce.Radiãti par magnitudine. Sic en/
ſe madens ac nubilus ira:Mandentem ſan
guine gladium ferens aut tenens & furore
triſtis. Exturbent reſides frænos: ideſt ui
cula legis & fœdera:quibus tenentur in pa
ce.ut Vir.Ni frænum. Et cuncta peroſi:
Quaſi communis uerbi ſit participium:
ut peroſus te & peroſus tibi Vir.lucẽq; pe/
roſi.Alibi.non genus omne peroſum fœ/
mineum. Et fœdera turba :ante bellũ.n.
thebanum inter argos & thebas odia peni
tus non fuerunt. Cui dedimus:conceſſi/
mus tibi ocia longa ſubito bello turbare.

Adde fidem:Vt Tydeo credebat. Nigræ
infernæ quia bellorum. Colus:penſa non
tamen plurali numero declinatas. Ab ori
gine mondi:ſecundum illos:qui dicũt na/
ſcente mundo præfinita eſſe hominum fa
ta. In prælia nati:quaſi mundi hac coſtitu
ta ſint lege ut populi hi bellis intereant.

Arcem hanc æternam:Inter ortum & oc
caſum omne quod medium eſt: meridies
uocatur:& eſt ſedes deorum.Vnde & illis
eſt græcum ideſt aurea mediocri
tas:Inde facile apud Maronem Mercurius
ad Atlãtem uenit: quamuis hic uertice cæ
li conſtitit.intelligimus: ꝓpe ſeptẽtrionẽ.

Etiam mihi numia fontes: Ordo. Teſtor
helyſios fontes qui etiam ſunt mihi numi
na.Vnde Vir.dii cuius iurare timent.& fal
lere numen. Ipſe manu thebas:ut conſo/
letur omnibus minatᷣ argiuis. Conſtat.n.
timore piculi accipere ſolatium ſi hoc nõ
ſolus quicunq; patiatur. Vertam : Aut in
mare traham.aut diluuio conterã. Mor/
talia credas.Sic præcepto iouis cuncta ſunt
territa numina ut crederentᷣ mortalia. Iã/
que iter extremum.Parte qua deficit cælũ
ut Homerus
ſignifi/
cans interuallum:quo terra ſeparatur a cæ
lo ſic & abrupta montium dicimus : ideſt
Olympi ardua.qđ cælũ dixere:iõ qa apex
eius omnibus inuiſibilis eſt.Infra.n.nubes Olym/
ſunt ut Lucanus nubes excedit Olympus. pus

Nulla formidine:Nec mirum maritum martem amata non timuit:quæ iratum Iouem temnere cō/ ſueuit. Iam iamq; rigentes. Erectas ſiue horribiles:ut Virgilius.Riget horrida tergo palla. Acclinata iugo:Incumbens Venus ſuper iugum uultum madentem lachrymis obliquū tenens ut hoc abitu mar/ tem in amorem ſuum magis magiſq; ſuccenderet. Socero:Quia Cadmus hermionem & martis & ue

Hermío/ne

neris filiam duxit uxorem.Iure ergo martem ſocerum nominauit. Criminis hæc merces:adulterii ſci/ licet:quia ſperto Vulcano cum marte concubuit q̄q̄ Veneris & martis notiſſima fabula ſit.breuiter ta/ men exinde pauca perſtringam poſteaq̄ fi/ liabus ſolis Venus Amorem immiſit &

Venus

ſingulæ exitiali morbo detentæ interiere. Vulcanus: mineruæ conſilio monile aſtu percepit.Nam conſcia factum minerua.in dicāt enim oculi gorgone:quos dicit poe/ ta in illo monili gemmis inſertos : fecit er/ go monile pulcherrimum infauſti ominis qd' dedit hermione Semele geſtauit quæ

Hermio/nes

fulminibus Iouis aſumpta eſt:inde habuit Ino q̄ a marito atamanthe occiſo ex filiis uno learco:cum alio.i.Palæmone ſe præci pitauit in mare.ut mariti inſequentis uita/ ret inſaniam.poſt hanc Agaue & ipſa fili/ um furore percuſſit.Hæ omnes filiæ Cad mi & hermiones fuerunt . habuit & Ioca/ ſta:quæ per errorem filio nupſit.habuit & Argia:ſed erifili dedit ut mariti proderet latebras. Sæuit tamen ira mariti:iam nec coniugii memorē.quæ uocat crimē amat dolor aceruare coniugium:ut apud Virgi/ lium hoſpitem appellauit Aeneam dido furore percuſſa cui me moribundam deſe ris hoſpes.hoc ſolum nomen quoniam de coniuge reſtat.Arma tibi ut marti currūq; rotaſq; uolucris.Tu. αποσιωπωσισ Apo ſiopoſis:ut Vir.Quos ego. Aena æra.i.for tia. Hymeneis:Hymeneus puer atheniē/

Hymene/us

ſis fuit is cū annos puerilis ætatis excederet neq; adhuc uirū poſſet implere ea pulchri tudine præditus fuiſſe dicitur: ut fœminā mentiretur iſtum cum una ex ciuibus ſuis uirgo nobilis adamaſſet:ipſe mediocribus ortus parētibus qa nuptias deſperabat : qd poterat tamen puellam extrema amoris li nea diligens ſatis aīo ſolo ſatiabat aſpectu: Cūq; nobiles fœminæ cū uirginibus ſacra cereris eleuſinæ cælebrarēt:ſubito aduētu pirratarum raptæ ſunt iter quas etiam hy meneus: qui illo & amatam fuerat ſubſe/ cutus.cui puella creditur . Cum igitur per lōginqua maria prædam piratæ uexiſſent: ad quandam regionem tandem deuoluti perueniunt .Ibiq; ſomno oppreſſi ab inſe/ quentibus ſunt interempti. hymeneus re/ lictis ibi Virginibus reuerſus athenas pa/ ctus ē a ciuibus dilectæ nuptias:ſi eis filias ſuas reſtituiſſet:quas ubi ꝓ uoto reſtituit:exoptatam accepit uxorē: Quod coniugium qa fœlix fuerat placuit athenienſibus nomen nuptiis hymenei miſcere. De ſanguine iactas:Propter quinq; illos qui de draconis dentibus nati ſunt & occiſis reliquis ſoli ſuperfuiſ/ ſe dicunt̄ :qui condenti thebas cadmo ſocii fuerunt.i.chion plorus hyperion.Tydeus & domos.Iouis ſe rie genus.Cadmi.ſ.cuius origo hoc ordine a Ioue deſcendit.Ios etiā Iouis filius eleus eli Velus ueli & li/ biæ agenor Danaus & ægyptus.Agenoris cadmus Polidori Labdacius.Labdacii.Laius laii Oedipus Oe/

Polinicis geneſis

dipi Sinenæ.Antigone.Etheocles.Polynices. Illyricas:ubi cadmus fugiens infortunia Thebanorum exi ſtimans ſe loco etiam mutare fortunam cum hermione coniuge uerſi ſunt in dracones in Illyrico: ut

Martis ſtellani

Lucanus ænchiliæ uerſi teſtantes funera cadmi. Et ſacra uoluptas:Matheſeos hic monſtrauit Si enim mixtus aliis ſyderius fuerit mars uehemētior truculēciorq; fit:cōtra ſi Ioui:bonus ſi Veneri ſupplex fiet,

Cum uenus ante ipſos nulla formidine greſſum
Fixit equos:ceſſe retro.iam iamq; rigentes
Suppliciter poſuere iubas.tunc pectora ſummo
Acclinata iugo.uultumq; oblita madentem
Incipit.interea dominæ ueſtigia iuxta
Spumantem proni mandunt adamāta iugales
Bella etiam in thebas ſocero pulcherrime bella
Ipſe paras.ferroq; tuos abolere nepotes?
Nec genus hermiones.nec te connubia cælo
Feſta nec hæ quicq̄ lachrymæ furibūde morant̄ ?
Criminis hæc merces? hæc fama pudorq; relictus?
Hoc mihi lemniecæ de te meruere cathenæ?
Perge libens.at non eadem Vulcania nobis
Obſequia:& læſi ſeuit tamen ira mariti
Illum ego perpetuis mihi deſudare caminis
Si iubeam uigileſq; operi tranſmittere noctes
Gaudeat:ornatuſq; nouos:ipſiq; laboret
Arma tibi tu? ſed ſcopulos & ahena precando
Flectere corda paro.ſolum hoc tamen anxia ſolum
Obteſtor.quid me Tyrio ſociare marito
Progeniem caram:infauſtiſq; dabas Hymeneis
Dum fore præclaros armis:& uiuida rebus
Pectora uipereo tyrios de ſanguine iactas
Demiſſumq; Iouis ſerie genus:ah mea quanto
Scythonia mallem nupſiſſet uirgo ſub arcto
Trans boream:thraceſq; tuos.indigna parum ne
Pertulimus diuæ ueneris quod filia longum
Reptat:& Illyricas eiectat uirus in herbas?
Nūc gētem īmeritā? lachrymas nō pertulit ultra
Bellipotens:haſtam læua tranſſumit.& alto
(Haud mora) diſſiluit curru.clypeoq; receptam
Lædit in amplexum:dictiſq; ita mulcet amicis.
O mihi bellorum requies:& ſacra uoluptas

Vnaq; pax animi.ſoli cui tanta poteſtas
Diuorumq;.hominumq; meis concurrere telis
Impune.& media quamuis in cæde frementes.
Hos aſiſtere equos.hunc enſem euellere dextra
Nec mihi ſydonii genitalia fœdera cadmi
Nec tua cara fides(ne falſa inceſſere gaude)
Exciderant.prius in patrui deus infera mergar
Stagna.& pallentes agar exarmatus ad umbras.
Sed nunc fatorum monitus.mentemq; ſupremi
Iuſſus abire patris(neq; enim uulcania tali
Imperio manus apta legi)quo pectore contra
Ire Iouem? dictaſq; patem contemnere leges?
Cui modo.pro uires:terras:cælumq;: fretumq;
Attremere oranti:tantoſq; ex ordine uidi
Delituiſſe deos.ſed nec mihi corde ſupremos
Concipe cara metus quando hæc mutare poteſtas
Nulla datur.cum iam Tyriis ſub mœnibus ambæ
Bellabunt acies adero.& ſocia arma iuuabo
Tunc me ſanguineo late deferuere campo
Res ſuper argolicas haud ſic deiecta uidebis
Hoc mihi ius.nec fata uetant ſic orſus aperto
Flagrantes immiſit equos.non ocius alti
In terras cadit ira Iouis.ſi quando niualem
Otrhin & arctoę gelidum caput inſtitit Oſſæ.
Armauitq; in nube manum.uolat ignea moles
Sæua dei mandata ferens.cælumq; triſulca
Territat omne coma:iam dudũ aut ditibus agris
Signa dare:aut ponto miſeros inuoluere nautas:
Iamq; remenſus iter feſſo Danneia Tydeus
Arua gradu uiridiſq; legit deuexa Proſinnæ
Terribilis uiſu ſtanti:fulti puluere crines
Squallidus ex humeris cadit alta in uulnera ſudor
Inſomneſq; oculos rubor excitat.oraq; retro
Sorbet anhela ſitis.mens altum ſpirat honorem
Conſcia factorum ſic nota in paſcua taurus
Bellator redit aduerſo cui colla ſuoq;
Sanguine proſciſſiq; natant palearibus armi
Tunc quoq; laſſa tumet uirtus:multumq; ſuperbit
Pectore deſpecto:uacua iacet hoſtis harena
Turpe gemens:crudoſq; uetat ſentire dolores
Talis erat:medias etiam non deſtitit urbes
Q uicquid & Aſopon uetereſq; interiacet argos
Inflãmare odiis.multumq; & ubiq; retexens
Legatum ſeſe graia de gente petendis
Iſſeſuper regnis profugi Polynicis:at inde
Vim.noctẽ.ſcelus.arma.dolos.& fœdera. paſſum

Vnaq; pax animi:Pacem a uenere petiit:quia ſoli conceſſum eſt martem domare.Lucretius.Nam tu ſola potes tranquilla pace iuuare mortales:qui bellifera mœnia mauors. Omnipotens regit in gremium quia ſæpe cũ reiicit æterno deuinctus uulnere mauors. Exciderant:Propter metrũ: ut longa decem tulerant faſtidia menſes.

Prius in patrui:Prius perdam conditionem huius ciuitatis q̃ aliquando mei ſanguinis obliuiſcar. Supremi : Summi:ut Ter pro ſupreme Iuppiter iureiurando cõfirmauerat ſe oĩum meminiſſe.& ſupereſt ut queratur ſupra Thebanos aliquid moliri per uenialẽ ſtatum excuſat. dicit enim ſe facere ſed coactum. Neque enim uulcania:Numquam enim ad hæc poteſt mitti Vulcanus & opportune imbecillitate abiecit mariti:ut amorẽ ueneris inſe trãſferret.

Concipe cara metus:ideſt nolo timeas excidia thebanorum: qui non uincentur ita ut penitus pereas. Aperto cælo:Ira iouis. Fulmen.Si quando.Quoniam hi montes tam finguntur altiſſimi:ut inter nubes potius deliteſcant. Armauitq; in nube manum:Nubem dixit fulmen.ut Virgili. ipſe manu quatiens oſtendit ad ætera nubem.

Triſulca:pro quatriſcula quia fulmen ex quattuor conſtitit aqua igni nube uento.

Ditibus:Locupletibus:ideſt fertilibus.

Signa dare:ut Signum det aut perituras eſſe fruges aut nauigãtibus imminere naufragia. Iamq; remenſus iter : Tranſitus ad Tydeum Legit.Præterit & eſt ſermo nauticus.Virgi.littoraq; epyri legimus. Stãt: Legimus
horrent aut certe pleni ſunt puluere. Re Stat
tro maciem iudicat:Quaſi retro facies eius ducta ſit.Omne quippe gaudium quod ẽ nr̃i animi uos immemores facit.ideo dicit ſuperbire uirtutem ſicut animum uirtutẽ que tranſcendat. Vacua : quod in ea ſolus iaceat:quaſi ad gloriam ſuæ uirtutis expectet ſuperato hoſte pectus habere confoſſum:quẽ laus uictoriæ & uicti gẽitus cõſo
laſ. Aſopon:Fluuius ẽ boetiæ.dicit aũt ſpa Aſopus
tium qđ inter Aſopon & argos interiacet ĩ bellum Tydei in flãmationibus excitatũ.

Credere ſuadet: Tydei relatione. Et forte uerendos. Oeconomia opportuna: quippe hoc actũ ẽ occaſione cõſilii ne renarrãti Tydeo publicus deeſſet auditor. Aequũ: qa ſcelerati hac ſpe peccãt dũ non ſperãt deos criminũ iudices fore: unde Vir. Contemptorq; deũ Mezentius. Nã ſunt philoſophi: q cum uideant naturæ malæ neceſſitatẽ: res contrarias ac peſſimas in mũdo parari: dicunt curã humanaꝝ rerum penitus non hẽre. unde Vir. epicureũ ſecutus ait. ſ. hic ſuperis labor ẽ: ea cura. quietos ſollicitat: aut ſi omnio ad deũ humanaꝝ rerum pertinet cura crudelis eſt: ut idẽ. Nec curare deũ credas mortalia quenquã. Aut
cura iouis. quaſi uiolatæ hoſpitalitatis gr̃a
deũ hoſpitio præſulẽ inuiolatũ ẽe dixit. ut
Vir. Iuppiter hoſpitibus nã te dare iura lo/
Sauromatæ quunt. Sauromatas auidos: Sauromatæ
ultra pontũ ſunt uicini amazonibus: ut Iu
uenalis. Vltra Sauromatas fugere hic libet
& glacialẽ oceanũ. Sauromatas ergo ſarma
tas dicit: genus hominũ ad omne paratiſſi
pollux mũ ſcelus. Bebrycii nemoris: Pollux cum
argonautis ad bebryciã appulſus eſt: cum
Amycus eũ Amycus rex Bebryciorũ ad ceſtuum ꝓ
uocaſſet certamen. Amycus autẽ hanc con
ſuetudinẽ ſemper habuit: ut inſidiaretur
bebrycio nemori: ubi ſiqs forte aduena de
uolutus fuiſſet: ab eo ceſtibus prouocatus
occumberet. hũc pollux eodẽ certamie ſu/
Amycus peratum dicit occidiſſe. hic aũt amycus ne
ptũni & Melopes filius fuit: quem pollucẽ
diximus ꝓſtrauiſſe: cuius mortem uindi/
caturi ciues cum.
argonautæ aſſertori commi/
litonẽ ſuũ in aciẽ præceſſerũt uictorumq;
Bebrycia bebryciorũ contulerũt. Bebrycia aũt bithy
Bithynia nia dicta eſt: ut Vir. ad dãtis augendũ uirtu
tis meritũ dixit: q ſe bebrycia ueniẽs amyci
degẽte ferebat. Arctã compagibus urbẽ:
muris ualoq; munitam: qa urbẽ dicere ia/
ctãtis erat iõ adiecit arctam. i. anguſtã. No
cte doloq; uiri: quãtæ occaſiões periculoꝝ
fuerint: Tydeus exponit nox dolus: ipſe in/
ſcius locus & tã aperte uicinus. Vacuã: Vi/
ris fortibus exhauſtã. Parabas: Vt huiuſ/
modi mihi parares inſidias: aut certe q̃lis
Tydeus reuerſus ẽ: talis & ego ad argos re/
dirẽ. Grande negaui. Vtiq; ego debui ꝓfi
ciſci: ut frater plenũ parricidii titulũ poſſi/
deret. Cauſa tumultus: ut Vir. Ne matris
timidæ tanti ſim cã tumultus. Res dextra
leuauit: Nec me inqt tantũ extollit cõiugii
repẽtina fœlicitas: ut neſciam q̃ ſit durum
quietos homines ad bella compellere. hoc
autẽ mire anticipat: ne poſtea ipſe culpetur
alioqui nullus magis bella deſyderat. Agi/
tur quippe de eius impio. Quam triſte re
uelli: Scio inqt quemadmodũ durum ſit a
liberis diſtracturis ad bella nolo domorũ
hẽre maledicta: ſiquæ fuerint uiduatæ ne/
ceſſitate belloꝝ matres filioꝝ deſiderio mi
hi infeſtæ: ut Hora. bellaq; matribus dete/
ſtanda. i. quarũ filii me ſequantur ad bella.
Ibo libens: Cũ dicit ibo facit ut ſolus ire
non debeat. Auditus: A me ſcilicet: ut ob/
tẽperans primũ non eſſe ſi hoc dicit: ut in/
telligamus Polynicẽ ad thebas anteire uoluiſſe: ſed prohibitũ ſe ab Adraſto: querit ut prius legatio mitteret. Artificioſa ergo conqueſtio eſt: quæ ſic ait: ut in ultionẽ ſui etiã nolentes ire compellat. Omnibus ultro: defectu orationis totius aperuit uoluntatẽ. Nam dũ aſtute repudiabat auxilia id egit: ut mereret.

---

Regis Echionii fratri ſua iura negari
Prona fides populis. deus omnia credere ſuadet
Armipotens. geminatq; acceptos fama pauores
Vtq; introgreſſus. portas (& forte uerendos
Concilio pater ipſe duces cogebat adraſtus)
Improuiſus adeſt. iam illinc a poſtibus aulæ
Vociferans arma arma uiri. tuq; optime lernę.
Auctor magnanimum ſiquis tibi ſanguis auorum
Arma para. nuſq̃ pietas. nec gentibus æquum
Fas: aut cura Iouis. melius legatus adiſſem
Sauromatas auidos: ſeruatoremq; cruentum
Bebrycii nemoris. nec iuſſa incuſo piget ue
Officii. iuuat iſſe: iuuat Thebaſq; nocentes
Exploraſſe manu: bello me credite bello:
Ceu turrem ualidam aut arctã compagibus urbẽ
Delecti inſidiis inſtructiq; omnibus armis
Nocte doloq; uiri nudum ignarumq; locorum
Nequicq̃ clauſere. iacent in ſanguine mixti
Ante urbẽ uacuã: nunc o nunc tempus in hoſtes
Dum trepidi exangueſq; metu dum funera portãt
Dum capulo nondũ manus excidit. ipſe ego feſſus
Quinquaginta illis heroum in manibus umbris
Vulneraq; iſta ferens putri inſiccata cruore
Protinus ire peto: trepidi de cædibus aſtant
Inachidæ. cunctiſq; prior cadmeius heros
Accurrit uultum deiectus. Et: en ego diuis
Inuiſus uitaq; nocens hæc uulnera cerno
Integer? hoſne mihi reditus germanę parabas
In me hæc tela dabas? pro uitæ fœda cupido
Infœlix facinus fratri tam grande negaui?
Et nunc ueſtra quidem maneant in pace ſerena
Mœnia. ne uobis tanti ſim cauſa tumultus
Hoſpes adhuc. ſcio: nec me adeo res dextra leuauit
Quam dirum natis thalamo quam triſte reuelli
Quam patria. nõ me ullius domus anxia culpet.
Reſpectent ue truces obliquo lumine matres
Ibo libens. certuſq; mori licet optima coniunx
Audituſq; iterum reuocet ſocer. hunc ego Thebis

Hunc germãe tibi iugulũ.& tibi maxime Tydeu
Debeo ſic uariis pertentat pectora dictis
Obliquatq; preces commotæ quæſtibus iræ
Et mixtus lachrymis caluit dolor.omnibus ultro
Non iuuenum modo ſed gelidis & inertibus æuo
Pectoribus mens una ſubit:uiduare penates
Finitimas adhibere manus.iamq; ire ſub altus
Conſiliis pater imperiiq; haud flectere molem
Inſcius iſta quidem ſuperis curæq; medenda
Linquite quæſo meæ.nec te germanus inulto
Sceptra geret:neq; uos auidi permittere bellum
At nunc egregium tantoq; in ſanguine ouantem
Excipite oeniden.animoſaq; pectora laxet
Sera quies nobis dolor haud rationis egebit.
Turbati ex templo comites:& pallida coniunx
Tydea circum omnes feſſum belliq; uiæq;
Stipantur.lætus mediis in ſedibus aulæ
Conſtitit ingentiq; exceptus terga columna
Vulnera:dum lymphis Epidaurius eluit Idmon
Nunc uelox ferro.nunc ille potentibus herbis
Mitior.ille alta ſeductus mente renarrat
Principia irarum:quæq; orſus uterq; uiciſſim
Quis locus inſidiis.tacitoq; tempora bello
Qui contra.quantiq; duces.ubi maximus illi
Sudor & inditio ſeruatum Mæona triſti
Exponit.cui fida manus procereſq; ſocerq;
Aſtupet oranti.tyriuſq; incenditur exul
Soluerat Heſperii.deuexo margine ponti
Flagrantes ſol pronus equos:lutilamq; lauabat
Oceani ſub fonte comam.cui turba profundi
Nereos & rapidis accurrunt paſſibus horæ
Frænaq; & auratæ textum ſublime coronæ
Diripuit.laxant caſidis humentia loris
Pectora.pars meritos uertunt ad molle iugales
Gramen.& erecto currum temone ſupinant
Nox ſubit.& curas hominum motuſq; ferarum
Compoſuit.nigroq; polos inuoluit amictu
Illa quidem cunctis.ſed non tibi mitis adraſte
Labdacioq; duci.nam Tydea largus habebat
Perfuſum magna uirtutis imagine ſomnus.
Et iam noctiuagas inter deus armiger umbras
Deſuper arcadiæ fines.Nemeaq; rura
Tænareumq; cacumen:Apollineaſq; teramnas
Armorum tonitru fremit:& trepidantia corda
Implet amore ſui:comunt furor iraq; criſtas
Fræna miniſtrat eqs pauor armiger at uigil omni

Vltro:Bene qa illa ĩgenioſe noluerat:pu Vltro
tans ſe ultro uellet aut ultro: ultra accipi/
mus:ut Vir.& miſereſcimus ultro. Sub al
tus Conſiliis:profundus pater conſilio:ſi/
ue prouidus:ut Vir.arces qbus altus apol/
lo præſidet. Iſta quidem ſuperis:More ro
mano orationem de bello habiturus pri/
mum ſibi deos facit propicios. Epidauri/
us:Ciuitas in græcia.Vnde æſculapius fuiſ
ſe dicitur medicinæ artis inuentor:& bene
perito medico illius ciuitatis tribuit glori/
am:a q̃ inuẽtor artis ipſius dicitur ſumpſiſ
ſe principium. Nunc uelox ferro:Non ad
aſperitatem rettulit.ſed ad benefaciẽdum
uelocitate operis:dum aliquid reſecatur.
Principia irarum:ideſt orationis ſuæ liber
tatẽ uel quæ huic ab etheocle reſponſa fue
runt. Vbi maximus illi ſudor:Quos for/
tiores repperit apud quos tuta uirtute pu/
gnauerit queãdmodũ unũ ſeruaſſet mæo
niden q indicia thebanis acceptæ cladis ex
poneret. Tyriuſq; incẽditur exul:Inflam/
matur polynices referente Tydeo nimia
æmulatione uirtutis. Deuexo margine:ĩ
clinato in eam partem mũdi qua de cælo
in oceanũ mergitur.Tota enim poetica de
ſcriptio tranſlata:eſt de Homero.Ille enim
hanc ſcenam in neptũni deſcriptione depĩ
xit. Rapidis paſſibus:uelociter tranſeunti
bus. Accurrũt horæ:quaſi ſolis horæ ſint
comites præterea deſcriptionis iſtius con/
ſyderanda ẽ pictura:quemadmodũ diuer/
ſa diuerſis fingantur officiis. Meritos: Be
ne meritos:poſt laborem.ſ.fatigatos. Iu/
gales:equi ſolis dicuntur Xãthus & æthon Solis eq̃
quorum nomia ponit Martialis libro.viii. Xanthus
dicendo.qd cupidum titana tenes iam Xã/ Aethon
thus & æthus fræna nolunt.Ouidius uero
omnium quattuor equorum ſolis nomi/
na uerſibus ſuis demonſtrauit.dicens.Inte
rea uolucres pyrois eous & æthõ ſolis equi
quartuſq; phlegon hinnitibus auras flam/
miferis iplent pedibuſq; repagula poſcũt.

Nox ſubit alterna:Quippe creſcit umbra
noctis ut quidam uolunt aut ſubiit in cæ/
lum ut Virg.Vertitur in.c.&.r.o.n.Si ergo
oritur dies nox ruit cum occidit:nox ſur/
git:alterno ut ſurgant.alterno ut cadant.

Imagine:occupãt eum labores egregii.In
ſomnis enim uidebat ea quæ geſſerat The Terãnæ
ramnas.Ciuitatis nomen eſt in licya Apol
lini ſacra.nec a ſororis eius religione diſſẽ/
tiens ut ipſe alibi laſſata Theramnis. Pa/
uor armiger:ut qcqd ſonuiſſet populis eẽt
horrendum.Vrget.n.ſtimulis.q̃ſi fama ſit
martis auriga quæ oĩa rumore compleret.

Facta infecta loqui: Vir. tam ficti prauiq; tenax: quã nuncia ueri. Omnes ergo terrores circa martis currum fuiſſe poeta deſcribit: ut Virg. Iræq; inſidiæq; dei comitatus

**Aegeum mare**

agunt. Iniicit ægeo: Aegei fabula patris theſei & apud Vir. bene comperta ẽ. Ex cuius nomine quod ſe ꝓpter theſeũ in mare præcipitauerat: id pelagus ægeũ ſit appellatũ. Magniq; fidẽ teſtaris alumni: Hic enĩ præſtitit ut uentos illa cõtemneret & munere auxilii & fidei officio eſſet ſtabilis: cuius fabulæ notio apud Vir. manifeſta eſt.

Septima: Ex quo Tydeus reuerſus erat.

Perſeius heros: mos poetæ huius eſt frequenter eaſdẽ ꝑſonas nondũ cognitis ꝑnominibus innouare: ut nũc Adraſtum generis: Perſeus. n. argis regnauit. ut ipſe alibi. ꝑſeius alter in argos ſcinditur. Multa ſup bello generiſque tumentibus. Bene generis: Nam & Tydeus in uidictã ſui bellũ deſyderat & polynices ut recuperaret imperium ergo bellum deſyderant unus uictor. alter incenſus: ideo tumentibus. i. anhelantibus bellũ. Sacra mouere deũ. Tentare: audire auguria belli per uates cognoſcere. Lucanus fineſq; expromere rerũ ꝓprie. n. mouere ſacra dicunt ubi cœperit inchoari Lucanus ſacris tunc admouet aris. Sed mente uirens: hic prœtidas inſaniẽtes accitus a ꝓ

**Proetus**

theo ſenex purgauit. proetus igit abantis filius rex argiuorũ inimicam fœlicitatis ſuæ habuit fœcũditatem. Tres enim ſuſtulit filias: & ad tẽpus nuptiaꝝ uſq; perduxit: ſed incontinẽs uirginũ lingua infœlicitatis edidit cãs. hæ. n. ferunt ſolæ inter tẽplũ lunonis itraſſe: & ſe ꝓtuliſſe deæ. His rebus offenſa Iuno imiſit eis furorẽ: ut ſe uaccas putarẽt in iuuencas uertit puellas & cupiditatẽ intexit ſyluas petẽdi. credẽtes ſe formã iduxiſſe uaccaꝝ: Quod eo uſq; paſſæ ſunt: donec ꝓetus regni partẽ ſiqs eas ĩ priſtinũ ſtatũ mentis reſtituiſſet: propoſuit habitu

**Melãpus**

rũ: & ex his coniugẽ. a Melãpo ergo proetides ſunt inſania liberatæ: acceptamq; melampus unam ex uirginibus duxit uxorẽ & cõſors regni proeti fuit. & gener. hic Melampus hærbariæ artis peritiſſimus fuit. ut Virg. Amithaoniuſq; melampus. Aſſociat paſſus. i. didicit uaticinãdi ſcientiam & ẽ ſenſus dubium erat utrum Amphiarao an Melampo pronus Apollo magis eſſet: uel cuius ora potius ſatiaſſet ũda cyrrhæa. hoc aũt: quia nobilis uterq; diuinandiq; peritus. Minitãtia uena: Diuinãtia exta negauerãt bonũ excitũ fuiſſe belloꝝ. Audaci: uſqueadeo audax emerſerat altitudo: ut cælũ poſſet pulſare cacumine: & bene audaci quod propius cælo auſus eſſet inſurgere.

Fama ſono: uarios rerum ſuccincta tumultus
Ante uolat currum: flatuq; impulſa gementum
Alipedum trepidas denſo cum murmure plumas
Excutit: urget enim ſtimulis auriga cruentis
Facta infecta loqui. curruq; infeſtus ab alto
Terga comaſq; deæ ſcythica pater increpat haſta
Qualis ubi Aeolio demiſſos carcere uentos
Dux præ ſe Neptunnus agit. magnoq; uolantes
Iniicit ægeo: triſtis comitatus eunti
Circũ lora fremunt nymbiq; hyemeſq; profundæ
Nubilaq;. & uulſo terrarum. ſordida fundo
Tempeſtas. dubiæ motis radicibus obſtant
Cyclades. ipſa tua Mycone Gyaroq; reuelli
Dele times. magniq; fidem teſtaris alumni.
Septima iam nitidum terris aurora deiſq;
Purpureo uehit ore diem. Perſeius heros
Cum primum arcana ſenior ſeſe extulit aula
Multa ſuper bello generiſq; tumentibus amens
Incertuſq; animi daret armis iura nouoſq;
Gentibus incuteret ſtimulos an fræna teneret
Irarum: & motos capulis aſtringeret enſes
Hinc pacis tranquilla mouent atq; inde pudori
Fœda quies: flectiq; noua dulcedine pugnæ
Difficiles populi: dubio ſententia tandem
Sera placet. uatum mentes: ac prouida ueri
Sacra mouere deum. ſolers tibi cura futuri
Amphiarae datur. iuxtaq; Amythaone cretus
Iam ſenior. ſed mente uirens. phœboq; melampus
Aſſociat paſſus. dubium cui dexter apollo
Oraq; cyrrhæa ſaciarit largius unda
Principio fibris pecudumq; in ſanguine diuos
Explorant iam tum pauidis maculoſa bidentum
Corda negant. diraq; nephas minitantia uena
Ire tamen uacuoq; ſedet petere omina cælo.
Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo
Nomine Lernei memorant Apheſanta coloni
Gentibus argolicis olim ſacer: inde ferebant
Nubila ſuſpenſo celerem temeraſſe uolatu
Perſea cum raptos pueri perterrita mater
Proſpexit de rupe gradus: ac pene ſecuta eſt
Hunc gemini uates ſanctam candentis oliuæ
Fronde comam & niueis ornati tempora uittis
Euadunt pariter. madidos ubi lucidus agros

**Apheſãta**

Apheſanta: mons ẽ Tharſo cyliciæ: unde ſe perſeus emiſerat ad uolandũ: cũ ad extingnendã Gorgonẽ libyã peteret aphesanta nomẽ accepit. Temeraſſe uolatu. Violaſſe ut ſibi uĩdicaret: qđ homini natura nõ dederat. Ac pene ſecuta ẽ: Perſeũ danae mater & mire temperauit ſenſũ & ſollicitudinẽ caræ matris exꝓſſit. Cãdentis oliuæ: candidæ. Euadũt pariter: pariter aſcendũt.

Laxauit ſole pruinas: Sol incipiens aera frigidũ gelu diſſoluit. Ouid ius ſolq; pruinoſas radiis ſiccauerat hærbas. Pernicibus: Velocibus. Addere conſiliũ: Addere bene dixit. Non ē enim ipſius quod mouetur.

Cyrrha

Cyrrha: Cyrrha ꝓpe parnaſum ē quo in loco apollo futura prædicit. Chaonias ſonuiſſe. Vel epyraticas q̄rcus dicit. in qbus ſedentes colum bæ ſciſcitatoribus futura dicebant. Vir. atq; habitæ grais oracula quercus. Aridus hammon iuideat. Vt Iuuenalis Quicqd dixerit Aſtrologus credunt a fonte relatũ hãmonis. liber cũ ex india ueniēs in deſer ta & in extrema parte libyæ teneret̃: ac ſiti laboraret exercitus dicitur rogaſſe Iouē: ut ſe patrē probaret. Vnus ex harena ſubito aries apparuit quo duce liber aquã inuenit petiitq; Iouē: ut arietem in aſtra trãſſerret. in eo aũt loco: in quo aq̃ fluxit: tēplũ conſtituit: quod Iouis hãmonis dictũ eſt. Simulacrũ ãt eius adiectis cornibus arietinis confictũ ē: de quo tēplo poſtea dicunt̃ data eſſe oracula. Niliacumq; pecus: apin dicit taurũ lunatũ Iſidis: q̃ ægyptiis motu corporis ſui & quibuſdã ſignis futura prædicit: qui memphi naſcitur.

Ortus & algentes laxauit ſole pruinas.
Ac prior oiclides ſolita prece numen amicat
Iuppiter omnipotens: nam te pernicibus alis
Addere conſilium. uolucreſq; implere futuri
Ominaq; & cauſas cælo deferre latentes
Accipimus non cyrrha deum promiſerit antro
Certius aut frondes lucis quas fama moloſſis.
Caonias ſonuiſſe tibi: licet aridus Hammon
Inuideat. Lyciæq; parent contendere ſortes
Niliacumq; pecus: patrioq; æqualis honori
Brancus. & undoſæ qui ruſticus accolla Piſæ
Pana lycaonia nocturnum exaudit in umbra
Ditior ille animi cui tu dicteæ ſecundas
Impuleris manifeſtus aues. mirum unde: ſed olim
Hic honor alitibus: ſuperæ ſeu conditor aulæ
Sic dedit effuſum cahos in noua ſemina texens
Seu quia mutatæ noſtraq; ab origine uerſis
Corporibus ſubiere nothos. ſeu purior axis
Amotumq; nephas. & rarum inſiſtere terris
Vera docent. tibi ſumme ſator terræq; deumq;
Scire licet nos argolice primordia pugnæ
Venturumq; ſinas cælo prænoſſe laborem
Si datur: & duris ſedet hæc ſententia parcis
Soluere echionias Lernæa cuſpide portas
Signa feras. læuuſq; tones. tunc omnis in aſtris
Conſonet arcana uolucris bona murmura lingua

Bacchus
Aries
Hammõ

Branchuſ

Branchus: Brãchi meminit Terentianus de metris in omni branchiade phœbo cantaſſe Iouiq; paſtorem Branchum cum captus amore pudico fatidicas ſortes docuit depromere pœan. Branchus theſſalus fuit dilectus apollini: ut hyacinthus: quem acriter interfectum dolens tēplo & ſepulchro conſecrauit. illic branchiade apollo dicitur hic Zoamacon opiniõe metiodori ſigetici cõdidit ab æthiopia uſq; in libyam tria opima templa Traianus in æthiopia hoc ē terfulgentis. Quantum per ceram ardet inclinare ultimo libræ quod ſagittario clauditur ſigno eſſe hãmonis templum Iouis inter æthiopias. idi ſunt enim & qui pſeudo æthiopæ uocantur: ut libras ultimas eſſe ꝓpe Alexãdriã branchiadas q Iouē brãchũ colũt potētes & hæc deriuatio religionũ currere: quo iſthmiaq; in honorem neptunni aguntur. finguntur melicertia. Nam coſtat Melicertã ab æthiopæ rege ſuſceptum cũ boetiam nauigio Iſthmos delatus eēt. Nã & archemoriã ĩ honorē Iouis cælebrat̃ uolũt: credũt eñi qđ magnum fuerit Iouis ĩcrementũ. Pana lycaoniæ: Pan apud piſas ruſticos numine ſuo replere ſolet datque oracula qui impletur deo ergo neq; ille æquari poteſt o Iuppiter qui ĩ nocturna umbra audit pana: ideſt qui per ipſum nomen loquatur hominibus. Ditior ille animi. Diuerſa commemorat: & quis deus & quo in loco futura prædixerit. laus uero augurii eſt: quæ per reliquarum artium dominationem extollitur. Mirum: Vnde in errorem dicit̃ iſta admiratio cum inuocatione. Nã quaſi Virgilium: ſed non recto ordine ſequit̃: ait enim haud equidem credo quia ſit diuinitus illis. Hic honor alitibus: Rationem redditurus ē: unde conceſſũ ſit auibus futura prædicere. Quod Vir. quaſi philoſophus explicat epicurus hic quaſi platonicus. prima opinio ē ab Heſiodo futura prædicere: quia ſupernus orbis conditor cũ chaos figuraret in ſemina hãc illis poteſtatē cõceſſit: In noua autē ſemina: ut generatim oĩa ꝓcrearent: quæ corpora ut epicurei uolunt textu inani athomorũ: & mutant̃ ad originē uerſis corporibus hoc philoſophice. Aiunt. n. & abſint fieri animarũ in corpora ut lectum ē: ut Horatius. Nec te pythagoræ fallunt arcana renati. Primum. n. anima eius ĩ euphorbum migraſſe dicitur troiano prælio dum de clypeo ageret̃ danai depoſitione fixũ. Secũdo in pythagoræ. Tertio ĩ pauonis. Quarto in Homeri. Quinto ĩ Ennii poetæ. ergo aĩas in quo ſunt corpore eandē tenere ſapientiam. hæc autē ſecunda opinio eſt. Seu purior axis: Tertia opinio dicit aues ideo futura prædicere: qa in aere ſunt: & puriſſime uiuunt: exinde qa raro terris ĩſidunt q̄ ſunt nefaſtæ: ergo aues uera dicere illa res facit axis purior. Læuuſq; tones: ideſt bono omine confirmes auſpicia: qa optimum augurantibus ſignum eſt: ideſt ſi de ſiniſtra cæli tonuerit: Vt cæli de regione ſerena: intonuit læuũ: & per totum poeta: quaſi augurandi peritus expoſuit. dextra. n. parte in contrario. læua in bono. Virgil. ante ſiniſtra caua monuiſſet ab Ilice cornix. Soluere echionias lernæa cuſpide portas. Soluere. In excidium deducere. Echionias: thebanas. Lernæa cuſpide: Argolico ferro.

melicerta
Pan
Pythagoræ anima
Ennis

Necte moras:hoc ē ne ad thebanos cogamur ire incaſſū. Dextriſq; alitibus:Quia de cælo ueniētibus a
Auſpicia dextra parte auibus auguria mala ſūt. Caligine mūdi:qcqd hoibus nō patet:ſolus uidebat.Intētionē in
credibilē deſcribit.Nā obtutu uno fixi oculi nō dubitationē caligāt. Nō me ſub excelſo:Ordo.nō ne ui/
des amphiarae ſub ex celſo limite cæli ſpirātes curſus aut uentorū.dixit autem ſtellarū curſus.i.uolatus.
Vir.Quo curſu deſerta petiuerit:Serenos autē proſperos dixit. Liquido:ornato uolatu pendeat. Plan/
xerit:quodam ſtridore hululatū dederit.uides ergo:ut nulla auis placatū ſonitum dederit planxerit ergo
cum ſtridore ſonuerit:ut littora plāxerūt.

Si prohibes:hic necte moras dextriſq; ꝓfundum
Alitibus prætexe diem.ſic fatus.& alto
Membra locat ſcopulo:tunc plura ignotaq; iungit
Numina:& immenſi fruitur caligine mundi
Poſtq̄ rite diu partiti ſydera cunctis
Perlegere animis oculiſq; ſequacibus auras
Tunc Amynthonius longo poſt tempore uates
Non me ſub excelſo ſpirantis limite cæli
Amphiarae uides.curſus ut nulla ſerenos
Ales agat? liquidoq; polum complexa meatu
Pendeat? aut fugiens placabile planxerit omen:
Non comes obſcurus tripodū non fulminis ardēs
Vector adeſt:flauæq; ſonans auis unca mineruæ
Non uenit auguriis melior q̄ uultur & altis
Deſuper accipitres exultauere rapinis
Monſtra uolant.diræ ſtrident in nube uolucres
Nocturnæq; gemunt ſtriges.& feralia bubo
Dāna canens.quæ prima deū portēta ſequemur?
His ne dari tymbreæ polum? ſimul ora recuruo
Vngue ſecant.rabidæ planctūq; īmitantibus alis
Exagitant zephyros & plumea pectora cedunt.
Ille ſub hæc equidem uarii pater omina phœbi
Sæpe tuli.iam tunc prima cum pube uirentem
Semideos inter pinus me Theſſala reges
Duceret.hic caſus terræq; mariſq; canentem
Obſtupuere duces.nec me uentura locuto
Sæpius indubiis auditus Iaſone Mopſus.
Sed ſimiles non ante metus aut aſtra notaui

Nō comes obſcurus tripodū Coruū dicit
Coruus qui in tutela eſt apollinis.cur autē coruus
apollini ſit dicatus hæc fabula ē Apollo cū
Coronis coronidē grauidā feciſſet:coruū ei cuſtodē
appoſuit: nequis ad eā occulte temerator
accederet:cū hac Lycus occulte concubuit:
quē Iuppiter fulmine extinxit.ipſā coroni/
dē apollo ſagittis occidit:cuius mortuæ ex
Aeſcula ecto utero æſculapium ꝓduxit in lucē.Vn
pius de Vir.fulmine pœnigenā ſtygias detruſit
ad undas.i.per pœnā matris natū. Coruū
aūt ex albo nigrū fecit.unde lac album Ho
me. dicit aut in calice aut in alio uitreo ua
ſe miſſū in ſole umbrā nō facere. Vnde lac
digeſtū dicit.ait.n.

Auis unca mineruæ:huius alitis talis ē fa
Nycteus bula.Nycteus æthiopū Rex fœlix ſi nunq̄
Nycteme pater fuiſſet:filiā habuit Nyctæā nomie:q̄
ne cū ſcelerato amore patrē diligeret: amorē
ſuū nutrici cōfeſſa ē. Infandūq; petiuit au/
xiliū ea cū mentita eēt domio ſuo Nycteo
a quadā illū extranea diligi uirgine īpetra/
uit:ut filiæ ſuæ imprudēs uteret amplexi
bus.Sero illi cognitū facinus ſtatuit uidica
re.Quapp agnitam inter ipſos amplexus
filiā cū uoluiſſet extinguere.illa mineruæ ī
plorauit auxiliū:cuius protectione pericu/
lo ē erepta:uerſaq; in auem: q̄ conſcientia
commiſſi facinoris diei fugit aſpectū & mi
neruæ tutelæ dicata ē.Alii dicunt filiā prœ
ti fuiſſe:patriſq; uim timērē aufugiſſe:quā
Noctua minerua mutauit in noctuā. Nō uenit au
Vultur guriis melior q̄ uultur.i.uultur q ſolet bōa
omina augurātibus ferre.Cuius auis auſpi
cio fundata dicit roma:qđ Lucanus non p̄
teriēs tetigit dicēs.Vulturis ut primū læuo
fundata uolatu. Feralia bubo:Cū filiā ſuā
ceres raptā a dite cōperiſſet cōqueſta a Ioue
īpetrauit:ut ei filia rederet:ita tamē ſi nihil apud inferos guſtauiſſet:& cū ī eo fuiſſet ut matrē filia ſeque
ret:Aſcalaphus q apud inferos erat.dixit ꝓſerpinā e pomario ditis e malo punico guſtauiſſe tria grana.
Aſcala/ Indignata ceres conuertit Aſcalaphū ī bubonē.de ꝓſerpina uero ſic ficta fabula eſt.Cæterū tenore philo
phus ſophiæ diuina aīa eſſe ſignat:quæ incidēs naturæ nefariæ cogitationes & polluens neceſſitate hæſit tan
ta infernali hoc mūdo prælibās dira ui:Qua eius fruge.i.cruētis epulis.buboni aūt tale ſtudium non tā
fabula q̄ natura præſcripſit quā ſit ferale bubonis auguriū teſtis ē poeta Vir.ferali carmine bubo. Varii
pater omina phœbi:Sæpe inqt uaria omina ſunt phœbi ex quo omine īter reges ſemideos pinus duxit
theſſala.Dicit autē ex illo tēpore quo cū argonautis Iaſon colchos petii. Semideos reges ait:qa filii regū
Argo oēs fuerunt q in illa naui impoſiti ſunt.Theſſala aūt pinus Argo:quæ in pelio monte theſſaliæ fabricata
ē.peliæ igit neptunni filio a ſortibus præceptū erat:cū neptūno ſacrificaret:& aliquis nudo pede ſuperue
niſſet tūc ei mortē appropinquare.Is ergo cū annua ſacra neptūno faceret.Iaſon æſonis filius cum ueniſ
ſet ad flumē in limo unū ei calciamentum adhæſit.Ille ut celerius ueniret: neglexit:cū ſuperueniret ſacri
ficio pelias aſpexit:& memor ſortiū:iuſſit eū arietis pellē inauratam a colchis petere a rege aeeta:qui con
Iaſon uocata græcorū nobiliū iuuentute colchos ꝓfectus eſt. Auditus Iaſone mopſus:Mopſus apollinis & hi
Pelias mantis filius amiticia Iaſoni fida cōiunctus diuinādi pitus.Ait ergo nunc Melampus non plus me audi/
Mopſus tus ē Mopſus imminentibus cladibus cū ego futura prædicerem.In tantū enim magnus fuit Mopſus
in augurādi peritia:ut poſt mortē ei templa dicata ſint a quorū adytis ſæpe homines reſponſa accipiunt:.

Quanq̄ & maiora parantur:ideſt maiora uideo q̄ timemus.Lucanus.Sed uenięt maiora metu. Strymonia:Strymon fluuius eſt thraciæ.eſt aūt in ſeptētrione:ut Strymoniæ dant ſigna grues. Clæmentia nili:quia ibi nūq̄ frigus eſt:ut Lucanus.Nunq̄ fugiente roſa. Hac rere in imagine thebas:in hac imagine eſſe fingunt.Reddit cauſas cur pro thebis accipi debeant cygni:quia ut thebāi muris illi ſe gyro uallabāt. Stymon
Armigeras:ſignificat aquilas quæ in tutela Iouis erant. Concipe reges:finge has inquit tibi argiuoꝝ reges:quia ſeptē reges cōtra thebas conſpirauerunt. Niuei gregis:Cygnoꝝ ſcilicet. Et plumis ſtillare dīē: quia excuſſæ in congreſſu plumæ mixtæ ſanguine ex aere cadunt:ut Vir. Tūc cruor euulſæ labuntur ab æthere pēnæ. Subita face ſolis inarſit:omnes aquilæ quas ꝑ ſeptem ducibus iterpretantur:eo genere perituræ ſunt:ut ipſos duces exiciū māet: ut docebimus. Capaneus fulmine: ideo dixit.inarſit face:ꝗ auſus ſit dei contemptu arma tollere:& cum in altū tollitur contra fas fulminatus decidit:ut Vir.inſuetum ꝑ iter gelidas enauit ad arctos. Illum ueſtigia adortū:parthenopeū ſignificat:q pueri li ætate maiora uiribus ſuis tentādo cōfoſſus eſt. Hic hoſti implicitus:Polynicem ſignificat:qui fratri morięti implicitus fuit.
Hunc fuga retro: Adraſtū dicit:qui ſolus euaſit:ut Vir.& adraſti pallentis imago.i.timore fugientis. Hic nymbo glomeratus obit:Hippomedōtē ſignificat fluminis periturū eſſe uertigine. Hic præpete uiua Tydeū dicit:qui interfectoris ſui Menalippi oblato ſibi capite cerebrū eius dū moreretur abſorbuit. Terror habet uates:q nō tantum uidiſſe ſe crederent:ſed fuiſſe perpeſſos. Piget:eos exauditos fuiſſe: quos utiq̧ pigere debuiſſet ſi eos auguria fefelliſſent:Sed quia mala cōpererant piget rupiſſe uolantum cōcilia. Quid furtim lachrymas.Amphiaraus Melampo dicit:qd flæs: quia me uides morituꝝ:augurio candentis cygni mihi finem uitæ portendere ego cognoſco.Notādū ꝗ uocatiuū Melāpu dixit. Auditiq̧:declamatio e contrario Lucanus.Cur hanc tibi rector olympi ſollicitis uiſum mortalibus addere cura. Vnde iſte per orbem.diaphœreſis poetica.Quærit enim unde prius hoibus ſtudiū augurādi:uel uaticinandi uenerit. Eruimus quæ prima dies.i.de ſecretis elicimus: quæ dies mundi aut natalis:aut finis ſit. Quid bonius ille:ſecundū mathematicos.apđ quos dicit Cælopeus. Aſtrorūq̧ uices:matheſeos ubi ſit lūa uel quo ſigno uel q̄ aſtra ſignificēt. Nūerataq̧ ſe.lu.ſi ſemina pp ſpumā magnæ artis.ſi ſemita pp obliquū circulū:quē curſus exercet: nūerata autē qa p nūeꝝ dieꝝ flāmaꝝ ſuaꝝ argumēta detrimētaq̧ recipit. Theſſalicūq̧ nefas:artē magnā dicit.q̄ cadauera cogit futura p̄dicere.
Ac nō pri.au.il.nō utēti qa aureo ſæculo fuerūt.ſicut Vir.genſq̧ uiꝝ trūcis & duro robore nata:ad hæc ſaturnū expulſū aureis ſæculis p̄fuiſſe:ut ē aurea q̄ ut ꝑhibēt illo ſub rege fuere ſæcula. Scopuliſq̧ ſatæ:huius fabulæ qđ argumētū ſit accipe:Iup.cū uideret humanū genus relicta īnocētia uiciis ſe dediſſe emēdaturus publica mortalitatis peſte ēt ꝑiculo naturæ diluuii effuſione imbriū terras operuit.Atq̧ ita uniuerſū genus hominū deleuit.cōi ruina habuit reuerētiā pietas.

Prodigioſa magis.q̄q̄ maiora parantur.
Huc aduerte animum clara regione profundi
Aetheris innumeri ſtatuerunt agmina cygni
Siue hos ſtrymonia boreas eiecit ab arcto
Seu fœcunda refert placidi clæmentia Nili
Fixerunt curſus.hac rere imagine thebas
Nam ſeſe immoti gyro atq̧ in pace ſilentes.
Ceu muris ualloq̧ tenent:ſed fortior ecce
Aduentant per inane cohors:ſeptem ordine fuluo
Armigeras ſummi Iouis exultante caterua
Intuor:inachii ſint hi tibi(concipe)reges
Inuaſere globum niuei gregis.uncaq̧ pandunt
Cædibus ora nouis. & ſtrictis unguibus inſtant.
Cernis inexperto rorantes ſanguine uentos
Et plumis ſtillare diem? quam ſæua repente
Victores agitat letho Iouis ira ſiniſtri?
Hic excelſa petens ſubita face ſolis inarſit
Summiſitq̧ animos.illum ueſtigia adortum
Maiorum uolucrum teneræ deponitis alæ
Hic hoſti implicitus pariter ruit.hunc fuga retro
Voluit agens ſociæ linquentem fata cateruæ
Hic nymbo glomeratus obit.hic præpete uiua
Paſcitur immoriens.ſpargit caua nubila ſanguis
Quid furtī lachrymas? illum uenerande melāpu
Qui cadit agnoſco:trepidos ſic mole futuri
Cunctaq̧ iam rerum certa ſub imagine paſſos
Terror habet uates.piget irrupiſſe uolantum
Concilia:& cælo mentem inſertaſſe uetanti
Auditiq̧ odere deos.unde iſte per orbem
Primus uenturi miſeris animantibus æger
Creuit amor? diuum ne feras hoc munus:an ipſi
Gens auida & parto non unq̄ ſtare quieti.
Eruimus quæ prima dies:ubi terminus æui
Quid bonus ille deum genitor.quid ferrea Cloto
Cogitat.hinc fibræ.& uolucrum per nubila ſermo
Aſtrorumq̧ uices:numerataq̧ ſemita lunæ
Theſſalicumq̧ nephas:ac non prior aureus ille
Sanguis auum ſcopuliſq̧ ſatæ:uel robore gentes

Mentibus hoc auſæ:ſyluas amor unus humumq;
Edomuiſſe manu. quid craſtina uolueret ætas
Scire nephas homini: nos paruū:& debile uulgus
Scrutati penitus ſuperos:hinc pallor & iræ
Hinc ſcelus inſidiæq; & nulla modeſtia uoti.
Ergo manu uittas:damnataq; uertice ſerta
Deripit abiectaq; inhonorus fronde ſacerdos
Inuiſo de monte redit:iam bella tubæq;
Cōminus. abſenteſq; fremunt ſub pectore Thebæ.
Ille nec aſpectum uulgi nec fida tyranni
Colloquia aut cœtus procerum perferre:ſed atra
Sede tegi. & ſuperum clauſus negat acta fateri
Te pudor & curæ retinent per rura Melampu.
Biſſeno premit ora die. populumq; duceſq;
Extrahit in certis:& iam ſuprema tonantis
Iuſſa premunt. agroſq; uiris annoſaq; uaſtant
Oppida. bellipotens præ ſe deus agmina paſſim
Mille rapit. liquere domos:dilectaq; læti
Connubia. & primo plorantes limine natos
Tantus in attonitos cecidit deus. arma paternis
Poſtibus & fixos ſuperum ad penetralia currus
Vellere amor. tunc feſſa putri rubigine tela
Hærenteſq; ſitu gladios in ſæua recuruant
Vulnera. & attrito cogunt iuueneſcere ſaxo
Hi teretes galeas magnorumq; ærea ſuta
Thoracum & tunicas chalybum ſqualore crepātes
Pectoribus aptare ſuis cortynia lentant
Cornua. iam falces auidis & aratra caminis
Raſtraq; & in curui ſæuum rubuere ligones
Cedere nec ualidas:ſanctis e ſtirpibus haſtas
Nec pudor emerito clypeum ueſtiſſe iuuenco
Irrupere argos:mœſtiq; ad limina regis
Bella animis:bella ore fremunt:it clamor ad auras
Q uantus tyrrheni gemitus ſalis:aut ſibi tentat
Enceladus mutare latus:procul igneus antris
Mons tonat. exundant apices. fluctuſq; Pelorus
Contrahit. & ſperat tellus abrupta reuerti
Atq; hic ingenti Capaneus mauortis amore
Excitus:& longam pridem indignantia pacem
Corda tumens (huic ampla qdē de ſanguine pri/
Nobilitas:ſed enī ipſe māu prægreſſus auoꝝ (ſco
Facta:diu tuto ſuperum contemptor. & æqui
Impatiens larguſq; animæ modo ſuaſerit ira)
Vnus ut ex ſyluis Pholoes habitator opacæ

Deucalion nāq; & Pyrrha fratres idemque
coniuges cum illibata ſanitate meruiſſent
numinum miſericordiā nauicula uecti del
phis impoſiti ſunt ibiq; theis quæ oraculo
præerat:audierunt reſponſum: Ita poſſe re
parari humanū genus ſi oſſa matris poſt
terga iactarēt. Obſcura ueritas errore fuit
uſq; dū prudētia melior oraculo fieret. In/
Terra mater — tellexerūt enim matrem terrā ſignificare:
quippe rerū omniū genitricē. Oſſa uero la
pides eius. Vnde Virgilius. deucaliō uacuū
lapides iactauit in orbē. Itaq; ſaxa poſt ter/
ga iacta ſunt. mirūq; dictu homines nati:
atq; ſolitudinem orbis repleuit ingenium
& pietas. diluuium uero hoc quod dicitur
falſiſſimū eſt. Nāq; uſq; nunc durat & mū
dus omnis tectus eſt undis. fama cathaclyſ
mi inanis eſt:nec fieri potuit:ſed myſtice p
fabulam figuratū ē:quia dixit genus mor/
talium uitia atq; ignauia inuaſit: dicit autē
antiquis iſtam requirendi curā penitus nō
fuiſſe. Robore gentes. Virgilius. genſq; ui
rum trūcis & duro robore nati. Quid cra
ſtina uolueret ætas. Horatius. Quid ſit fu/
turum cras fuge quærere. Et nulla mode/
ſtia uoti:qa illicita ſemp optamus. Dam/
nataq; uertice ſerta:abſoluta. Vir. dānabis:
tu quoq; uotis:ideſt perſolues. Sub pecto
re thebæ:quæ futura ſunt aliis p̄ſentia ſūt
ſacerdoti. Te pudor & curæ:erat enī & au
gur & medicus. ut Vir. Amithaōiuſq; me/
lampus. Animoſaq; uaſtant. i. q̄ iuſſa ſunt
implere feſtināt cupiditate pugnādi. Tūc
feſſa putri rubigine:hic Lucāus & ſcabros
nigræ morſu rubiginis enſes. Pectoribus
ap. ut Vir. ſimul aptat habēdo enſemq; cly
peūq; & rubræ cornua criſtæ. Cortynia
Crœtenſia:ut Luca. cortynis harūdo tendi
tur in ſcænam. Rubuere ligones:naturā
ignis expreſſit:qui facit ferrum rubeſcere.
Sāctis e ſtirpibus:hic nō pudebat illos de
ſacris lucis. p̄fixiſſe lanceis haſtilia: ut Vir.
Sed ſtirpē nullo diſcrimine ſacrū. Contra/
hit tanta ſaxa de uertice. Ab encheládo uo
lui. dicit ut mare fieri poſſit anguſtū:quod
Italia Sicilia — Italiā a ſicilia ſeparat:ut Lucāus: ne ruptos
repetāt cōfinia mōtes. Nā oli ut dicit Salu.
Italiā ſiciliæ iūctā fuiſſe: ſed mediū ſpatiū:
aut pp hūilitatē abruptū ē. aut pp anguſtiā
ſciſſum:aut dū curuū ſit facit natura mol/
lioris Italiæ ī quā altitudo & aſpitas ſiciliæ
æſtū relidat. Et æq ipa. q iccirco tutus fue/
rit q ei ſupmus dies ſeruabat ī thebas. Lar
guſq; aīæ:ut Hora. Aīæq; ꝓdigū paulum.
Modo ſuaſerit ira:qd ſi iratus eſſe poſſet
uitam ſumma fœlicitate contemneret. Vt
Virgilius. eſt hic eſt animus lucis contem/
ptor. Habitator opacæ: Vtiq; centaurus.
Virgilius ceu duo nubigenæ cum uertice
montis ab alto deſcendunt centauri. Pho/
Pholoe — loe mons Theſſaliæ. Talis ergo erat:quales gigantes aliquando fuerunt magnitudinem eius ex giganti/
bus comparauit. ut Cyclopibus de locis quibus fuerunt notans. ut Virgilius. Cernimus æteas.

Inter & ætneos æquus conſurgere fratres
Ante fores ubi turba ducum uulgiqꝫ frementis
Amphiarae tuas:quæ tanta ignauia clamat
Inachidæ? uoſqꝫ o ſocio de ſanguine Achiui
Vnius(heu pudeat)phæbeia ad limina ciuis
Tot ferro accinctæ gentes:animiſqꝫ paratæ
Pendemus? non ſi ipſe cauo ſub uertice Cyrrhæ
Quiſquis is eſt.timidis famæqꝫ ita uiſus Apollo
Mugiat inſano penitus ſecluſus in antro
Expectare queam.dum pallida uirgo tremendas
Nunciet ambages:uirtus mihi numen & enſis
Quem teneo.iāqꝫ huc timida cū fronde ſacerdos
Exeat aut hodie uolucrum quæ tanta poteſtas
Experiar.lætum fremit.aſſenſuqꝫ furentem
Implet Achæa manus.tādem prorumpit adactus
Oeclides.alio curarum agitante tumultu
Non equidem effreno iuuenis clamore prophani
Ductorumqꝫ metu licet hic inſana minetur
Elicior tenebris.alio mihi debita fato
Summa dies:uetitumqꝫ dari mortalibus armis
Sed me ueſter amor:nimiuſqꝫ arcana profari
Phœbus agit.uobis uentura atqꝫ omne ꝙ ultra eſt
Pandere mœſtus eo.nam te ueſane moueri
Ante nefas uniqꝫ ſilet tibi noſter Apollo.
Quo miſeri fatis ſuperiſqꝫ obſtantibus arma
Quo rapitis quæ uos furiarum uerbera cæcos
Exagitant adeo ne animarum tedet & Argos
Exoſi nil dulce domi.nulla omina curæ.
Quid me Perſei ſecreta ad culmina montis
Ire gradu trepido.ſuperoſqꝫ irrumpere cætus
Egiſtis.potui pariter neſcire.quis armis
Caſus.ubi atra dies quæ fati exordia cunctis
Quæ mihi conſulti teſtor penetralia mundi
Et uolucrum affatus.& te tymbreæ uocanti
Non alias tam ſæua mihi quæ ſigna futuri
Pertulerim.uidi ingentis portenta ruinæ.
Vidi hominum diuūqꝫ metus hilarēqꝫ Megæram
Et lacheſim putri uacuantem ſæcula penſo
Proiicite arma manu∞.deus ecce furētibus obſtat
Ecce deus.miſeri quid pulchrum ſanguine uicto
Aoniam.diri ſaturare noualia Cadmi?
Sed quid uana cano quid fixos arceo caſus?
Ibimus hic preſſo gemuit ſimul ore ſacerdos
Illum iterum Capaneus tuus o furor augur & uni
Iſta tibi.ut ſerues uacuos inglorius argos
Et tua nonnunꝗ tyrrhenus tempora circum

Ignauia clamat: Virgilius. Quæ tanta animis ignauia uenit. Vnius:ſecurus auctoritatem Virgilii dactilum poſuit. Vt unius ob noxam. Inſano penitus ſecluſus in antro. Vt eſt horrendas cāit ambages antroque remugit. Mihi numen & enſis: totum hoc ex Virgiliana ſede de capaneo ponit. Ait enim ille.dextra mihi deus & telū quod miſſile libro. Quæ tanta poteſtas: Quæ ille præſtatur:ut futura cognoſcat.

Amphiaraus

Oeclides:Amphiaraum Oeclei filiū dicit. Non equidem effræno:non me timor aut terror furioſi iuuenis de ſecreto ait ac publice:ſed amor ciuium & cura reipublicæ.Ordo talis.non elicior tenebris dictoꝝ metu:& iuuenis profani effræno clamore commotus. Alia mihi debita fato: iā cœpit pericula ſua ꝓmere ab exitu ſuo inchoans:quoniam ter ſe cognouerat periturū.

Aphesanta

Dari mortalibus armis:ideſt pro me occumbere:ac pro hoc non timebo capanei iram:quia ei nō me licet occidere. Quod ultra eſt:quia futurum eſt quod ultra præſens tempus eſt. Omina curæ:non timoris ſunt:ut deorum reſponſa:quia improſpera ſunt. Quid me perſei: Apheſantem ſignificat montem in quo auguria captauerat.de hoc enim perſeus primum uolauit: quando ad caput Gorgonis auferendū ꝑfectus eſt.dicit ergo nunc Amphiaraus ſi hoc facturi eratis:qđ furor ſuadet: cur me augurandi cauſa ſollicite miſiſtis ad montem? Conſulti:quæ oracula petenda conſului. Vidi hominum. manifeſtos .i. metus. Diuumqꝫ:hoc autem propter Venerem aut Iunonem:quarum altera thebāis: altera timebatur argiuis.aut omnium: qa Capaneus animos erat elaturus in cælum. Vt Lucanus.Hi lacus atqꝫ Helenæ timuiſſe deos. Penſo:ideſt ſtaminū fata rumpentem:ut Lucanus.Laſſant rumpentes ſtamina parcæ. Deus:ideſt phœbus qui incenſus nobis ardorem belli opponit auguriū.

Noualia

Noualia cadmi:thebanos campos ſignificat:quibus olim ſeminante Cadmo dētes draconis ſeges nata eſt armatorū. proprie ergo dixit.noualia arborum loca quæ annis ſingulis ſeruantur ad ſemina iacienda. Virgilius.Impius hæc tā culta noualia miles habebit. Ibimus:ideſt in bellum mire hoc uult futurorum neceſſitatem compleri:ne quid furori ſuo capaneus aſſignet.

Et uni tibi:iſta quæ prædicis tibi ſoli cōtingāt:ut Virgilius.capiti cane talia demēs dardanio. Et tua nonnūquam: tubarum ſonitus irrumpat clangor legatus ad hoſtes repete regnum Polynicis.

Clangor eat. quid uota uirum meliora moraris?
Scilicet ut uanis auibus natoq; domoq;
Et thalamis potiare iacens: ſileamus inulti
Tydeos egregii perfoſſum pectus & arma
Fœderis abrupti? quod ſi bella effera graios
Ferre uetas. Iſydonios legatus ad hoſtes
Hæc pacē tibi ſerta dabūt. tua prorſus inani
Verba polo cauſas: obſtruſaq; ſemina rerum
Eliciunt. miſeret ſuperum ſi carmina curæ
Humanæque preces: quid inertia pectora terres?
Primus in orbe deos fecit timor: & tibi tuto
Nunc eat iſte furor. ſed prima ad claſſica cum iā
Hoſtilem hiſmenon galeis dircemque bibemus
Ne mihi tunc moneo lituos: atque arma uolenti
Obuius ire pares. uentis aut alite uiſa
Bellorum proferre diem. procul hæc tibi mollis
Infula. terrificique aberit clæmentia phœbi
Illic augur ero. & mecum quicunque parati
Inſanire manu. rurſus fragor intonat ingens:
Hortantum. & uaſto ſubter uolat aſtra tumultu
Vt rapidus torrens animos cui uerna miniſtrant
Flamina: & exuti concreto frigore colles
Cum uagus in campos fruſtra prohibentibus exit
Obicibus: reſonant permixto turbine tecta
Arua: armenta: uiri: donec ſtetit improbus alto
Colle minor magnoque inuenit aggere ripas
Hæc alterna ducum nox interfuſa diremit
At gemitus argia uiri non amplius æquo
Corde ferens. ſociumq; animo miſerata dolorem
Sicut erat laceris pridem turbata capillis.
Et fletu ſignata genas ad celſa uerendi
Ibat tecta patris: paruumq; ſub ubere caro
Theſſandrum portabat auo: iam nocte ſuprema
Ante nouos ortus ubi ſola ſuperſtite plauſtro
Arctos ad oceanum fugientibus inuidet aſtris.
Vtq; fores iniit: magnoq; affuſa parenti:
Cur tua cū lachrymis mœſto ſine coniuge ſupplex

Hæc pacem ſerta: quaſi magnum ſignificet ſerta quæ amphiaraus gerebat in capite. Obſtruſaq; ſemina reꝝ: ut ſacrilegus dicit: qa q̄cūq; eueniunt mūdi uertigine nō numinū diſpoſitiōibus fiunt. Eliciūt: Re uera quicquid loqueris fatū eſt: aut tuo arbitrio fata diſponis. Miſeret ſuperum: totum hoc ſecundū Epicurum dicit poeta. Ait Lucretius. Omnis enim diuum pro ſe natura neceſſe eſt. Immortale qui dem uotū prece ſumma fruatur. Semota a noſtris rebus diſiunctaq; longe. Nec bene pro meritis capitur: nec tangit̃ ira: ut Virgilius. Scilicet his ſuperis labor eſt: ea cura quietos ſollicitat. miſeri inquit dii ſunt: ſi cuius precibus mouentur ad prædicenda futura mortalibus. Primus in orbe deos fecit timor. Negat deos ulla alia re cælebrari niſi timore mortalium: ut Lucanus. Quæ finxere timēt. & Petronius arbiter iſtū ſecutus primus in orbe deos fecit timor. Sic & mintanor muſicus deum doloris: quæ prima cō punctio humani. finxit generis. Galeis: poculum enim militis galea eſt: ut Lucāus. Concitus ira excuſſit galeā ſuffecitq; oībus unda. Ventiſq;: quia ſolent augures uentorum flatibus futura agnoſcere. Proferre diem: Dilationem bello dare. ut Terentius Saltem aliquot ad proferendū proficiſcar dies. Inſanire manu: furere manibus bellare: non ut uaticinatiōibus furis. Fragor: populi clamor hortantis: ut capanei ſententiam ſequeretur. Sic Lucanus elataſq; alte quæcunq; ad bella uocaret: promiſere manus. Flamina: nam fauonii flatu ſolitæ niues addunt fluminibus incrementa. ut Lucanus. Aut nunc ſole niues. nunc imbre ſolutæ præcipitant. Concreto frigore: diffinitio niuis. Quid eſt nix? concretū frigus.

Deorum natura

Petrōius

Nō amplius æquo corde ferēs: ideſt ulterius æquo corde mariti gemitus ferre nō potuit Argia caſtitatis affectione & amoris deuinctione. Et fletu ſignata genas. Nam quædam aui apparet lachrymaꝝ in plangentis facie & e mœſtorū uultibus orbitā ſuam triſticiā derelinquit. Paruūq; ſub ubere caro. Virg. Paruūq; nepotem ipſe trahit.

Theſſandrus Stelenus

Theſſandrum: hinc eſt theſſandrus Stelenuſq; duces polynicis & capanei filii. Iam nocte ſuprema. i. in fine conſtituta cū explicatur. Ante nouos ortus: ideſt ante aduentum diei. Ad Oceanū: quia arctos Oceano nō immergitur poſitione uerſus ſpheræ. Sed fabulas quæ inſcriptione ſunt ficte a græcis contra uerū propoſitum differamus.

Calyſto

Calyſtonē Lycaonis Archadiæ regis filiam in comitatu Dianæ Iuppiter cum uidiſſet: in amorem eius incidit: nactuſq; a reliqis ſegregatam nymphis i Dianā mutatus: ſeductāq; compreſſit: & grauidā fecit. Cuius cū crimē creſcēs uterus ꝓderet: indignata Diana comitatu ſuo eā reppulit: q̄ exactis decē mēſibus enixa ē puulū: q arcus cognominatus ē. Indignata Iuno qđ pellex ſua ex Ioue ēt mater eēt. Calyſtonē uertit i urſam. Cuius filius arcas cum eſſet in adultam perductus ætatē: imprudens in matrem incidit: urſamq; credēs miſſo tælo eam perimere uoluit. nō ſuſtinens Iuppiter ignorantē parricidium perpetrare: ſtatim eos inter ſydera rettulit. Ille arcturus & alias arctophylax uocatur. Illa αρκτωσ. arctos. Latine ſeptentrio maior appellatur.

Thetys uno

Quod ſignum loco non mouetur: neque mergitur. Thetys enim uxor oceani nutrix Iunonis fuit: q̄ propter effectum nutritæ eam prohibet in oceanum cadere: ut Virgi. Arctos oceani metuētes æquore tingi.

Limina nocte petam:ceſſem licet ipſa profari.
Scis genitor.ſed iura deum genitalia teſtor
Teq; pater.non ille iubet ſed peruigil angor
Ex quo primus hymen. mouitq; ĩfauſta ſiniſtram
Iuno facem:ſẽper lachrymis gemituq; propinquo
Exturbata quies.non ſi mihi tirgridis horror
Aequoreæq; ſuper rigeant præcordia cautes
Ferre queam.tu ſolus opem tu ſumma medendi
Iura tenes.da bella pater:generiq; tacentis
Aſpice res humiles.atq; hanc pater aſpice prolem
Exulis.huic olim generis pudor obuia prima
Hoſpitia.& iunctæ teſtato numine dextræ
Hic certe eſt quem fata dabant.quem dixit Apollo
Non egomet tacitos Veneris furata calores
Culpatamue facem.tua iuſſa uerenda:tuoſq;
Dilexi monitus.nunc qua feritate dolentis
Deſpiciam quæſtus.neſcis pater optime neſcis
Q uantus amor cauſæ miſero nupſiſſe marito
Et nunc mœſta quidem graue & illætabile munus
Vt timeam doleamq; rogo.ſed cum oſcula rũpet
Mœſta dies:cum rauca dabunt abeuntibus armis
Signa tubæ ſæuoq; genas fulgebitis auro
Hei mihi care pater iterum fortaſſe rogabo
Illius humenti carpens pater oſcula uultu
Non equidem has unq̃ culparim nata querelas:
Pone metus. laudanda rogas:nec digna negari
Sed mihi multa dei(nec tu ſperare quod urges
Deſine)multa metus:regniq; uolubile pondus
Subiiciunt animo.ueniet.qui debitus iſtis
Nata modus nec te in caſſum fleuiſſe quereris
Tu ſolare uirum.neu ſint diſpendia iuſtæ
Dura moræ. magnos cunctamur nata paratus
Proficitur bello dicentem talia naſcens
Lux mouet.ingenteſq; iubent aſſurgere curæ.

MOx ſeptẽ bellõa uiros ĩp̃lia cogit (ſtus
Prĩusinit bellũ mœſtus lõgæuus adra
Itq; gener fulgẽs p̃riis dyrceus ĩ armis
Inde ferox aĩ tydeus:iã ſæuit in hoſtes
Herculeã hippõedõ pubẽ mouet ĩcly
Et capãeus atrox thebas excidere q̃rit (tus armis
Amphiaraum prodit coniunx iam perfida uatem
Parthenopeus init trepida genitrice maniplos.
At contra Etheocles thebanos inſtruit omnes
Nec non Tyrrheſias infernas conſulit umbras
Argiuiſq; ſitim Bacchus molitur:& æſtus.
Hiſiphyle monſtrat lymphas Langia perennes.

Limina nocte petam:ĩtelligis pater cau/
ſam eſſe merito uxoris lachrymas:& ſi lin
gua mei animi nõ ſit interpres. Genitalia:
coniugalia:ſed bene uxor ſuper cõiugis iu/
rauit partes.Viri enim genitalia conueniũt
mulieribus. Tygridis horror:totũ Virgi
lianæ amantis expreſſit affectũ.Dido enim
ut æneæ exprobraret duriciam cordis ait.
Sed duris genuit te caucaſus horrens cau/
tibus. Aſpice prolẽ:theſſandrũ dicit:q̃ pa/
tiebatur pudoris ignominiam:ſi dicat exu
lis filius.Virgilius.Idem ego nate tuũ uio/
laui crimine nomen.pulſus ob inuidiã re/
gno. Quem dixit Apollo.i.quem oracu/
la tibi generum per portenta dixerãt. Nõ
egomet:ideſt non furtiuo amore & culpa/
bili polynicem dilexi: ſed ut exuli nuberẽ
tuis præceptis parui. Quantus amor:Lu/
canus.nõ legum iura nec arma unica mate
ria eſt cõiunx miſer.Nã maritũ commen/
dat affectio.ſi ſit miſer.auget miſericordiæ
caritatem. Rogo:peto ut concedas: quod
proficiſcente marito dolebo. Sed mihi
multa dei regniq; uolubile pondus: ordo.
Sed mihi multa dei ſubiiciũt animo. Na
ta modus:eleganter religioſus pater ſollici
tæ filiæ belli pollicetur affectũ. Dura mo
ræ:nec damnũ putes utiles moras.Ipſa enĩ
tarditate bellum perficitur:ut Lucanus.
It ſæpe mora melior.

COntinet hic liber bello nã
iacientẽ haſtam ad initium
belli.& perſuadentẽ pugnã
Sacrificiũ Iouis : & in ipſo
oĩa aduerſa ad bellũ eũtiũ.
Planctũ eoꝝ dehinc Catha
logus de his:qui uenerũt ĩ auxiliũ Adraſti.
& ſingulorũ nomina ducũ:Prima deſcri
ptio Adraſti.Secunda polynicis generi eius
Tertia Tydei eiuſdem generi.Quarta hyp
pomedõtis.Quĩta capanei.Sexta Amphia
rai deſcriptio euntis ad bellum prodẽte cõ
iuge:& accipiente ornatũ ab argia.Septima
parthenopei euntis ad bellũ inſcia matre.
matris aduentus: & allocutio eius diſſua
dẽtis eum a pugna. Dehinc a Thebis præ/
paratio:Etheoclis contra fratrem.Aduerſa
monſtra:furoris correctio.Iocaſtæ decurrẽ
tis in monte:& allocutio eius uaticinantis
futura.Extractio ũbræ lai & eius umbræ
uaticinatio futuri mali.Item græci exerci/
tus euntis thebas:liberi patris deſcriptio cũ
omni choro:& eius allocutio ꝑ thebis.Cũ
eius exercitum græci uiderũt: thebas petie
re.preces eius apud nymphas:ut cũcta ſic/
carent.& euntibus græcis ſiti exhauſtis po/
tum fontis negarent.Nymphaꝝ uiſcera in
terrã redacta.Remotio argiuorũ.Sitis de/
ſcriptio Adraſti allocutio ad hypſipylẽ nu/
tricem Archemori filii Lycurgi. Hypſipy/
les reſponſio:& demõſtratio fõtis Langiæ.
Deſcriptio exercitus ad aquam feſtinantis.

Lactantii in quartum Thebaidos interpretatio.

TErtius phœbus:ideſt tertius ãnus ex miſſo pacto fratrꝝ. Primus enim fuit : quo imperauit
Etheocles. Secundus quo conũentus eſt a Tydeo ut redderet regnũ. Tertius a quo ĩcipitur
bellũ. Horrenté annum:Hyeme aſperum uel horridũ frigore. Zephyris laxauerat: Ele/
ganter quia hyeme liquentia ſolidantur: ut Virgilius. Nam frigore mella cogit hyems ea/
demque calor liquefacta remittit. Item cæduntq́ꝫ ſecuribus humida uina. Quæ omnia re/
ſoluit uerna temperies: Annũ ergo pro par
te anni :per quẽ hyemẽ poeta ſignificat: ut
Vir. & Zephyro putris ſe gleba reſolui. Li
mite uerno: Tẽpore utiq́ꝫ uerno: quo imi/
nutis noctibus dies ſumit augmentum.

Cum fracta impulſaq́ꝫ fatis: Quia contra
cõſilium Adraſti inductum eſt bellum uo
luntate fatorũ fracta ideſt dirupta: & ab an/
cipiti cogitatione abſciſſa & deſtinata: ad in
dictionẽ belli. Ideo ſubiũgit. Impulſaq́ꝫ fa
tis: Iam enim dirupta facile ab bellandum
fatis impelli potuerũt. Miſeris: utriſq́ꝫ ſci/
licet fratribus infœlicibus extitit cauſa bel/
landi: quos natos infœlicior habuit imperã
di conditio. Prima Bellona: Aut ꝙ prima
bellum cœperit ãte martem aut prima do
mina præliorũ. Rutilam: Splendentem.

De uertice laryſſæo: de arce ciuitatis argi
ue. Trabalem haſtam : ingentem cõgrue *Trabalis haſta*
haſtam ingentem inde dixit emiſſam. Vn/
de bellum ueniebat ad Thebas. Dyrces:
nomen thebani fontis originis uocabulo
nuncupatum: & more poetico dixit. Neq́ꝫ
enim poterat haſta de uertice Laryſſæo uſ
que ad thebas ire. Coruſcis uiris: ſplendi/
dis argiuorꝝ ducibus: ideſt ferri nitore ful/
gẽtibus. Plaudit equos: plauſibus excitat:

Dicta dies aderat: αποσιωπεσιο apoſio
peſis. ſubaudimus uero cœtibus aut ſacri/
ficiis aut quibuſlibet rebus ſupradictis.

Simulat ſperare: cũ metu futuri mali ſa/
cerdos ipſe palleret: populis tamen propi/
cios deos eſſe fingebat : ne animus uirorũ
fortium minueret: quia ne armati aduer/
ſum omen accipiant: proſpera pro terribi/
libus nũciant. Triſte: pro triſtiter. nomẽ ꝓ
aduerbio. Suſpirãda do. domũ ꝓ familia
ſuſpirãda poſuit .i. oẽs armati domus ſuæ
dulcedine tangebantur. Deducere conos: *Conus*
inclinare apices galearum. Hæret amica
mãus: in ancipiti pietas cõſtituta: qd potius
faceret ignorabat. Hinc oſcula turbant p
oſcula flætus fiebat: qui turbabat oculos.

De rupe ſalutãt: uale illis dicũt. & ut bene
nauigẽt optant. ẽ ergo ſalutare ab eũtibus
uale dicere. Nunc mihi fama prior: iſta iõ *Vale*
numina inuocantur: quia nullum bellum
thebano antiquius fuit. ut Luca. Hinc & in
ueteris famoſa uetitis. hic ergo inuocatio ẽ
famæ ac uetuſtatis. O fama: cui ẽ meminiſ
ſe uirorꝝ fortiũ uitas ne obliuiõe ſopiãtur.

Tuq́ꝫ o nemoris: nemoris cynthi aut par
naſſi: unde uox funditur pieridum. Sub/
lata molire lyra: heroicũ iã ardorẽ inectens
remiſſa ira cõmemorat. Mẽs hau. de fon. ue. qa illic tu donas eloqa. Põdere cu. ſollicitudinũ turba circa
finẽ uitæ iam poſitus. Vix ſponte. i. ꝙ ſenectus tardereẽ icõmodo: uel ꝙ ad bellũ ire cogebatur inuitus.

TErtius horrẽtẽ zephyriſ laxauerat ãnũ
Phœbꝰ & ãguſtũ cogebat limite uerno
Lõgius ire diẽ cũ fracta ĩpulſaq́ꝫ fatis
Cõſilia: & tãdẽ miſeris data copia bel/
P̃ria mãu rutilã de uertice lariſſeo (li
Oſtendit Bellona facem. dextraq́ꝫ trabalem
Haſtam intorſit agens liquido quæ ſtridula cælo
Fugit: & aduerſæ celſo ſtetit aggere Dyrces.
Mox & caſtra ſubit. ferroq́ꝫ auroq́ꝫ coruſcis
Mixta uiris: turmale fremit. dat euntibus enſes
Plaudit equos: uocat ad portas. hortamina fortes
Præueniunt timidiſq́ꝫ etiam breuis addita uirtus
Dicta dies aderat: cadit ingens rite tonanti
Gradiuoq́ꝫ pecus. nulliſq́ꝫ ſecundus in extis
Pallet. & armatis ſimulat ſperare ſacerdos.
Iamq́ꝫ ſuos circum pueri. innuptæq́ꝫ patreſq́ꝫ
Funduntur mixti. ſummiſq́ꝫ a poſtibus obſtant.
Nec modus eſt lachrymis. rorant clypeiq́ꝫ iubæq́ꝫ
Triſte ſalutantum: & cuntis dependet ab armis
Suſpiranda domus. galeis iuuat oſcula clauſis
Inſerere. amplexuq́ꝫ truces deducere conos.
Illi quis ferrum modo. quis mors ipſa placebat
Dant gemitus. fractæq́ꝫ labant ſingultibus iræ
Sic ubi forte uiris longum ſuper æquor ituris
Cum iam ad uela noti: & ſciſſo redit ãchora fũdo.
Hæret amica manus. certant innectere collo
Brachia. mananteſq́ꝫ oculos. hinc oſcula turbant
Hinc magni caligo maris. tandemq́ꝫ relicti
Stant tamen. & notam puppem de rupe ſalutant
Dulce ſequi patrioſq́ꝫ dolent crebeſcere uentos.
Nunc mihi fama prior mundiq́ꝫ arcana uetuſtas
Cui meminiſſe ducum uitaſq́ꝫ extendere curæ
Pande uiros. tuq́ꝫ o nemoris regina ſonori
Calliope quas ille manus. quæ mouerit arma
Gradiuus quantas populis ſpoliauerit urbes
Sublata molire lyra. nec altior ulli
Mens hauſto de fonte uenit. rex triſtis & æger
Pondere curarum. propriorq́ꝫ abeuntibus annis
Inter adhortantes uix ſponte incedit adraſtus

Contentus ferro:gladio tãtũmodo incedebat præcinctus:aut ꝓpter ſenectutem:ne armis grauaretur: aut propter poteſtatem:quæ nu mini eius poterat ſola ſufficere. Luctatur ariõ:hic arion natus eſt neptũ ni Mineruæ & terræ equus nimiæ uelocitatis:quem nũc Adraſtus currui iũctũ ducebat ad bellũ. Alii di cunt filiũ ipſius neptũni Pelopi donaſſe a Pelopo adraſto.Cum igitur adhuc ignotus eſſet equoꝝ curſus mortalibus:& horũ animaliũ natura egeret terra Neptũnus remediaturus humáos ſucceſſus uirtutibus ac potentia in theſſalia terrá tridente percuſſit.ſubitoqꝫ mirũ dictu ſolo proſilierũt duo equi.ſ.ſcyphos & Arion.Inde optimæ naturæ equi theſſalici per orbẽ feruntur.

Arion equus Neptũni equi Scyphos Arion

Contentus ferro cingi latus.arma manipli
Pone ferunt.uolucres portis auriga ſub ipſis
Comit æquos.& inde iugo luctatur arion
Huic armat laryſſa uiros. huic celſa proſymna
Aptior armentis mydæa pecoroſaqꝫ phyllos
Q uæqꝫ pauet longa ſpumantem ualle caraudron
Neris & ingenti turritæ molle cleone
Et lacedæmonium tyrræ lectura cruorem.
Iunguntur memores tranſmiſſi ab origine reges
Q ui drepani ſcopulos & oliuiferæ ſicyonis
Culta ferunt.quos pigra uado langia tacenti
Lambit:& anfractu riparum incuruus heliſos
Sæuus honos fluuio.ſtygias luſtrare ſeueris
Eumenidas perhibetur aquis.huic mergere ſuetæ
Ora & anhelantes tuto phlegethonte ceraſtas
Seu trhacum uertere domos. ſeu tecta mycenis
Impia.cadmæumue larem fugit ipſe natantes
Amnis.& innumeris liueſcunt ſtagna uenenis.
It comes inoas ephyræ ſolata querelas
Concreæqꝫ manus. uatum qua conſcius amnis
Gorgoneo percuſſus equo:quaqꝫ obiacet alto
Iſthmos.& a terris maria inclinata repellit
Hæc manus adraſtum numero ter mille ſecuti
Exultant pars geſa manu.pars robora flammis
Indurata diu non unus namqꝫ maniplis
Mos neqꝫ ſanguis ineſt.teretes pars uertere fundas
Aſſueti.uacuo qꝫ diem præcingere gyro
Ipſe annis ſceptriſqꝫ ſubit uenerabilis æque
Vt poſſeſſa diu taurus meat arduus inter

Proſymna:ciuitas argiuorũ. Phyllos:arcadiæ eſt regio:quá græci phyllalian uocãt:quá pecoroſam ferunt: qđ ægregio abundet pecore:unde fuit Neſtor.hinc Perſius.Findor ut arcadiæ pecuaria rudere credas. Caraudron:ciuitas pelopõnẽſis:quæ fluuio charadro iracunde trahiẗ. Neris:mõtis nomẽ argiui:ut ait Callimacus. Cleone ciuitas arcadiæ in cõfinio argiuæ regionis. Et lacedæmoniũ tyrræ lectura:hiſtoria talis eſt.Tyrræ ciuitas.huius populi dũ quondam bello inter ſe diſſiderẽt lacedæmones & argiui:& lacedæmoniorũ dux Theriades cũ eius exercitus iam prope uictor eſſet:tamẽ graui uulnere iaceret:excepto anteq̃ totá animá exalaret ſanguie tropheũ iuſſit attolli.quod digito ſanguine oblitterato ſcripſit

hoc eſt quod

dixit lacedæmoniũ tyrræ lectura cruorẽ. Siue quia apud lacedæmonios uerberũ & plagarũ habebatur certamẽ ꝓpter hoc dixit.Lacedæmonũ lectura cruorẽ. Memores:qui haberẽt memoriá generis:qui adraſto lõga affinitate iungũtur. Qui drepani ſcopulos:corynthiõ uel drepanẽ dici nõ ſiciliæ. Oliuiferæ ſicyonis:Corynthi municipiũ oliuis fertile.Vnde Vir.Teritur ſicyonia baccha trapetis.Hãc ãt primũ adraſtus ciuitatẽ regnãdo poſſedit:ut ipſe ĩ ſecundo libro teſtatur dicens.Quis te ſolio ſicyonis auitæ.Exciſum infernos cõponere legibus argos. Langia tacẽti.i.quos ſtrigilla palus lãbit. Heliſos:fluuius atticæ regionis.hũc igiẗ ita uocãt tractũ nomẽ a flexibus: q̃bus fertur & a Flegethonte fluuio inferorũ undarum augmenta percipere dicitur. uel in iſto dicuntur furiæ ſolitæ morari. Seu tecta mycenis:propter fratrum diſcordias & parricidiales epulas & fugá ſolis.unde Vir. Nec tam aduerſus equos tyria ſol iungit ab urbe. Ephyræ:ipſa eſt quæ corynthus:quæ dyrrachium:in qua mater Palemonis colitur.huic templum ciuitas prima ephyra dedit:quia de ſcyradibus petris ſe Ino uxor athamantis præcipitauit in mare.& cum corpus filii melicertæ corynthum fuiſſet appulſum de habitu contemplati regis fuiſſe filium humauerunt.Cui humato inſtitutum fertur luſtrale certamen:qđ iſthmicum uocant:ut quidam uolũt.Ita eſt ſolata ephyræ matris querelas. Eſt autem corynthi ciuitas: unde Virgilius.Ephyrea manus. Cenchræus:portus eſt corynthi. Gorgoneo percuſſus equo:cuius ungula percuſſus locus fontem effudit:qui hippocrene dicitur.hoc enim fõte qui labra proluerit poeta fiet. ideo natum conſcium dixit. Pegaſus autem Neptunni & Meduſæ Gorgonis filius uolare ſolitus cum ueniſſet in montem heliconem:qui eſt in boetia:ungula locum quem percuſſerat:fontem inde excuſſit. hæc dicit ſeruare uatibus carmina.unde Perſius.Nec fonte labra prolui caballino. Iſthmos:achaiæ mõs: qui ægeum mare diuidit ab Ionio.ideo autem dixit.Maria inclinata repellit:quia achaiam:in qua pater regnauit Pelops duo maria circundant:adeo ut inſulam faciant:niſi utrunque pelagus obiectus iſthmos interiaceret.Lucanus.Graciliſque ſeparat iſthmos. Pars geſa manu: tela gallica: ut Virgilius. Duo quiſqꝫ alpina coruſcat geſa manu. Neque ſanguinis.Ordo.alii geſa:alii robora flammis indurata diu pro tælis habent. namque inde ipſi unus ſanguis aut origo fuit:ideo diſſimilia arma geſtabant.

Proſymna Phyllos Cleone Tyrra Theriades Sicyon Heliſos Ephyre coryntus Cenchræus Hippocrene Pegaſus Helycon Iſthmos Geſa

Paſcua.iam laſſa ceruice & inanibus armis
Dux tamen.haud illum bello attentare iuuencis
Sunt animi.nam trunca uident de uulnere multo
Cornua.& ingentes plagarum in pectore nodos
Proxima longæuo profert dyrcæus adraſto
Signa gener.cui bella fauent.cui commodat iras
Cuncta cohors.huic & patria de ſede uolentes
Aduenere uiri.ſeu quos mouet exul & hæſit
Triſtibus aucta fides. ſeu quis mutare potentes
Præcipuum:multi melior quos cauſa quærenti
Conciliat.dederat necnon ſocer ipſe regendas.
Aegion.aranenq;.& quas theſea troezen
Addit opes.ne rara mouens inglorius iret
Agmina.neu raptos patriæ ſentiret honores.
Idē habitus eadem arma uiro quæ debitus hoſpes
Hyberna ſub nocte tulit theumeſius implet
Terga leo.gemino lucent haſtilia ferro.
Aſpera uulnifico ſubter latus enſe riget ſphynx
Iam regnum matriſq; ſinus fidaſq; ſorores
Spe uotiſq; tenet.tamen & de turre ſuprema
Attonitam.totoq; extantem corpore longe
Reſpicit argiam.hæc mentem oculoſq; reducit
Coniugis & dulces auertit pectore thebas.
Ecce inter medios patriæ ciet agmina gentis
Fulmineus tydeus.iam lætus & integer artus
Vt primum ſtrepuere tubæ.ceu lubricus alta
Anguis humo uerni blanda ad ſpiramina ſolis
Erigitur liber ſenio.& ſquallentibus annis
Exutus.lætiſq; minax intermicet hærbis.
Ah miſer agreſtum ſi quis per gramen hyanti
Obuius & primo ſiccauerit ora ueneno
Huic quoque præſtantes etholis urbibus affert
Belli fama uiros.ſenſit ſcopuloſa philene
Fletaq; cognatis auibus meleagria pleuron.
Et præceps calydon.& quæ ioue prouocat idam
Olenos.ioniis & fluctibus hoſpita portu
Calchis & herculea turpatus gymnade uultus
Amnis.adhuc imis uix truncam attollere frontem
Auſus aquis.glaucoq; caput ſummerſus in antro

Plagarum in pectore nodos:ſigna præteritarum uirtutū:ideſt cui præſtant priora uulnera dignitatē.

Dyrcæus fons

Dyrcæus adraſto:Polynices eſt de fonte boetiæ ſic nominatus:qui ex dyrcæo funere:cuius corpus iuxta eum qui taurum traxit inuentū eſt.Inde nomen accepit.Polynicen ergo dyrcæū appellat:propter quē ab omnibus populis prodiebatur ad bellū. Aucta fides:in quibus eſt fides aucta calamitatibus:quia miſericordia cōmoti ſunt:ſiue quibus præcipuū erat potentes imitari. Aegion arenenq; :ciuitates arcadiæ: quas regendas polynici genero:quaſi dotalis familiæ Adraſtus dederat:ne exul regnare deſueſceret: aut certe ne ſentiret exilium.

Troeze

Theſea troezen: Theſſaliæ ciuitas:quā theſeiā dicit:q; Theſeus troezeniæ ciuitatis iter obſeſſum a latronibus liberū præſtitiſſet:uel quia Theſeus Eaciæ filius in hac urbe natus eſt. Debitus hoſpes:fatis uel reſponſo Apollinis debitus. Tulit: aut geſſit aut detulit.

Sphynx

Sphynx:ideo dicta eſt q; quæſtiōibus ita ſtringeret homines:ut ſe expedire non poſſent:nam græce conſtringere dicitur:uel uinculū:uel quaſi illa propoſitis ſibi uinculis colligere omnium mentes:uel propter Oedipodē patrem:cuius labor ſphynx eſt. Pectore thebas:a cupidine thebaꝝ ſolo coniugis remouet affectu. Et integer artus:itegros artus habēs poſt uulnerū curationem.dicit ergo Tydeum audito tubarum ſonitu nōdum curatis uulneribus tāq̄ integro corpore ad bellum prodiiſſe:cuius arma ita ut uerno tēpore anguis lubrico ſplendore radiabant. Squallentibus annis:quia depoſita pelle dicuntur ſerpentes in iuuentutem redire.

Mathios

hærba quædam dicit̃ mathios:quā cū comederint:ſenium deponūt ætatis. Sicca uerit ora.i.in ſe exhauſerit uenena ſerpētis. Sēſit ſcopuloſa phylene:determinata colchorum phylene ciuitas œtholiæ.

Phylene
Pleuron

Meleagria pleurō:ciuitas boetiæ. ut Home. Inq̄ Meleagri mater ticionē fatalē cōbuſit:dum uindictam Plexippi & Agenoris q̄rit:quos

Meleager

Meleager occiderat:quo facto ipſa poſt tantū nefas merito laqueo gulā fregit exoſa lucis.Secuta eſt luctū alia calamitas.nā Meleagri germanæ in tantū fratrē fleuerunt: ut dei miſericordia in aues uerterentur.

Olenos

Olenos:arcadiæ ciuitas:in q̄ Iouē amalthæa capra dicit̃ nutriſſe:q̄ incultū Iouis Idā nō ꝓuocat mōtē cretæ:in quo Iup.colit̃:cōtēdit aūt ut Iouē ſuū alūnū uidicet. Turpatus: Palæſtræ arte ſupatus.ut Oui.ait.Qui uerius hūc dicūt fluuiū ante i unū ab Hercule in foſſam deductū aures amiſiſſe.ut Lucanus ait.Et ſciſſo gurgite riuus dat pœnas

Achelous

maioris aquæ.Achelous fluuius deianyrā Oenei regis Oetholiæ filiā i cōiugē petiit: eo tpe quo p̄dictā etiā Hercules poſtulabat accepta lege ab Oeneo:ut qui uirtute ſupaſſet ipſe eā accipet:cōgreſſi in certamine cū uinceret̃ Achelous mutatus ē initio i iuuenem:mox i draconē.Tertio i fluuiū: q per

Boetius
Fortuna
Copia
Cornucopiæ

œtholiā fluēs labit̃.in arcadiam ad ultimū conuertit ſe in taurū.Hercules aūt dicēs ſe etiā tauros domuiſſe cornu illius fregit:qđ deſcendēs ad inferos cerberū rapturus ſecū tulit:illud nymphæ oibus bonis repleuerūt:datūq; eſt copiæ: quæ ē miniſtra fortunæ.unde i Boetio legitur copia pleno cornu.hoc ideo fingit̃:quoniā fortūa ditiſſima

eſtomnium:& diuites multos facit:cum pleno cornu.quoniã ſicut cornu carnẽ extulerat & ſupercreſcit ita diuitiæ foris ſtipant hominẽ.in cornu etiã uirtus eſt animaliũ:& fortunæ uires in diuitiis ſunt: qbus multos ad ſe pertrahit. Aegreſcũt:dicit achelous duobus alueis fluxiſſe:cui Hercules unũ clauſit:Ideo que dicit cornu truncatus.Hoc etiã ſciens poeta aliud agens occulte tetigit dicens.Anhelãtes ægreſcunt puluere ripæ: mærentẽ ergo triſtem. Patrius ſtat:ex marte oeneus dicit natus ex oeneo Tydeus ſic eni in primo marti nõ degenerare paterno aſpicies.alii quaſi referũt ad uirtutẽ.ut Vir.Et mauortius hæmõ. nõ martis filius:ſed q̃ uirtute polleret. Oeneus Tydeus

Mœret:anhelantes ægreſcunt puluere ripæ.
Omnibus æratæ propugnant pectora crates
Pilaq; ſæua manu:patrius ſtat caſſide mauors
Vndiq; magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden.hilarem bello:notiſq; decorum.
Vulneribus non ille minis polynicis & ira
Inferior.dubiumq; adeo cui bella geruntur.
Maior at inde nouis id doricus ordo ſub armis
Qui ripas lynceæ tuas.tua littora multo
Vomere ſuſpendunt fluuiorum ductor achiuum
Inache perſea neque enim uiolentior exit
Amnis humo cũ taurũ aut pliadas hauſit aquoſas
Spumeus.& genero tumuit ioue:quos celer ambit
Aſterion.dryopumq; trahens heraſinus ariſtas
Et qui rura domant epidauria dexter iacho.
Collis.at æthneæ cereri negat auia dimæ
Mittit opes.denſaſq; pilos neleia turmas
Nondũ nota pylos.iuueniſq; ætate ſecunda
Neſtor & ire tamen.peritura in caſtra negauit
Hos agitat pulchreq; docet uirtutis amorem
Arduus hippomedon.capiti tremit ærea caſſis.
Ter niuea ſcandente iuba.latus omne ſub armis
Ferrea ſuta tegunt.humeros & pectora latæ
Flammeus orbis habet.perfectaq; uiuit in auro
Nox danai ſontes furiarum lampade nigra.
Quinquaginta ardent thalami.pater ipſe cruẽtis
In foribus laudatq; nephas:atq; inſpicit enſes.
Illum palladia ſonipes nemeæus ab arce
Deuehit arma pauens.umbraq; immane uolanti
Implet agros.longoq; attollitq; puluere campum
Non aliter ſyluas humeris & utroq; refringens
Pectore montano duplex hyleus ab antro
Præcipitat.pauet oſſa uias.pecudeſq; feræq;
Procubuere metu.non ipſis fratribus horror
Abfuit ingenti donec peneia ſaltu
Stagna ſubit.magnumq; obiectus detinet amnem
Quis numerum ferri.genteſq; & robora dicto
Aequarit mortale ſonans:ſuus excit in arma
Antiquam thyrinta deus non fortibus illa
Infœcunda uiris famaq; immanis alumni
Degenerat.ſed lapſa ſitu fortuna neq; addunt

Maior at inde:Tranſitus ad hippomedontem magna arte uarietate ſermõis primo copia: deinde deſcribitur dux. Lynce:flu.œtholiæ. Inache:flu.eſt maximus in græcia:cuius Io filia a Ioue compreſſa in uaccam mutata eſt.ut Vir.At leuem clypeum ſublatis cornibus Io. Perſea humo:argiua:ubi Perſeus regnauit.Perſea ergo principale ꝓ deriuatiuo perſeia.unde & longam poſuit ſe.
Cũ taurum aut pliadas.quorũ ortu pluuiæ immẽſæ fundunt: & optime tempus excepit.nã æſtate torrentẽ degenerat. ideo tempus adiecit.unde ſumit argumentũ:cũ ſigna ſunt pluuialia:quæ illũ mouent. Genero tumuit ioue:ideſt gloriatur:q cũ eius filia Io concubuerit Iuppiter.ergo elatus ẽ.
Dryopumq;: Dryopus & cadius duo cũ de finibus contenderent:hercule iudice terminos cœperunt. Epidauria:ciuitas argiuorũ:ubi Aeſculapius colit:equorum fertilitate gratiſſima:unde Vir. Domitrix epidaurus equorum. Aethneæ cereri:ſiculæ ꝓſerpinæ oſtendit ſupradictũ collem aptũ uinetis eſſe frugibus infœcundũ. Pylos neleia:pylos Neleo patre neſtoris nuncupata Neleia. Aetate ſecunda:quia nondum militauerat Neſtor multum ipſa nouitate declamauit.Nam prima ætas triginta annorũ eſt.ſecunda ſexaginta.nam neſtorem cõſtat tertia ætate.ad bellum ueniſſe troianũ. ideo adhuc iuuenem ætate ſecunda dixit: quia poſtmodum militauit. Latus omne ſub armis:quod latus eſt ſub armis tegit.
Flammeus orbis:laus operis. Nox danai:ea dicit quæ geſſit Danaus ea nocte.
Illum palladia:hippomedontem dicit:q ab athenis.i. a capitolio mineruæ ad bella deſcendit. Arma pauens:ideſt equus nouus ad bellũ uelocitatis inſignis. Attollit puluere campũ:quaſi ipſe capitis aſſurgat.
Vtroq; pectore:eleganter utroq;: ſcilicet hominis & equino:qd bimembris ſit.i.ex humano & equino. Pauet oſſa uias:mõs theſſaliæ:in quo erant centauri. Peneia ſtagna:.Peneus fluuius theſſaliæ :quaſi tã diu timeant:donec ad amnem ille perueniat.
Mortale ſonans:quod ꝓ meritis militũ fortitudĩes nõ poterint laudare mortales.
Tyrintha deus:Iuppiter mutatus in amphitrionem cõcubuiſſe cum Alcmena electrionis filia dicitur in urbe Tyrinthe: unde natus eſt Hercules:unde & Tyrinthius dicit:de qua Plautus trialeodiã dixit. Degenerat: nõ degenerant a fama herculis q fortes ſũt:ſi æuo mutata ẽ fortũa ciuitatis.

Epidaurus
Pylos
Neſtoris ætas
Peneus
Alcmena Tyrins

Robur opes:quia non põt fortuna addere uirtutes.Sola enim uirtus neq; dono neq; pretio accipitur. ut Saluſti.Probitatem.induſtrias.aliaq; artis bona neq; dare:neq; accipere quis poteſt. Monſtrat cyclopũ ductas ſudoribus.i.ædificatas.ut Vir.Pars ducere muros.Cyclopes ciuitatis iſtius mœnia cõdiderũt: ſicut aſſerũt græci. Innumerũ bello:expoſitio qui ſint tercentum pectora.ſ.uulgus innumeꝝ:quia tam fortes erant:ut multoꝝ facta fortia ſua uirtute penſarẽt. Exuuiæ:bene totũ ad ſimilitudinem herculis: quemadmodũ ille claua.ſic iſte ſtipite. Tæla pharetris:ita erat pharetra referta ſagittis: ut exhauriri non poſſit. Pæana: proprie apollini canit.Oia autem.hercules in frondoſa oeta poſitus q̃ uaſtata ẽ monſtris:in qua etiam concrematus hercules eo loco præſtion . oia autẽ canunt oia uaſtata monſtris .i. purgata : aut certe oia audit hercules nomen canunt. ut Virgi.Ibant æquati numero regemq; canebãt. Sacra cleonei:herculẽ eo loco molorchus accepit hoſpitio cenſu pauper : diues affectu.Ordo . nemea dant comites : dant & molorchi munera. Cleonea ciuitas nomen eſt nemeæ ſyluæ uicina.Lucanus.ille cleonæi ꝓiecit terga leonis Antheus libyci. Ergo cũ hercules ad occidendũ leonẽ iſſet ab Euriſteo miſſus a molorcho ſuſceptus ẽ hoſpitio:cuius leo filiũ interfecerat.didicitq; ab eo quemadmodũ aduerſus feram coiret:qua ſuperata ludos inſtituit : quos a loco nemeos appellauit.igit̃ nemea dãt comites:dãt & molorchi munera.Quia oia ĩ clypeorũ pictura:& quomõ filius eius molorchi a leõe occiſus fuiſſet:& hercules hoſpitiũ auro figurata notant̃ deſculpſerunt.

Molorchus
Cleone
Nemeeuſ leo
Neme ludi

Qua cu.ſe.ue.ter.Calcate ꝑſſa cubitũ poſuit ꝓ loco cubilis. Sedeãt:mire.ſignificat enim feneſtra lacunar terræ herculis mole. Cubiti cuius generis ſit in captiuis Plauti lectum eſt ex perſona paraſiti.In equis ac platea negocii conferat quicq̃ ſibi.nam mens eſt baliſta.cubitus pugnus.hanc deſcriptionem poetæ pictam ipſius tyrinthæ portabat exercitus. At pedes:Pedes quidẽ erat capaneus : ſed omnibus eminebat. Solent enim equites altiores eſſe peditibus tribus bellum ergo pro bellatoribus poſuit. Iniectu molis:Oſtendit multis taurorum coriis.laminis etiam ferreis capanei clypeum obductum fuiſſe. Hydra recens.ita ueritatem expreſſit pictura:ut pene recenti obitu hydra cum ſuis ſerpentibus interiret.

Igneſcit in auro: Admouetur ignis uulneri.Itaq; factũ ut non pullularet. Cærula lerna:ferri materia facta ẽ cærula. Nõ matris opus:nõ matris manu factũ: ſed artificũ mãu fabricatũ:quaſi imbellibus illa cõueniãt:q̃ a fœmina fabricant̃.ut Vir.& tunicã moli mater quã neuerat auro.hic ergo thorax aut ex ære: aut ex ferro facta fuerat q̃ppe Capãeis ſolius apta uirtutibus. Stat fron.ſ.amputatis haſta & hyperbolicos non haſta nominat̃ ſed cupſſus. Amphienia:ciuitas ẽ:Homerus quoq; huius meminit. Planaq; meſenæ:nõ ipſa plana:ſed ĩ plana cãpoꝝ patẽtia cõſtituta. Meſenæ: ciuitas prope pylũ:quã admiſſus amnis interfluit. Mõtanaq;:ſic Home.epiteton patri ſignificat. collatũ. Getico uati:Thamirũ dicit:quẽ muſæ ingenti liuore motæ cæcaſſe dicunt̃. Dorion op.de quo hic poeta fuit. Aonias:muſas a mõtis noĩe nuncupatas. Dãnatus:cæcatus mẽte.nõ lumine. Ore ſimul:optime poeta Homeri ambigue uerbũ poſitũ intellexit de ipſo q̃d accinctus cõmutatiõe ſignificauit nõ cæcatũ lumine:ſed cuius ſit dãnatũ ĩgeniũ:ut nec cordarũ gloriã nec uocis ſonũ inferret.

Meſenæ
Thamiriſ

Robur opes. rarus uacuis habitator in aruis
Monſtrat cyclopum ductas ſudoribus arces
Dat tamen hæc iuuenũ tercentum pectora uulgus
Innumerum bello quibus haud amenta.nec enſes
Triſte micant.flauent capiti tergoq; leonum
Exuuiæ gentilis honos.& pineus armat
Stipes.& inexhauſtis aptantur tæla pharetris
Herculeum pæana canunt.uaſtataq; monſtris
Omnia frondoſa longum deus audit ab oeta
Dat nemea comites.& quas in prælia uires
Sacra cleonei cogunt uineta molorchi
Gloria nota caſæ.foribus ſimulata ſalignis
Hoſpitis arma dei.paruoq; oſtenditur auro
Robur ubi.& lapſos qua reclinauerit arcus
Illice qua cubiti ſedeant ueſtigia terra.
At pedes & toto deſpectans uertice bellum
Quatuor indomitis capaneus erepta iuuencis
Terga ſuperq; rigens iniectu mollis ahenæ
Verſat onus.ſqualet triplici ramoſa corona
Hydra recens obitu pars anguibus aſpera uiuis
Argento cælata micant.pars arte reperta
Conditur.& fuluo moriens paleſcit in auro:
Circum amnis torpens.& ferro cærula lerna
Et laterum tractus ſpatioſaq; pectora ſeruat
Nexilis innumero chalybum ſub tegmine thorax
Horrendum non matris opus.galeæq; coruſca
Prominet arce gigas.atq; uni miſſilis illi
Cuſpide præfixa ſtat frondibus orba cypreſſus
Huic parere dati quos fertilis amphienia
Planaq; meſenæ montanaq; nutrit ithone
Quos tryon & ſummis ingeſtum montibus epy
Quos helos & heleon getico quos fleuibile uati
Dorion.hic fretus doctas anteire canendo
Aonias.multos tamyris damnatus in annos
Ore ſimul cytharaq; .quis obuia numina temnat

Celenas:celene lydiæ ciuitas:in cuius antro marſias uictus.ab apolline ē: & ſupplicio affectus a tortori bus:cuius de ſanguine fluuius eius noīe natus eſt ut.Luca.aſſerit.Et rectis deſcendēs marſia ripis. Errā tē meandron adit:eſt ſenſus temeritate maris marſiæ debuit coerceri ſuppliciis.ut Luca.Damnatæ phœ bo uictore celene. Auguriis:Alcmeon hoc monile occiſa matre apollini conſecrauit: q̄ in fontem miſ/ ſum hodieq; cerni dicitur:quod ſi quis manu attrectauerit:oſtendit cælo offendi ſolem & tempeſtates oriri: unde Virgi. Mœſtamq; eriphylen Crudelis nati monſtrantem uulnera cernit. Dona uiro:de Ho mero trāſtulit.Ita uelit paciſci:ut malit mo nile habere q̄ coniugem. Hac mutare ui/ det:argia belli totius mutari ſentētia.nam amphiaraū deſerit auxiliis. Sacros:execrā dos. Sat dubium:ſenſus ſufficit ad ſolati/ um fœminæ tali tēpore ornatibus carere. Ordo talis eſt.Sat mihi timorē dubiū cœ/ tu ſolāte fallere.hoc eſt diſſimulare. Fors deus:præcellens ſuperabo præſtabo mari/ tas.Maritæ dicuntur uxores maritis dedi/ tæ.ut Horatius.Nec ſit marita:quæ roton dioribus onus zobacis ambulet. Et notan dum cū Saluſtius dixerit:præſtare cæteris animalibus.Vir.tamen uel magnum p̄ſtet achillem. Semina mouit:ideo ingentia ſe mina,qa & maritum perdidit:ut periret:& in ſe excitauit filiū:ut fieret parricida : ipſe que eſt correptus inſania. Diſpare cœtu : bene diſpare.nec.n.tanta nobilitas equi ea/ dem ſtirpe equā potuit inuenire:cœtu a co eundo dixit.hunc equū pollucis dixit Vir/ gilius. Cyllarus licētia poetica.Et quorum grai meminere poetæ . hic caſtoris eſt. ſed īter amabiles fratres totū decet eſſe cōmu ne. Inde moræ iaculis:ideſt impeditæ & occupatæ fuerāt manus eius & hiacynthi.

Celenæ Marſias

Conticuit præceps quis non certamina phœbi
Noſcet? & illuſtres ſatyro pendente celenas?
Iamq; & fatidici mens expugnata fatiſcit
Auguris.ille quidem caſus & dira uidebat
Signa.ſed ipſa manu cunctanti iniecerat arma
Atropos obrueratq; deum.nec coniugis abſunt
Inſidiæ.uetitoq; domus iam fulſerat auro
Hoc aurum uati fata exitiale monebant
Argolico.ſcit & ipſe nefas.ſed perfida coniunx
Dona uiro mutare uelit.ſpoliiſq; potentis
Imminet argiæ.raptoq; excellere cultu
Illa libens(nam regum animos.& pondera belli
Hac nutare uidet pariter niſi prouidus heros
Militet)ipſa ſacros gremio polynicis amati
Depoſuit nexus haud mœſta atq; inſuper addit.
Non hæc apta mihi nitidis ornatibus inquit
Tempora nec miſeræ placeant inſignia formæ
Te ſine.ſat dubium cœtu ſolante timorem
Fallere & incultos aris aduertere crines
Scilicet heu ſuperi cum tu cludare minaci
Caſſide.ferratuſq; ſones.ego diuitis aurum
Hermionæ dotale geram.dabit aptior iſta
Fors deus.argolicaſq; habitu præſtabo maritas
Cum regis coniunx cum te mihi ſoſpite templa
Votiuis implenda choris.nunc induat illa
Quæ petit & bellante poteſt gaudere marito
Sic eryphileos aurum fatale penates
Irrupit.ſcelerumq; ingentia ſemina mouit
Et graue theſiphone riſit gauiſa futuris.
Tænariis hic celſus equis quam diſpare cœtu
Cyllarus ignaro generarat caſtore prolem
Quaſſat humum.uatem cultu parnaſia monſtrāt
Vellera.frondenti crinitur caſſis oliua.
Albaq; puniceas interplicat infula criſtas
Arma ſimul prenſaſq; iugo moderatur habenas.
Hinc atq; inde moræ iaculis.& ferrea curru
Sylua tremit.procul ipſe graui.metuēdus in haſta
Eminet & clypeo uictum phitona coruſcat
Huius apollineæ currum comitantur amyclæ.
Quos pilos & dubiis malea uitata carinis
Plaudentiq; habiles cariæ reſonare dianæ

Maritæ

Præſtat

Cœtus

Cyllarus

Victū phythona coruſcat:quia uatis apol linis tui gloria & ſerpētis phytonē dicit in ſignē.Viro forti religio fecerat ſacerdotis.

Amiclæ:laconicæ ciuitatis ſacra apollini: ī qua hiacynthus in agone cælebratur ī ho norem pueri regis:qui cum exerceretur di ſco percuſſus zephyri uertigine. quod ſibi apollinem prætuliſſet:occiſus eſt.cuius ſā/ guis in florem nominis ſui in memoriam perpetuæ dignitatis conuerſus eſt. Virgili. inſcripti nomina regum Naſcūtur flores.

Hiacyn/ thus

Cariæ:templum in laconia dianæ ſacrum quod etiam tractum eſt ex hac cā:cum lu/ derent uirgines meditatus ruinam omnis chorus ī arborē nucis fugit:& ī ramo eius pependit:quā nucem græci caram uocant. ergo de arbore & templo:& de dea nomē accepit. Malea:maleæ propter periculum a nauigantibus circuitur.ut Virgil.Maleæ/ que ſequacibus undis . Hiſtoria autem de hoc monte fertur huiuſmodi. Maleus,tu/ ſculum rex:qui primus tubā inuenit:cum piraticam exerceret : & mare tēpeſtatibus eſſet infeſtum.hunc montem inſedit : qui & apollinem maleoticum de ſuo uocabu/ lo & montē ipſum maleū nominauit.Alii dicūt hūc montē achaiæ.bene Statius hæc dicit auxilia uatem habuiſſe:quia hi popu li præcipue deum uenerantur apollinem.

Maleus

Colũbæ ueneris — Volucrumq; parẽs:& hunc uerſũ de Homero trãſtulit.uolucrũ ergo parẽs columbarũ:unde ſe ꝓbat
æthereẽ eẽ: qa amat aues ueneri conſecratas.Quæ aũt cã ſit q uenus colũbis delectata ſit:talis ẽ Venus &
cupido cũ quodã tẽpore uoluptatis gr̃a in quoſdã deſcẽdiſſet cãpos:laſciua cõtentione certare cœperũt:
qui plus ſibi gẽmantes collegerint flores: quoꝝ cupido adiutus nobilitate pẽnarum poſteaq̃ natura cor
Periſtera — poris uolatu ſuperauit uictus ẽ numero.Periſtera.n.nympha ſubito accurrit:& adiuuando Venerẽ ſupe
riorẽ effecit Cũ pœna ſua: cupido ſiquidẽ indignatus mutauit puellã auẽ: q̃ a græcis ꝑiſtera appellat̃.ſed
pœnã honor minuit.Venus nãq; conſolat̃
& innocẽtis tranſfigurationẽ colũbã ĩ tute
Eurotas — la ſua eẽ mãdauit. Eurotæ:iuxta hũc fluui
um ſunt q uapulãdo cõtẽdũt.glorioſior ta
mẽ ille ẽ:qui iuxta p̃ſcriptũ numeꝝ plaga
rũ aĩæ non pepcit:qui cũ deuouerit ſpiritũ
publice funerat̃ & capite coronat̃. Tãta.n.
crudelitas in hac gente ẽ:ut mater cõſolet̃
funere coronati.deũ dixit hoc hortari mer
curiũ:q paleſtraꝝ numero eius.unde mer
curius ad uirtutẽ & belli officia ſtudioſus
paleſtræ ẽ. Gaudẽt: quia cũ dimicãt cõtra
urbẽ:patientiã dicunt̃ hortari.cum aũt ad
bellũ eunt:arma dant liberis. & hac horta
tione ſubiiciunt:aut cũ his:aut ſupra hæc:
qđ ſignificat uel uictores debere reuerti:
uel mortuos:unde uel hũc inde reuerti in
ferũ. Funere mater:Senſus.oĩs quidẽ tur
ba ephœbi lamentat̃ ĩteritũ:mater ſola ne
gligit luctus:qa filius coronat̃ extĩctus. Et
cono lædeus apex:ut caſtoris pileus. aut læ
deus olorinus:q ĩ olorẽ mutatus Iuppiter
cũ læda cõcubuit.nã hi quoq; lacones fue
Merent — rũt. Merẽt:militãt.Vir.Merui quoq; dixit
Emeriti — unde miſertos militiæ emeritos dicius me
rui & militaui Luca.Caſtroꝝ in plæbe me
rebat. Depreſſæ:qa uallibus undiq; piſæ
cingunt̃. Alpheæ ſicanis.Conſtat.n.hunc
fluuiũ amore aretuſæ nymphæ occultase
giſſe uias ſubter mare:& in ſiciliã fluctibus
amatæ miſceri. Aduena:merito:qa deflu
it p mare:nec tamẽ aquæ marinæ miſcet̃.
Curribus:pp olympiacũ certamẽ qđ lu
ſtris ſingulis Ioui exhiberet̃ olympico. Pu
tria arua.i.minus culta.ut Vir.Et cui putre
ſolũ:namq; hoc imitamur arãdo. Et bel
lis:aũt ĩ bellis clamãt. Axibus œno.ex quo
œnomaus hãc legẽ ꝓcis filiæ poſuit:ut ui
ctus interimeret̃: eã uxorẽ uictor accipet:
q myrtili aurigæ ſui fraude deceptus ẽ:un
de ĩpe ſupplicia q̃ ꝓponebat expẽdit:qa fra
Myrtilus — ctis axibus ingenio ut dixius myrtili q cor
ruptus rotã cera cõiũxerat:uictus ẽ.dixitãt
de his q ex ipſa ſunt ingenitũ eſſe: ut equis
gaudeant ex illo ſtudio:qđ rex Oenomaus
arte præcellit. Tu quoq; parthenopæus:
athlãtæ filius.Parrhaſias:archadias.ut Vir.
Parrhaſio dictũ panos de more lycæi. Ah rudis annorũ:ut adhuc in annis minoribus cõſtitutus: nõ ti
meas incerta belloꝝ.ut Vir.Ante annos aĩumq; gerẽs curãq; uirilẽ. Pacabat cornu.i.uenatiõibus pacata
feraꝝ reddebat ĩteritũ: ut Vir.aũt erymãthi pacarit nemora & lernã tremefecerit arcu. Pulchrior haud
ulli.i.parthenopæo pulcrhior nullus fuit. Nec deſũt aĩ.i.ĩ parthẽopæo aĩorum gerebat ĩſigne: ſi mõ ad
Dryades — id ætatis robur ẽt accederet. Quas:nõ is nymphas:aut dryades aut:pothamides:aut Napæas dicit drya
Oreades — des ſunt q̃ quærcubus delectant̃.Oreades mõtibus.Napeæ uirgultis & floribus. Ipſam mænalia:dianã.
Napeæ — .ſ.quæ athlãtæ ob amiſſam uirginitatem ignouit: Elegãter infantis greſſum nõ calcãtem:ſed ſignãtem
oſtendit.ut Horati.Reddere quidã uoces ſcit puer & pede certo Signat humũ.dicit ergo dianam: cũ tã
pulchrum uidiſſet parthenopæum athlantæ dediſſe ueniã.cui propter cõcubitus fuerat irata Meleagri.

Quos pharis uolucrumq; parens cythereia meſſe
Taigetiq; phalanx:& oliuiferi eurotæ
Dura manus deus ipſe uiros in puluere crudo
Arcas alit.nudæq; modos uirtutis & iras
Ingenerat:uigor inde animis & mortis honore
Dulce ſacrum.gaudent natorum in fata parentes
Hortanturq; mori.deflet iamq; omnis ephœbum
Turba coronato contenta eſt funere mater
Frena tenent.duplexq; inſerto miſſile nodo
Exerti ingentes humeros.chlamis horrida pẽdet
Et cono lædeus apex.non hi tibi ſolum
Amphyarae merent.auget reſupina maniplos
Helis depreſſæ populus ſubit incola piſæ
Qui te flaue natant terris alpheæ ſicanis
Aduena tam longo non unq̃ infectæ profundo
Curribus innumeris late putria arua laceſſunt
Et bellis armenta domant ea gloria genti
Infando de more & fractis durat abuſq;
Axibus oenomai ſtrident ſpumantia morſu
Vincula & effoſſas niueus rigat imber harenas.
Tu quoq; parrhaſias ignara matre cateruas
Ah rudis annorum (tantum noua gloria ſuadet
Parthenopeæ rapis.tum ſaltus forte remotos
Torua parẽs) neq; enim hæc iuueni foret ire pote-
Pacabat cornu.gelidiq; auerſa lycæi. (ſtas
Pulchrior haud ulli triſte ad diſcrimen ituro
Vultus.& ægregiæ tanta indulgentia formæ
Nec deſunt animi.ueniat modo fortior ætas
Quas non illæ duces nemorum fluuiiſq; dicata
Numina.quas magno non impulit igne napæas.
Ipſam menalia puerum cum uidit in umbra
Dianam tenero ſignantem gramina paſſu
Ignouiſſe ferunt comiti.dictæaq; tæla
Ipſam & amycleas humeris aptaſſe pharetras

Flauentē ſordere comã:hæc Horatius.Sũt quos curriculo puluerem olympicũ collegiſſe iuuat. Tædet nemorũ:Senſus.erubeſcebat parthenopæus:ꝙ nondũ humão ſanguine ſuas ſagittas infecerat: & ꝙ nõ hac crudelitate laudis fuerit titulum cõſecutus. Vndantemq; ſinũ.quia undantē chlamidē quaſſando facit. Nodis hyberis:hyſpanicis.i.panno balthei. Imbelli parma:cũ qua nunq̃ pugnaſſet. Matris p̃lia:hoc eſt ſcuto picta gerēs prælia.Calydoniũ quippe aprum comitata uiros athanta ſagittis fixit: ut priore libro docuimus. Aſpera plumis:ſquãmis loricæ:quã is auro conſertã tegebat. Corythos:dicitur Corythu' teca arcus aut pharetra ſagittaꝶ. aut certe corythos pro pharetris poſuit.ut Vir.Corythiq; leues humeris & lætifer arcus. Mirãtē grauioris heri:armorũ permutatio grauiorē æquo fecerat dominũ addita lorica oneroſior parthenopæus extiterat. Arcades hinc.Cicero ꝓ fundanio opinionis eius meminit:cũ de nobilitate tractaret.Auoꝶ ãt arcades eē uetuſtos.deniq; cũ phrygibus de ãtiqtate certauerit:hi ſingulos paruulos cũ ſingulis nutricibus clauſerit qbus nutricibus ademerãt linguas ut experirēt: utꝶ uox eſſet nota an decertaret.& ſi eēt innata illa phrygũ non arcãdum.producti autem pueri uere locuti eſſe dicuntur:qua ſignificatione phrygum lingua panis intelligit. Sic ergo cognitũ eſt arcadas non eſſe primigegenas.Itē de eodem:cum ſe arcades nobiles dicerent Thucidides libro.i.ait hũc morē græciæ fuiſſe::ut coacti in alienam ire terram.quas fertiles eē cognouerant: eaſdē uaſtabant ueteribus incolis pulſis.ſed arcades ob ſterilitatē agrorum cõmoti nõ ſunt. & ideo nobiles exiſtimant.Ouidius de his libro.ii.Ante iouē genitũ terras habuiſſe ferũtur Arcades.& luna gens prior illa fuit.

Prosilit audaci martis percuſſus amore
Arma tubas audire calens & puluere belli
Flauentem ſordere comam.captoq; referri
Hoſtis equo.tædet nemorum titulumq; nocentem
Sanguinis humani pudor eſt neſcire ſagittas.
Igneus ante omnes micat auro igneus oſtro
Vndantemq; ſinum nodis irrugat hiberis
Imbelli parma pictus calydonia matris
Prælia.trux leua ſonat arcus.& aſpera plumis
Terga cydonea corythos arundine pulſat
Helectro pallens.& hiaſpide clarus eoa
Cornipedem trepidos ſuetum præuertere ceruos
Velatum geminæ deiectu lyncis & arma
Mirantem grauioris heri ſublimis agebat
Dulce rubens.uiridiq; genas ſpectabilis æuo
Arcades huic ueteres aſtris lunaq; priores
Agmina fida datis.nemorum de ſtirpe rigenti
Fama ſatos cum prima pedum ueſtigia tellus
Admirata tulit.nondum arua domuſq; nec urbes
Connubiiſq; modus.quercus lauriq; ferebant
Cruda puerperia.ac populos umbroſa creauit
Fraxinus & fœta uiridis puer excidit orno
Hi lucis ſtupuiſſe uices noctiſq; feruntur
Nubila.& occiduum longe titana ſecuti
Deſperaſſe diem.rareſcunt alta colonis
Mænala parthenium fudit nemus agmina bello
Rhypheq;.& ſtaciæ uentoſaq; donat enaſpe
Cyllene.templumq; altæ nemorale mineruæ
Et rapidus cliton & qui tibi phythiæ ladon
Pœne ſocer.candenſq; iugis lampia niuoſis
Et pheneos nigro ſtyga mittere credita diti
Venit.& ideis hululatibus æmulus azan.
Parrhaſiq; duces.& quæ riſiſtis amores
Grata pharetrato nonacria rura tonanti.

Nemorũ uos ſtirpe rigenti.non quod de arboribus uere nati ſunt:ſed qa adhuc non erat uſus caſarũ:& in morem pecoꝶ uagabantur.filios autē ſuos:aut arborum caueis aut concauis ſpecubus contegebãt: quos trãnſeũtes arborũ filios exiſtimabant: quã opinionē.Vir.aſſerit dicens.Genſq; uirum truncis & duro robore nata. Hi lucis ſtupuiſſe uices:quaſi ꝙ primi nati ſunt:quam diei nox obſcura ſuccederet. Titana ſecuti oculi ſecuti ſunt ſolis occaſũ. Deſperaſſe diē:homines natos ex arboribus perpetuã noctē timuiſſe ſolis occaſu. Rareſcunt:deſolant neceſſitate bellorum.ut Vir. Squallent abductis arua colonis. Mænala parthenium:mons & nemus arcadiæ. Vētoſa:uentoſã dixit aut tēpeſtatibus grauē:aut ut quidã uolũt in medio poſitã. Non ipſa deo:oēs hæ ciuitatesarcadiæ imænalo mõte ſitæ ſunt.unde Vir.Tegeæũ ſubligat enſē Cyllene gelido cõceptũ uertice fudit. Et ſi fas ē quemq̃ cœp iſſe deorũ.Clyton.& hic fluuius ē arcadiæ. Pœne ſocer:propter daphnē ladonis filiã: Clyton quam apollo dilexit.pœne ait.quia uirginitatis dãnum paſſa non ē:& in laurũ ante concubitũ fuiſſe conuerſa dicit. Lampia niuoſis:ciuitas arcadiæ.Lãpia niuoſis montibus conſtituta.ergo lampiã a candore Lampia pluuiarũ ductã nominis ipſi us proprietas mõſtrat.lampon enim græce ſplēdidũ dicit. Styga mittere: palus a qua ſumit exordiũ.Conſtat inter pruden tes pleneum undas ſtygias ſubmittere & ſumminiſtrare. Aemulus azan:æmulus quia in illo monte:ut Iuppiter.ita etiam mater deoꝶ colit.ideo azan apud Azan arcades Curetes hoc nomē habent de mõte azania.unde uulgo in ſacris deũ magne dr̃ azan. Nonacria: una pars orationis ē.nonacria ut trinacria.eſt autem nomē loci uel agri arcadiæ: in quo Iuppiter in ſpeciem dianæ uerſus:cum Calyſtone lycaonis filia concubuiſſe narratur.Ouidi. Sic in uirgine nonacrina.

cynoſura Cynoſura: locus arcadiæ:unde & minor urſa cynoſura fert. Aepitios:ciuitatē uel montē ducis noīe nuncupatos.hi quoq; arcadiæ populi. Herculeo uulgatos robore mōtes. Virtute herculis cognitos erymāthon & ſtymphalon:quorum in altero aprum cœpit:quē uiuum euryſteo detulit. ī altero aues : quæ ſtymphalides appellanť:occidit.Erymanthon quidā uolunt locū eſſe:qui iuxta parthenios agros eſt: ubi Erimantus hercules de apro & de auibus triumphauit.Erymātus aūt mons ē: & ſylua eodē ſignata uocabulo in arcadiæ finibus cōſtituta.Stymphalon autem aeris ſonū: quia non ſagittis:ſed aeris ſonitu hercules ſtymphalides occidit. Prælia trunco.i.pedo:qđ armorū genus Homerus ροπαλον Ropalon uocat.ut Vir.Sumentes agmina claua.Item Stipitibus duris agitur ſudibuſue præuſtis. Milite uicinæ:plenus enim fabulæ ita ſe cōtinet textus.atreus & thyeſtes pelopis filii tātali nepotes alternis uicibus regnū regebant.Verū thyeſtes cū inceſtaſſet Europā frīs uxorē ab eo pulſus ē e regno: ſed iter eos qui ſcelere certabāt uidebať ꝓ Atreus uindicta ficta gr̄a reconciliatiōis.Atreus frī filios ſuos appoſuit epulādos.Cū poſt epulas filiorū capita:ſignū conuiui feralis oſtē Thyeſtes dit:in cuius rei delectanōe:cū Thyeſtes cōſulta de oraculis poſceret:reſpōſum ē ꝑ eū illi certā poſſe uenire uindictā : q ex ipſo & Pelopeia filia pelopeia natus fuiſſet:quapp unus illi citos filiæ amplexus inuaſit : ex qua natus eſt puer:quē illa inſula ꝓpter conſciētiam abiecit.hic capræ uberibus nutritus ex ea Aegiſtus dē re Aegiſtus nomē accepit: q Atreum in uidictā patris cū adoleuiſſet occidit.Sed ab origine irarū quæ fuerit cā deſcribam.mer Myrtilus curius ægre ferens apelope Myrtilū filium ſuū in pelagus præcipitatū ſpolitatūq; uitæ lege repperit uindictā:qua cōſolareť or Pelops Atreus Thyeſtes bitatē.nā pelopis filiis Atreo & thyeſti tantū diſcordiæ iniecit:ut germāitatis iura dirūperent.Thyeſtes.n.cū ſciret regnū penes Aries aureus eū fataliter manſurū qui arietē uelleris aurei haberet:quē tum atreus regiā ingreſſus plurimū cuſtodiebat:corrūpēs europē fratris ſui uxorē imperiū ad ſe trāſferre poſſe iudicauit:qđ ille poſteaq̄ didicit:eū cū filiis duobus ſuis expulit:& poſtea ſimulata gr̄a ad eū miſit:eiuſq; filios interēptos epulandos appoſuit. quo facinore cum eū puniſ Solis recurſus ſet ſol dr̄ ab eoꝝ ſe regionibus euertiſſe.un Nec tam auerſus equos de Virgi. e contrario.Nec tā auerſus equos tyria ſol iungit ab urbe.ergo ne mycene auxilio ſint par pœne fortuna:quia & illos fratrum odia uexabant.Thyeſtes.n.Atreo fratri filios epulandos appoſuit ob adulteratam uxorem ſuam europam.ideo funeratas dapes ꝓpter epulas & recurſum ſolis:& ꝓpter offenſam affabilis diei:quia iter nulla nubila pietate tāta egit occaſum : & oblatum aurei uelleris arietē:quo fato regnan Athlanta di tenebatur. Iamq; athlanteas: Athlanta Laſi filia fugiens concubitus in uenando Dianæ comes eſt facta.ſed a Meleagro hoc Partenopeus adinſinuante compreſſa puerū edidit:cuius conceptū quia diu ſub uirginitate cælauerat:parthenopeum uocauit.Is admodum puer polynici auxiliaturus thebas petiit. Prædatoris equi:equum pro equitante poſuit. Dum premis:uenatores enim cum inueſtigant errant:cū proſequunť premunt.Virgil. Ingenti clamore premunt ad retia ceruum. Vix dryadū thalamis:uenereæ uoluptati ad hæc filiū dehortať:ut nec uiꝝ credat. Oīa uera:futuri.ſ.mali.i.uera ſunt ꝓdigia quæ uidebā:qſi irata:uel triſtis futura morte.

Diues & archamenos pecorum & cynoſura ferarū
Aephithios idem ardor agros.ſophidaq; celſam
Vaſtat & herculeo uulgatos robore montes
Monſtriferumq; erymanthon.eriſonū ſtiphaleon
Arcades hi gens una uiris.ſed diſſona cultu
Scinditur.hi paphyas myrthos a ſtirpe recuruant.
Et paſtorali meditantur prælia trunco
His arcus.his tela ſudes.hic caſſide crines
Integit arcadii morem tenet ille galeri
Ille lycaoniæ ritu caput aſperat urſæ
Hos belli cœtus iurataq; pectora marti
Milite uicinæ nullo iuuere mycenæ
Funereæ tum namq; dapes:mediiq; recurſus
Solis.& hic alii miſcebant prælia fratres.
Iamq; athalanteas implerat nuncius aures
Ire ducem bello totamq; impellere natum
Arcadiam.tremuere gradus.elapſaq; iuxta
Tæla.fugit ſyluas pernicior alite uento
Saxa per & plenis obſtantia flumina ripis.
Talis erat correpta ſinus & uertice flauum
Crinem ſparſa notho.raptis uelut aſpera natis
Prædatoris equiſequitur ueſtigia tygris.
Vt ſtetit aduerſiſq; impegit pectora frænis
Ille ad humū pallens.unde hæc furibunda cupido
Nate tibi.teneroq; unde improba pectore uirtus.
Tu bellis aptare uiros.tu pondera ferre
Martis & enſiferas interpotes ire cateruas.
Q uanq̄ utinam uires.nuper te pallida uidi
Dum premis obnixo uenabula cominus apro
Poplite ſucciduo.reſupinum ac pene ruentem
Et ni curuato torſiſſem ſpicula cornu.
Nunc ubi bella tibi? non te mea tæla iuuabunt
Nec teretes arcus.maculis nec diſcolor atris
Hic cui fidis equus.magnis conatibus inſtas
Vix dryadum thalamis Erymantiadumq; furori.
Nympharum mature puer.ſunt omnia uera
Mirabar cur templa mihi tremuiſſe dianæ

Nuper.& inferior uultu dea uiſa.ſacriſꝗ
Exuuiæ cecidere tholis.hinc ſegnior arcus
Difficileſꝗ manus & nullo in uulnere certe
Expecta dum maior honos.& firmius æuum
Dum roſeis uenit umbra genis.uultuſꝗ recedunt
Ore mei.tunc tæla tibi.ferrumꝗ quod ardes
Ipſa dabo.& nullo matris reuocabere fletu
Nunc refer arma domum.uos aũt hunc ire ſinetis
Arcades.o ſaxis nimirum & robore nati
Plura cupit.fuſi circum natuſꝗ duceſꝗ
Solantur.minuuntꝗ metus.& iã horrida clangũt
Signa tubæ.nequit illa pio dimittere natum
Complexu.multumꝗ duci commendat adraſto.
At parte ex alia cadmi mauortia plæbes
Mœſta ducis furiis nec molli territa fama
(Quãdo his uulgatum deſcẽdere uiribus argos)
Tardius illa quidem:regis cauſæꝗ pudore
Verum bella mouet.nulli diſtringere ferrum
Impetus aut humeros clypeo clauſiſſe paterno
Dulce.nec alipedum iuga comere.qualia belli
Gaudia deiecti trepidas ſine mente ſine ira
Promiſere manus.hic ægra in ſorte parentem
Vnanimum.hic dulces primæuæ coniugis annos
Ingemit & gremio miſeros accreſcere natos
Bellator nulli caluit deus.ipſa uetuſto
Mœnia laſſa ſitu.magnæꝗ amphionis arces
Iam feſſum ſenio nudant latus.& fide ſacra
Aequatos cælo ſurdum atꝗ ignobile muros
Firmat opus.tamen & boetis urbibus ultrix
Aſpirat ferri rabies.nec regis iniqui
Subſidio quantum ſocia pro gente mouentur
Ille uelut pecoris lupus expugnator opimi
Pectora tabenti ſanie grauis hirtaꝗ ſetis
Ora cruenta deformis hiantia lana.
Decedit ſtabulis.huc illuc turbida uerſans
Lumina ſi duri comperta clade ſequantur
Paſtores magniꝗ fugit non inſcius auſi
Accumulat crebros turbatrix fama pauores
Hic iam diſperſos errare a ſopide ripa
Lerneos equites.hic te bacchate cyteron
Ille rapi theumeſon ait.noctiſꝗ per umbras
Nunciat excubiis uigiles arſiſſe plateas
Iamꝗ tyrios ſudaſſe lares.& ſanguine dyrcen
Irriguam fœtuſꝗ nouos.iterumꝗ locutam
Sphynga petris.cui non eſt ſcire licentia paſſi.
Et uidiſſe fuit.nouus his ſuper anxia turbat

Inferior:aut humilis aut nõ læta. Hoc ſegnior arcus:Celeres ſagittas non mittẽs.

Vultuſꝗ recedunt:ne lenitate uultus fœmina eſſe credaris:dum tuo ore mei uultus recedunt.i.dum uiri ſumpſiſti formã. nam adhuc ſimilis es matri. O ſaxis nimirum & robore nati:ad originem conuenire animum:quia dura corda habetis:& nõ uos flectit miſericordia.nam maledicit illis dicẽdo aſperos duroſꝗ:q a materno nõ commouentur affectu. Cadmi mauortia:thebani tranſitus ad thebas. Surdum atꝗ ignobile: Surdum opus procincti.diaſtole.illa ui operis.quod canente amphione ĩfractum eſt.modo autem ſurdum eſt: quia manu :non carmine condebant. Ad thebarum muros cantilena.Amphion dicitur ſaxa traxiſſe.ut Virgilius. Cantoque ſolitus ſi quando armẽta uocabat Amphion dyrcæus. Tamen & boetis urbibus ultrix.Hoc dicit Etheocli quoꝗ dediſſe boetiæ urbes auxilia.Nullus enim regis cauſa uenit ad bellum:ſed aut uicinitate compulſæ ſunt.aut miſericordia ciuitatis. Deformis hiantia lana:hiperbaton. Ora deformis:deformia ora habens:ſed hiantia cruentata lana. Turbida : non terribilia ſed conturbata. Non inſcius auſi:occiſi pecoris ſed conſcius audacis facti. Errare a ſopide ripa. Vt Lucanus.Et qui tauriferis ubi ſe mænania campis Explicat audaces ruere in certamina turmas Afferat.Ille rapi theumeſon.Theumeſos mons eſt haud Theumeſos
longe a thebis. Nunciat excubiis :ideſt nũciat argiuos hoſtiũ more excubias agere.

Vigiles arſiſſe plateas:lumine uigilum dicit arſiſſe.eſt autem ciuitas boetiæ in confinio hoſtium.ideo ſemper ĩuigilat .& quia in aditu eſt poſita.dicit primo fuiſſe uaſtatam. Fœtuſque nouos.Lucanus Matrem que ſuus conteruit infans.quos in thebas Cadmus iũxit. Dyrcen:dyrce autem fõs eſt thebanorum utrunque monſtrauit.ut Virgilius Aeraque ſudant nec puteis manare cruor ceſſauit. Solent tamen ad omẽ publicum portenta gigni : & eſt cœtus aut biformis. Vt Lucanus. Numeroque modoque membrorum.

Plateæ

Dyrce

Regina chori: ut choros ducebat ſacer/
dos una baccharum.Oſtendit autē antiſti/
tem liberi:quæ cytheronē incolebat. Tri/
Pathos fidamq; huc triſtis & illuc. pathos tribus
modis fit. Attendamus igitur ut hic cōple
xus ſit facto. Sparſis ſubito correpta cani/
ſtris.Syluestris regina chori trifidāq; huc
triſtis & illuc Lumīe ſanguineo pinum de/
iectat & ardens Erectam attonitis implet
clangoribus urbē.De fonte Virgiliano hūc
locum deriuauit. Is enim amatam ī ſyluis
eadē feciſſe deſcribit. pathos ipſius tribus
modis oſtenditur facto.Ipſa inter medias
flagrātem feruida pinum Suſtinet habitu
ſanguineam uoluēs aciem.d.matres audi/
te. Gentis auitæ:propter ſemelē cadmi fi/
Ganges liam matrē liberi. Gangen:fluuius indiæ:
per quē gentem poeta ſignificat. hunc pri/
mus liber.Secundus alexāder.Tertius apol
lonius.Ouidius de ipſo. Per ſeptem portus
in maris exit aquas. Pendimus:inuidioſe:
quaſi pro ſacrificio bellum lachrymaſq; ti
bi pendimus. Amazoniis hululatum cau
Caucaſus caſon armis:Caucaſus mōs ē ſcythiæ.ideo
hululatum:qđ amazōes cum finitimis bel
lare dicunt. Iuraui tibi in furorem ſacro/
rum:ut cauſas intelligerē:& bene de more
militiæ iuraui dixit: qa militiæ ſacramētū
dicitur.& ſacerdotio ſe dixit iuraſſe:nō bel
Creon lo. Et ſaltus dux alter habet.Creontem ſi
gnificat:q poſt ī teritū fratrum ſolus poſſe
dit imperiū. Gelatis uultibus: pallore.nā
iam depoſuerat numinis furorem. Variis
terroribus impar:qui non terretur: par eſt
.n.timori qui terret. Conſulit ille deos:ī/
molationem hoſtiarum.totā hāc de Luca/
no imitatus eſt. Non tripodas phœbi: nō
pythia conſulit.ne quæſiſſe libet primis ꝑ
frugibus altrix aera iouis dodona ſonet.

Tenebraſq; ſagaces:quia cæcus: ſed diui/
nus.Tyrrheſias ſagaces:quæ totum inueſti
gauerant.Tripode implicito:obſcuro apol
linis reſpōſo. Numeriſq; ſequētibus aſtra
ut arithmetrici:quos mathematicos dici/
mus:quorum ī numeris ē tota doctrina. ē
etiam ars quædā ex fumo aræ uerū proui
dere:quia ex diuiſione ipius fumi quæ ſūt
futura cognoſcūt:quos græci ΚΑΠΝΟΜΑΝ
ΤΕΙ capnomantes appellant. Elicitos patu/
iſſe refert:nam aliis rebus melius q̄ uia ma
nibus elicitos: ideſt tantum interius infe/
ros apire refert: q̄ ſint mortis duræ ſpatia
demerſa. Cōfinia:inter iūcturas hiſmenii
fluuii pelagiq; parat ante ducem.thura: ſci
licet ac ſacrificium:& Etheoclen uerſus pa
rat.Verbū figurauit a noīe. Viſceribus la
ceris:extis inciſis. Capax æui:antiquitatis.

Aeternū intonſæ frondes: nunq̄ depoſi/
tæ. Ab urſa:a ſeptentrionali plaga. Silen
tia ſeruat horror: poſſidet quædā uenera/
tio:quia in magno ſilētio horror naſcitur.

Corda metus.ſparſis ſubito correpta caniſtris
Sylueſtris regina chori.decurrit in æquum
Vertice ab ogygio trifidamq; huc triſtis & illuc
Lumine ſanguineo.pinum deiectat & ardens
Erectam attonitis implet clangoribus urbem.
Omnipotens niſæ pater cui gentis auitæ
Pridem lapſus amor:tu nunc horrente ſub arcto
Bellica ferrato rapidus quatis hyſmara thyrſo
Pampineumq; iubes nemus irreptare lycurgi
Aut tumidū gangen.aut clauſtra nouiſſima rubræ
Tethyos eoaſq; domos flagrante triumpho
Perfuriis aut hermi de fontibus aureus exis
At tua progenies poſitis gentilibus armis
Quæ tibi feſta litat.bellū lachrymaſq; metumq;
Cognatumq; nefas iniuſti munera regni
Pendimus.æternis potius me bacche pruinis
Trans & amazoniis hululatum caucaſon armis.
Siſte furēs.q̄ mōſtra ducum ſtirpemq; prophanā
Eloquar.en urges? alium tibi bacche furorem
Iuraui:ſimiles uideo concurrere tauros
Idem ambobus honos.unuſq; ab origine ſanguis
Ardua collatis obnixi cornua miſcent
Frontibus.alternaq; truces moriuntur in ira
Tu peior tu cede nocens.qui ſolus auita
Gramina.communemq; petis defendere campum
Ah miſeri morum bellatis ſanguine tanto?
Et ſaltus dux alter hebet.ſic fata gelatis
Vultibus & baccho iam demigrante quieuit.
At trepidus monſtro.& uariis terroribus impar
Longæui rex uatis opem tenebraſq; ſagaces
Tyrrheſiæ qui mos incerta pauentibus æger
Conſulit.ille deos non larga cæde iuuencum
Non alacri penna.aut uerum ſpirantibus extis
Nec tripode implicito.numeriſq; ſequētibus aſtra
Thurea nec ſupra uolitante altaria fumo
Tam penitus duræ q̄ mortis limite manes
Elicitos patuiſſe refert.letheaq; ſacra
It merſum hiſmeni ſubter confinia ponto
Miſcentis.parat ante ducem circumq; bidentum
Viſceribus laceris.& odoris ſulphuris aura
Graminibuſq; nouis & longo murmure purgat.
Sylua capax æui ualidaq; incurua ſenecta
Aeternum intonſæ frondis ſtat peruia nullis
Solibus.haud illam brumæ minuere nothuſue
Ius habet.aut getica boreas impactus ab urſa
Subter operta quies:uacuuſq; ſilentia ſeruat

Pallet:pallor eſt imago lucis:ſed mala.i.non ſimilis. Nec caret umbra deo:quaſi alios quoqꝫ deos habeat conſecratos. Effictam:ſculptã:quaſi in omnibus arboribus imago eius eſſet ĩſculpta. Huius ĩ aſpectæ:omnis lucus dianæ eſt cõſecratus:ut quercus Ioui. Stridere ſagittæ:ut ſonus tantũ ſit:uiſus uero nullus. Inqꝫ nouæ melior:quoniam inferos deſerit.Lucanus.Ad quos alio ꝓcedere uultu ficta ſole ſiccatæ.

Pallor

Lucus

Quercus

Immane patent tellus:extra ipſum lucũ cãpus late diffunditur. Qui uomere primo:durus quiſqs hũc primo arauit.i.Cadmus ſatis draconis dentibus. Infœlix terra tumultus: tumultus dicit illarũ animaꝝ:

Horror & excluſæ pallet mala lucis imago
Nec caret umbra deo.nemori latonia cultrix
Additur hanc piceæ.cedriqꝫ & robore in omni
Effictam ſanctis occultat ſylua tenebris
Huius in aſpectæ luco ſtridere ſagittæ.
Nocturniqꝫ canum gemitus.ubi limina patrui
Effugit.inqꝫ nouæ melior redit ora dianæ
Aſt ubi feſſa iugis.dulceſqꝫ altiſſima ſomnos
Lux mouet.hic late iaculis circum undiqꝫ fixis
Effuſam pharetra ceruicem excepta quieſcit.
Extra immane patent tellus mauortia campi
Fœtus ager cadmo durus qui uomere primo
Poſt conſanguineas acies.ſulcoſqꝫ nocentes
Auſus humum uerſare.& putria ſanguine prata
Eruit ingentes infœlix terra tumultus
Lucis adhuc medio.ſolaqꝫ in nocte per umbras
Expirat.nigri cum uana in prælia ſurgunt
Terrigenæ.fugit incepto tremebundus ab aruo
Agricola.inſaniqꝫ domum rediere iuuenci.
Hic ſenior uates.(ſtygiis accommoda quippe
Terra ſacris multoqꝫ placent ſola pinguia tabo)
Velleris obſcuri pecudes armentaqꝫ ſiſti
Atra monet.quæcũque gregũ pulcherrima ceruix
Ducitur.ingemuit dyrce mœſtuſqꝫ cytheron
Et noua clamoſæ ſtupuere ſilentia ualles
Tum fera cæruleis intexit cornua ſertis
Ipſe manu tractans.notæqꝫ in limine ſyluæ
Principio largos montes tellure cauata
Inclinat bacchi latices.& munera uerni
Lactis & actæos imbres.ſuadumqꝫ cruorem
Manibus aggeritur quantum bibit arida tellus
Trũca dehĩc nemora aduoluit mœſtuſqꝫ ſacerdos
Tres hecate.totidemqꝫ ſatis acheronte nefaſtos
Virginibus iubet eſſe focos.tibi rector auerni
Q uanq̃ ĩfoſſus humo.ſuperat tamẽ agger ĩ aruis
Pineus hunc iuxta cumulo minor ara profundæ
Erigitur cereri.frondes atqꝫ omne cupreſſus
Intexit plorata latus.iamqꝫ ardua ferro
Signati capita.& frugum libamine puro
In uulnus cecidere greges.tunc innuba mantho

quæ ſe occiderunt.i.aratoris proſciſſiõe indignantes pugnant inter ſe. Solaqꝫ nocte: in qua ſolitudo eſt. Inſani iuuenci: metu perterriti. Senior uates:cauſam dicit cur ibi Tyrheſias ſacrificat:quia nunc terrigenarum ſanguine ſanguineus eſt locus, ſanguine enim inferi delectantur. Sola pinguia tabo:ſatiata cruore.deſcribitur locus: in quo hæc cõtendit importunus inferis ſacris. Armentaqꝫ ſiſti atra monet:ut Virgi. Quattuor hic primũ nigrantis terga iuuẽcos Conſtituit. Stupuere ſilẽtia ualles: baccharum uocibus clamoſæ ualles deſtitutæ immolatarum pecudũ mugitibus ſtupuere.dicit poetica fantaſia omnẽ gregem ĩ illo loco imolatũ. Vſqueadeo:ut fons de quo potabant armenta:& mons per quem errabant ingemiſcerent:cum ſe armentis deſtitutos uiderent.Sic Ouidius de ſimili ſacrificio.Diis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit Læuum mercurio:dextrũ tibi bellica uirgo.Ara Iouis media eſt:mactaẽ uacca mineruæ.Alipedi uitulus taurus tibi ſũme deorum. Ipſe manu tractans:cũ oculorum officio manibus fungeretur. Tellure cauata:pro nouẽ ſcrobibus:ĩ quibus ductus aquæ quæ ſacris eſt neceſſaria collocauit.i.nobiles latices fudit. Actæos imbres: Actæa dicitur regio attica:de qua & mella quæ ueniunt & liquida ſunt:& nimis dulcia.unde Virgilius.& mõtem atticum aracynthũ actæum dixit : quia oĩs regio maritima actæum imbrem mulſum dicit : aut actæos imbres aquam fõtis illius: q̃ actæõ aſperſus:in ceruum mutatus eſt. Sed utrũ mulſũ puꝝ fontẽ an cruorẽ pecudum.quo poſſit tellus arida ſaciari incertũ eſt. nõnulli rorem marinũ ĩ actæo aracyntho dicũt.

Sanguis

Inferi

Actæa regio

Aracynthus

Suadũqꝫ cruorẽ:qui perſuadeat manibus ad ſuperos redire. Aggeritur:infunditur : deeſt tantũ. Tris hecate:qa triformis ẽ:aut quia eadem creditur diuũ mater proſerpina uel terra:uel ueſta. Satis acherõte nefaſto:natis de acherõte.& enĩ matre nocte patre natæ acheronte dicunẽ. Virginibus:furiis:Profundæ erigitur cereri.Tria ſunt in ſacrificiis loca:per q̃ piationẽ facimus.Scrobiculo facto ĩferis aris tribus ſacrificamus: cæleſtibus extructis focis:unde etiã noĩata ſunt altaria:ad q̃ ſacrificantes manus porrigimus ĩ altũ. Cupreſſus plorata:luctibus apta. Signati ca.deſignata capita habentes. prius.n. ſetæ tollũẽ:aut arana & aris ĩpõiẽ. & ita q̃ſi deſignaẽ ĩmolatiõis uictima. Et fru.liba.pu.illibato ĩpolluto ſignificat ãt falſas fruges. In uulnus cecidere greges:Sacerdotũ cõſuetudo talis eſt,ut aut ĩpi ꝑcutiãt uictias:& agões ap

Sacrificiorum loca tria

Altaria

Hoſtiarũ mactatio

pellantur:aut ſic tenentes cultrum alter impingat .ideo dicit.In uulnus ceciderũt greges:quia uictimato/
Cypariſ/ſus res dicuntur..ut Virgilius.Supponunt alii cultros.Cypariſſus ſpetioſus puer dum uenaretur in amorem ſui apollinem compulit:a quo accepit ceruum pulcherrimum munere & manſuetum:quem cum dilige ret:laſſus ſõnũ ſub arbore cape cœpit.ſubitoq; excitatus ſtrepitu:ceruũ lõge uidit:credẽs ſilueſtrẽ miſſa ſa gitta:eũ iteremit:agnitoq; uſq; eo gẽuit:ut ab oĩ cibo potuq; abſtieret:quo tabeſcẽte Apollo miſertus eius uertit eũ ĩ arborẽ ſui noĩs:de qua.Virgi.Funeſta fronde coronat.Hæc cauſa eſt quare cupreſſus adhibetur locupletũ funeribus:Luca. Et nõ plæbeos
Cupſſus luctus teſtata cupſſus:qa iceſtatas familias rõani hac notabãt:qdã uolũt ad hoc nomẽ electam arborẽ:quia ĩ fructuoſa apta deſũ/ctis eſt:uel quod in tutelam eam dixerint ĩ ferorum. Mantho:filia tyrheſiæ uirgo.
Libare Immola/re Reddere Litare Prælibat ſanguinẽ:primo eſt ſanguine li/bare.deide immolare.tertio reddere.quar/to litare. Ter circum acta pyras:cum ter omnes pyras circumiſſet. Reddit uiſcera aut aris imponit:aut nunciat patri ſuo. At que ipa ſonantia flammis uirgulta. hoſtias
Aruſpicia & ſic futura dicit. Ars autẽ aruſpicina hæc hẽt:ut & thuris motus & crepitus & fumi motus & flexus aruſpex ipe colligat:quoni am hæc primum ſigna aut teſtatur exto/rum promiſſis ſi bona ſint:aut ſi contra re fringãtur.ut teſtatur liber de thuris ſignis: quia ipſius tyrheſiæ ſic deſcribunt. Sẽſit: quia carebat oculis ſacerdos. Plurimus ar dor anhelat:hoc bene adiecit: Nam quo/modo cæcus poſſet intelligere aras ardere: niſi ignis afflatu? Et uos impulit ignem: illius precibus flãma nutrita eſt. Vulguſq; caua ſub nocte:ideſt uacua ab opere. Re/poſtum:ideo q itidem ad ſuperos ad cor/pus reuertatur. Et plena redeat ad hãc ſty ga: quomodo dicimus uiam redeat. Fer/te ſimul greſſus:nocentes inquit de tarta/ro pii helyſios ueniant.Virgaq; potenti nu bilus arcas agat. Nubilus infernus.impe/
Mercuri/us rat aũt Mercurio & libero:ut animas pioꝝ euocent.Quare autem perſecate eſt ratio. Quidam autem uolunt non Iouis filium eſſe Mercurium:ſed Pyræ: in qua opiniõe etiam Heſiodus uerſatur ĩ his libris: quos de theogonia ſcripſit.Quidã perſei.imma nes græcorũ manes dicit.Coruilius quat/tuor mercurios eẽ ſcribit.Vnũ iouis & ma iæ filiũ.Alterũ cæli & diei.Tertiũ liberi & Proſerpiæ.Quartũ iouis & cyllenes:a quo
Argus Argus occiſus ẽ:quẽ ipm ob hãc cãm græ ci pfugum dicunt ægyptiis autem litteras demõſtraſſe. ergo mercurium liberi & p/ſerpinæ filiũ dicũt animas euocare:de quo Virgili. lætheum ad fluuium deus euocat agmine magno. Contra per crimina fun/ctis :tyſiphone pande diẽ.Senſus hic eſt.he cate & Mercurius pias animas ducunt:no/centes tyſiphone. Qui plures herebo:ut Vir.Quæ maxima turba eſt.ſed mõ aucti p ſanguinẽ thebanũ aTaxo qdẽ arbore uenenoſa faces furiæ dĩ cunt habere. Teſiphõe dux:tu inqt Teſiphone illos reduc qui ſcelerati ſunt.plurimiq; de ſtirpe thebana. Detorqueat umbras:auertat ad ſuperos quidem uenire cupientes. Illi formidine nulla: ſubaudimus ſtabant & tyrheſias. Et uellera preſſat:amplectitur conſtringit petens auxilium timoris. Confraga:aſ/pera & deſerta. Et ſudantia nixu:ex manuum ſudore.nam pro timore ſudor oritur uenatori. Et cæca metitur:quæ cæcat mẽtem & cõturbat cæca cura:tacito aĩo.nõ illũ uidet:ſed magnũ eẽ clamorẽ metit.

Exceptum pateris prælibat ſanguinem. & omnes
Ter circum acta pyras ſancti de more parentis
Semineces fibras:& adhuc ſpirantia reddit
Viſcera.nec rapidas cunctatur frondibus atris
Subietare faces.atq; ipſe ſonantia flammis
Virgulta & triſtes crepuiſſe ubi ſenſit aceruos
Tyrheſias(illi nam plurimus ardor anhelat.
Ante genas impletq; cauos uapor igneus orbes)
Exclamat tremuere rogi.& uos impulit ignem.
Tartareæ ſedes & formidabile regnum
Mortis inexpletæ.tuq; o ſcæuiſſime fratrum
Cui ſeruire dati manes.æternaq; ſontum
Supplicia.atq; imi famulatur regia mundi
Soluite pulſanti loca muta.& inane ſeueræ
Per ſephones .uulguſq; caua ſub nocte repoſtum
Elicite.& plena redeat ſtyga portitor alno
Ferte ſimul greſſus.nec ſimplex manibus eſto
In lucem remeare modus.tu ſepare cœtu
Helyſios perſeæ pios.uirgaq; potenti
Nubilus arcas agat contra per crimina functis
Qui plures herebo.pluresq; e ſanguine cadmi
Angue ter excuſſo.& flagranti præuia taxo
Teſiphone dux pande diem.nec lucis egentes
Cerberus occurſu capitum detorqueat umbras
Dixerat.& pariter ſenior phœbeiaq; uirgo
Erexere animos.illi formidine nulla
Quippe in corde deus. ſolũ tremor obruit ingens
Oedipodioniden.uatiſq; horrenda canentis
Nunc humeros.nunc ille manus.& uellera preſſat
Anxius.inceptiſq; uelit deſiſtere ſacris.
Qualis getulæ ſtabulantem ad confraga ſyluæ
Venator longo motum clamore leonem
Expectat firmans animum.& ſudantia nixu
Tela premens.gelat ora pauor greſſuſq; tremiſcũt
Quis ueniat.quãtuſq; ſed horrida ſigna fremẽtis
Accipit.& cæca metitur murmura cura.

Læuaq; conuulſæ dedimus carcheſia terræ:q̄ ſiniſtra manu funduntᷣ læua manu infuderat. Inferis ſi/ Inferis ſi/
niſtra manu imolamus pocula. Caſſus ne ſacerdos:& hunc locū de Lucano imitatus eſt.Tyſiphone uo niſtta
ciſq; meæ ſecura megæra.Non agitis ſæuas erebi per mane flagellis infœlicē aiam. Colchis aget: ciuitas
ſcythiæ:de qua oēs ueneficæ:unde Medea.hoc eſt illis obtēperatis:& noſtra p̄cepta contēnitis. Sub unū
funeſtare deos:pro in unū & in cōmunē imolationē hois pp necromātiā.his.n.inferi delectantur. Et qc/
quid dici noſciue timetis.hæc de Lucano mutuatᷣ:cū minātē māibus theſſalū induceret. Ni te tymbreæ

Atq; hic tyrrheſias nondum aduentātibus umbris
Teſtor:ait: diuos quibus hunc ſacrauimus ignem
Læuaq; conuulſæ dedimus carcheſia terræ
Iam nequeo tolerare moram.caſſus ne ſacerdos
Audior.an rabido iubeat ſi theſſala cantu
Ibitis: & ſcyticis quotiens armata uenenis
Colchis aget. trepido pallebunt tartara motu.
Noſtri cura minor.ſi non attollere buſtis
Corpora:nec plenas antiquis oſſibus urnas
Egerere:& mixtos cæliq; herebiq; ſub unum
Funeſtare deos libet.aut exanguia ferro
Ora ſequi.atq; ægras functorum carpere fibras
Nec tenues annos.nubemq; hanc frontis opacæ.
Spernite ne moneo.& nobis ſcæuire facultas
Scimus enim & quicquid dici noſciq; timetis
Et turbare hecatem ni te tymbreæ uererer.
Et triplicis mundi ſummum quem ſcire nefaſtum
Illum ſed taceo.prohibet tranquilla ſenectus
Iamq; ego uos auide ſubiicit phœbeia mantho
Audiris genitor:uulguſq; exangue propinquat.
Panditur elyſium chaos.& telluris opertæ
Diſſilit umbra capax:ſyluæq; & nigra pateſcunt
Flumina:liuentes acheron eiectat harenas.
Fumidus atra uadis flegethon incendia uoluit.
Et ſtyx diſcretis interflua manibus obſtat
Ipſum pallentem ſolio circumq; miniſtras
Funeſtorum operum eumenides.ſtygiæq; ſeueros
Iunonis thalamos.& mœſta cubilia cerno
In ſpeculis mors atra ſedet:dominiq; ſilentes
Adnumerat populos.maior ſupereminet ordo

uererer:bene licet magicā facere:honorem
ſeruauit Apollini:cuius reuerentia nolle ſe
dicit germanæ eius dici inuocationis me/
tu contumeliam facere.Ipſa aūt hecate dia
na dicitᷣ.Tetigit & philoſophiæ partē ſacro
rum iuxta picturā:quam i inferiore anno
tantū cōmemorat. Et triplicis mūdi ſum
mū:iuxta picturā illā ueterē:i qua hæc tor/
menta deſcripta ſunt:& aſcenſio ad deū. di
cit deū demogorgona ſūmū:cuius nomen Demo/
ſcire nō licet.infiniti aūt philoſophoꝝ ma/ gorgon
gnorū p ſe etiā cōfirmarūt re uera eē p̄ter
hos deos cognitos q coluntᷣ i tēplis alium
principē:& maxie dominū cæteroꝝ numi
num ordinatorē:de cuius genere ſint ſoli.
Sol atq; luna:cæteri uero qui circunferuntᷣ
aſtra nominantur:q̄ eius clareſcūt ſpiritu:
maximis in hoc auctoribus Pythagora &
Platone:& ipſo Thagete cōuenientibus.Sed
dire ſentiūt:q eū intereſſe nefandis artibus
actibuſq; magicis arbitrantᷣ.In uerſu uero
poeta ſic dixit. illū q̄ſi nomen ſcire ſic repe
tunt:ut pderit.ſic ergo ſcire nefas eſt.i.eis.
hoc magis ad terrorē dixit: illū ut putares
tu ſcire a uate:cū nō liceat dei noīa contine
re.ſed dei uocabulū a nullo ſciri hoīum po
teſt.ſed qd ueritas habeat pcipe. Huius ne
dei qs nomē ſcire pōt:q nō tantū regit: ſed
cōtinet cūcta:cuius arbitrio deſeruiūt: qui
nec æſtimari pōt:nec finibus claudi.Sed cū
magi uellēt uirtutis ut putabant ſe cōpræ/
hendere ſingulas appellatiōes:quas p natu
ræ poteſtates abuſiuo modo deſignarunt:
& quaſi plurimoꝝ nobilitate deū appella/
re cōati ſūt:q̄ſi ab effectu cuiuſq; rei ductis
uocabulis:ſicut Orpheus fecit.Et miſis dei Deus
ſūmi antiſtes & eſais:& his ſimiles æthru/
ſci cōfirmāt nympham:q̄ dū nupta fuerit:
prædicaſſe maximi dei nomē: exaudiri ho
minē p naturæ fragilitates:pollutionemq;
fas nō eē:qđ ut documētis aſſereret: cōſpe
ctu cæteroꝝ ad aurē tauri dei nomē nomi
naſſe:quē illico:ut demētia correptū:& nimio turbine coactū exaiaſe:ſi q.ſ.ſecreto ſcire dicūt: falſū ſciūt:
Aſſilit ægon: mare ægeum quod inſulas plurimas habet dictū ab ægeo patre Theſei. Aſſilit inſulas.i. circunfluit. Nulla deæ ſedes:quæ adulteriū ueneris more uulcani dānauerāt.Inde nulla ueneris ſedes in léno ē.Inde initū nomē odorē fœminis hyrcinū ob quā cām horruiſſe uiri dicūtur uxores.Igiť pergētes ad thraciā eorū filias ſortiti ſunt quo dolore cōmotæ léniades reuerſos uiros uniuerſos peremerunt.Sed hāc ueritatē poeta declinauit. Alii dicūt tēplū ueneris fuiſſe in léno:deorū opinione cælebratū : diuerſa ē odii cauſa: nā hæc alii aſſerūt q adulteriū eius in hac īſula dicunt eē detectū:ut ipſa uenus:hoc mihi lénia cæ de te meruere cathenæ:ideo etiam illas quas inepta opinione filias ſolis finxit pſecuta ē.Quondā. interdū.ut quondā etiā uictis redit in præcordia uirtus. Lento agmine:inceſſu ex īpetu.i.tarde ueniūt pœne:ut Horatius.Raro antecedētem ſceleſtum deſeruit pede pœna claudo. Soluiſſe iugalem cæſtō:uel ſui diſimilis omnibus delitiaꝝ ſignis ammotis :quoniā ira molles producit habitus:cæſton uiculū ornamēti.quo circundatur omnibus illecebris nuptiarūque cupiditatibus elaborato:quo matrimōio dicať alligatæ cæſtō: ſubiigetur. declinatur autē hæc cæſtos : ut lēnos:delos: pecialiter tamen cæſtō:oīa ueneris debemus accipere.quæ non rutilo auro gēmiſque ſit.Sed pelle ut probētur corporeæ uoluptates.Cæſtō autē dicitur q̄ copulæ ex matrimonio uis eſt:ideoque adulterio perpetrātur incæſta dicūtur q̄ſi q; nō uinctū fuerit ſit incæſtū. Ablegaſſe uolucres:aues Epithetō de numinis ſede q; ſint Veneri cōſecratæ:ideſt columbæ ignis.habet enim uenus ignes cupiditatis nūc odii ſecundū fidem ſacrorū:uel precationū ueneris uerticordiæ præcipu .quæ rogať ut amores iniiciat:rurſum ut auferat.Si .n.poteſtas eſt dandi:nihilominus ius eſt tollēdi & amore ſublato:aut naturaliter odiū reſidet:aut īmittitur.ut Vir.Quæ mihi reddat eum uel eo me ſoluat amantem. Tartareas:ſūt qui dicerēt uenerē ſe cū furiis cōiūxiſſe: Et bene philoſophi. Quod obſcure hic poeta tetigit:furias amori cōiunctas eſſe dixerūt: ſecundum Virgiliū.In furias ignēq; ruunt. talia .n. per amorem cōmittuntur. Qualia p amorē ſolēt:qd ē.n.uoluptas ueneris.niſi mera īſania:iō uenus ignis dr̄:iō Vulcani & Martis cōiūx ignis & furoris.Idcirco furiæ ignis:facibus diſtīguūť armatæ Nec popu.fidi miſe. mariti:iō fidi.qa poſt adulteriū dilexit uxorem:dixerat.n. ſupra: ubi ignifera feſſus reſpirat ab æthna:dicūť ſpirāina ignis in hac īſula eē:Quæ cōſtat afflari ſem er animique tegunt . defendunt ideſt ſperabant tali conſilio:ſiue tegunt a curis defēdūt:ut Virg.hunc tegere:& diræ ualeam ſubducere pugnæ.ceu ſtaret equos.Quia meridie curſus ſolis uidetur ſtare. Quater axe ſereno: de numero tonitruum ratio eſt.nam oīs impar numerus proſpera ſignificat & uiuis aſcribitur: Id uero quod par eſt contra infectum:& mortuis dať. Geminus uero:ideſt par q; ergo nihil agit defunctoꝝ ē: ut Virg.numero deus impare gaudet.Et ubique mortuis geminum hoc ē parē aſcribit numerū uel duale:quattuor iuuēcos īferis īmolat:quattuor tauros īferis mactat.ideo hic quater:qa aduerſū tonat: &nitide obſeruauit: ut ſeniores eo tpe diuiderētur a ſole ut par nūerus qui eſt uiuis cōtrarius poneret:diciť aūt hic impar numerus a pythagora repertus:& maſculinæ uirtutis:& deoꝝ ſupeꝝ pp trinā egulam.diuiæ ratiōis:ergo huiuſmodi ſigna cōtigerant:ut Quater ipō ī limine portæ ſubſtitit atq; utero ſonitum q̄ter arma dedere.nā oculte Vir.de nūero coactus eq īfernā īfauſtāq; rē:ideſt mortē pnūciari prædicebat.

Cæſtus

Littora:& inde nephas florebat diues alumnis
Terra.nec illa ſamo fama:deloue ſonanti
Peior.& innumeris quas ſpumifer aſſilit ægon.
Diis uiſum turbare domos.nec pectora culpa
Noſtra uacāt.nullus ueneri ſacrauimus ignes
Nulla deæ ſedes.mouet & cæleſtia quondam
Corda dolor.lentoq; irrepunt agmine pœnæ
Illa paphon ueterem.cētumque altaria linquens
Nec uultu nec crine prior ſoluiſſe iugalem
Cæſton.& idalias procul ablegaſſe uolucres
Fertur.erant certe media quæ noctis in umbra
Diuam alios ignes.maioraq; tela gerētem
Tartareas inter thalamis uolitaſſe ſorores
Vulgarent.utq; implicitis arcana domorum
Anguibus.& ſæua formidine cuncta repleuit
Lumina.nec fidi populum miſerata mariti
Protinus a lemno teneri fugiſtis amores.
Motus hymen.uerſæq; faces:& frigida iuſti
Cura thori.nullæ redeūt in gaudia noctes
Nullus in amplexu ſopor eſt:odia aſpera ubiq;
Et furor:& medio recubat diſcordia lecto
Cura uiris tumidos aduerſa thracas in ora
Eruere:& ſæuam bellando frangere gētem
Cumque domus cōtra ſtanteſque in littore nati
Dulcius Aedonias hyemes Arctonque fremētem
Excipere:aut tandem tacita poſt prælia nocte
Fractorum ſubitas torrentum audire ruinas
Ille autem triſtes(nam me tunc libera curis
Virginitas animiq; tegunt)ſub nocte dieque
Aſſiduis ægre lachrymis ſolantia miſcent
Colloquia:aut etiam ſpectant trās æquora thracē
Sol operum medius ſummo librabat olympo
Lucentes ceu ſtaret equos:quater axe ſereno
Intonuit.quater antra dei fumantis anhelos

Exeruere apices:flammaꝝ.ſ.Vir.de uertice uiſus iuli fundere lumē apex. Aegon ꝓmontoriū lēni.i. mare ægeū. Inſueta:hoc ē præter ſolitū tollit̃ i furorē. Theumeſia thyas:thyas theumeſia boetia:theumeſus.n.cāpus ē iuxta thebas:ꝓpe cytheronē thyas ē. Inſano deo:inſanū liberꝝ dicit:q cultores ſuos faciat iſanos. Tremēti ſanguie:iſtabili furore. Infœlix comitatus:qa eos primū occiſura ē:ut fidē faciat ſceleris cæteris ſuadere. Sūmaſꝗ ad pallados arces:opportune in tēplo uirginis deæ in maritorū interitu fœminæ coniurant uniuerſæ:hæc.n.dea uidet̃ dānaſſe matrimoniū uirginitate cōtenta. Rē ſummā: Qua interitū habemus in uiros: Inſtinctu.n.ſuporū nō humano errore paramus iſta cōmittere.Ordo ē:Rē ſummā ſācire paro. O uiduæ:uiduas maritatas uidet̃ incōgrue poſuiſſe:Sed ad explicādū dolorē mulibrem dixit.hoc eſt.Cum habeatis uiros.illis longe a uobis poſitis uiduaꝝ uiuitis more:bene ergo uiduitatis nomē appoſuit.Quo uocabulo iā de coniugibus deſperarent: & q̄ſi alienos ſine affectu uidetur occidere. Sexū:nō dixit ſexū pellite.i. naturā mutate.Quod fieri nulla poterat ratiōe.Sed pulſa fœminea ibecillitate: uiriles ad facinus arripite aios. Aeternū: ſic ait:q̄ ſi ſemp deſint mariti:ut Vir.Sola ne perpetua mœrēs carpere iuuēta. Iuuētæ flore: iō poſuit Iuuentæ reſpexit alterius:ne malū ſit tēporale. Sitū:uetuſtatē: q̄ turpis ē i iuuene:ut Vir.Nō ego uicta ſitu. Renouāda uēus:uenerē hic ꝓ maritis poſuit.i.ut inueniamus alios. Cui cōnubialia uicla:iterrogatiue hoc ē cui ueſtrū fuit honos thalami ſecretus? Quid cōiuge pectus itepuit. cui pectus itepuit blādientis mariti cōplexu. Lucina labores:ab iutilibus maritis argumentat̃ & docet qd habeāt utilitatis ſi uoluerint mutare cōſilia. Vota tumēt:methaphora ab icluſis.q pulſant ut aperiant̃: & hic parthus iclūſus ē nō uota tumēt:ſed creſcētibus menſibus tumet uterus:ꝑ quē partū ut die tumeſcunt:uota ſuſcipiunt̃.

Theumeſius

Graiis uirginibus:danaū dicit. qui quinquagita filiabus ſuaſit :ut ſpōſos ſuos eadē nocte qua fuerant coniunctæ perimerent: quaꝝ omnes ſponſi filii ægiſti fratris danai fuerūt & totum hoc exemplis poſuit.

Quod ſi ꝓpioribus actis:a recēti exemplo ut ad tempus referat̃ recentiore enim exemplo.i.ſiue quia prope erat thracia in qua ꝓgne pādionis filia therei uxor i ultionē ſuā.ꝙ maritus cū philomela cōcubuiſſet filiū quē de thereo ſuſcepat : interemit: ſiue ꝓpter harpalicē quā cum pater amaſſet & illā cōpreſſiſſet filium ex incæſtu natū patri appoſuit comedendū:quā opinionem Virgili.ſecutus ait.patriſque epulandum apponere menſis:præter qđ aptum uideatur exemplis maior neceſſitas ſuaſionis ē:cū etiā uicinū docet̃:nā thraciaquæ lēno uicina ē:duobus maximis exēplis.i.ꝓgnes & harpalicæ: lemniades matres ad perficiēdū nefas hortat̃: de duabus ergo hyſtoriis ſimilibuſꝗ ius ad rē aptari poteſt:& aptata hortatur ad facinus.nam ſicut bona ſuaſio bonis debet ſuſcitari: & aſſeri exēplis ſic & mala malis:nulla enim rei argumenta deſunt: Et eſt in utraꝗ pugna bona bonis:ut Virgilius.ſi fratrē pollux alterna morte redemit:mala malis:ut Lucanus nec longe fatorum exempla petātur fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Rhodopæia coniunx: hæc hiſtoria ꝙ progne pariter cum thereo filiū comediſſet:ſed ut lēniadum animos hoc ſcelere magis accenderet: prognen quoque pariter epulatam:pro loco perſuaſionis ſuæ neceſſario fuiſſe mentita eſt.

Exeruere apices.uentiſꝗ abſcentibus ægon
Motus:& ingenti percuſſit littora ponto
Cum ſubito horrendas æui matura Polyxo
Tollitur in furias.thalamiſꝗ inſueta relictis
Euolat.inſano ueluti Theumeſia Thyas
Rapta deo:cum ſacra uocant. idæaque ſuadet
Buxus & a ſummis auditus montibus Euan
Sic erecta genas.aciemꝗ effuſa trementi
Sanguine deſertam rabidis clamoribus urbem
Exagitat.clauſaſꝗ domos.& lumina pulſans
Concilium uocat infœlix comitatus eunti
Hærebant nati.atꝗ illæ non ſegnius omnes
Irrumpunt tectis:ſummaſꝗ ad Pallados arces
Impetus.huc propere ſtipamur.& ordine nullo
Congeſtæ.ſtricto mox enſe ſilentia iuſſit
Hortatrix ſcelerum:& medio ſic auſa profari
Rem ſummam inſtinctu ſuperū meritiꝗ doloris
O uiduæ firmate animos.& pellite ſexum
Lemniades:ſancire paro:ſi tedet inanes
Aeternum ſeruare domos:turpemꝗ iuuentæ
Ferre ſitum:& longi ſteriles in luctibus annos.
Inueni promitto uiam(nec numina deſunt)
Qua renouāda uenus modo par in ſumite robur
Luctibus:atꝗ adeo primū hoc mihi noſcere detur
Tertia canet hyems.cui connubialia uincla?
Aut thalamis ſecretus honos? quid cōiuge pectus
Intepuit? cuius uidit lucina labores?
Dicite? uel iuſtos cuius pulſantia menſes
Vota tument? quam pace feras uolucreſꝗ iugari
Mos datus.heu ſegnes.potuitne ultricia graiis
Virginibus dare tela pater? lætuſꝗ dolorum
Sanguine ſecuros iuuenum perfundere ſomnos?
At nos uulgus iners.quod ſi propioribus actis
Eſt opus:ecce animos doceat Rhodopæia coniūx
Vlta manu thalamos:pariterꝗ epulata marito

Secura ne cogo: nec uos ideo ego hortor ad ſcelus qđ minime orbitate plena mihi ſit domus filiis:& eſt figurata antipophora: ne ideo uideať hoc ipſa perſuadere qa non habet qđ perimat: ſudorē aūt dixit ſiliorū multiplicē partū in quo dolore nimiū laborať. ſiue ſudorē occidendorū quattuor poſuit filiorꝫ: ſiue ſudor dixit liberos. quos parturiēdo: & educando ſudauit. Lachrymiſq;: ut oſtēderet grandi neceſſitate ad tale compelli facinus: quo crudelior fiat ſentire ſe dicit affectū patremq; ſuper ſpirantibus addā. ut Vir. natumq; patremq; cū genere extinxem. Fortunam: occaſionē temporis: ut Vir. ſi fortuna pmittitis uti: nata perſuaſionis occaſiōe reuertentiū uirorū. dicit. n. deorum nutu factū eē ut eo tēpore cōiuges aduenirēt qđ deorū tractū ē paraboli argumēto agēdi uirtute neceſſariū facit dicendo. deus hos deus ultor ī iras Superis ne uocātibus: ut Vir. Diis eqdem auſpicibus reor & Iunōe ſecūda. Nec imago qetis: cōfirmat audaciā ſuā deos adiuuare ſomni expoſitiōe. & ē ratio philoſophica cur q̄ futura ſint ī ſe mortalibus præſagiis demōſtranť. Sed de multis paululū dicā. natura rerꝫ ex qua hoīes mixti ſūt affectus ſilere nō patiť: Et cur p ipſā ſniam corporis ſētire præmittat. aſt aīæ diuina ꝓuidentia. q̄ q̄uis cæco carcere & tenebris clauſa teneť quid ecōtrario natura ficte ſit ſōniorꝫ uaticinatione denūciet. Vana meæ. i. nec ſomniū meū uanū ē: ſed uerꝫ. ergo debet pfici quoniā ſomniū ueritatis imago ē: ut Virg. nā mihi per ſomnū caſſandræ uatis imago ardētes dare uiſa faces: & alibi nec ſopor illud erat. Quid pditis æuū: iuuētutē ueſtrā qd perditis maritis orbatæ. Aduerſis thalamis: inimicis. cōſyderāda eſt perſuaſio in qua primū ē beneficiū qđ mala tollit dein de qđ optīa polliceť. aduerſis aūt dicit q nō reuerſi ſūt & q nos negligūt: & ut Virg. forteſq; aduertiť. Dixit: hoc loco poeta dicta factaq; cōplexus eſt. Dū tēpus agit rē. i. dū opportunitas eſt agēdæ rei: ut Vir. iā tēpus agit rē. Biſthonides: thraciæ. dixerat. n. ſupius mulieres oēs hoc dolere quia oēs lēnii iuuenes odio odoris uxorꝫ in thraciā ꝑfecti ſunt ī eodē loco coniugiis copulati. biſthonides ſœmininū genus poſuit ſi de uiris diceret biſthones dixiſſet. ideo additū ꝓpter ſocietatē cōiugii nā marito ſeruum uenire notiſſimū ē. Lunatū: peltatū q; ſcuta amazonū quæ peltas appellāt ī modū lunæ formata ſint. ut Vir. ducit amazonidū lunatis agmina peltis pentheſilea furens. Indulget pater: pr̄ aut ſecundū conſuetudinē poetarꝫ dixit q ſolēt deos patres uocare. ut Vir. qd ue pater neptūne paras. aut pr̄. i. mars qa pāthaſilienſiū oīum amazonū ꝓprie mars dr̄ pr̄. Solare do. uaſtare. i. ſolas facere: Cōpoſitiuū deſolare. ut eſt ſolorū nemorꝫ. Iuuenūq; ſenumq;. i. indiſcrete oēs occidere. Pleniſq; affrangere paruos uberibus: ideſt uiolenter necare & hoc incongrue poeta poſuit cū tanto tempore dicat earꝫ maritos abfuiſſe ūde purgatur obiectio. ſi dicať etiā trinos infantes lactare poſſe: ait. n. ſuperius: tertia canet hyems cui cōnubialia uincla. Oēs exire per ānos: uel nullā in necādo ætatem excipere. ut Lucanus. Crimine quo cædem parui potuere mereri ſed ſatis ē iam poſſe mori. Iuga celſa: templa mineruæ ſunt. Propter opacat humum: uicini agri ſpatia inumbrat. Niger: umbroſus. Et gemina pereunt caligine ſoles: gemina duplicia hoc eſt nemoris. Sanxere fidem: fidem in ſcelus firmauere. Enyo: bellona ſoror martis iō martiam dixit quæ aui proauiq; nomen accepit quaſi bello nata. atq; inferna ceres. Proſerpina. mixta Venus qcquid agitur. Quicqd nefarie cogitatur uenus urget infenſa & cum hoc poeticum uidetur: tamen uera eſt ratio. cūcta. n. mala quæ geruntur per uenerem fiunt cui oēs ꝓpemodū mortales ſtudent.

Nec uos immunis ſcelerum: ſecuraq; cogo
Plena mihi domus eſt. atq; ingens (cernite) ſudor.
Quattuor hos una decus. & ſolatia patris
In gremio licet amplexu lachrymiſq; morentur
Transadigam ferro. ſaniemq; & uulnera fratrum
Miſcebo. patremq; ſuper ſpirantibus addam
Ec qua tot in cædes animum promittit. agebat
Pluribus. aduerſo nituerunt uela profundo
Lemnia claſſis erat. rapuit gauiſa Polyxo
Fortunam. atq; iterat. ſuperis ne uocantibus ultro
Deſumus? ecce rates. deus hos deus ultor in iras
Adportat. cœptiſq; fauet. nec imago quietis
Vana meæ nudo ſtabat uanus enſe. uideri
Clara mihi. ſomnoſq; ſuper. quid perditis æuum?
Inquit. age aduerſis thalamos purgate maritis
Ipſa faces alias. melioraq; fœdera iungam
Dixit. & hoc ferrum ſtratis hoc (credite) ferrum
Impoſuit. qui o miſeræ dum tempus agit rem
Conſulite. en ualidis ſpumant euerſa lacertis
Aequora. biſthonides ueniunt fortaſſe maritæ?
Hinc ſtimuli ingētes. magnuſq; aduoluitur aſtris
Clamor. Amazonio ſcythiam feruere tumultu
Lunatumq; putes agmen deſcendere. ubi arma
Indulget pater. & ſæui mouet hoſtia belli
Nec uarius fremor. aut ſtudia in contraria rapti
Diſſenſus (ut plæbe ſolet) furor omnibus idem
Idem animus ſolare domos. iuuenumq; ſenumq;
Præcipitare colos. pleniſq; affrangere prauos
Vberibus. ferroq; omnes exire per annos
Tunc uiridis late lucus iuga celſa Mineruæ
Propter opacat humum. niger ipſe. ſed iſup īgens
Mons premit & gemina pereunt caligine ſoles
Hic ſanxere fidem. tu martia teſtis Enyo

Nec de more cruor: non ſacrificium ſecundum īmolantiū meritum factū eſt pecudū aut ſuū cruore: ſed humano ſanguine a matribus iuratur in ſcelus & futuri parricidii crudelitate ſancitur. Saluſtius cum Catilinam parricidium patriæ coniuratis monſtraret ſancite ait plenum humani ſanguinis poculum cir cuntuliſſe: & hic omnes contra ſalutē patriæ deguſtaſſe. Nec de more cruor: in ſacris.n. liberi cōſuetudo talis erat. ut occiſo capro omnes ſacrati ſanguinē eius biberent: eſt enim animal eius uitibus infenſum. un de Vir. non aliā ob cauſam baccho caper omnibus aris cædiť. hoc animal contrarium eſt libero ut eū aliis

Atqꝫ inferna Ceres. ſtygiæqꝫ Acheronte recluſo
Ante preces uenere deæ. ſed fallit ubiqꝫ
Mixta Venus. uĕus arma tenet uĕus admouet iras
Nec de more cruor. natum Caropeia coniunx
Obtulit: accingunt ſeſe: & mirantia ferro
Pectora congeſtiſqꝫ auidæ ſimul undiqꝫ dextris.
Perfringunt: ac dulce nefas in ſanguine uiuo
Coniurant. matremqꝫ recens circunuolat umbra
Talia cernenti mihi quantus in oſſibus horror?
Quis ue per ora color? qualis cum cerua cruentis
Circunuenta lupis: nullum cui pectore molli
Robur: & in uolucri tenuis fiducia curſu
Præcipitat ſuſpenſa fugam: iam iamqꝫ teneri
Credit. & eluſos audit concurrere morſus
Illi aderant. primis iamqꝫ offendere carinæ
Littoribus: certant ſaltu contingere terram.
Præcipites: miſeri quos non aut horrida uirtus
Marte ſub odryſio: aut medii inclæmentia ponti
Hauſerit: alta etiam ſuperum delubra uaporant
Promiſſaſqꝫ trahunt pecudes: niger omnibus aris
Ignis: & in nullis ſpirat deus integer extis.
Tardius humenti noctem deiecit olympo
Iuppiter: & uerſum miti reor æthera cura
Suſtinuit. dum fata uetant. nec longius unquam
Ceſſauere nouæ perfecto ſole tenebræ
Sera tamen mundo uenerunt aſtra. ſed illis
Et paphos & nemoroſa thaſos crebræqꝫ relucent
Cyclades. una graui penitus latet obruta cælo
Lemnos ī hāc triſtes nebulæ & plaga cæca ſupnæ
Texitur: una uagis lemnos non agnita nautis.
Iam domibus fuſi. nemorum per opaca ſacrorum
Ditibus indulgent epulis. uacuantqꝫ profundo
Aurum immane mero. dūqꝫ per ſtrymōa pugnæ
Quis rhodope gelidoue labor ſudatus in hemo
Enumerare uacat. Nec non manus impia nuptæ
Serta inter feſtaſqꝫ dapes: quo maxima cultu
Quæqꝫ iacĕt. dederat mites Cytheræa ſuprema
Noctę uiros. lōgoqꝫ breuem poſt tempore pacem
Nec quicq̄. & miſeros perituro afflauerat igne
Conticuere chori. dapibus ludoque licenti
Fit modus: & primæ decreſcunt murmura noctis

diuerſis deis & pecus qđ hic uult deus ſibi mactari: aliis nō uult: ut Venus: haud eqdē tali me dignor honore. Et mirā. uel admi ratione digna: & q̄s iuſſi a talibus mr̄ibus uiolare ferro nullus uideret. In ſanguine uiuo: recēti uel adhuc tepido: aut certe quo uita firmať. ergo cum adhuc nō eſſet puer emortuus oſtendere uolens poeta furoris inſaniam uix poſſe emori filios ī ſanguine ſemina incurrant. Circūuolat umbra: & hoc poetice ut eurypides Vir/ gilius. Oibus umbra locis adero: dabis im/ probe pœnas. Qualis cū cerua: cōparatio: non ſecūdū artē poeticā: circūuenta nefaria mr̄ i uindictā recēs mactati filii ūbra. Suſ/ pēſa: ſollicita. Vir. q̄ me ſuſpēſā inſōnia ter/ rēt & uel mar̄ p mediū fluctu ſuſpēſa tumē ti ferret iter. Cōcurrere mor. ut Vir. in cra pulis morſuſqꝫ. Niger oībus aris: hic.n. co lor cōuenit morituris. Vir. quia Dido erat quæ ſacrificiū faciebat ait. latices nigreſcere ſacros. Deus integer extis: eſt quoddam ī extis ſignū quod deus ꝓpellať: qđ ſi inte/ grum apparuit: propicium numē oſtēdit: ſin uero dimidiū. iratū ſignificat numē. aut certe non præſens. Tardius humenti: Lu/ cāus. Segnior oceano q̄ lex æterna uocaret. Suſpenſa

Verſum æthera: iuxta rationem. q̄ antipo des feruntur. Vir. noxqꝫ ubi primus equis oriens afflauit anhelis. Illic ſera rubēs accen dit lumina ueſper. Ergo ordo talis ē. & uer ſum æthera miti cura ſuſtinuit. Verſum æthera: quia nox a quibuſdam axis conuer ſione fit. ut Vir. Vertitur interea cælum: & ruit oceano nox. Miti cura: benigna mēte diem tardauit & curſus aeris: quo Iuppiter ſolem retineret longiores fecit. imminen/ tia cupiēs nefariæ noctis facta tardaſſe. La tet obruta ponto lemnos. i. cum aſtris relu centibus aliæ inſulæ cernerentur: immani tate futuri ſceleris obruta ſola lemnos late/ bat. Iam domibus fuſi. i. in ſomnū demiſ/ ſi. ut Virgi. grauem geminis auroqꝫ popo/ ſcit. Impleuitqꝫ mero patheram: dicit ergo hos grauibus poculis ebrios factos ut me/ rito crederēť a fœminis īterēpti. Per ſtry/ mona: p thraciā. ſtrymō enim flu. thraciæ. Rhodope & hæmus mōtes eiuſdē ꝓuīciæ dū ergo cōmemorāt quē laborē ptulerunt apud flu. ſtrymonē uel apud hæmū. Mi/ tes cythe. ſupre. & hic obſcure illđ poeta tā git: qꝫ fœtoris cā hircini: quē dudū Venus lēniadibus miſerat nūc dulci odor̄ leniſſet. Strymō

Perituro: nō longo tpe duraturo. Decre/ ſcunt murmura: paulatim uigiliæ homi/ nibus deficiūt: ut ab oibus eatur iinſaniam.

Hyrcania

Secernitqꝫ uiros:quos ut lætifero ſopo/
re perfunderet ſeparauit. Hyrcanæ: hyr/
cania Indiæ regio:qua tygrides generãtur.
Exigit ortu.i.euocat incipiente die. exigit
ꝓprie græca ãnotatiõe ſignatũ q̃ſi ex eo ait.
Temeraria gorge: improba uel audax:
quæ prima cæpit id ſcelus. Rimatur:q̃rit
ſcrutatur tangere.tunc enĩ credidit ſe pere/
miſſe:ſi tam diu tranſfigeret dormientem
donec adactum ferrum ipſe ſentiret. Indi
gno:non indigno collo:ſed indignæ uxo/
ris.nam amplexus eam fuerat auxilium pe
tens. Propria de ſtirpe cognationis meæ
ſcelera referam. Quid tibi flaue cydõ:qđ
te creneæ uidi lapſare: hos ſibi dicit edu/
catos alimentis:& affinitate fuiſſe coniun/
ctos:cydon uidi lapſare quem fortem de/
ſponſata metuebam.quia uirtus pueri for
midanda puellis eſt. Obliquumqꝫ a patre
genus:qa collactaneus fuerat & patris mei
nothus.obliquum ergo dicit ex cõcubina
progenitum.ut Lucanus.Obliquum ma/
culat qui ſanguine regnum:& numides cõ
tingit auos. Finxerat:compoſuerat.ordo.
incidit collapſa:ideſt a matre compulſa. In
murmure:adhuc murmurantis. Egentẽ
ſanguinis:quia ſenem occiderat. gladium
cruore non tinxerat. Meus ille thoas: hic
thoas hypſipyles pater rex fuit Lemnius.
Et ſi lata receſſit:dicit occaſionem ab ur
be diſiuncte domus opportunitatem libe/
randi patris dediſſe.

Cum conſanguinei mixtus caligine læti
Rore madẽs ſtygio.morituram amplectitur urbẽ
Somnus:& implicito fundit grauia ocia cornu
Secernitqꝫ uiros:uigilant nuptæqꝫ nuruſque
In ſcelus:atqꝫ hilares acuunt fera tela ſorores.
Inuaſere nephas:cuncto ſua regnat.Erinnys
Pectore:nõ aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanæ clauſere leæ.quas exigit ortu
Prima fames:auidiqꝫ implorant hubera nati
Quos tibi(nam dubito)ſcelerum de mille figuris
Expediam caſus? Elimum temeraria Gorge
Euinctum ramis:altaqꝫ in mole Tapetum
Efflantem ſomno creſentia uina ſuperſtans
Vulnera diſiecta rimatur ueſte.ſed illum
Infœlix ſopor admota ſub morte refugit?
Turbidus incertuſqꝫ oculis uigilantibus hoſtem
Occupat amplexu.nec ſegnius illa tenentis
Pone adiit coſtas.donec ſua pectora ferro
Tangeret.is demum ſceleri modus.ora ſupinat
Blãdus adhuc.oculiſqꝫ tremẽs ꝑ murmura Gorgẽ
Quærit.& indigno ſoluit ſua bracchia collo
Non ego nunc uulgi q̃q̃ crudelia pandam.
Funera.ſed propria luctus de ſtirpe recordor
Quid te flaue Cydon? quid te per colla refuſis
Intactum Creneæ comis? quibus hubera mecum
Obliquumqꝫ a patre genus? fortemqꝫ timebam
Quem deſponſa Gyan.uidi Lapſare cruente
Vulnere Mirmidonis.quidqꝫ inter ſerta: choroſqꝫ
Barbara ludentem fodiebat Epopea mater?
Flet ſuper æquæuum ſoror exarmata Lycaſte
Cydimon.heu ſimiles perituro in corpore uultus
Aſpiciens floremqꝫ genæ.& quas finxerat auro
Ipſa comas. cum ſæua parens iam coniuge fuſo
Aſtitit.impellitqꝫ minus.atqꝫ inſerit enſem
Vt fera quæ placido rabiem deſueta magiſtro
Tardius arma mouet.ſtimuliſqꝫ & uerbere crebro
In mores negat ire ſuos:ſic illa iacenti
Incidit.undantemqꝫ ſinu collapſa cruorem
Excipit.& laceros premit in noua uulnera crines
Vt uero Alchimedẽ etiam nunc ĩ murmure trũcos
Ferre patris uultus.& egentem ſanguinis enſem
Conſpexi.riguere comæ atqꝫ in uiſcera ſæuus
Horror iit.meus ille Thoas mea dira uideri.
Dextra mihi.ex templo thalamis turbata paternis
Inferor.ille quidem dudum (quis magna tuenti)
Somnus? agit uerſans ſecum(& ſi lata receſſit

Vrbe domus) qs nã ſtrepitus. q̃ murmura noctis
Cur fremebũda quies trepido ſcelus ordĩe pando
Quis dolor. unde animi. uis nulla arcere furẽtes.
Hac ſequere o miſerãde. premũt aderũtq; morãti
Et mecum fortaſſe cades. his motus. & artus
Erexit ſtratis. ferimur per deuia uaſtæ
Vrbis ubi ingentem nocturnæ cædis aceruum
Paſſim ut quoſq; ſacris crudelis ueſpera lucis
Strauerat. occulta ſpeculamur nube latentes
Hic impreſſa thoris ora. extanteſq; recluſis
Pectoribus capulos. magnarum & fragmĩa trũca
Haſtarum & ferro laceras per corpora ueſtes.
Crateras pronos. epulaſq; in cede natantes
Cernere erat. iuguliſq; modo torrentis apertis
Sãguine commixto redeũtem in pocula bacchum
Hic iuuenem manus. & nullis uiolabilis armis
Turba ſenes. poſitiq; patrum ſuper ora gementum
Semineces pueri trepidaſq; in limine uitæ
Singultant animas. gelida non ſæuius oſſa
Luxuriant laphytarum epulæ. ſi quãdo profundo
Nubigenæ caluere mero. uix primus ab ira
Pallor & impulſis ſurgunt ad prælia menſis.
Tunc primum ſeſe trepidis ſub nocte thyoneus
Detexit nato portans extrema thoanti
Subſidia. & multa ſubitus cum luce refulſit.
Agnoui. non ille quidem turgentia ſertis
Tempora. nec flaua crinem diſtrinxerat uua
Nubilus. indignumq; oculis liquentibus imbrem
Alloquitur: dum fata dabant tibi nate potentem
Lemnon. & externis etiam ſeruare timendam
Gentibus. haud unq̃ iuſto mea cura labori
Deſtitit: abſciderant triſtes crudelia parcæ
Stamina: nec dictis ſuplex quæ plurima fudi
Ante iouem fruſtra lachrymiſq; auertere fluctus
Contigit. infandum natæ conceſſit honorem
Accelerate fugam. tuq; o mea digna propago
Hac rege uirgo patrem gemini qua bracchia muri
Littus eunt. illa qua rara ſilentia porta
Stat funeſta Venus. ferroq; accincta furentes
Adiuuat. unde manus? unde hæc mauortia diuæ
Pectora. tu lato patrem committe profundo
Succedam curis. ita fatus in aera rurſus
Soluitur. & noſtros uiſus arcentibus umbris
Mitis iter longæ clarauit limite flammæ

Quis nam ſtrepitus: ordo. Ille quidem dudum ſecum ait uerſans quinã ſtrepitus quæ murmura noctis. cæterum illæ duæ per parentheſim interpoſitæ ſunt una q̃ generaliter dicit non eſſe quietos regnãtibus ſomnos altera in qua domus remota a ciuitate fuiſſe demonſtratur. Et mecũ fortaſſe cades: bene de periculo ſuo dubitauit: quia de ſexu muliebri nõ coniurauerãt occidendo lemniades: perimenda. n. hæc fuerat: ut proditrix coniurationis. Crudelis ueſpera. eo ꝙ nox ueniẽs eos ſomno ꝓſtrauerat. Inter ueſp & ueſperã hoc itereſt Veſpera tempus quo ingreditur nox: qđ hoc loco poeta deſcribit. Hic impreſſa thoris horci: hic pro ibi. Impreſſa: implicita ad lectum. Gelida nõ ſæuius oſſa: cẽtauri Ixyonis & nubis filii: quã pro ſe Iuno mutauit: ꝗ eam ĩ nuptiis perithoi ebrietate calcauiſſent: & uellẽt puellæ nubentis irrũpere thalamum. a lapytis: quorũ rex fuit Perithous interempti ſunt. Nubigenæ: Herculis fabulam tangit: qui cũ hoſpitio ad exanimũ regem ueniſſet: Deianirã filiã eius corrupit & fidem dedit ſe eam uxorem eſſe ducturum: poſt diſceſſum Euritiõ Iouis filius Centaurus uxorem Deianirã petiuit: quã pater uim timens: Euritioni ꝓmiſit: quapropter cõſtituto die quo nuptiæ cælebrabantur ſuperueniens Alcides cẽtauros interfecit: Deianiramq; in ſperato ſuo matrimonio copulauit. Item aliter centauri cũ ĩ mr̃imoniũ Perithous Hippomedoniã duceret: uino pleni lapytharũ uxores conati ſunt rapere: qui omnes a lapythis occiſi ſũt unde Vir. Bacchus & ad culpam cauſas dedit: Ille furentes centauros lætho domuit: rethumq; polumq; Et magno hyleum lapythis cratere minantẽ. Vix: mox. Thyoneus: ſic thyoneus quomodo ſemele liberi patris mater Thyone dicta ẽ: quæ & ſemele appellatur: & in hoc colore Virgiliũ poetam ſecutus eſt. nam ille perturbatiõe Troiani excidii ibi dicit Venerem æneæ ſubueniſſe. Iſte thoãti liberũ patrẽ. Et multa ſubitus cũ luce: quotienſcũq; numina ſe mortalibus ingerũt: multũ luminis e ſplẽdore profundunt. Nubilus triſtis: pro calamitate ꝓpriæ calamitatis: quæ plurima fuit. ex eo quod dicitur factũ intelligitur. Infandum natæ. i. ueneri. nihil ergo ſine Iouis nutu numinibus cõceditur facere. ut Vir. Cõceſſit in iram Ipſe deũ antiquã genitor calydona Dianæ. uidens ergo ſine iuſſu Iouis ne nuibus qdẽ licere ſuas ĩiurias uĩdicarẽ ut Hora. Ni tuis ueneris q̃ gratæ uocibꝫ diuũ pr̃ annuiſſet rebus æneæ: potiere ductos alite muros. Mauortia di. pudicæ ueneri. exclamatio cũ admiratiõe liberi pr̃is: ſed iucũda & uere poetica: cũ ſciamus Venerem ſemp laſciuã & delicatã: mirãdũ ũde ĩdelicato pectore tã repẽtia crudelitas. Arcẽtibus um. i. q̃q̃ arcẽtibus umbris: tñ iter clarauit uel ruit limite lõgæ flãmæ: Lõgæ ãt dixit ſtellæ ductu. Clarauit: ergo ꝑclarũ fecit.

Veſpera

Euritiõ
Deianira

Curuo robore clauſũ: fluuiali nauigio: quod ſinu roboris incauatur:& ideo clauſum: quaſi in anguſto roboris collocatum Amplexo: participium. hoc eſt Egeoni claſſes amplexo pro amplectenti patrẽ cõmendo. Pudibunda: nomen eſt non participium. nam tempore caret: & patiendi ſignificatione priuatur: & indicat non pudẽtem: ſed pudenti ſimilem: qui erubeſcit ad miſſum facinus temporis alieni: & lucem etiam ſi nollet nocturna credit crudelitate fœdari. Iubar: oſtẽdit poeta generis eẽ neutri. & Ouidius hoc genere declinauit. per iubar hoc iuro. Decliuia: quæ declinarent & fugerent. oppoſita enim nube uultus ſuos lemniadum crimine declinauerat ſol. Iuga: pro equis poſuit. Refert: referit uel reflectit. fugit. ſol crudelitatem: ut melius intelligamus. Habitus: rubor. q̃q̃ inter ſimiles rubor. hæ tamen cõſcientia noui criminis ſe inuicem formidabant. Inſula diues agris: uerba plangentis: & ideo pronunciatione ſenſus eſt adiuuãdus. Nota ſitu: corporis nobilis. Et getico triũpho: thracio bello: ex quo redeuntes uictores lemniadũ multas in triũpho contulerant opes. Non maris incurſũ: ideſt non naufragio. nõ bello. non peſtilentia perierunt. Non arua uiri: officia uirorum ceſſaſſe dicit: quibus fuerat lemnos orbata. Sceptrum ſup arma: ſceptrum ad regni ornamenta: arma rettulit ad uirtutem. Sine cõiuge lemnos: ideſt ſine uiris: aut ſine culmine uirginitatis. Vigiles: epithetõ commune. Vigil ſenſus: aut quia maritorũ deſiderio nocte fortius cogitatur. Inuiſa polyxo: quæ ſuaſerat ſcelus. Maſſylio ſub hoſte: ſub mauro leone.

Pudibunda

Qua data ſigna ſequor. deĩn curuo robore clauſũ
Diis pelagi. uentiſq; cycladas egeoni
Amplexo commendo patrem nec fletibus unq̃
Fit modus. alternis. ni iam dimittat eoo
Lucifer aſtra polo: tum demum littore rauco
Multa mecum reputãs. & uix cõfixa lycæo
Diuidor ipſa gradu nitẽs ſed & ãxia retro
Pectora. nec requies. quin & ſurgentia cælo
Flamina. & e cunctis proſpectem collibus undas.
Exoritur pudibunda dies. cælumq; retexens
Auerſum lemno iubar. & decliuia titan
Oppoſita iuga nube refert. patuere furores
Nocturni: luciſq; nouæ formidine cunctis.
Quanq̃ inter ſimiles habitus pudor impia terræ
Infodiunt ſcelera: aut feſtinis ignibus urunt
Iam manus eumenidum. captaſq; refugerat arces
Ex ſaturata Venus. licuit ſentire quid auſæ
Exturbare comas: & lumina tingere fletu.
Inſula diues agris. opibuſq; armiſq; uiriſq;
Nota ſitu. & getico nuper ditata triumpho
Non maris incurſu. non hoſte: nec æthere læuo
Perdidit una omnes orbata exciſaq; mundo
Indigenas. non arua uiri. non æquora uerrunt.
Conticuere domus. cruor altus & oblita craſſo
Cuncta rubent tabo. magnæq; in mœnibus urbis
Nos tantum. & ſæui ſpirant per culmina manes.
Ipſa quoq; arcanis tecti in penetrabilis alto
Molior igne pyram. ſceptrũ ſuper arma patriſq;
Initio & notas regum geſtamina ueſtes
Et prope mœſta regum confuſis ignibus aſto
Enſe cruentato. fraudemq; & inania buſta
Plango metu. ne forte premant caſſumq; parenti
Omen: & hac dubios læti precor ire timores
His mihi pro meritis. & falſi criminis aſtu
Parta fides. regno & ſolio conſidere patris
Supplicium datur. an ne illis obſeſſa negarem
Acceſſi. ſæpe ante deos teſtata fidemq;.
Immeritaſq; manus ſubeo. (pro digna poteſtas)
Exangue imperium. & mœſtam ſine culmine lẽnõ
Iam magis atq; uigiles dolos angere ſenſus
Et gemitus clari. & paulatim inuiſa polyxo
Iam meminiſſe nephas. iam ponere manibus aras
Conceſſum. & multum cineres iuraſſe ſepultos
Sic ubi ductorem trepidæ ſtabuliq; maritum
Quem pecus. & ſaltus: & adultæ gloria gentis
Maſſylio frangi ſtupuere ſub hoſte iuuencæ.

Ecce aũt:aduentum argonautarum deſcribit ad lemnũ qui miſſi erant a Pelia rege ad colchos phrixei arietis pellẽ aureã deferẽdam. Pinus pelias:argonauticã dicit:q̃ in pelio mõte theſſaliæ fabricata eſt:utinã in nemore pelio cæſæ ſecuribus ad terrã cecidiſſent ab igne trabes. Hoſpita:quaſi prima. Intacti põti:qa argo nauẽ inuolutus fuit:ſiue pelion unũ numero argonautaꝝ ſignificat filiũ ciuitatis phytia: cuius Vir. meminit Phytiam claraſq; mycenas:aut certe pelion neptũni filiũ:qui illius loci ſũmã obtinebat.huic.n. Iaſon
reſponſum fuit:ut ab eo ſpoliaretur arce: Pelias
qui altero ei nudo pede occurriſſet. quapp hoc uelocius ſuſtinuit:quod euitare tentauit Iaſon:q; natus ex eius fratre regis occurſurus:ſacriſq; neptũno is faciebat: dum ꝑ maurum flumẽ tranſit:detentũ limo alterum pedis calciamentũ negligit: atq; ita facto Regẽ deuenit ad peliã:qui in illo tenens quicquid ab oraculo fuerat dictũ: ſub ſpecie gloriæ miſit ad colchos ad auferendam arietis pellẽ.ergo pelias pinus argo nauem dicit:quod in pelio monte theſſaliæ fabricata eſt. Agũt minyæ: theſſali principes a Minyæ
rege theſſalorũ:a cuius noĩe omnes argonautæ minyæ appellati ſunt. Canet:ſpumat.i. læua dextraq; reuulſi fluctus cano littore feruebãt. Tonſis.remis. Mitior & ſenibus cygnis.Oui.Verba ſono tẽui ĩ ære fundebat ut oli Carmina iã moriens canit exequilia cygnis. Orpheus: quẽadmodũ in naui caneret dicit.curas dulcedine morientis cygni cõparat cãtilenæ.dicunt.n.cygni mortis tpe dulcius ſolito canere. Acce Accedo
dũt:cõſentiũt:ut trãquilla ſubdãt.Sic Terẽ. in adel.Accedo ut melius dicas aut accedũt ut audiant quaſi ſenſum recipiẽtia.Sed melius conſentiũt. Oraq; primum. Symplegades.ut ait Euripides. Cyaneis: ſaxoſis.
Cyane nympha in ſicilia.Venus indignata Cyane
q; Proſerpina ſuũ nomẽ cõtẽneret cõiugia ſpernẽs … uiribus typhei & montem æthnã:cui ſubiectus erat impoſuit:cum ab inferis emerſiſſet:intulit amorẽ: ut Proſerpinã circa cacumẽ æthnæ flores legẽtẽ eriperet:qua cõpreſſa: cũ ꝑperaret:curſuq; fugeret:cyane nympha: quã dilexerat Anapus amne iter cedente tardatus eſt.at ille percuſſit:præcepſq; in inferna demerſus eſt:& in liquorẽ cõuerſus: cuius lacus contiguus eſt Arethuſæ. Nos thracia uiſu:nõ putamus Thraces in ultionem uenire nauigio:q uicti a uiris fuerãt lẽniadũ. Soluto:molli aut muliebri. Aduerſo:utrũ ſicut aduerſum poſuit.i. poſitione loci an aduerſo inimico.qppe mars merito Lẽnũ oderat: qa ĩ illa iſula a Vulcão cũ Venere fuerat dephẽſus. cortinia.n.dixit cretenſia. Pelaſgæ:græcæ nauis.i.argo. Horror:obſcuritas. Sole dies: hipbaton:ꝑ ab oĩ die raptus eſt ſol noue dictũ. Redit hu. tel.harenæ funditus auulſæ ĩpetu iactant aq̃rũ. Tritõia pup.ſolet.n.oĩs nauis pictura quacunquẽ ſignari.ut Virgili.Hunc uehit immanis triton. Inſana arbor: uel magna uel inſtabilis.nimis poetice dixit inſana arbor. accipimus enim mobilem: ut hi qui inſani ſunt loco ſtare non poſſunt.

It truncum ſine honore pecus.regemq; peremptũ
Ipſe ager.ipſi amnes. & muta armenta queruntur.
Ecce autem ærata diſpellens æquora prora
Pelias intacti late ſubit hoſtia ponti
Pinus.agunt minyæ:geminus fragor ardua canet
Per latera:abruptam credas radicibus ire
Orthygiam:aut fractum pellago decurrere mõtẽ.
Aſt ubi ſuſpenſis ſyluerunt æquora tonſis
Mitior & ſenibus cygnis & pectine phœbi.
Vox media de puppe uenit.maria ipſa carinæ
Accedunt:poſt noſſe datum eſt.oeagrius illic
Accliuis.malo mediuſq; interſonat orpheus
Remigiis.tantoſq; iubet neſcire labores.
Illis in ſcythicum borean iter.oraq; primum
Cyaneis arctata uadis.nos thracia uiſu
Bella rate uario tecta incurſare tumultu
Dẽſarum pecudum: aut fugiẽtum more uolucrũ.
Heu ubi nunc furiæ? portus amplexaq; littus
Mœnia qua longe pelago deſpectus aperto
Scandimus.& celſas turres.huc ſaxa ſudeſq;
Armaq; mœſta uirum atq; infectos cædibus enſes
Subuectant trepidæ.quin & ſqualentia texta
Thoracum.& uultu galeas intrare ſoluto
Non pudet audaces.rubuit mirata cateruas
Pallas.& aduerſo riſit gradiuus in hemo.
Tunc primum exanimis præceps amentia ceſſit
Nec ratis illa ſolo.ſed diuum ſera per æquor
Iuſticia:& pœne ſcelerum aduentare uidentur
Iamq; aderant terræ quantum cortinia currunt
Spicula.cæruleo grauidam cum iuppiter imbri
Ipſa ſuper nubem ratis armenta pelaſgæ
Siſtit agens.inde horror aquis.& raptus ab omni
Sole dies miſcet tenebras.quis protinus unda
Concolor.obnixi lacerant caua nubila uenti.
Diripiuntq; fretum nigris redit humida tellus
Verticibus.totumq; nothis portantibus æquor
Pendet.& æquato iam iam prope ſydera dorſo
Frangitur.incertæ nec iam prior impetus alno
Sed labat extantem roſtris.modo gurgite in imo
Nunc cælo tritona ferens.nec robora proſunt
Semideum heroum.puppemq; inſana flagellat
Arbor & inſtabili procumbens pondere curuas

Dũ labor ille uiris:dũ argonautæ tempe
ſtate iactant̃. Fluitãtia:ordo.iualidis lacer
tis fluitãtia tæla ſpgimus.& bene iualidis:
utpote fœmineis. Fluitãtia:icerta. Quid
non auſa manus? Senſus:qđ ſcelus nõ au
ſæ ſumus?nã cũ occidiſſemus uiros etiã ſe
mideos bello attrectare tẽtauius. Aequo/
ra fun.ege.hoc ẽ ſentire.picere.facer̃. Oui.
Egerit æquore fluctus refundit i æquor.
Carẽt cona.ui. Lucanus. Incertaſq; ma/
nus ictu lãguẽt.p undas exercẽt.Oẽ.n.cor/
pus:qđ motu alterius rei cõmouet̃ ad iaci
endũ:ſtabilẽ nõ hẽt firmitatẽ.ſicut Saluſt.
Imbecilla ẽ fortitudo dum pẽdet. Ferrea
nym.iaculoꝝ pluuiã deſcribit.ut Virgi.Ac
ferri igruit iber. Crinitũ miſ.lãceis p ſtu/
pam igné inſertũ demõſtrat.nã quãdo flã/
mã aliqs q̃tit ut iaciat quoſdã crines facit.
ut Vir.Crinẽq; uolãtia ſydera ducunt. Et
abiũ.ab il.rege.abiũctis ergo hyphẽ nõ:ac/
cipere opta aũt pinus pellibus:ut mos ẽ ab
iunctis.qdã hyphẽ legũt diuiſis.Sic i olym
pio abiũgere luna:cui cõtrariũ eſt iungere.

Hypbo/rei

Hypborea niue:ſcythica.Hypborei eni
mõtes trãs aqlonẽ ſũt:& ẽ uocabulũ υπερ
eni græce:latine ultra dicit̃ βορεασ aquilo
nũcupatur. Amaro:noxio.unicuiq; enim
res q̃ nocet:amara eſt.ut Vir.Triſtia tẽptan
tum ſenſu torq̃bat amaro. Arma aliena:
nõ maritoꝝ ſuorum arma dixit:ſed arma
aliena.i.ſexus alterius.nã cũ p timorẽ argo
nautaꝝ reuocamur ſecũ repetit uires ſuas
natura:cũ alienas nõ potuiſſet iplere. Aea
cidas:Thelamonẽ & Peleum Aeaci filios.
Ancæũ:Lycurgi filiũ & Salamiæ. Alter/
nus:elegãter alternus:ne i uno latere forte
conſiſtẽs mole corpis aut uirtutis uerteret
nauẽ.alternus ergo nũc hic nũc illic i neu/
tra pte cõſiſtẽs. At leuis:leuis uirium hoc
epithetõ ad cõparationẽ Herculis dicit̃:qa
ille grauis.aut ad ai mobilitatẽ:qa nullã la/
ſon firmo amore poſſedit uxorẽ.deſerta
.n.hypſipyle Medeã duxit.relicta Medea:
glaucẽ ſortitus eſt uxorẽ.hoc iõ dixit:qa cũ
argonautæ lẽnũ fuiſſent igreſſi:hanc laſon
ſuo mr̃imõio ſociauit:quã utero grauẽ re/
liqt:ex quo cõcepit geminos eidẽ hypſipy/
le. Oenidẽ:Meleagꝝ ſignificat. Audir̃ ne
gãtẽ:nõ obtẽpantẽ dextræ.Lu.Qua nullã
medius pelago turbãte caria Audiuere ma
nũ.audire & nauis & currus dr̃.unde Vir.
neq; audit currus habenas.hic ergo typhis
gubernator nauis argõautaꝝ. Mutat ipe.
mutar̃ ipia ẽ mõ huc mõ illuc nauẽ cõuer/
tere. Mopſi ge.qa mopſus tãq̃ uates argo/
nautaꝝ oliua fuerat coronatus.huic mop
ſus ãphiaraũ ab laſõe p̃latũ iactauit.ait eni
Nec me uẽtura locuto Sæpius i dubiis au/
ditus laſõe mopſus. Inuol.p.uox.n.q̃ aut
i ſpelũca mittit̃.aut i ãtꝝ:uel certe p litto
ra ipa iuoluit̃:qa aut caua loca ſũt aut cur
ua.q̃ uero i libo aere iactat̃ late fuſa rñdet.

Raptat aquas.remiq; cadunt in pectus inanes.
Nos quoq; per rupes.murorumq; aggere ab omni
Dum labor ille uiris fretaq; indignantur.& auſtri
Deſuper inualidis fluitantia tæla lacertis
(Quid nõ auſa manus?)thelamona & pelea cõ/
Spargimus:& nr̃o petitur thyrintius arcu. (tra
Illi quippe ſimul bello.pelagoq; laborant
Pars clypeis munire ratem.pars æquora fundo
Egerere.aſt alii pugnant:ſed inertia motu
Corpora.ſuſpenſæq; carent conamine uires.
Inſtamus iactu tælorum.& ferrea nymbis
Certat hyems.haſtæq; ſudes.fractiq; molares
Spiculaq; & multa crinitum miſſile flamma.
Nũc pelago.nũc puppe cadũt.dat operta fragorẽ
Pinus & abiunctis regemunt tabulata cauernis.
Talis hyperborea uiride niue uerberat agros
Iuppiter.obruitur campis genus omne ferarum
Depreſſæq; cadunt uolucres.& meſſis amaro
Strata gelu.fragor inde iugis.inde amnibus iræ
Vt uero eliſit nubes ioue tortus ab alto.
Ignis.& ingentes patuere in lumine nautæ.
Diriguere animi.manibuſq; horrore remiſſis
Arma aliena cadunt.redeunt in pectora ſexus.
Cernimus æacidas muriſq; immane minantem
Antheum.& longa pallentem cuſpide rupes
Iphyton.attonito manifeſtus in agmine ſupra eſt
Amphitrioniades.puppemq; alternus utrinq;
Ingrauat.& medias ardet deſcendere in undas
At leuis & miſeræ nondum mihi notus iaſon
Tranſtra per & remos.impreſſaq; terga uirorum
Nunc magnum oeniden.nunc ipſe hortatibus idã
Et thalami & cana rorantem aſpergine ponti
Tintariden iterans.gelidiq; in nube parentis
Vela laborantem chalaim ſubnectere malo
Voce manuq; rogat.quatiunt impulſibus illi
Nunc freta nunc muros.ſed nec ſpumantia cædũt
Aequora.& incuſſæ redeunt a turribus haſtæ.
Ipſe graues fluctus.clauum audire negantem
Laſſat agens typhis.palletq; & plurima mutat
Imperia:ac leuas.dextraſq; obtorquet in undas
Proram.naufragiis auidam concurrere ſaxis.
Donec ab extremo cuneo ratis eſone natus
Palladios oleæ mopſi geſtamina ramos
Extulit:& ſocium turba prohibente popoſcit
Fœdera.præcipites uocem inuoluere procellæ
Tũc modus armorum.pariterq; exhauſta quierũt

De more: contrarie poeta dixit de more. ergo hic ait de propria ipſorum conſuetudine. Rubẽtum: quia iuxta mare rubrũ ſunt: ſiue quia uicina ſignata eſt ſoli. æthiopas ergo hoc loco deſcribit: quia ab ipſis ſuſcepti dicunt᷑ hoſpitio: aut certe ꝓpter iuſticiam a numinibus diligunt᷑. hoc etiã Homerus i primo ſignauit: eo ꝙ Iuppiter cũ his propter iuſticiã & æquitatẽ eorum deſerto cælo frequenter epulet᷑. dicunt᷑. n. iuſtiſſimi homines eſſe æthiopes. & ideo relicto orbe frequenter eos reuiſunt cælicolæ. Cælifer athlas. Iuue. de raritate numinũ dixit. Nec turba deorum Talis ut eſt hodie cõtentaq; ſydera paucis Numinibus miſerũ urgebant athlanta minori Põdere: qd᷑ hic de abſentia numinũ reſpirare dixit athlãtem.

Flamina. confuſoq; dies reſpexit olympo.
Quinquaginta illi trabibus de more reuinctis
Eminus a rupto quatiunt noua littora ſaltu.
Magnorum decora alta patrum. iam fronte ſereni
Noſcendiq; habitu. poſtq̃ timor iraq; ceſſit
Vultibus. arcana ſic fama erumpere porta
Cælicolas: ſi quando domus littuſq; rubentum
Aethiopum. & menſas amor eſt intrare minores.
Dant fluuii fonteſq; locum. tum terra ſuperbit.
Paſſibus. & paulum reſpirat cælifer athlas.
Hic & ab eſſerto nuper maratho ne ſuperbum
Theſea. & hyſmarios aquilonia pignora fratres.
Vtraq; quis rutila ſtridebant tempora penna:
Cernimus hic phœbo non indignante priorem
Admetum: & duræ ſimilem nihil orphea thorace
Tunc prolem calydone fatam. generumq; ꝓfundi
Nereos. ambiguo uiſus errore laceſſunt
Oebalidæ gemini. chlamys huic chlamys ardet & (illi
Ambo haſtile gerũt. hũeroſq; exertus uterq;.
Nudus uterq; genas. ſimili coma fulgurat oſtro
Ardet iter. magniq; ſequens ueſtigia mutat
Herculis. & tarda: q̃uis ſe mole ferentem
Vix curſu tener æquat hylas: lerneaq; tollens
Arma ſub ingenti gaudet ſudare pharetra.
Ergo iterum uenus. & tacitis corda aſpera flammis
Lemniadum pertentat amor. tunc regia iuno
Arma: habituſq; uirum pulchræq; inſignia gentis
Mentibus inſinuat certatimq; ordine cunctæ
Hoſpitibus patuere fores: tunc primus in aris
Ignis: & infandis uenere obliuia curis
Tunc epulæ: fœlixq; ſopor. nocteſq; quietæ
Nec ſuperum ſine mente reor. placuere fatentes

Matathõ Ab aſſerto marathone. Marathõ ciuitas: i qua Theſeus nutritus eſt. quã cũ perſæ iuaſiſſent: ab athenienſibus Theſeo duce cæde magnorũ uirorum liberati ſunt. unde factũ ẽ ut ita athenienſes iurent mathus & marathõi. Hic & ab aſſerto: Minos Iouis & Europæ filius cũ patri ſacrificaturus ad aras accederet. orauit potentiam numinis: ut dignam aris ſuis hoſtiam ipſe ꝑberet. Itaq; ſubito taurus apparauit nimio candore perfuſus: quem admiratus minos: religionis oblitus armenti ſui maluit eſſe ductorem: cuius candore Paſiphe dicit᷑ arſiſſe. igitur contemptus a filio Iuppiter indignatus: furorẽ tauro ſubiecit & cretenſiũ nõ ſolum agros ſed etiam mœnia urbis uaſtauit. huc Hercules miſſus: taurum ſuperauit: uictũq; argos uſq; perduxit. ibi cõſecratus Iunõi ab Euriſteo. ſed Iuno exoſa munus qd᷑ ad Herculis gloriam ꝑtinebat: taurũ in atticã regionem expulit. Ibi ab oĩbus Marathonius appellatus ẽ: quẽ poſtea Theſeus Aegei filius interemit: quo facto: æternos ſibi gloriæ titulos cõparauit. Hiſmarios fratres: Zetũ & Chalaim dicit Hiſmariæ & Aquilonis filios. i. thraces a mõte hiſmario: cuius etiã Vir. meminit. Nec tantũ Rhodope mirat᷑: & hiſmarus Orphea. & ideo ꝑcioſiores dicuntur a nimietate frigoris uirides lapides: qui ſmaragdi nuncupant᷑. Nõ indignante priorem: bene nõ indignãte: qa eius pecus pauerat: & obſeq eius meritis eũ faciebat: apud quẽ paſſus uidebatur iniuriã: quia iuxta amphryxum flu. pauit. unde Vir. Et te memorande canemus Paſtor ab amphryxo. quia fabricatores fulmĩs ſagitta percuſſerat: quoniã Aeſculapius Apollinis filius fuerat fulminatus. rogatu enim Diãæ Hippolytũ ad auras ſupas reuocarat. unde Vir. Pæonis reuocatũ hærbis & amore Dianæ.

Minos

Paſiphae

Generũq; nereos: peleũ ſignificat: q Thetidem Nerei filiã duxit uxorẽ Achillis matrem. Oebalidæ. i. Caſtor & pollux: qui ex ſpartana nati fuiſſe dicuntur: quia Oebalia urbs ſpartæ eſt. Ardet: ſplendet. Vir. Tyrioq; ardebat murice læna. Vix curſu tener æquat hylas. Virgiliũ hic imitatur poeta. Sequiturq; p̃em nõ paſſibus æquis Hercules cum acceſſiſſet comes argonautus: hylam thiodamãtis filiũ ſecũ duxit armigerũ: admirandæ pulchritudinis iuuenẽ: qui remũ fregit in mari: cum pro ſuis remigat uiribus: cuius reparandi gratia myſiã petens: ſyllã fertur ingreſſus. hylas uero cũ aquatũ perrexiſſet: cõſpectus a nymphis raptus eſt: quẽ dum Hercules q̃rit: relictus ab argonautis in myſia eſt. unde Vir. Nautæ quo fõte relictũ Clamaſſent: ut littus hyla hyla oẽ ſonaret. Et tacitis corda aſpa flãmis. Ocultis. ut Vir. Et tacitũ uiuit ſub pectore uulnus. Ita inqt Lẽniades cõiugalia iura deſciuerãt: & idcirco argonautis iũgũtur: ut cũ abire cœpint argonautæ de nuo ſuas relictis lẽniadibus uideat᷑ iniurias uĩdicare. Regia iu. Iuno iqt fecit nobis mẽtẽ bẽignã: qa argonautis fauebat pp Iaſonẽ: q eã flu. trãſfecerat: cũ ſe i anũ illa ſimularet: & eorum cupiẽtiſſime thalamis iũgeremur. & iõ hic Iũonẽ uiros nitidos effeciſſe ſbiũgit: ut nuptus ũ adulterio ſi hoc uenus efficeret placuiſſẽt.

Oebalia
Ardet
Hylas

Fatum excuſabile culpæ: fatum noſtræ
culpæ:ꝙ uiros occideremus. minuit ergo
amoris inuidiã cũ dicit culpæ. Blãdus ia/
ſon:Iaſon blãdus dare uĩcla uirgibus nouis
ideſt q ſolitus ſit mutare coniugiũ:cui ſeſe
poſtea addixit medea. tertio Glaucem uel
uxorẽ habuit uel dimiſit. Phaſin: flu. quẽ
iõ cruẽtũ dicit:ꝙ p eũ Medea fugiẽs pr̃em
inſequẽtẽ iteremiſſe dicit̃ fr̃is mẽbra iactaſ
ſe.ſiue flu.ſcythiæ phaſis eſt:barbarorum pe/
dibus cruẽtus aſſidue. Colchi:ciuitas eiuſ
dem gẽtis medeæ pr̃ia. Alios amores: qa
poſt hypſipylẽ Medeã duxit uxorẽ. Non
ſperatis alũnis:unde.n.ſperarẽt filios habe
re poſſe:q̃ uiros oẽs occiderãt. Enitor:pa/
rio.unde enixæ dicunt̃ q̃ generãt. Quater
quinquẽnia.xx.annos oſtẽdit: ex quo ædi/
derat ex Ioue filios. Odit:dure aĩauit nauẽ
dicẽdo morã odit.Virgi.tolli oculos dedit
dicendo. Aduerſaſq; aſpectat deſup arces:
mirabilis eſt allocutio.Quotiẽs dura a poe
Phrixus Helle tis aĩantur. Vellera phrixi:Phrixus & hel
le attamãtis Elogenti & Nepheles filii fue/
runt.Quos cũ nouerca pſeq̃ret̃ iſeſta.arie/
tẽ uelleris aurei cõſenderũt: mare ingreſſi
patriã colchos petebãt.Sed.n.Helle:utpote
puella ſexu inferior ĩ mare delapſa nomen
helles põto tribuit. Phrixus deuenit ad col
chos.ibiq; ĩmolato ariete: pellẽ eius aureã
marti dicauit:quã draco peruigil cuſtodie
bat:ad quã repetẽdã Iaſon a Pelia Rege miſ
ſus:lemideos græciæ congregauit:q ex na/
uis noie argonautæ fũt dicti:q̃ a uelocitate
argo noiata ẽ:qđ dicente Hõero prio illia/
dos dat̃ agnoſci.ait enim ουρηασ μεν πρω
τον εποκετω και κυνασ αργουσ .i. canes
ueloces.q̃ pria oium ĩgreſſa ẽ mare.Sed Ia/
ſon ubi Colchos aduenit:adamatus a me/
dea Oetæ regis filia:anguẽ carminibus ne/
cauit:& ablatã pellẽ reuexit ad pr̃iã. Vt ſtra
ta lux pelago.ſtatuta die q̃ aſcẽderant argo
nautæ. Typhis:gubernator nauis argo.
Rubuere cu.phœ.ſerenitatẽ futurã dicũt:
ſi ſole recedẽte nubes rubeſcant. Vix reſe.
di.bene oſtẽdit tota nocte iaſonẽ uigilaſſe.
Siqdẽ ortũ luciferi prius aſpexit. Cõtexe/
re:æq̃re:qa lõge pſpicięti mare uidet̃ cælo
cõiũctũ:ſic.n.lumia nr̃a fallũtur:ut putẽus
maris fluctus uſq; ad cæli marginẽ puenir̃
Fama ſu. Sẽſus.rũor allatus ẽ lẽnũ pr̃em
meũ thoãtẽ ĩ chio regnare:nec mihi cũ cæ/
teris lẽniadibꝰ ſcelus fuiſſe cõe. Non.d.h.
uerba lẽniadũ ĩcuſãtiũ hyſiphylẽ:ꝙ ſola in
patrẽ ſcelerata nõ fuerit:&acute dc̃m.Iã ĩgt
illa facimus nec deorum nutu:nec neceſſitate
fatali his defenſiõibus facius excuſat̃.Ergo
cũ una ẽ ĩnocẽs:reliq̃ purgationẽ pdiderũt.
Euan:liber pr̃:q thoanti pr̃i ſuo fuerat:cũ
eiiceret̃ auxiliatus. Et ur̃as famulã elegan
ter iterat.ante enim q̃ inciperet ab origi/
ne lemniadum facta narrare dixit. Serui/
tium hypſipyle ueſtri foro capta lycurgi.

Forſitan & noſtræ fatum excuſabile culpæ
Noſcere cura duces.cinerem furiaſq; meorum
Teſtor.ut externas.non ſponte aut crimine tedas
Attigerim(ſcit cura deum)& ſi blandus Iaſon
Virginibus dare uincla nouis.ſua iura cruentum
Phaſin habent.alios colchi generatis amores
Iamq; exuta gelu tepuerunt ſydera longis
Solibus.& uelox in terga reuoluitur annus
Iam noua progenies.partuſq; in uota ſoluti
Et non ſperatis lemnos cælebratur alumnis.
Nec non ipſa tamen thalami monimenta coacti
Enitor geminos:duroq; ſub hoſpite mater
Nomen aui renouo.nec quæ fortuna relictis
Noſſe datũ.iam plena quater quinquennia pgunt
Si modo fata ſinant.aluitq; rogata lycaſte.
Detumuere animi maris & clæmentior auſter
Vela uocat.ratis ipſa moram.portuſq; quietos
Odit.& aſſueti tendit retinacula ſaxi.
Inde fugam myniæ ſocioſq; appellat Iaſon.
Efferus o utinam iam tum mea littora rectis
Præteruectus aquis.cui non ſua pignora cordi
Non promiſſa fides.certe ſtat fama remotis
Gentibus æquorei redierunt uellera phrixi.
Vt ſtrata lux pelago.uenturumq; æthera ſumpſit
Typhis & occidui rubuere cubilia phœbi.
Heu iterũ gemitus:iterumq; notiſſima noxe
Vix reſerata dies.& iam rate celſus iaſon
Ire iubet.primoq; ferit dux uerbere pontum.
Illos.& ſcopulis.& ſummo uertice montis
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Proſequimur uiſu.donec laſſauit euntes
Lux oculos.longumq; polo contexere uiſa eſt
Aequor.& extremi preſſit freta margine cæli.
Fama ſubit portus.uectum trans alta thoanta
Fraterna regnare chio.mihi crimina nulla
Et uacuos arſiſſe rogos.fremit impia plæbes
Sontibus accenſæ ſtimulis.facinuſq; repoſcunt.
Quin etiam oculte uulgo increbeſcere uoces
Sola ne fida ſuis? nos autem in funere lætæ?
Non deus hæc.factumq;.ꝙ imperat urbe nefãda.
Talibus exanimis dictis(& triſte propinquat
Supplicium)(nec regna iuuãt(uaga littora furto
Incomitata ſequor.funeſtaq; mœnia linquo.
Qua fuga nota patris.ſed non iterũ obuius euan
Nam me prædonum manus huc appulſa tacẽtem
Arripit.& ueſtras famulam tranſmiſit in horas.

Talia lerneis iterat dum regibus exul
Lemnias. & longa ſolatur damna querela
Immemor abſentis (ſic diſuaſiſtis) alumni
Ille graues oculos. languentiaq; ora comanti
Mergit humo. feſſuſq; diu puerilibus actis
Labitur in ſomnos. prenſa manus hæret in hærba
Interea campis nemoris ſocer horror achei
Terrigena exoritur ſerpens. tractuq; ſoluto
Immanem ſeſe uehit. ac poſt terga relinquit
Liuida fax oculis: tumidi ſtat mora ueneni
Spuma uirés. ter lĩgua uibrat terna agmina adũci
Dentis & auratæ crudelis gloria frontis
Prominet. inachio ſanctum dixere tonanti
Agricolæ: cui cura loci. & ſiluestribus aris
Pauper honos. nunc ille dei circundare templa
Orbe uago labens. miſeræ nunc robora ſyluæ
Atterit: & uaſtus tenuat complexibus honos.
Sæpe ſuper fluuios geminæ iacet aggere ripæ
Continuus ſquammiſq; inciſus adæſtuat amnis.
Sed nunc ogygii iuſſis quando omnis anhelat
Terra dei. trepidæq; latent in puluere nymphæ
Sæuior anfractu laterum ſinuoſa retorquens
Terga ſolo. ſicciq; nocens furit igne ueneni.
Voluitur & uacuis fluuiorum in uallibus errat.
Incertuſq; ſui liquidum nunc aera lambit
Ore ſupinato. nunc arua gementia radens.
Pronus adhæret humo: ſi quid uiridantia ſudent
Gramina. percuſſæ calidis afflatibus hærbæ
Qua tulit ora cadũt. moriturq; ad ſibila campus
Quantus ab arctois diſcriminat æthera plauſtris
Anguis. & uſq; nothos alienumque exit in orbem
Quantus & ille ſacris ſpiris intorta mouebat
Cornua parnaſi: donec tibi delie fixus
Vexit harundineam centeno uulnere ſyluam
Quis tibi parue deus tam magni pondera fati
Sorte dedit? tu ne hoc uix prima ad limina uitæ
Hoſte iaces. an tu inde ſacer per ſæcula grais
Gentibus. & tanto dignus memorere ſepulchro
Occidis extremæ diſtrictus uerbere caudæ
Ignaro ſerpente puer. fugit illicet artus
Somnus. & in ſolam patuerunt lumina mortem
Cum tamen attonito moriens uagitus in auras
Excidit. & ruptis immutuit ora querelis.
Qualia non totas peragunt inſomnia uoces
Audiit hiſyphyle. facilemq; negantia curſum
Exanimis genua ægra rapit. iam certa malorum

Solatur damna: dixit & hũc ſenſum poeta ſuperius. Dulce loqui miſeris. Immemor abſentis: infantuli opheltis. lycurgi ſcilicet filii: quem nutriendum a patre ſuſceperat. Sic diſuaſiſtis: iterpoſitio ideſt hoc diis placuit. Alumni: non filii: ſed qui alebatur. Comanti humo: hærboſæ. Hæret: dicticos expreſſit ætatem. nam i actus ludicros cum ſomno requieſcit: quicquid tenuerit nõ reliquit infantia. Terrigena exoritur de nemore. & eſt ordo. Interea ſacer ſerpens terrigena exoritur nemoris achei horror. Aggere ripæ: ideſt utranq; ripam longitudinis ſuæ magnitudine tangebat.

Ogygii thebani: hoc eſt liberi patris ab uno de terrigenis: cuius uoluntate aruerũt cuncta amnes flumina: & torrentes nymphæ. Incertuſq; ſui: ideſt de uia deſperãs: uel qd agat ignarus uel quo tẽdat. Aethera plauſtris: anguis illius meminit: cui creditur locus in cælo per aratum celebratus. hunc deſcribit diuidẽtem plauſtra occiuæ uſq; in auſtralem partem: hoc eſt alienum in orbem. poetice autem dicit ſtellarum figuras quibus plauſtrum efficitur in utroque ſydus accipiens: de quo Virgilius. Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis.

Vexit harundineam: ex monte parnaſo. pythonem dicit ſerpentem: qui cum latonam ioue grauidam perſequeretur Iunonis iuſſu. & illa fugiens: ad mare uſq; perueniſſet: opportune Delos inſula quæ inſtabilis fluctibus uehebatur: immolata littoribus ſuſcepit latonã: & ingenti piculo liberauit. Ibi Apollinẽ ædidit & Dianam: poſt Apollo i uindictã matris Pythona occidit ſagittis: & delon inſulã ſtabilitate donauit.

Amiſere notas:ut etiam miſere ambiguitas naſceretur:quia ſigna defecerant:omnes enim perierant ſerpentis afflatu: & deſtinctum floribus campũ anhelitus rude creta confuderat. Viridi:uenenoſo.Horati.Hic uirides metuunt colubras. Iugera complet:magnitudine corporis ſui terræ iugera infinita compleuerat. Arcas eques : parthenopæus. Vacuas:late diffuſas. Molares:ſaxa ingentia:quibus molæ fiunt. Dat ſonitum tellus:quia non reſultat uox: niſi aliqua ſibi ſoliditate oppoſita. Et trabe fraxinea Capaneus:parenteſis eſt. Seu tu pauidi ferus incola luci. Inter pauidum & pauentem hoc intereſt.pauidus eſt qui pauorem incutit.pauens qui timet.ergo pauidi luci ſummitate arborum:ſiue religioſis metu incutientis pauorem. Vtinamq; de is:optat deorum eſſe ſerpentem.eſt enim contemptor numinum:& eo quærit inuenire facultatem calcandæ religionis. Gigãta:gigantes ſerpentinis pedibus eſſe dicuntur:quos draconipedes uocant.Ouidius in .ii.faſtorum.Ille manus illis dedit & ꝓ cruribus ãgues. Cognatæ:medea pallude lerna:& nata dicitur & perempta.ergo cognata.ſiue ꝙ aliquando lernam ſimilẽ habuit peſtẽ.ſiue quia iſte anguis uideatur ab hydra originem ducere. Arundine fauni:cãna & ferula coronantur fauni . hæc ornamenta ſua hos communis mortuo ſerpente commemorant more lugentum. Summa popoſcerat æthra.i.ſplendorem ætheris.Virgili.Nec lucidus æthra ſyderea polus.ergo commotus Iuppiter capanei uoce ſacrilega iam popoſcerat fulmina : modeſtior ſacrilegium diſtuliſſet. Ni minor ira deo:ideo hic capaneus fulminatus non eſt quia fulminandus eſt in bello : quoniã iouem ipſum eſt prouocaturus iniuriis:tunc merito interibit.maiore enim pœna pro imanitate plectẽt culpa:ideo minor ira deo quia iuſtus.cum plus peccauerit punietur.

Molares

Pauidus
Pauens

Aethra

Vertice criſtas: iam quaſi fulmine conſecratus eſt. Pererratis : participium paſſiuum poſuit : cum ratio non admittat.

Longe:altitudinis magnum indicat ſpatium:ꝙ liber plus foret ſpretus.

Mentis ab augurio.ſparſoq; per omnia uiſu
Luſtrat humum quærens.& nota uocabula paruo
Nequicq̃ ingeminans nuſq̃ ille & prata recentes
Amiſere notas.uiridi piger accubat hoſtis
Collectus gyro.ſpatioſaq; iugera complet.
Sic etiam obliqua ceruicem expoſtus in aluo.
Horruit infœlix uiſu.longoq; profundum
Incendit clamore nemus.nec territus ille
Sed iacet argolicas.hululatus flebilis aures
Impulit.ex templo monitu ducis aduolat ardens
Arcas eques.cauſamq; refert tum ſquãmea demũ
Toruus ad armorum radios fremitumq; uirorum
Colla mouet.rapit ingenti conamine ſaxum
Quo diſcretus ager:uacuaſq; impellit in auras
Arduus hippomedõ.quo turbine bellica quõdam
Librati ſaliunt portarum in clauſtra molares.
Caſſa ducis uirtus.iam mollia colla refuſus
In tergum ſerpens uenientem exhauſerat ictum.
Dat ſonitum tellus.nemorumq; per auia denſi
Diſſultant nexus.at non mea uulnera clamat
(Et trabe fraxinea capaneus ſubit obuius)unquã
Effugies.ſeu tu pauidi ferus incola luci
Siue deus.utinamq; deis conceſſa uoluntas.
Non ſi conſertum ſuper hæc tua membra gigãta
Subueheres.uolat haſta tremẽs. & hiantia mõſtri
Ora ſubit.linguæq; ſecat fera uincla triſulcæ
Perq; iubas ſtantes.capitiſq; inſigne coruſci
Emicat.& nigri ſanie perfuſa cerebri
Figitur haſta ſolo:longus uix tota peregit
Membra dolor.rapido celer ille uolumine telum
Circuit.auulſumq; ferens in opaca refugit.
Templa dei.hic magno tellurem pondere menſus
Implorantem animam dominis aſſibilat aris.
Illum & cognatæ ſtagna indignantia lernæ
Floribus.& uernis aſſuetæ ſpargere nymphæ
Ac nemeas reptatus ager.lucoſq; per omnes
Syluicolæ fracta gemuiſtis arundine fauni.
Ipſe etiam e ſumma iam tæla popoſcerat æthra
Iuppiter.& dudum nymbiq; hyemiſq; coibant
Ni minor ira deo.grauioraq; tæla mereri
Seruatus capaneus.moti tamen aura cucurrit
Fulminis.& ſummas librauit uertice criſtas.
Iamq; pererratis infœlix lemnia campis
Liber ut angue locus modico ſuper aggere longe
Pallida ſanguineas infectas roribus hærbas
Proſpicit.huic magno curſum rapit effera luctu.

Agnoſcitq; nephas.terræq; illiſa nocenti
Fluminis in morem.non uerba in funere primo
Nō lachrymas habet.igeminat miſera oſcula tātū
Incumbens animæq; fugam per membra tepētē
Quærit hians non ora loco.non pectora reſtant
Rapta cutis tenera oſſa patent. nexuſq; madentes
Sanguinis imbre noui.totumq; in uulnere corpus
Ac uelut aligere ſedem fœtuſq; parentis
Cum piger umbroſa populatus in illice ſerpens
Illa redit.querulæq; domus mirata quiete
Stat ſuper impendens.aduectoſq; horrida mœſto
Excutit ore cibos.cum ſolus in arbore cara
Sanguis.& errantes per capta cubilia plumæ.
Vt laceros artus gremio miſeranda recepit.
Intexitq; comis.tandem laxata dolore
Vox inuenit iter:gemituſq; in uerba ſoluti.
O mihi deſertæ natorum dulcis imago
Archemore.o rerum & patriæ ſolamen ademptæ
Seruitiiq; decus. qui te mea gaudia ſontes
Extinxere dei.modo quem digreſſa reliqui
Laſciuum? & prono uexantem gramina curſu?
Heu ubi ſyderei uultus? ubi uerba ligatis
Imperfecta ſonis? riſuſq; & murmura ſoli
Intellecta mihi.quotiens tibi lemnon.& argos
Sueta loqui.& longa ſomnum ſuadere querela.
Sic equidem luctus ſolabar.& ubera paruo
Iam materna dabam.cui nunc uenit irritus ori
Lactis. & infœlix in uulnera liquitur imber
Noſco deos.o dura mihi præſagia ſomni.
Nocturniq; metus.& nunq̄ impune per umbras
Attonitæ mihi uiſa Venus.quos arguo diuos?
Ipſa ego te(quid enim timeam moritura fateri)
Expoſui fatis.quæ mentem inſania traxit?
Tanta ne me tantæ tenuere obliuia curæ?
Dum patrios caſus.famæq; exorſa retracto
Ambitioſa meæ.pietas hæc magna.fideſq;
Exolui tibi lēne nephas.ubi letifer anguis
Ferte duces.ſi qua eſt meriti mihi gratia duri
Si quis honos dictis.aut uos extinguite ferro
Ne triſtes dominos:orbamq; inimica reuiſam
Eurydicen.q̄q̄ haud illi mea cura dolendo
Ceſſerit.hoc ne ferens onus illetabile matris
Transfundā gremio? q̄ me prius ima ſub umbras
Mergat humus.ſimul hæc terraq; & ſāguīe uultū
Sordida magnorum circa ueſtigia regum
Vertitur.& tacitæ mœrentibus imputat undas

Non lachrymas:ideſt oculi ſine lachrymis patuere. Totumq; in uulnere corpus: ideſt totum corpus uulneri uix prope ſufficit. Cum piger:q̄tum ad iter pertinet.

Præſagia ſomni:ſuperius dixit.Iam certa malorum mentis ab augurio. Ambitioſa:nullius tanta fuit cupiditas: quæ tātam extingueret religionem. Ne triſtes dominos:Lycurgum & Eurydicen ſignificat parentes Archemori.Dominos dixit ſecundum ius gentium:quare uicti uel capti ſeruilibus deputātur officiis. Vultum ſordida:ſordidum habens uultum. Mœrentibus:quia cauſa huius mali argiui fuerūt: quibus dum hypſipyle aquas oſtendit: oblita pueri expoſuit mortui. Eurydice

Sacrifici: Sacerdotis enim huius lycur/
gus erat antiſtes. Vbi aduerſo dederat ꝑ/
ſecta tonanti. Aduerſo:ideſt aduerſanti.
Proſecta dederat enim numē ſigna contraria. Pro
ſecta autem dicuntur exta cum redduntur
inſpecta uerba ſacrificantium.uſus eſt. par
ticulæ enim minutæ membrorum omni
um proſecta dicuntur in ſacris quæ inferū
tur aris.Lucanus.Si pectora pleno Sæpe de
di laui calido proſecta cerebro. Seruat ab
armis:hic inquit ideo a thebāo bello ſe ab/
ſtinet ne polynici ferat auxilium: quia con
ſulenti reſponſum fuerat thebanum bellū
ipſius ſanguine imbuendum:quod tamen
contigit per mortem filii:quem ſerpens pe
remit. Prima lycurge:hoc uerſu tēor ora
culi continet. Inuidet armis:ꝙ iret ab bel
lum. Thoantis:Hypſipyle filia thoantis
patronymicum a thoante patre.accentus i
fine eſt. Generis mendacia ſacri:propter li
berum patrem thoantis:cuius filia dicitur
Infrēdere fuiſſe hypſipyle. Infrendens : infrendere ē
dentes dentibus quatere.ut Vir. Dentibus
infrendens. Rectoqꝫ erymanthius enſe:q
dam Rectorqꝫ erymanthius legunt. ſed
male.erymanthium ergo parthenopæum
dicit ab erymantho monte archadiæ. Re
cto enſe:protenſo gladio. Perſtringūt: ob
cæcant.Lucanus.Obliqua perſtringens lu/
mina flamma:ideſt aut armorum lumine
obcæcant:aut limis oculis intuent᷑. Com
mercia uitæ:alii uittæ legunt.ergo ſi uitæ.
quia omnes arguerat . ſiue quia cōmercia
uitæ communia ſunt irruentes caſus exci/
pere. Si uittæ:quia ſacerdos erat apollinis.
Vnus auum ſanguis:a perſeo enim Danai
Indulget filio omnes græci originem ducunt. In/
dulgete:ꝑmittite ſeu operam date. ut Vir.
Quid tantum inſano iuuat indulgere la/
bori. Sedato pectore:patienti. magna.n.
Virtus uirtus eſt quæ iraſci non nouit. Ingratis:
nō iraſcit᷑ nō reddentibus beneficia:aut præſtito nu/
mini gratiam relaturis. Stirpis auus:hyp/
ſipyle dicit liberum patrem propter Tho/
antē auū fuiſſe. Thebes:ſingulariter dixit.
Et hoſtiles:ſubaudis non rebar huc uos
hoſtiliter adueniſſe in excidium.ſ.meum.

Et iam ſacrifici ſubitus per tecta lycurgi
Nuncius implerat lachrymis .ipſumqꝫ domumqꝫ
Ipſum aduentantem perſæi uertice ſancto
Montis.ubi aduerſo dederat proſecta tonanti
Et caput iratis rediens quaſſabat ab extis.
Hic ſeſe argolicis immunem ſeruat ab armis
Haud animi uacuis.ſed templa araeqꝫ tenebāt
Nec dum etiam reſpōſa deum .monituſqꝫ uetuſti
Exciderant.uoxqꝫ ex adytis accepta profundis
Prima lycurge dabis dyrceo funera bello
Id cauet.& mœſtus uicini puluere martis
Angitur ad littuos.perituriſqꝫ inuidet armis.
Ecce fides ſuperum.laceras comitata thoantis
Aduehit exequias.contra ſubit obuia mater
Fœmineos cœtus plangentiaqꝫ agmina ducens.
At non magnanimo pietas ignaua lycurgo
Fortior ille malis.lachrymaſqꝫ inſana reſorbet
Ira patris:longo rapit arma morantia paſſu
Vociferans.illa autem ubi nam? cui praua cruoris
Lætaue damna mei? uiuit ne? impellite raptam
Ferte citi comites.ſaxo omnis fabula lemni
Et pater.& tumidæ generis mendacia ſacri
Exciderint.ibant letumqꝫ inferre parabat
Enſe furens rapto.uenienti oenius heros
Impiger obiecta proturbat pectora parma.
Ac ſimul infrendens.ſiſte hunc ueſane furorem
Quiſquis es & pariter capaneus.acerqꝫ reducto
Affuit hippomedon.rectoqꝫ erymanthius enſe
Ac iuuenem multo perſtringunt lumine.at inde
Agreſtum pro rege manus:quos inter Adraſtus
Mitior.& ſociæ ueritus commercia uitæ
Amphiaraus ait.ne quæſo abſiſtite ferro
Vnus auum ſanguis.neue indulgete furori
Tuqꝫ prior.ſed non ſedato pectore Tydeus
Subiicit.anne ducem ſeruatricemqꝫ cohortis
Inachie ingratis coram tot milibus audes
Mactare in tumulos? (quanti pro funeris ultor)
Cui regnum.genitorqꝫ thoas & lucidus euan
Stirpis auus:tumido ne parum ꝙ gentibus actis
Vndiqꝫ in arma tuis inter trepida agmina pacem
Solus habes.habeas & te uictoria graium
Inueniat tumulis.etiam num hæc fata gementem.
Dixerat.& tandem cunctante modeſtior ira
Ille refert.equidem non uos ad mœnia thebes
Rebar.& hoſtiles huc adueniſſe cateruas.
Pergite in excidium ſocii ſi tanta uoluptas

Sanguinis.ibuite arma domi.atq; hæc irrita dudũ
Tẽpla Iouis(qd enĩ haud licitũ?)ferat ipius ignis
Si uilem tanti premerent cum pectora luctus
In famulam ius eſſe ratus.dominoq; duciq;
Sed uidet hoc uidet ille deum regnator:& auſis
Sera quidem manet ira tamen ſic fatus.& arces
Reſpicit.atq; illic alios certamine belli
Tecta fremunt.uolucres equitũ præuerterat alas
Fama recens.geminos alis complex tumultus.
Illi ad fata rapi.atq; illi iam occumbere leto
Sic meritam hypſipylen iterant:creduntq; nec ire
Fit mora.iamq; faces.& tæla penatibus inſtant
Vertere regna fremũt.raptumq; auferre lycurgũ
Cum Ioue.cumq; aris:reſonant hululatibus ædes
Fœmineis. uerſuſq; dolor dat terga timori
Alipedum curru:ſed enim ſublimis Adraſtus
Secũ ante ora uirum fremebunda thoãtida portãs
It medius turmis.& parcite:parcite clamat
Nil actum ſæue.meritus nil tale lycurgus
Excidium.gratriq; inuentrix fluminis ecce.
Sic ubi diuerſis maria euertere procellis
Hinc boreas.euruſq; illinc niger.imbribus auſter
Pulſa dies.regnantq; hyemes.uenit æquoris alti
Rex ſublimis equis. geminuſq; ad ſpumea triton
Fræna natans.late pelago dat ſigna cadenti
Et iam plana thetis.monteſq; & littora creſcunt
Quis ſuperum tanto ſolatus funera uoto
Penſauit lachrymas:inopinaq; gaudia mœſtæ
Rettulit hypſipyle.tu gentis conditor euhan
Qui geminos iuuenes lemni de littore uectos
Intuleras nemeæ.mirandaq; fata parabas
Cauſa uiæ genitrix nec inhoſpita regna lycurgi
Præbuerant aditus.& protinus ille tyranno
Nuncius extinctæ miſerando uulnere prolis.
Ergo adſunt comites(pro ſors & cæca futuri
Mẽs hominum)regiq; fauẽt.ſed lemnos ad aures
Vt primum. dictuſq; tohas per tæla.manus
Irruerant.matremq; auidis complexibus ambo
Diripiunt flentes.alternaq; pectora mutant.
Illa uelut rupes immoto ſaxea uiſu
Hæret.& expertis non audet credere diuis.
Vt uero.& multus.& ſigna argoa relictis
Enſibus atq; humeris amborum intextus Iaſon
Ceſſerunt luctus.turbataq; munere tanto
Corruit atq; alio maduerunt lumina fletu.
Addita ſigna polo.lætoq; hululante tumultu

Arma domi:ideſt domeſtica cæde. ſubaudis mea morte &ſocium regni communis. Tẽpla Iouis: quæ coluntur fruſta aut nihil præſtãt. Quid enim illicitum: ſubaudis feceram:ſi uel ancillæ morte luctus meos ultus eſſem. Impius ignis:incẽdit templa:quia parum eſt ſi famulorum ius domini perdiderunt. Sera quidem. Tullius:an miſeret ſi quis primo periuria cælat. Sera tamen: tacitis pœna uenit pedibus. Præuerterat alas:nũciatum fuerat argiuis hypſipylẽ ad ſupplicium trahi. Geminos tumultus:quia unus erat in ciuitate.alter ubi lycurgus eſt. Verſuſq; dolor: timore belli uerſusdolor mortis archemori. Ante ora uirum:ſecum hypſipylen ferebat. Impetum furentis exercitus Adraſtus cupiens refrenare:qui eam putabat interemptam fuiſſe. Sic ubi diuerſis maria: nam comparatio eſt: ſed contraria.nam ille ad Neptunni comparatiõem uirum bonum poſuit hic Adraſti Neptunnum. Venit æquoris alti:Ordo Sic uenit Rex æquoris :ſicut in aduerſis procellis conuertere uenti. Geminus triton:Duobus corporibus factus:ut utroque refrigẽt Pectore mõtano duplex hyleus ab antro. Et iam plana Thetis. Virgilius. Sic cunctus pelagi cecidit fragor. Euhan:Inuenit poeta quod primum dubitabat:euhan liber a quo hypſipyle originem ducit. Qui geminos iuuenes:tunc enim hypſipylen matrem quærentes illuc deuenerant:a quibus cognita eſt:hi tunc a lycurgo hoſpitio ſuſcepti. Mirandaque fata:quæ cogant hypſipylen de ſeruitio ad regnum redire. Pro ſors:elegãter more comœdiæ contigit agnitio filiorum. Non audet credere :Incredula enim duo ſunt læticiæ uota. Tarde fidem enim adhibemus:cum quæ optamus eueniunt. Intextus Iaſon : pater iuuenum : ex quo hoſtia per lemnum ediderat hypſipyle. Atq; alio:quia pauloãte luctu nũc gaudio.immoderata enim læticia & maxime Læticia
parentum habet lachrymas ſuas. Signa Lachrymæ
polo:datum eſt ſignum cælo.

Opheltes / archemorus — Et puer: Lycurgi filius: ideſt qui primo opheltes dicebatur. Sed quoniam initium Thebani belli eius initia ſunt morte iure fatali: poſtea Archemorus nominatus ē græce pronunciatione αρκη Archi enim græce principiū dicitur μοροσ moros. mors ſermone eodem nuncupatur. Phœbe moras: ſciebat aduerſa denunciari. ideo necte moras. Dum lernæa palus: Virgi. In freta dum fluuii current dū montibus umbræ Luſtrabunt: conuexa polus dum ſydera paſcet. Pyliæ nec fata ſenectæ: Pylias ſenex iā annos Neſtoris dicit. phrygios autem annos Priami dixit: qui urbis troiæ excidium uidit: ut certiſſimum eſt. Vir. Satis una ſuperq; Vidimus excidia: & captæ ſuperauimus urbi. Sed amborum annos dicit debere conténi. neuter enim poſt mortem eſt conſecratus. alii uero tithonem eſſe dicunt Laumedontis fratrem quem aurora dicit adamaſſe: & poſtea cum ille longæ uitæ fata defleret: in cicadam mutatus eſt. Cauum — Cauā: obſcuram: omne quod cauum obſcurum inane. ut Virgilius. Nox atra caua circunuolat umbra.

NVntia multiuago danaas perlabitur urbes: Hic ſextus liber continet Agaues cauſam per totam græciam famam futuri certaminis cucurriſſe Sequuntur exequiæ archemori. deſcriptio planctus Euridices matris: & patris lycurgi. deſcriptio altera expiationis archemori. deſcriptio circenſium: cum oīum ducum nominibus: & equorū & ipſius certaminis uarietate: uel euentu: quo docetur Apollinis fauore amphiarao conceſſam eē uictoriam: currentium puerorum deſcriptio: in quo certamine uincit hippomedon: deinde pugiles: in quo certamine uincit Tydeus. prohibitio monomachiæ: Amphiarai & Polynicis adraſti regis ſagittæ iactus cum prodigio tæli ad dominum reuertentis.

Lactantii. P. in Sextum Thebaidos.

SAncire nouo ſolemnia buſto. Agon archemori apii corona cælebratur. idcirco quia puer hic: cuius memoriæ certamen nemeum dicatum eſt admodum paruus obierat. nam humilis orbæ matris luctus oſtendit indicium. quidam ſuper hāc hærbam puerum reptantem a nutrice derelictum eſſe: & a ſerpēte interemptum uolunt: ex hoc creditum eſt coronæ genus indicium immaturata morte electum eſſe. nam in hoc Agone etiam poetæ certantes coronantur Apio. unde Virgilius. Floribus atque apio crines ornatus amaro.

Tergaq;. & æra dei motas crepuere per auras.
Tunc prius oiclides. ut prima ſilentia uulgi
Molior ira dedit. placidaſq; acceſſit ad aures.
Audite o ductor Nemeæ. lectiq; potentes
Inachidæ quæ certus agi manifeſtat Apollo
Iſte quidem argolicis haud olim indebitus armis
Luctus adeſt. rectæ deſcēdunt limite parcæ
Et ſitis interitu fluuiorum. & letifer anguis
Et puer. heu noſtri ſignatus nomine fati
Archemorus. cūcta hæc ſuperū demiſſa ſuprema
Mente fluunt. differte animos: feſtinaq; tæla
Ponite manſuris donandus honoribus infans
Et meruit. det pulchra ſuis libamina uirtus
Manibus. atq; utinam plures innectere pergas
Phœbe moras. ſemperq; nouis bellare uetemur
Caſibus. & ſemper thebe funeſta recedat
At uos magnorum tranſgreſſi fata parentum
Fœlices longum quibus hinc per ſæcula nomen
Dum lernæa palus: & dum pater inachus ibit
Dum Nemeæ tremulas campis iaculabit umbras
Ne fletu uiolate ſacrum: ne plangite diuos
Nam deus iſte deus. pyliæ nec fata ſenectæ
Maluerit phrygiis aut degere longius annis.
Finierat. cæloq; cauam nox induit umbram.

VT puer eſt functus: ſerpentis uulnere læſus
Inſtituunt Danai ludos. hortamine uatis
Fama uocat cunctos. aruis ac mœnibus adſunt.
Primus ſudor equis. uenit certamine campi
Extitit hic dorion. uictor polynice cadente.
Proximus oiclides. ſed ſumpſit præmia laudis
Decipitur curſu puer arcas. poſtea uictor
Hippomedon diſco laudatur ab agmine iacto
Vix rapitur Lacon capanei cæſtibus altis.
Tydeus agileum ſuperauit agone palæſtræ.
Lex prohibet binos nudo concurrere ferro
Ipſi iactanti remeat iactata ſagitta.

NVntia multiuago danaas perlabitur urbes
Fama gradu ſancire nouo ſolemnia buſto
Inachidas. ludumq; ſuper quo martia bellis
Præſudare paret: ſeſeq; accendere uirtus

Graium ex more decus.primus piſæa per arua
Hunc pius alcides pelopi certauit honorem
Puluereumqꝫ fera crinem detorſit oliua.
Proxima uipereo cælebrauit libera nexu.
Phocis apollineæ bellum puerile pharetræ.
Mox circum triſtes ſeruata palæmonis aras
Nigra ſuperſtitio.quotiens animoſa reſumit
Leucothoe gemitus.& amica ad littora feſta
Tempeſtate uenit.planctu conclamat utroqꝫ
Iſthmos.echioniæ reſponſant flebile thebæ.
Et nunc eximii regum quibus argos alumnis
Connexum cælo.quorumqꝫ ingentia tellus
Aonis & tyriæ ſuſpirant nomina matres
Concurrunt.nudaſqꝫ mouent in prælia uires.
Ceu primum auſuræ trans alta ignota biremes
Seu tyrrhenam hyemem.ſeu ſtagna ægea laceſſũt
Tranquillo prius arma lacu.clauumqꝫ leueſqꝫ
Explorant remos.atqꝫ ipſa pericula diſcunt.
Vt cũ experta cohors tum pontũ irrumpere frætæ
Longius:ereptaſqꝫ oculis non quærere terras
Clara laboriferos cælo titonia currus
Extulerat.uigileſqꝫ deæ pallentis habenas
Et nox & cornu fugiebat ſomnus inani.
Iam plangore uiæ.gemitu iam regia mugit
Flebilis acceptos longe nemora auia frangunt
Multiplicantqꝫ ſonos.ſedet ipſe exutus honoro
Vittarum nexu genitor.ſqualentiaqꝫ ora
Sparſus:& incultam ferali puluere barbam.
Aſperior.contra planctuſqꝫ egreſſa uiriles
Exemplo famulas premit.hortaturqꝫ uolentes
Orba parens.laceraſqꝫ ſuper procumbere nati
Reliquias ardet.totienſqꝫ auulſa refertur
Arcet & ipſe pater.mox ut mœrentia dignis
Vultibus inachii penetrarunt limina reges.
Ceu noua tunc clades.& primo ſaucius infans
Vulnere.letaliſue irrumperet atria ſerpens.
Sic alium ex alio q̃q̃ laſſata fragorem
Pectora congeminant.integratoqꝫ reſultant
Accenſæ clamore fores.ſenſere pelaſgi
Inuidiam.& lachrymis excuſant crimen abortis.
Ipſe datum quotiens:interciſoqꝫ tumultu
Conticuit ſtupefacta domus ſolatur Adraſtus
Alloquiis genitorem ultro .nunc facta recenſens

Hunc pius alcides:primus hercules hũc
honorem manibus pelopis exhibuit : qui
erat herculi per alcmenam genere coniũ/
ctus. Hoc ordine:pelopis & hippodamiæ
Liſidicæ filia.liſidis Alcmena. iouis & alc/
menæ hercules.pria ergo certaminũ gene/
ra hæc fuerũt:quæ ꝑ ordinẽ hoc loco poe/
ta deſcribit olympia in honorẽ pelopis: cu
ius uictores oleaſtro coronãť. Pythia i ho
norẽ Apollinis:cuius uictores lauro coro/
nanť.Iſthmia in honorẽ palæmonis:cuius Ihſtmia
uictores pinu coronanť.nemea in honorẽ Nemea
archemori: cuius uictores apio coronanť.
apium autẽ dixit:qa hercules pelopi in ho/
norẽ conſanguinitatis id exhibuit. Certa/
uit honorẽ:In honorem ip̃ius conſecrauit.
Sera oliua:pro oleaſtro:qa uictores ipſius
certaminis hac frõde coronanť.poſſumus
& feram ꝓ ferali intelligere. Vipereo cæ/
lebrauit libera nexu:pythone enim interfe
cto achei Agonẽ apollini inſtituerunt:quẽ
pythica nominauerũt. Mox circũ triſtes:
ſic uocanť. Iſthmia cælebrať apud coryn/
thum in honorẽ palæmonis & leucothoe Iſthmia
marinoꝝ deorum. Iſthmos:terra in lon/ Iſthmos
gũ porrecta:quæ ionium ab ægeo diuidit.
Oui.Et ſpatio concreta breui freta bina re/
pellit. Vnaqꝫ pulſatur terra duabus aquis.
Connexũ cælo:genus.i.qui originem du
cunt ꝑꝑ illam opinionẽ.quia dicunť dii ter
renis fœminis mixti liberos procreaſſe.di/
ſputatio eſt:quæ dicit bonorũ hoium ani/
mas ac uiroꝝ fortiũ a diis ſumpſiſſe princi
piũ. Aonis:boetiam dixit:quia ab his ua/
ſtabatur. Tyriæ ſuſpirant nomia matres:
thebanas ſignificat a cadmo conditore ty/
rio.ſuſpirant aũt nomina:qa uirtute græ/
corum orbabunť:maritis omiſſis aut libe
ris. Nudas uires:ſine ferro. In prælia:in
luctamẽ. Incurſus:inceſtus. Biremes:na
ues duplicẽ habentes ordinẽ remorũ. Et
cornu fugiebat ſõnus inani:inani cornu id
circo dixit:quia illud noctis tẽpore totum
diffuderat qđ idem poeta ſuperius mani/
feſtius aſſeruit dicens.cornu perfuderat oi
nam ſic a pictoribus ſimulať ut liquidum
ſomniũ e cornu ſuꝑ dormiẽtes uideať ef/
fundere.Sic Ennius.cũ ſomno ſeſe exiccat
romana iuuentus. Exutus honoro nexu:
lugubriter indutus. Arcet & ipſe pater:pẽ
ſanda ẽ in matre doloris acerbitas:cum &
pater ꝓhibeat luctum. Dignis uultibus:
dignis dixit pro aptis temporibus : ac per
hoc lachrymantibus. Ceu noua tunc cla/
des:clades lachrymas orbitates ingredien/
tium argiuorum nouare ſolatia . naturale
eſt enim ut intermiſſa lamenta repetan/
tur:cum aliquis aduenerit notus . Virgili/
us.ut uero æneas tectis ſeſe extulit altis Ingentem gemitum cunctis ad ſydera tollunt Pectoribus. Re/
ſultant accẽſæ clamore fores:ædes reſiliũt. Senſere pelaſgi.i. agnouere argi lamentationis argumento ſi
bi imputari cauſam mortis Archemori. Et lachrymis excuſant:flendo oſtendit interitũ archemori nõ
ſua culpa:ſed fatorum ordine proueniſſe. Datũ quotiens.i.quotiens ei flentum ſtupore permiſſum eſt.

Penſum:pro ſtatutis fato℞ poſuit. Tri
ſtibus iterea ramis:nõ rãis triſtibus ſed ipſi
triſtes : qui pyram frondib us intexebant.
Feretron Feretrum.φαρετρον feretron græce unde
Capulus perhiberes in feretrum facit.nam latine ca
pulus dicitur.ab eo ꝙ corpus capiat . unde
Capularis ſenex Plautus.Capularis ſenex:ideſt dignus fere/
tro. Area:locus ipſius rogi area dicitur.
Et picturatus: morituris floribus ager.
Compoſitus recenti thure & cynnamo/
mo:ut oſtenderet poeta orientales partes
uiciſſe. Arabum ſtrue:odoribus arabicis.
Incana:non lõga ætate corrupta. Ab an/
tiquo: uetere bello prædam iſtis oſtendit
odoribus. Liber enim deuicta india hoc
unguenti genus aduexit:gentibuſꝙ dedit:
& bene dixit durantia.nam cynnamomũ
odorem ſuum longo tempore nõ amittit
Lucanus.Qui nondum euanuit aura cyn/
namon. Summa crepant auro:crepãt cre
pitant:ideſt ſonant. Auri.n.textilis ſonus
talis ẽ.aut illud quod inflexuoſas laminas
caſum eſt.Virgi.Sic leni crepitabat bractea
uento. Molle ſupercilium:ſuper cilium ꝑ
faſtigio poſuit. Teretes gemmæ: multi ſe
parant gemmas a margaritis:ut cum nul/
Margaritæ lam gemmam aut margaritam & gẽmas
uolunt dici diuerſi coloris:margaritas ue/
Gemmæ ro albas.uel gemmas integras margaritas
Margaritum pertuſas.Dicimus autem & hoc margari/
tum & hæc margarites.quod græcum ẽ.
Quando danais irradiat:Irradiat medio
linus intertextus achanto. Hanc hyſtoriã i
prio libro Adraſto narrante cognouimus
Linus Linum filiũ Apollinis & Pſamates Croto
pi filiæ expoſitum a matre:a canibus fuiſſe
diſcerptum.hæc ergo fabula cum arte eẽt
intertexta:odioſa erat matri:quia miſerati
onem paruuli cõmouebat.patri enim mo
do etiam archemori mors uidebatur illa/
ta. Gloria mixta malis:quoniam maiorũ
ornamenta funeri adhibebantur. Et mi/
ſeranda uoluptas.flætum.ſ.ꝙ planctus uo
luptatem afferat orbitatis parentibus. Fe
ſtinus uoti:ideſt uoti antecedens ætatẽ filii
figuratum nomẽ: uel a participio feſtinãs:
uel a uerbo feſtino.Virgi. Tibi quã noctes
feſtina dieſque. Gnari monitis:conſcii ꝑ/
ceptorum. Auguris:pater pyram:filio fa
ciebat ſacerdos ſerpenti:quia fuiſſe Martis
filius credebatur.

Reſq; hominum duras & inexorabile penſum
Nunc aliam prolem .manſuraq; numine dextro
Pignora.nondum orſis modus & lamenta redibãt
Ille quoque affatus non mollius audit amicos
Q uam trucis Ionii rabies clamantia ponto
Vota uirũ.aut tenues curãt uaga flũina nymbos.
Triſtibus interea ramis.teneraq; cupreſſo
Damnatus flammæ torus.& puerile pheretrum
Texitur.ima uirent agreſti ſtramina cultu.
Proxima gramineis operoſior aera ſertis
Et picturatus morituris floribus ager.
Tertius aſſurgens arabum ſtrue tollitur ordo
Eoas complexus opes.incanaq; glebis
Thura.& ab antiquo durantia cynnama bello.
Summa crepant auro.tyrioq; attollitur oſtro
Molle ſupercilium.tereteſq; hic undiq; gemmæ
Irradiant :medio linus intertextus achanto
Lethiferiq; canes.opus admirabile ſemper
Oderat.atq; oculos flectebat ab omine mater.
Arma etiam & ueterum exuuias circũdat auorum
Gloria mixta malis:afflictæq; ambitus aulæ.
Ceu grande exequiis onus.atq; immenſa feruntur
Membra thoro. ſed caſſa tamẽ ſteriliſq; dolentes
Fama iuuat.paruiq; augentur funere manes
Muneraq; in cineres annis grauiora feruntur.
Inde ingẽs lachrymis honor.& miſerãda uoluptas
Namq; illi & pharetras.breuioraq; tæla dicarat.
Feſtinus uoci pater.inſonteſq; ſagittas.
Iam tunc & uota ſtabulis de gente probatos
In nomen paſcebat equos.cinctuſq; ſonantes
Armaq; maiores expectatura lacertos.
Spes auidæ.quas nõ in nomen credula ueſtes
Vrgebat ſtudio.cultuſq; inſignia regni
Purpureos.ſceptrũq; minus.cũcta ignibus atris
Dãnat atrox.ſuaq; ipſe parẽs geſtamina ferri
Si damnis rabidũ queat exſaturare dolorem
Parte alia gnari monitis exercitus inſtat
Auguris aeriem truncis nemorumq; ruina
Mõtis opus cumulare pyram.quæ crimina cæſi
Anguis & infauſti.cremet atra piacula belli.
His labor abſciſſam nemeen.umbroſaq; tempe
Præcipitare ſolo.lucoſq; oſtendere phœbo
Sternitur ex templo ueteres incidua ferro
Sylua comas.largæ qua nõ opulentior umbræ
Argolicos inter ſaltuſq; educta lycæos
Extulerat ſuper aſtra caput.ſtat ſacra ſenectæ

Nymphas:nymphæ diu uiuunt & tamen moriunt̃.iſtam autẽ pyram dicit illis antiquiorem fuiſſe:& poſt mortẽ illorum columẽ ob honorem numinis duraſſe.Veterno aũt dixit ad oſtentationẽ ætatis anti quæ. Illæſa cupreſſus:quæ nũq̃ exuitur honore filioꝝ. Chaoniũq; nemus.Ouidi.hãc enumerationẽ ar borum epithetis ſuis libro monſtrauit. Vmbra loco uenit: non chaonis abfuit arbor.Non nemus helia dum nec frondibus æſculus altis Nec tiliæ molles:nec fagus & innuba laurus.Et coryli fragiles: & fraxi nus utilis haſtis.Ennodiſq; abies curuataq; glandibus illex Et platanus genialis: acerq; coloribus impar Amnicolæq; ſimul ſalices & aquatica lo thos Perpetuoq; uirẽs buxus tenueſq; mi rycæ.Et bicolor myrtus & bacchis cerula pinus.Vos quoq; flexipedes hederæ ueni ſtis: & una Pãpineæ uites & amicæ uitibus ulmi .Orniq; & piceæ:pomoq; onerata ru bẽti Arbutus: & lẽtæ uictoris p̃mia palmæ Et ſuccicta comas:hyrſutaq; uertice pinus Grata deũ mr̃i ſiqdẽ cybellius athis Exuit hac hoĩem:truncoq; induruit illo. Chao niũq; nemus.Arbores dicit: quæ maxime abundãt in eo nemore Ioui ſacrato:ut etiã ipſæ per columbas dabãt reſpõſa.Vir. Atq; habitæ grais oracula quærcus.dixit autem chaoniũ nemus a toto portẽdens. Hiſma ra:mõs thraciæ unde boreas naſcit̃.ut Vir. Hiſmarus
Mirat̃ & hiſmarus orphea.hic genere neu tro poſuit:ut mænala gargara. Arbiter umbræ.i.domus nemorũ. Semideumq; Semidei
pecus:panes tetigit hãc opinionẽ:ut diceret nymphas & faunos eẽ mortales. Vir. dixit Turnũ a Vẽilia nympha natũ ab ænea mõ ſtrat occiſum cũ ipſius auctor ſanguinis im mortalis eẽt nata:ſed q dicũt illã aurã nu minis:q̃ fontibus arboribuſq; deuincta ẽ: caſu aut aqua ſiccata:aut exciſæ arboris. illi quoq; timori ſedes abſurdũ eſt ut numem moriat̃.neq;.n.res patit̃ ĩ aliquo caſu occi dere:cũ oĩum uiſibiliũ:& q̃ ĩcorporea ſunt multis uiſa mori opinãtur . cæteꝝ ſucciſa arbore aut ſiccato fonte ille q ſocietate tene batur naturæ aſtrictus fuit:inuitus ĩterdũ auſert̃ ratiõe diuina,cæterũ nec ipſis corpo ribus cõtingit interitus.ſoluta.n. figura ad naturã recidunt.unde Vir.Scilicet huc red di deinde ac reſoluta referri Oĩa.nec morti eſſe locũ.Lucanus i.ix.li.innocuos uita pa tientis æthere fecit.Et æternos aĩam colle git ĩ orbes:qa dicit Pythagoras aĩas bono rũ uiroꝝ in ſtellas poſſe cõuerti.Semideos aũt panes dixit:qa partẽ habẽt deoꝝ partẽ hominũ. Immodici minor ille fragor.ille fragor ĩmodici tumultus non erat minor eo tumultu quo geſturi erant bella.i.maio re clamore diripiunt urbẽ:quã ante pugna uerãt.Iamq; pari tumulo. ſimilibus pyris. unã ꝑ filio Lycurgus:alteram phyragas ꝑ Funera
ſerpente. Tibia iubet:iubet.n.religio ut maioribus mortuis tuba.minoribus tibia canaret̃.Perſius.Hinc Tibia
tuba candelæ.Homerus in funere dicit.Tũc pyra cõſtruit̃ quo bis ſex corpora graiũ Quadrupedeſq; ad Tuba
duntur eq:curruq; tubæq; Quæcũq; cinis clypeus argiuaq; tæla. Lege phrygũ mœſta:ẽ.n.nimius ignis modus:q dicit̃ phrygius:quẽ poeta dicit aduocationẽ aĩæ conuenire:quem pelopẽ phrygium aſſerit lyra dediſſe: ita & Homerus.ne aũt q̃ſtio ĩ hoc argi nouerũt ſubdidit facultatẽ: ut pelops phrygas docuerit.
Quo ge.pha.Idæ apollinis & dianæ.Niobe ſecũdũ Home.xii.filios hũit:Sophocles aũt dicit eã .xiiii. ha Niobes
buiſſe:amboꝝ opinionẽ ſecutus poeta diuerſis locis utrũq; taxauit ĩ hoc loco bina p ingẽtes ſtipabãt fu filii
nera portas.eſt aũt ordo quo carmine niobe ſqualida biſſenas ſipylon deduxerat urnas: quia occiſis libe Sipylon
ris apud thebas ad patriã Sipylon funera cunctã deduxere:Sipylõ mõs ẽ ĩ quo Niobe ĩ ſaxũ dicit̃ mutata.

Numine.nec ſolos hominum tranſgreſſa ueterno
Fertur auos.nymphas etiam mutaſſe ſuperſtes
Faunorumq; greges.aderat miſerabile luco
Excidium.fugere feræ.nidoſq; tepentes
Abſiliunt(metus urget)aues cadit ardua fagus.
Chaoniumq; nemus.brumaq; illæſa cupreſſus
Procumbunt piceæ flammis alimenta ſupremis
Orniq;.illiceæq; trabes:metuendaq; ſucco
Taxus.& infandos belli potura cruores
Fraxinus:atq; ſitu non expugnabile robor.
Hinc audax abies & odoro uulnere pinus
Scinditur.acclinant intonſa cacumina terræ
Alnus amica fretis.nec inhoſpita uitibus ulmus.
Dat gemitum tellus.non ſic euerſa feruntur
Hiſmara .cum fracto boreas caput extulit atro:
Non graſſante notho citius nocturna peredit
Flamma nemus.linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana pales.Syluanuſq; arbiter umbræ
Semideumq; pecus.migrantibus aggemit illis
Sylua.nec amplexæ dimittunt robora nymphæ.
Vt cum poſſeſſas auidis uictoribus arces
Dux raptare dedit.uix ſigna audita.nec urbem
Inuenias.ducunt ſternuntq; abiguntq; feruntq;
Immodici minor ille fragor quo bella geruntur
Iamq; pari cumulo geminas hãc triſtibus umbris
Aſt illam ſuperis equus labor auxerat aras.
Cum ſignum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia:cui teneros ſuetum producere manes
Lege phrygum mœſta.pelopẽ mõſtraſſe ferebant
Exequiale ſacrum:carmenq; minoribus umbris
Vtile:quo geminis Niobe conſumpta pharetris
Squalida biſſenas Siphylon deduxerat urnas.
Portant inferias.arſuraq; ferula primi
Graiorum:tituliſq; pios teſtantur honores

Gentis quiſq; ſuæ:hyperbaton:ſed eius
ordo talis eſt: longo poſt tempore ſurgit
colla ſuper iuuenũ:quos iuuenes ipſe dux
legerat. Fero clamore:hoc eſt minatus ne
triſte uitarent officium. Fingebam : uocis
elementa:pro initus poſuit : omniũ enim
humanarum rerum elementa ſunt dicta.

Quid ni ego:initia deeſt occidi filiũ quē
negligentem commiſi.nam dolori uox cō
uenit interrupta. Seruatum fraude paren
tem:illi ego paruulum crederem quæ a ſe
patrem fuiſſe ſeruatum iactabat. Abiuraſ
ſe ſacrum:ideſt facinus execrãdum: aut q̄a
ſacramentum fuit inter lemniadas. Abiu
raſſe:a ſuo animo abduxiſſe. Hæc illa eſt:
demonſtratiue:ideſt quæ fuerit auſa domi
num proiicere relinquere. Non regē pro/
Infamis cesſione. Alienos:deeſt ſed. Infamis: peri
culoſos.ut Horatius.Infames ſcopulos ſa/
Trames cro certamine. Tramite:trames ē uia trãſ
uerſa in periculoſæ ſyluæ uia filium quod
tramite dimiſit expoſitum:proprie tamen
trames eſt uia priuata non publica : ideſt q̄
pace cognita unumquẽque ad agrum pro/
prium ducit.Saluſtius:per tramites occul/
tos exercitum metelli anteuenit. Illa tibi
genitrix:hypſipylen dicit leticiæ blandimē
ta ſenſiſſe de luctu. Primordia belli : oro
uos per primordia belli per mortem filii
argiuus adiurat:cuius obitu thebanum ue
lut ſacro aliquo initiatum eſt bellum.

Gentis quiſque ſuæ.longo poſt tempore ſurgit
Colla ſuper iuuenum(numero dux legerat omni)
Ipſe fero clamore thorus.cinxere lycurgum
Lernæi proceres.genitricem molior ambit
Turba.nec hyſiphyle raro ſubit agmine. uallant.
Inachidæ memores.ſuſtentant liuida nati
Brachia.& iuuentæ concedunt plangere matri
Illic infauſtos ut primum egreſſa penates
Eurydice.nudo uocem de pectore rupit
Planctuq;.& longis præfata hululatibus infit:
Non hoc argolidum cœtu circundata matrum
Speraui te nate ſequi.nec talia demens
Fingebam uotis annorum elementa tuorum
Nil ſæuum reputans.& enim his in finibus æui
Vnde ego bella tibi? Thebaſq; ignara timerem
Cui ſuperũ noſtro committere ſanguine pugnas
Dulce? quis hoc armis uouit ſcelus? at tua nōdum
Cadme domus.nullus tyrio grege plãgitur infans
Primitias egomet lachrymarum. & cædis acerbæ
Ante tubas ferrumq; tuli dum deſide cura
Credo ſinus fidos altricis.& hubera mando
Quid ni ego? narrabat ſeruatum fraude parētem
Inſonteſq; manus.en quam ferale putemus
Abiuraſſe ſacrum.& Lemni gentilibus unam
Immunem furiis.hæc illa.& creditis auſæ
Hac pietate potens ſolis abiecit in aruis
Non regem dominumue.alienos impia partus
Hoc tantum.ſyluæq; infamis tramite liquit
Quē nō anguis atrox (q̄d eni hac opus hei mihi
Mole fuit)tãtum cæli uiolētior aura (læti
Impulſæq; noto frondes caſſuſq; ualeret
Exanimare timor.Nec uos inceſſere luctu
Orba habeo.fixum marti immotumq; manebat
Hac altrice nephas.at quin & blandus.& illam
Nate magis ſolam noſſe.atq; audire uocantem
Ignaroſq; mei.nulla ex te gaudia matri
Illa tuos quæſtus.lachrymoſoſq; impia riſus
Audit.& uocis decerpſit murmura primæ
Illa tibi genitrix ſemper dum uita manebat
Nunc ego.ſed miſeræ mihi nec punire poteſtas
Sic meritam.quid dona duces? quid inania fertis
Buſta rogis? illam nil poſcunt amplius umbræ
Illam oro:cineri ſimul excidæq; parenti
Reddite quæſo duces: p̄ ego hæc primordia belli
Cui peperi:ſic æq̄ gemãt mihi funera matres
Ogygiæ:ſternit crines:iteratq; precando

Reddite:nec uero crudelem auidamq; uocate
Sanguinis:occumbam pariter.dum uulnere iuſto
Exſaturata oculos unum impellamur in ignem
Talia uociferans alia de parte gementem
Hyſipylē(neq; eni illa comas nec pectora ſeruat)
Agnouit longe:& ſocium indignata dolorem.
Hoc ſaltem o proceres.tuq; o cui pignore noſtro.
Partus honos prohibete nephas.auferte ſupremis
Inuiſam exequiis.quid ſe funeſta parenti
Miſcet? & in noſtris ſpectatur & ipſa ruinis?
Cui luget complexa ſuos? ſic fata repente
Concidit.abruptiſq; immutuit ore querelis
Non ſecus ac primo fraudatum lacte iuuencum
Cui trepidæ uires.& ſolus ab hubere ſanguis
Seu fera ſeu duras aduexit paſtor ad aras
Nunc uallē ſpoliata parens.nūc flumina quæſtu
Nunc armenta mouet.uacuoſq; interrogat agros
Tūc piget ire domum.mœſtoq; nouiſſima campo
Exit.& appoſitas impaſta auertitur hærbas
At genitor.ſceptriq; decus.cultuſq; tonantis
Iniicit ipſe rogis.tergoq; & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit.ſectiſq; iacentis
Obnubit tenuia ora comis.ac talia fletu
Verba pio miſcens.alio tibi perfide pacto
Iuppiter hunc crinem uoti reus ante dicaram
Si pariter uirides nati libare dediſſes
Ad tua templa genas.ſed non ratus ore ſacerdos
Damnatæq; preces. ferat hic quæ dignior umbra
Iam face ſubiecta primis in frondibus ignis
Exclamat labor inſanos arcere parentes
Stant iuſſi Danai.atq; obtentis eminus armis.
Proſpectu uiſus intercluſere nefaſto
Ditantur flammæ.non unq̄ opulentior illo
Ante cinis.crepitāt gemmæ.atq; immane liqueſcit
Argentum.& pictis exudat ueſtibus aurum
Nec non Aſſyriis pingueſcunt robora ſuccis
Pallentiq; croco ſtrident hymetia mella
Spumanteſq; mero pateræ uerguntur.& atri
Sanguinis:& rapti gratiſſima cymbia lactis
Tunc ſeptem numero turmas(centenus ubiq;
Surgit eques)uerſis ducunt inſignibus ipſi
Graiugenæ reges:luſtrantq; ex more ſiniſtro
Orbe rogum:& ſtantes inclinant puluere flām̄as
Ter curuos egere ſinus. illiſaq; telis
Tela ſonāt:quater horrendum pepulere fragorem
Arma.quater mollem famularum brachia plāctū.

Seu durans aduexit paſtor ad aras: non aras duras ſed paſtor. Nūc flumina q̄ſtu: ordo.non ſecus ſpoliata parens nunc uallē nunc quæſtu flumina nunc armenta mouet. Cæſariem:nouo ſermone Cæſariem poſuit pro barba ſupra uultum filii ſui: & comam miſit & barbam. Cultuſq; tonantis:infulas dicit ornatus inceſſerat quia erat ſacerdos:alio tibi perfide pacto. dat enim ſacerdotibus dolor immēſus.ut Virgilius. quem non incuſaui amens hominumque deorūq;. Libare dediſſes:libatio duabus rebus expedit:lacte & ſanguine.unde Virgilius.duo lacte nouo.duo ſanguine ſacro. quod alterum eorum alimonium ſit uitæ retinendæ:alterum uirium continendarū quia uita hominum his rebus iuuatur: eāque propterea ſepulturæ commendare ſolent:ut ſocietate parta curatiōis lucis: amiſſæ poſteritas defectionis honoretur: unde & flores ſparguntur in honorem mortuorum:unde Virgilius.Purpureos ſpargā flores.ergo numerat Ioui lycurgus debuiſſe crimen ſuum cum primitiis filii pubeſcentis barbæ templis libare.ferat hæc quæ dignior umbra eſt:ideſt quoniā preces meæ uel uota nihil ualuerunt quod ſeruabatur aris mutatur exequiis. Exclamat: crepitu ſonat:omnis enim clamor ſonus eſt. Inſanos:impatienter dolentes uel dolore furiatos. Intercluſcere nefaſto:ne ardens filii funus parentes inſpicerent. Pallentiq; croco epitheton:hic genus croci nō expreſſit.neutro enim genere nuncupatur:Saluſtius. In qua crocum gignitur.Virgilius. crocumq; rubentem maſculino genere dixit poetice.

Et atri ſanguinis:duas res mittit:unamq; nutrit animam ideſt lac.alteram qua conſtat ideſt ſanguis:nec mirandum quia ſanguinem ad inferos placandos intulerit: nā ſanguis proprie uidetur animæ eſſe poſſeſſio: unde exangues mortuos dicimus.

Cymbia:pocula nauibus ſimilia: & ipſa nominis figura indicat diminutiue a cymba dicta. Tunc ſeptem numero turmas. ordo:tunc ſeptem numero turmas uerſis ducunt inſignibus. Surgit eques: ideſt ex equis ſedentes reuerſis peditibus. Siniſtro orbe:quia nihil dextrum mortuis cōuenit ut funeribus abſoluantur. Tetro orbe redeant. Inclinant puluere flammas: flammarum apicem niſi pulueris equorum pedibus mota flæbat. Mollem: fœminarū brachia planctum non percuſſionem manuum ſignificat. Planctus etenim dicitur omnis colliſio Varronis opiniōe.Ideo mulieres ſolitas in luctu ora lacerare: ut ſanguine oſtenſo inferis ſatiſfiat.

Libatio
Sanguis
Lac
Flores
Sanguis
Exāgues
Cymbia
Planctus
Mulierū
laceratio

Quãquam omnia ſentit uera: ideſt quã-uis nouerit calamitatem manere immuta-bilem: tamen dextro orbe redeunt milites: ut exoluant ſe ne exequiis implicentur.

Raptumque ſuis libamen ab armis: ra-ptum inſigne iaciebat ut inde expiatio fie-ret occiſi ſerpentis. Multoque ſoporant extinguunt: lucifer & mane oritur & ueſ-pere: ſed equo mutato: quam rem ſciũt ſy-dera quod unum aſtrum ſit nec fallunt ſi-cuti mortales qui putant deos eẽ: poſt aũt quadrigas dant ſoli bigas lunæ equos ſin-gulos ſyderibus. eundem ergo ueſperum uult haberi: ut Horatius ueſperum pro lu-cifero poſuit. nec tibi ueſpero ſurgente de-cedunt amores nec rapidum fugientes ſo-lem. Expectes: laus operis. Ephyræo: co-rynthio ubi in honorẽ Palæmonis & Leu-cothoe ludi funebres cælebrabantur. Col libus incuruis: locum ſpectaculi deſcribit.

Illic conſerti: ideſt in cohortem denſati. Series antiqua parẽtum: maiorum ima-gines proferri ſignificat: uel ad miraculum ſpectantium quia moris fuit: ut in funere proferentur: unde Horatius. unus atq; ima gines ducunt triumphales.

Semianimes alter pecudes: ſpumantiaq; ignis
Accipit armenta. hic luctus abolere nouiq;
Funeris auſpicium. uates q̃q̃ omnia ſentit
Vera iubet: dextroq; gyro: & uibrantibus haſtis
Hac redeunt: raptumq; ſuis libamen ab armis
Quiſque iacit: ſeu fræna libet: ſeu cingula flãmis
Mergere: ſeu iaculum. ſummæ ſeu caſſidis umbrã
Finis erat: lapſuſq; putres iam mulciber ibat
In cineres. inſtant flammis: multoq; ſoporant
Imbre rogum poſito: donec cum ſole labores
Exhauſti: ſeris uix ceſſit cura tenebris.
Roſcida iam nouies cælo dimiſerat haſta
Lucifer: & totidem lunæ præuenerat ignes
Mutato nocturnus equo. nec conſcia fallit
Sydera. & alterno depræhenditur unus in ortu
Mirum opus accelerante manu. ſtat ſaxea moles
Templum ingens cineri. rerumq; effectus in illa
Ordo docet caſus. Feſſis hic flumina monſtrat
Hyſipyle Danais. hic reptat flebilis infans
Hic iacet: extremum tumuli circũaſperat orbem
Squammeus: expectes morientis ab ore cruenta
Sibila: marmorea ſic uoluitur anguis in haſta
Iam auidum pugnas uiſendi uulgus inermes
Fama uocat: cunctis aruis: ac mœnibus adſunt
Exciti. illi etiam quis belli incognitus horror
Quos effeta domi quos prima reliquerat ætas
Conueniunt: non aut Ephyræo in littore tanta
Vnq̃: aut Oenomai fremuerunt agmina circo
Collibus incuruis: uiridiq; obſeſſa corona
Vallis ĩ amplexu nemorum ſedet. hiſpida circum
Stãt iuga. & abiectus geminis umbonibus agger.
Campum exire uetat. lõgo quem tramite planum.
Gramineæ frondes: ſinuataq; ceſpite uiuo
Mollia non ſubitis augent faſtigia cliuis
Illic conſertum iam ſole rubentibus aruis
Bellatrix ſedere cohors. ibi corpore mixto
Metiri numerum. uultuſq; habituſq; ſuorum
Dulce uiris. tantiq; iuuat fiducia belli
Centum ibi nigrantes armenti robora tauros
Lenta mole trahunt. idem numeruſq; colorque
Matribus. & nondum lunatis fronte iuuencis
Exin magnanimum ſeries antiqua parentum
Inuehitur. miris in uultum animata figuris.
Primus anhelantem duo thyrintius ingens
Pectoris attritu ſua frangit in oſſa leonem
Haud illum impauidi q̃uis & in aere ſuumq;

Inachidæ uidere decus. pater ordine iuncto
Læuus arundineæ recubanſq; ſub aggere ripæ.
Cernitur emiſſæq; indulgens inachus urnæ
Io poſt tergum. iam prona. dolorq; parentis
Spectat in occiduis ſtellarum uiſibus argum.
Aſt illa phariis melior erexerat aruis
Iuppiter. atq; hoſpes iam tunc aurora colebat
Tantalus inde parens. non qui fallentibus undis
Imminet. aut refugæ ſterilem rapit aera ſyluæ.
Sed pius & magni uehitur conuiua tonantis.
Parte alia uictor curru neptunnia tendit
Lora pelops. preſſatq; rotas auriga natantes
Myrtilus. & uolucri iam iamq; relinquitur axe.
Et grauis achryſius. ſpecieſq; horrenda corœbi
Et Danae culpata ſinus. atq; amne reperto
Triſtis amimone. paruoq; alcmena ſuperbit
Hercule. tergemina crinem circundata luna.
Iungunt diſcordes inimica in fœdera dextras
Belidæ fratres. ſed uultu mitior aſtat
Aegyſthus: Danai manifeſtum agnoſcere ficto
Ore nephas: paciſq; malæ noctiſq; futuræ
Mille dehinc ſpecies. tandem ſatiata uoluptas
Præſtanteſq; uiros uocat ad ſua præmia uirtus.
Primus ſudor equis. dic inclyte phœbe regentum
Præmia. dic ipſos. neq; enim generoſior unq̄
Alipedum collata acies. ceu præpete curſu
Confligant denſæ uolucres. aut littore in uno
Aeolus inſanis ſtatuat certamina uentis
Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne iubæ. Neptunnus equo ſi certa priorum
Fama patet. primus teneris læſiſſe lupatis
Ora. & littoreo domitaſſe in puluere fertur
Verberibus parcens & enim inſatiatus eundi
Ardor. & hyberno par inconſtantia ponto
Sæpe per Ionium. libycumq; natantibus ire
Interiectus equis. omneſq; aſſuetus in oras
Cæruleum deferre patrem ſtupuere relicta
Nubila. certantes Euriq; notiq; ſequuntur
Nec minor in terris bella Euryſthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina ſulco
Duxerat. ille etiam ferus. indociliſq; teneri
Mox diuum dono regis dignatus Adraſti
Imperia & multum mediis manſueuerat annis

Indulgens inachus urnæ: Virgilius. cælataque amnem fundens pater Inachus urna: Iuppiter atq; hoſpes iam tunc aurora colebat: colitur aūt in ægypto: ubi etiā iſis uocatur. Simul notādum ꝙ cōmunis generis declinauit hoſpes cum legerimus bellum o terra hoſpita portas. Non qui fallētibus undis: hoc ē regali habitu. & ī meliore fortuna: ideſt qualis fuerat anteq̄ deos offenderet. Sterilem rapit: ideſt qui fugiētibus pomis uacuum rapit aera. Ergo hic ſyluā poſuit pro arboribus. unde Virgi. pomaq; & alcioni ſyluæ. Neptūnia tendit lora pelops. Virgi. humeroq; pelops inſignis eburno. a neptūno enim aptatus curuli certamine equos acceperat quorum curſu omnes anteiret: ipſis quoq; ac Oenomaum ſuperauit: cui a myrthilo ſuppoſito axe cæreo ſuperatus ē ab his: unde Horatius: myrthoū pauidus nauta ſecet mare: dicitur enī prædictus Auriga præcipitatus a Pelope in mare. Specieſq; horrenda chorœbi: hic ē chorœbus qui monſtrum Apollinis īteremit: & pro omnibus ſe deuouit. ideo. Horrenda uenerabilis: aut horrenda ſpecie terribili quaſi contemptor uitæ mortiſq;. Et danae culpata ſinus: Danae Achryſii filia: hæc cum a patre ob cuſtodiendam uirginitatem arctius ſeruaretur: dicitur eius ſpecie captus Iuppiter: ſeſe in imbrē aureū demutaſſe: & ita in modum pluuiæ ſinū danaes penetraſſe. Ex qua coniunctione Iuppiter Perſeum edidit: unde Horatius. Sed nō achryſium uirginis abditæ cuſtodem pauidum Iuppiter & Venus miſiſſet. Terentius deum ſe in hominē conuertiſſe. ac per alienas tegulas ueniſſe clanculum per ipluuiū furtum factum mulieri: ad quem deum q̄ templa cæli ſumma ſonitu concutit. Triſtis amimone: a neptūno cōpreſſa Naupliū generauit. Nauplius palamedem. unde Virgilius. bellidæ nomen palamedis. Tergemina crinem: quia cum Hercules naſceret̃ continue tres noctes dicuntur fuiſſe: tergemina autem nocte: non ſex ſed tribus uetuſte poſuit. ut Vir. tergemini nece geryonis.

Pelops

Chorœbus Horrendus

Danae

Perſeus

Nauplius Amimōe

Belidæ fratres: ex belo nati Danaus & Aegypthus fratres: his cum par numerus filiorum filiarūq; eēt: Danaus depræhēdit oraculo ſe ab uno ægypthi fratris filio occidendum: itaq; ſimulauit ſe fratris filiis natas in matrimonii conſortium traditurū: armauitq; occulte filias cōiugali nocte ut ſpōſos ſuos occiderēt. Sola hypermneſtra lino pepercit: a quo poſtea danaus ut oraculi fides impleret̃ occidit̃. Inimica ī fœdera: dixit quia dextrarū cōiūctio ad cōcordiā perfecit.

Danaus Aegypthus

Primus ſudor eqs: Adraſti q ex neptūno & cerere natus dicit̃ hūano ueſtigio dextri pedis. Euriq; nothiq; ſequunt̃: eq uelocitate etiā nubila uincebant̃: quaſi & īpe certaret. Itē euri ſequunt̃ diuine dictum: dedit illis uictoriæ uotum: ſed ademit effectum. Alto per gramina ſulco: ideſt orbita illius currus: quem ducebat: ideo quia foris pondere prægrauabatur altius infigebantur terræ ueſtigia.

Tunc rector genero polynici indulget agendum
Multa moués ubi feruor equo.qua ſuetus ab arte
Mulceri .nec ſæua manus. nec liber habænis
Impetus.urge alios inquit ſtimuliſq; miniſq;
Ille ibit.minus ipſe uoles.ſic ignea lora
Cum daret. & rapido ſol natum imponeret axi
Gaudentem lachrymans aſtra inſidioſa dicebat
Nolenteſq; teri zonas.mediamq; polorum
Temperiem pius ille quidem & formidine cautus
Sed iuuenem duræ prohibebant diſcere parcæ.
Oebalios ſublimis agit ſpes proxima palmæ.
Amphiaraus equos.tua furto lapſa propago
Cyllare.dum ſcythici diuerſus ad hoſtia ponti
Caſtor Amyclæas remo permutat habenas.
Ipſe habitu niueus.niuei dant colla iugales
Concolor eſt albis & caſſis.& infula criſtis
Quin & theſſalicis fœlix Admetus ab oris
Vix ſteriles compeſcit equas:centaurica dicunt
Semina.credo.adeo ſexum indigantur.& omnis
In uires adducta Venus.noctemq; diemque
Aſſimulant maculis internigrantibus albæ
Tantus uterq; color. credi nec degener illo
De grege caſtaliæ ſtupuit qui ſibila cannæ
Lætus .& audito contempſit Apolline paſci
Ecce & Iaſonidæ iuuenes noua gloria matris
Hyſiphyles ſubiere iugo.quo uectus uterq;
Nomen auo gentile thoas.atq; omine ductus
Euncos Argoo.geminis eadem omnia.uultus
Currus.equi ueſtes.par & concordia uoti
Vincere.uel ſolo cupiunt a fratre relinqui
Hic chromis hippodãuſq;:alter ſatus Hercule ma
Alter ab Oenõao:dubites uter effera præſtet (gno
Fræna magis.Getici pecus hic Diomedis:at ille
Piſæi iuga patris habet:crudelibus ambo
Exuuiis.diroq; imbuti ſanguine currus
Metarum inſtar erat:hinc nudo robore quercus
Olim omnes exuta comas:hinc ſaxeus umbo
Arbiter Argolicis:finem iacet inter utrunque
Quale quater iaculo ſpatium ter arũdine uincas
Interea cantu muſarum nobile mulcens
Concilium:cytharæq; manus inſertus Apollo
Parnaſi ſummo ſpectabat ab æthere terras
Orſa deum(nam ſæpe Iouem Phlegramq; ſuiq;
Anguis opus fratrumq; pius cantarat honores)

Lucani opus

Euryſtheus

Aſtra inſidioſa:periculoſa:ideo quia ſũt ſigna uiſu terribilia: monebat ergo phaetontem ſol:ut non agerer currus per ſeptẽtrionalem plagã.Lucanus de phaetonte in libro qui inſcribitur iliaconita.haud aliter raptum trãſuerſo limite cæli Flãmati phaetõta poli. Euryſtea.i.ad quem Euryſteus eum mittebat.Euryſteus eni rex fuit græcie perſæ genus:qui Iunonis inſtinctu imperabat herculi:ut uaria mõſtra ſuperaret: quibus poſſet perire.unde Vir. quis aut euryſtea durũ.durũ uocat ideo q̃a potuit ad complendũ nouercale odiũ ſufficere. Oebalios:laconicos. Furto:adulterio furtim commiſſo. Cyllare:equi caſtoris Cyllarus & Xanthus.aliter enim Virgi.pollucis habænis cyllarus.Sed non indifferenter uincuntur uocabulo qui ſunt uitæ permutatione coniuncti:& templum caſtoris dicimus cum ſit duorum & legimus : Caſtor uterq; bonus:conſtat aũt hunc caſtorẽ inter argonautas fuiſſe & eum omiſſo equorum ſtudio remigem factum: quo tempore occaſio facta eſt:ut Cyllarus uocaret:ſed debet proprie caſtor dici.fuit enim hoc ſtudiũ huic ut Homerus aſſerit: horatius eni caſtor gaudet equiſono prognatus eodem pugnis. Fœlix admetus:propter amicitiã Herculis propter deceptam dictus uxorẽ.

Cyllarus Xanthus

Caſtor

In uires adducta uenus : cupido libidinis migrauit in uires.i.in maſculinum ſexum.

Hippocrene Pegaſus Arion

De grege:caſtalio:de pegaſi grege:qui fontem hippocrenen apollini & muſis dicatũ ungula ſua produxit:neptũnus enim pater quorundam equorum fertur pegaſi ex meduſa:ariõis ex aere.ergo quæ Admeti regis perſeo colore fuerũt. Ecce & iaſonidæ iuuenes:ex Iaſone & hypſipyle duo nati ſunt filii Thoas & Thineus:quorum Thoas maternum.ut Homerus refert Tineus uocatus alter ois cauſa a patre negaturo: quos i opportuno tempore poeta cõmemorat.hi uero qui accepturi non eſſe debuerant. fraterna contentio fuit:ut nec uictus doleat : nec uictor iſultet. Hic chromis: chromin dicit Herculis filium:quem conſtat equos habuiſſe thracas quos Hercules extincto rege abduxerat humanis carnibus ueſci conſuetos : cũ multi hoc exitio iteriiſſent hoſpites:hunc hercules ne ab eodem circũuentus periret equoꝝ ſuoꝝ fecit pabulũ: quos filio ſuo habendos cõceſſit. Alter ab oenomao:Hippodamũ dicit Oenomai currus regentem:eorũ.n.equoꝝ nõ diſſimilis ẽ fama exitio tot procoꝝ:ideo ambigit poeta: quibus equis ab eo maior crudelitas aſcribatur.Ex utroq; enim pabulo ꝓceſſit horrenda crudelitas. Fræna: genus ꝓ ſpecie: equos enim ſignificat. Manus inſertus : manus habens inſertas. Phlegram : regio eſt in qua debellati Gigantes ignitis fulminibus perierũt phleze φλεξαι enim græce ignire proprie dicitur. Anguis:pythonis. Fratrumque honores:ideſt ea facta quæ reliqui dii gloria ſua ſignant.

Chromis

Phlegra

Quis ſydera ducat ſpiritus: ſecta platonica dicit omnia ſpiritu diuino gubernari. unde Virgilius. Principio cælum ac terras campoſq; liquentes lucentemq; globum lunæ titaniaq; aſtra. Spiritus intus alit &c. enim illa anima quæ uinculum mundi nectit: mens & ſpiritus uocata eſt: quæ dat mortalium animas cūctas ſpecies motumq; & uitam: ut Virgilius. Mens agitat molem quæ platone atteſtante affirmatur: ſed huius tractatus ſecretæ philoſophiæ magna laus perſis debetur quod apud eam gentem horum ſecretorum primū ratio habita ē uel ſpecies: ſilicet ille magnus præceptor huius philoſophiæ. Viuat mare: oſtēdit poeta uiuum & uiuā poſſe dici ea q̄ neque anima neq; ſpiritu mouentur.

Diuinus ſpiritus

Spiritus intus alit

Viua

Tunc aperit. quis fulmen agat. quis ſydera ducat
Spiritus: unde animi fluuiis: quæ pabula uentis
Quo fonte immēſum uiuat mare. quæ uia ſoles
Præcipitet. noctem quæ porrigat ima ne tellus.
An media. & rurſus mundo ſuccincta latenti
Finis erat. difert auidas audire ſorores
Dumq; chelim lauro: textumq; illuſtre coronæ
Subligat. & picto diſcingit pectora lymbo
Haud procul herculeā Nemeē clamore reductus
Aſpicit. atq; illic ingens certaminis inſtar
Quadriiugi. noſcit cunctos & forte propinquo
Conſtiterant admetus & amphiaraus in aruo
Tunc ſecum quiſnam iſte duos fidiſſima phœbo
Nomina commiſit deus in diſcrimina reges?
Ambo pii. cariq; ambo. nequeam ipſe priorem
Dicere. Peliacis hic cum famularer in aruis
(Sic Iouis imperia: & nigræ uoluere ſorores)
Thura dabat famulo: nec me ſentire minorem
Auſus: at hic trepidū comes: & pius artis alūnus
Aethereæ. potior meritis tamen ille: ſed huius
Extrema iam fila colo: datur ordo ſenectæ
Admeto: ſerumq; mori tibi nulla ſuperſunt
Gaudia. iam Thebæ iuxta: & tenebroſa Vorago
Scis miſer: & noſtræ pridem cecinere uolucres
Dixit: & os fletu pene inuiolabile tinctus
Ex templo Nemeen radiante per æthera ſaltu
Ocior: & patrio uenit igne. ſuiſq; ſagittis
Ipſe olim in terris: cælo ueſtigia durant
Claraq; per zephyros etiam nunc ſemita lucet
Et iam ſortitus Prothous uerſarat ahena
Caſſide: iamq; locus cuiq; eſt. & liminis ordo
Terrarum decora ampla uiri. decoriq; iugales
Diuum utrunq; genus. ſtant uno margine clauſi
Speſq; audaxq; una metus. & fiducia pallens
Nil fixum cordi. pugnāt exire. pauentq;

Quæ uia ſoles præcipitet noctem quæ porrigat: ideſt utrum media ſit omnium elementorum anima: an ſuſpenſa: ut Lucretius. ergo uirum auoluitur cælū quod accidit ſi media eſt terra. quod ſi in imo cælum deſinit eſſe dicit immobile. Sed cum diſputāti diſcordat opinio uerum non dicit ſi quirites cognouit originum cauſas. unde Virgilius. Fœlix qui potuit rerū cognoſcere cauſas.

Mundo ſuccincta latenti: latentem mundum Antipodas dicit. Succincta autē pro pendenti: quia ſi media eſt nulla ſtabilitate firmatur: ſed de his rebus: ut ingenio meo connectere potui ex libris ineffabilis doctrinæ Perſei præceptoris ſeorſum libellū cōpoſui. Celius firmianus Lactātius placidus.

Lactantius firmianus

Dumq; chelim lauro: cytharædorum doctrinam expreſſit: quibus mos ē finito carmine coronam detractam capiti cytharæ ſubligare. Lymbo: zona ſeu faſcia. lymbus enim proprie faſcia picta dicit. Quæ imis aſſuit ueſtibus: ut Vir. Sydoniā picta chlamydem circundata lymbo: aliter lymbus eſt faſcia quæ ambit extremitatem ueſtiū ſecundum antiquum ritum ut uictori chlamydem auratam: habentē circum purpuram. Certaminis inſtar: ſpecie enim belli quadriiugum certamen adduxerat cupido uincendi. Dicere peliacis: montem pelion in theſſalia eſſe notiſſimum ē: prope quem deus apollo admeti regis pauit armēta: conſtat autē huius iniuriæ hanc potiſſimū fuiſſe cauſam. fulminato ab Ioue Aeſculapio q reuocare ad uitā auſus eſſet Hippolytum: pater Apollo ubi ſe uidet orbatum ſagittis Cyclopas occidit. qui Iouis fulmina fabricare conſueuerāt: ob hoc mortalē indutus formam pecus admeti iuxta flu. pauit amphryſū. At hic tripodū comes: Amphiaraus ſcilicet: & notandum uarietatem non ut ſolis pronominibus ſeperatā. illic & huius meritis tamen ille admetus. Datur ordo ſenectæ ſerūq; mori: beneficio enī uxoris alceſtæ Admetus diſtulerat mortem: cuius talis eſt fabula. Alceſtæ uxor Admeti fuit. hanc cum extinctam Admetus impatienter doleret herculis laboribus ei reducta ab inferis dicitur: eleganter ergo hic poeta ſerum mori Admeto poſuit: uidelicet pro quo alter conceſſit in fata: unde Iuue. Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtē.

Lymbus

Pelion

Apollo cur paſtor

Alceſtæ

Et noſtræ pridem cecinere uolucres: ſenſus etiā auium noſtrarum augurio moriturum te eſſe præuidiſti. Et hos fletu: noluit dare pathos mortali numini. philoſophice potius q̄ poetice. Ouidius idē de apolline choronide occiſa: collapſamq; fouet: ſeraq; ope uincere fata nititur: & medicas exercet inſigniter artes: quæ poſtq̄ uidit temptata rogumq; parari ſenſit & arſuros ſupremis ignibus artus: tūc uero gemitus: neq;. n. cæleſtia tingi ora decet lachrymis: alto de corde petitos edidit. Decora: alias decoriq; ut propter metrū co ſyllaba breuis accipiat. Diuū utrunq; genus: quia equi & auriga diuino oriuntur ex ſemine.

Vritur:calidum ſit:ſiue calore atteritur. Veſtigia mille:quia illud uidebatur geri quod adhuc non cœperat: familiare enim genus horum equorum eſt inquietudine pedum anticipare curſum:quia multa ſtás mutat ueſtigia.Virgilius.Stare loco neſcit.

Tuba

Tyrrhenum murmur:tubam ſignificat quam Meleus Tyrrhenorum imperator primus inuenit:a qua opinione nec Virgilius diſcrepat cum dicit:tyrrhenuſque tubæ mugire per æthera clamor. Tardius aſtra cadunt:parabola per hyperbolē: quæ tūc adhibetur cū nec illa quidē q̄ cōparanť ad exprimendam ſimilitudinem poſſe ſufficere ſcriptor affirmat. Vix iter ſeſe: ordo uix ſeſe internoſcunt clamore & nomine: aut enim confundit clamore ſonum ſpectantium multitudo:aut frequenter increpitat:cuius fautor aduenit: utrunque autē turbationem facit. Euoluere globum .i. primam metam tranſierunt. Repectit: diſpergit diſſoluit. Albētes nymbos:ſpumas aut ſudores.

Olenium

Oleniis:olenium archadiæ oppidum unde Oleniam capram uolunt fuiſſe Iouis nutricem : hæc cum filiis ſuis inter ſydera recepta eſt : cuius ſydus imbriferum dicitur.unde Virgilius.quantus ab occaſu ueniēs pluuialibus hædis imber humum: eſt ergo ſignū hyemale aquarium ſequens.dicit igitur uerborum crebritatem aſſiduos imbres poſſe ſuperare.

Circunſpicit omni:uel pro omni campo circunſpiciendo facit huc atq; illuc circuncurrendo. Chromis aſper:herculis filius.

Hippodamus:œnomai filius. Mole tenentur:ut Virgilius.melior remo ſub pondere pinus tarda tenet. Incenditur aura: ideſt equorum afflatu.

Concurrit ſummos animoſum frigus in artus
Quid dominis idē ardor equis.face lumīa ſurgūt
Ora ſonant morſu.ſpumiſq;.& ſanguine ferrum
Vritur.impulſi nequeunt obſiſtere poſtes
Clauſtraq;.compreſſæ tranſſumat anhelitus iræ
Stare adeo miſerum eſt pereunt ueſtigia mille
Ante fugam.abſentemq; ferit grauis ungula cāpū
Circunſtant fidi.nexuſq;.& torta iubarum
Expediunt.firmantq; animos.& plurima mōſtrāt
Inſonuit contra tyrrhenum murmur.& omnes
Exiliere loco.quæ tantum carbaſa ponto
Quæ bello ſic tela uolant? quæ nubila cælo
Amnibus hybernis.minor eſt Iouis impetus igni
Tardius aſtra cadunt:glomerātur tardius imbres.
Tardius in ſummos decurrunt flumina montes
Emiſſos uidere.atq; agnouere pelaſgi
Et iam rapti oculis.iam cæco puluere mixti
Vna in nube latent.uultuſq; umbrante tumultu.
Vix inter ſeſe clamore.& nomine noſcunt
Euoluere globum.& ſpatio quo quiſq; uolebat
Diducti: delet ſulcos iterata priores
Orbita:nunc auidi prono iuga pectore tangunt
Nunc pugnante genu:preſſis duplicātur habenis
Colla toris crinita tument:ſtanteſq; repectit
Aura iubas:bibit albentes humus arida nymbos
Fit ſonus immaniſq; pedum.tenuiſq; rotarum
Nulla manus requies:denſiſq; inſibilat aer
Verberibus.gelida non crebrior exilit arcto
Grando:nec Oleniis manant tot cornibus imbres
Senſerat adductis alium præſagus Arion
Stare ducem loris:dirumq; expauerat inſons
Oedipodioniden:iam illinc a limine diſcors
Iratuſq; oneri inſolito truculentior ardet
Inachidæ credunt accenſum laudibus ille
Aurigam fugit.aurigæ furiale minatur
Amphiaraus agit.quem Theſſalus æquat eundo
Ante tamen cunctos.Sequitur.longeq; ſecundis
Efferus.& campo dominum circunſpicit omni
Admetus.iuxta gemini.nunc Euneos ante
Et nūc āte Thoas. cædūt uincūtque . nec unquam
Ambitioſa pios collidit gloria fratres
Poſtremum diſcrimē erāt.Chromis aſper.& aſper
Hippodamus.non arte rudes.ſed mole tenētur
Cornipedum prior hippodamus fert ora ſequētū
Fert gemitus.multaq; humeros incenditur aura
Spirauit flexæ circum compendia metæ

Interius ductis phœbeius augur habænis
Anticipaſſe uiam:nec non & Theſalus heros
Spe propiore calet.dum non cohibēte magiſtro
Spargitur in gyros.dextraq; exerrat Arion
Iam prior Aeolides.etiam non tertius ibat
Admetus.laxo cum tandem ab orbe reductus
Aequoreus ſonipes premit euaditq; parumper
Gauiſos.ſubit aſtra fragor.cælumq; tremiſcit
Omniaq; excuſſo patuere ſedilia uulgo.
Sed nec lora regit.nec uerbera pallidus addit
Labdacides.laſſa ueluti ratione magiſter
In fluctus in ſaxa ruit.nec iam amplius aſtra
Reſpicit.& uictam proiecit caſibus artem.
Rurſus præcipites in recta.ac deuia campi
Obliquat.tenduntq; uias.iterum axibus axes
Inflicti.radiiſq; rotæ.pax nulla fideſq;
Bella geri ferro leuius.bella horrida credas
His furor ī laude eſt trepidāt.mortemq; minātur
Multaq; tranſuerſis perſtringitur ungula campis
Nec iam ſufficiunt ſtimuli.nec uerbera uoce
Nominibuſq; cient Pholoen Admetus.& Irin
Fulmenq; thoen.rapidum Daneius augur
Aſchetō increpitat.meritumq; uocabula Cygnū
Audit.& herculeum Stiriō.Cromiū.Euneō audit
Igneus Aethion.tardumq; Calydona laceſſit
Hippodamus.Pharium Thoas rogat ire Podarcē
Solus Echionides errante ſilentia curru
Mœſta tenet.trepidaq; timet ſe uoce fateri
Vix dū cœptus equis labor.& iā ī puluere quarto
Campum ineūt.iamq; & trepidis ſudoribus artus
Effœti.& craſſum rapit.eiectatq; uaporem
Cornipedum flammata ſitis.nec iam integer illis
Impetus.& longi ſuſpendunt ilia flatus
Hic anceps fortuna diu decernere primum
Auſa uenit.ruit Aemonium dum feruidus inſtat
Admetum ſuperare Thoas.nec pertulit ullam
Frater opem.uelit ille quidem.ſed martius ante
Obſtitit Hippodāus.mediaſq; immiſit habænas
Mox gromis Hippodamū metæ īterioris ad orbē
Viribus Herculeis.& toto robore patris
Axe tenet prenſo luctantur abire iugales
Nec quicq̄.frænoſq;.& colla rigentia tendunt
Vt Siculas ſi quando rates tenet æſtus.& ingens
Auſter agit.medio ſtant uela tumentia ponto
Tunc ipſum fracto curru deturbat.& iſſet
Ante chromis.ſed thraces equi ut uidere iacentem

Laxo cum tādem ab orbe:ideſt ab ex teriore gyro. Aequoreus ſonipes:potronymicum ſignificat polynicē:cuius auus Labdacii fuit filius. Deuia campi: antiptoſis ē dū in directa tendunt:in deuia obliquant.
Mortemq; minantur.Vir.uitamquē uolunt ꝑ laude paciſci. Multaque tranſuerſis:multa currentes faciunt per tranſuerſa camporum. Pholoen admetus & irin: equarum nomina:ſupra enim ſic dixit:uix ſteriles compeſcit equas. Cygnum : de colore cadenti nomen accepit:quia igneus fuit. Igneus ethon:in eodem genere nominis expoſitionem adiecit:quia ethon dicit̄ de colore.Rigentia autem dixit:conatu tēſa:qui maxime reuocauit:& continuit illorum curſum. Tenet æſtus:licet uentus inflaret:tamen æſtu ire non poterant. Sed thraces equi:dixerat eni ſupra chromi herculis filium equis diomedis cibatis:non illum qui in troiæ excidio militauit: qui humanis carnibus ueſcebatur.

Victuſq; & collaudatus abiſſet: quia præpoſuit humanitatem gloriæ: ne cruentam uictoriam ſortiretur & uictus eſt cum fauore. Per terga uolutus: habænas reiecit: & eũ qui inuolutus per terga fuerat liberauit: ne currus loris implicitus traheretur.

Moderamine liber: ideſt a rectore qui excuſſus curru uoluebatur in puluere. Putri tellure: definitio pulueris. Tænarei currus: laconici: amphiarai ſcilicet. Theſſalus axis: admeti aurigas demonſtrauit: a locis ſiue ab equis. ſic Virgilius. duces nauiũ non nominibus: ſed intelligendos fecit dicendo & nunc piſtris abit nunc uictã præterit ingens centaurus ſergeſtum. ſignificare uolens: & mneſteum. Hæros lemnius: genitos hypſipyle dicit equoꝝ alter thoas iã ruerat dum admetũ præterire feſtinat.

Quis mortis thebanæ locus: uerba poetæ cũ exclamatione quaſi crudelitate futura ad parricidium ſeruaretur. Sæua minatur: amphiarao ſcilicet qui reiiciendus erat.

Hippodamum redit illa fames: iam iamq; tremẽtẽ
Parciri furiis in fræna ipſoſq; frementes
Oblitus palmæ retro Thyrinthius hæros
Torſiſſet. uictuſq; & collaudatus abiſſet
At tibi promiſſos iamdudum phœbus honores
Amphiarae cupit. tandem ratus apta fauoris
Tempora puluerei uenit in ſpatia horrida circi
Cum iam in fine uiæ. & ſummum uictoria nutat
Anguicomam monſtri effigiem ſæuiſſima uiſu
Ora mouet. ſiue illo herebo. ceu finxit in hauſtu
Temporis innumera certe formidine cultum
Tollit in aſtra nephas. non illud ianitor atræ
Impauidus lethes. non ipſe horrore ſine alto
Eumenides uidiſſe queant. turbaſſet euntes
Solis equos martiſq; iugum. Nam flauus Arion
Vt uidit. ſaliere iubæ. atq; erectus in armos
Stat ſociumq; iugi comites utrinq; laboris
Secum alte ſuſpendit equos ruit. illicet exul
Aonius. nexuſq; diu per terga uolutus
Exuit. arripitur longe moderamine liber
Currus: & hunc putri præter tellure iacentem
Tænarei currus. & theſſalus axis. & hæros
Lemnius obliqua quantum uitare dabatur
Tranſabiere fuga. tandem caligine merſum
Erigit ad curſum comitum caput: ægraq; tollit
Mẽbra ſolo: & ſocero redit haud ſperatus adraſto
Q uis mortis Thebanæ locus? niſi dura negaſſet
Thiſiphone quantum poteras dimittere bellum
Te Thebæ: fraterq; palam: te plangeret Argos
Te Nemea: tibi lerna comas. Lariſſaq; ſupplex
Poneret. Archemori maior colerere ſepulchro
Tunc uero Oiclides q̃q̃ iam certa ſequenti
Præmia: cum uacuus domino præiret Arion
Ardet adhuc cupiens uel inanem uincere currum
Dat uires refouetq; deus. uolat ocior Euro
Ceu. modo carceribus dimiſſus in arua ſolutis
Verberibuſq; iubas: & terga laceſſit habænis
Aſcheton increpitanſq; leuem. cygnumq; niualem
Nunc. ſaltem dum nemo prior rapit igneus orbes
Axis. & effoſſæ longæ ſparguntur harenæ
Dat gemitum tellus: etiam tunc ſæua minatur
Forſitan & uicto prior iſſet Arione cygnus
Sed uetat æquoreus uinci pater. hinc uice iuſta
Gloria manſit equo. ceſſit uictoria uati
Huic precium palmæ: gemini cratera ferebant
Herculeum iuuenes: illum thyrinthius olim

Ferre manu ſolitus:ſpumantemq́ꝫ ore ſupino
Vertere. ſeu monſtri uictor.ſeu marte ſolebat
Centauros habet arte truces aurumq́ꝫ figuris
Terribile .hic mixta laphitarum cæde notantur
Saxa faces.aliiq́ꝫ iterum crateres ubiq́ꝫ
Ingentes morientum iræ.tenet ipſe furentem
Hyleum.& torta molitur robora barba
At tibi mæonio fertur circunflua lymbo
Pro meritis Admetæ chlamys.repetitaq́ꝫ multo
Murice.Phryxei natat hic contemptor Ephœbus
Aequoris.& picta tranſlucet cærulus unda
In latus ire manus.mutaturuſq́ꝫ uidetur
Brachia.nec ſiccum ſperes in ſtamine crinem
Contra autem fruſtra ſedet anxia turre ſuprema
Seſtias in ſpeculis.moritur prope conſcius ignis
Has adraſtus opes dono uictoribus ire
Imperat:& generum famula ſolatur Achæa
Sollicitat tunc ampla uiros ad præmia curſu
Præceleres:agile ſtudium.& tenuiſſima uirtus
Pacis opus cum ſacra uocant:nec inutile bellus
Subſidium ſi dextra neget.prior omnibus Idas
Nuper olympiacis umbratus tempora ramis
Proſilit.excipiunt plauſu Piſæa iuuentus
Heleæq́ꝫ manus.ſequitur Sycionius Alcon
Et bis Iſthmiaca uictor clamatus arena
Phedimus.Alipedúq́ꝫ fugam prægreſſus equorũ
Ante Dimas.ſed tunc æuo tardante ſecutus
Multi etiam quos uarii tacet ignorantia uulgi
Hinc atq́ꝫ hinc ſubiere.ſed Arcada Parthonopæũ
Appellant.denſiq́ꝫ cient uaga murmura circi
Nota parens curſu.quis menaliæ atalantes
Neſciat egregium decus?& ueſtigia cunctis
Indeprenſa procis?onerat cæleberrima natum
Mater.& ipſe procul famã iam notus inermes
Narratur ceruas pedes inter aperta lycæi
Tollere.& emiſſum curſu deprendere telum
Tandem expectatus uolucri ſuper agmina ſaltu
Emicat.& torto chlamydem diffibulat auro
Effulſere artus.membrorumq́ꝫ omnis aperta eſt
Lætitia inſigneſq́ꝫ humeri. nec pectora nudis
Deteriora genis.latuitq́ꝫ in corpore uultus
Ipſe tamen formæ laudum aſpernatur & arcet
Mirantes.tunc palladios non inſcius hauſtus
Incubuit.pinguiq́ꝫ cutem fuſcatur oliuo
Hoc idas:hoc more Dimas.aliiq́ꝫ niteſcunt
Sic ubi tranquillo perlucent ſydera ponto

Seu marte ſolebat:multa.n.bella hercu
les ꝑ exercitũ geſſit:ut cõtra euryſteũ cõtra
echaliã.cõtra troiã:unde Vir.troiáq́ꝫ echaliã
q́ꝫ necnõ ét in africa teſtis.all.q ait poſtq̃ her
cules i africa ſicut putát interiit:exercitus ei
us uariis gẽtibus ꝑmixtus ẽ. Terribile:de/
clamatio a cõtrario ꝑꝑ emphaſim qa natu
raliter delectare ſolet:ut ipe alibi armaq́ꝫ in
auro triſtia. Saxa fa.pũgna cẽtauroꝝ & la
pythaꝝ i cratere picta erat q i cõuiuio effera
ti furore nec poculis pepcerũt:unde Vir.&
magno hyleũ lapythis cratere minãtẽ. Et
torta molit̃ hoc declamatõis genus & alibi
poeta ſeruauit:laudãdo.ſ.Adraſti paterã:q̃
dicit ĩpreſſũ fuiſſe perſeũ gorgonæ caput te
nẽtẽ:& ut ait aureus anguicomã præſecto
gorgõa collo:ales habet:iã iamq́ꝫ uagas ita
uiſus in auras exilit:illa graues oculos lan/
guẽtiaq́ꝫ ora:pœne:mouet:uiuoq́ꝫ etiã pal/
leſcit in auro. Repetitaq́ꝫ:ornata totiens.

Phryxei æquoris:helleſpontiaci ubi helles
phryxi ſoror in mare cecidit.dicit ergo leã/
drũ in chlamyde pictũ fuiſſe natantẽ. Trãſ
lucet:bene trãſlucet qa perfectius pingunt̃
natantes:ut inter undas eoꝝ mẽbra perlu/
ceant:leãdri autẽ fabula eſt Ouidio referẽte
notiſſima.ſeſtias i ſpeculis.i.hero cuius poe
ta ex loci uocabulo nomẽ adiecit : ſeſto.n.
nigroponti de li. tore locus ẽ:de quo Luca.
cõiungere ſeſtõ abydo. Moritur:extingui
tur. Cõſcius ignis: lumẽ amoris. q̃ hero
ſolabat̃ lucẽdo uel quod tenebat ipſa i tur
ri. At gener:ſecutus Virgiliũ perditorum
præmia poeta ſeruauit:ad conſolandũ eni
generũ polynicẽ ei Adraſtus famulam de/
dit:ſicut ille ſergeſto ſeruã ut olli ſerua dat̃.

Sollicitat :tranſacto curuli certamĩe eos
poeta deſcribit qbus curſu certandũ ẽ. Et
tenuiſſima uirtus:Definitio qd ſit curſus.i.
pars nõ ſatis admirãda uirtutis:& cũ pleniſ
ſime rẽ quam cœpat definiret adiecit. Nec
inutile bellis:ẽ.n.fugere neceſſariũ cũ ei uin
cere non dat̃. Vmbratus tpa ramis.i.um/
brata habẽs tpa ciuica corona.ſicut Vir.atq́ꝫ
umbrata gerẽs ciuili tpa quercu. Sicyoni/
us alchon.Vir.terit̃ ſicyõia baccha trapetis.

In iſthmiaca.i.in agoneq́ꝫ iſthmiaca uocã
tur i honorẽ leucothoe & palæmõis apud
corynthũ conſecratũ. Quis menaliæ:atlã
tæ cõfundit hiſtoriam.hanc.n. atlantẽ hip
pomenis uxorẽ diximus filiã ſiconei fuiſſe:
illã autẽ q̃ cũ ꝓcis curſu cõtendit oenomai
filiã:ſed hiſtoriã parẽ poſuit ſecutus Vir.il/
le.n.ait.& mãibus ꝓgne pectus ſignata cruẽ
tis:cũ hoc cõſtet philomelã feciſe ſed muta
uit hiſtoriã. Diffibulat:noue dixit ꝓiecit a
ſe. Palladios:oleũ. Lætitia.i.pulchritudo
ſeu uenuſtas. Deteriora genis:ueſtitus pul
cher uidebat̃ ſed pulchrior factus ẽ nudus:
latuit uultus membrorum comparatione.
nudato enim corpore membrorum pul/
chritudo uenuſtatem uultus obnubilat.

Segnior:deterior. Iuxta:non longe. Induxere palæſtræ:rem naturalem expreſſit. cito enim genæ barbæ lanugine ueſtiũtur & ex calore palæſtræ & exercitatiõe ipſa aggrauantur corpora. Deſerpitqꝫ genis:incipit a genis dicere ſiue deſerpit deabundat: hæc enim præpoſitio aut addit aut minuit aut mutat. Fatetur:ideſt non apparet quaſi ſub intonſa coma lateat genarum lanugo. Citatos:ueloces. Docto:non fortuito ſed per artem meditato. Breuemqꝫ fugã: breui fuga fiduciam uelocitatis explorat: nec opinio ſine qua certa meta eſt. immo nulla cum crebro ſaltus excurritur: incertus enim modus eſt currendi cum unuſquiſque ſaltus habita præludunt. Ideſt cito redeuntes currebant quod ſolent curſui ſe præparantes efficere:ut ipſe de equis ſuperius ait. pereunt ueſtigia mille ante fugam.

De.

Cydonum:Cretenſium. Siue putant: ad maturitatem ceruorum rettulit. Congregat:ſic Virgilius. conſertoque agmine cerui. Mænalius:Parthenopæus. Archas: quia Mænalus mons eſt Archadiæ:ut ipſe inferius. A uertice crinis archados:ideſt ipſius parthenopæi. Arma fremunt: ideſt minantur.

Vibraturqꝫ fretis cæli ſtellantis imago
Omnia clara nitent. ſed clarior omnia ſupra
Heſperus exercet radios:cantuſqꝫ per altum
Aethera cæruleis tantus monſtratur in undis
Proximus & forma. nec multum ſegnior idas.
Curſibus. atqꝫ æuo iuxta prior. at tamen illi
Iam tenuem pingues florem induxere palæſtræ
Deſerpitqꝫ genis nec ſe lanugo fatetur
Intonſæ ſub nube comæ:tunc rite citatos
Explorant. acuuntqꝫ gradus uariaſqꝫ per artes
Poplite nunc flexo ſidunt. nunc lubrica forti
Pectora collidunt plauſu:nunc ignea tollunt
Crura breuemqꝫ fugam. nec opino fine reponunt
Vt ruit atqꝫ æquum ſummiſit regula limen
Corripuere leues ſpatium:campoqꝫ refulſit
Nuda cohors. uolucres iiſdem tardius modo aruis
Iſſe uidentur equi. credas e plæbe Cydonum
Parthorumqꝫ fuga totidemqꝫ exiluiſſe ſagittas
Non aliter celeres Hyrcana per auia cerui
Cum procul impaſti fremitum accepere leonis
Siue putant rapit attonitos fuga cæca. metuſqꝫ
Cõgregat. & longum dãt cornua mixta fragorem
Effugit hic oculos rapida puer ocior aura
Mænalius quẽ deĩde gradu premit horridus Idas
Inſpiratqꝫ humero. flatuqꝫ & pectoris umbra
Terga premit. poſt ambiguo diſcrimine tendunt
Phedimus atqꝫ Dimas. illis celer imminet Alcon
Flauus ab intonſo pendebat uertice crinis
Archados:hoc primis triuiæ paſcebat ab annis
Munus:& Ogygio uictor cum matre rediſſet
Nequicq̃ patriis audax promiſerat aris
Tunc liber nexu lateqꝫ in terga ſolutus
Occurſu zephyri retro fugit. & ſimul ipſum
Impedit. infeſtoqꝫ uolans oſtenditur inde
Inde dolum iuuenis. fraudiqꝫ accomoda ſenſi
Tempora iam finẽ iuxta dum limina uictor
Parthonopæus init. correpto crine reductum
Occupat. & longæ primus ferit hoſtia portæ
Arcades arma fremunt. armis defendere regem
Ni raptum decus. & meriti reddantur honores
Contendunt. totoqꝫ parant decedere circo
Sunt & quis idæ placeat. dolus ipſe regeſta
Parthonopæus humo. uultumqꝫ oculoſqꝫ madẽtes
Obruit. acceſſit lachrymarum gratia formæ
Pectora nunc mœrens. nunc ora indigna cruento
Vngue ſecat. meritaqꝫ comam furit undiqꝫ clamor

Diſſonus.ambiguumque ſenis cunctatur adraſti
Conſilium tandem ipſe refert.compeſcite litem
O pueri. uirtus iterum tentanda.ſed ite
Limite non uno.latus hoc conceditur Idæ
Tu diuerſa tene .fraus curſibus omnis abeſto
Audierant.dictoque fauent mox numina ſupplex
Affatu tacito iuuenis Thegeeus adorat
Diua potēs nemorꝫ(tibi eni hic tibi crinis honori
Debitus.æque tuo uenit hæc iniuria uoto)
Si bene quid genitrix.ſiquid uenatibus ipſe
Promerui.ne quæſo ſinas hoc omine Thebas
Ire.nec archadiæ tantum meruiſſe pudorem
Auditum manifeſta fides uix campus euntem
Sentit.& exilis planctis interuenit aer
Raraqꝫ non fracto ueſtigia puluere pendent
Irrupit clamore fores:clamore recurrit
Ante ducem prēſaqꝫ leuat ſuſpiria palma
Finiti curſus operumque īſignia præſto
Arcas equū dono.clypeū gerit improbus Idas
Cætera plæbs lyciis gaudet contēta pharetris
Tunc uocat emiſſo ſiquis decernere diſco
Impiger: & uires uelit oſtentare ſuperbas
It iuſſus Pherelas.& ahenæ lubrica maſſæ
Pondera uix toto curuātus corpore iuxta
Deiicit:inſpectāt taciti.expenduntqꝫ laborem
Inachidæ.mox turba ruunt.duo gentis Acheæ
Tres Ephiriadæ.Piſa ſatus unus.Acarnam
Septimus.& plures agitabat gloria ni ſe
Arduus Hippomedon cauea ſtimulante tuliſſet
In medios.lateqꝫ ferens ſub pectore dextro
Orbem alium.hūc potius iuuenes q mœnia ſaxis
Frangere.qui Tyris deiectum uāditis arces
Nunc rapite:aſt illud cui nō iaculābile dextræ
Pondus? & abreptum nullo conamine iecit
In latus: abſiſtunt procul:attonitiqꝫ fatentur
Cædere:uix unus Phlegias:acerqꝫ Meneſteus
(Hos etiam pudor:& magni tenuere parentes)
Promiſere manū.conceſſit cætera pubes
Sponte.& adorato redit illa in gloria diſco
Qualis Biſthoniis clypeus mauortis in aruis
Luce mala Pangæa ferit.ſolemqꝫ refulgens
Territat.incuſſaqꝫ dei graue mugit ab haſta
Piſeus Phlegias opus inchoat.& ſimul omnes
Abſtulit in ſe oculos exhauſto in corpore uirtus
Promiſſa.ac primum terra.diſcumqꝫ manumqꝫ
Aſperat excuſſo mox circum puluere uerſat

Orbem:diſcum. Nunc rapite: diſcum raptim mittite. Cui non iaculabile:Interrogatiue cum deſpectu. Nullo conamine: facile eſt ſine labore. Vix unus: ordo uix promiſere manus:& notandum quia unū dixerit:cum alterius etiam nomen adieciſſet: Sed hoc ſecutus Virgilium fecit:ille.n. ait.Vix unus Heleno:& Lycus elapſi. Magni tonuere parentes: ne parentum ſuorū uiderentur minuiſſe uirtutem. Luce mala pangæa ferit:terribili ſplendore repercutit pangæa mōs eſt thraciæ:unde Lucanus Video pangæa niuoſis cana iugis. Mugit: Clypeus ſcilicet. Aſperat:aſperum facit: ne dum iaceret laberetur. Verſat: conſyderat:inquirit.

Sacra:ideſt agonem Iouis olympici:qui circa alpheum fluuium piſarum cælebra/tur:cuius ripas ſolitus erat phlægias diſco tranſire.Secundũ autẽ alpheum olympicũ exerceri certamen Virgilio teſte cognoui/mus:ait enim.Cuncta mihi alpheũ liquẽs lucoſq; molorchi. Sed cælum dextra me titur : phlægias iaculatus eſt tamẽ mõ oſtẽ tationis gratia non cauſa certaminis:& al/tũ uoluit potiuſq̃ in altitudinem iaculari. Collecto ſanguie:collecta uirtute. Simi/liſq; cadenti:ad uiſum rettulit. Creſcit in aduerſum:in altitudinem quæ aſcendenti aduerſa eſt:de quo qa neceſſe eſt ut omnes res aſcendentes:altitudinis nimietate nite/ſcãt. Exhauſtus ab alto:ideſt cõſumpto i/petu quo miſſus fuerat. Immergit̃ aruis: de grauitate caſus altitudinis mẽſura mõ/ſtratur. Solis opaca ſoror: ꝙ carminibus lunam cælo eripiant:quam opinionẽ exe/cutus Vir. ait carmina uel cælo poſſunt de ducere lunã.& alibi ſignificat eã indutã eẽ ueleribus dicendo.Munere ſic niueo lanæ: ſi credere dignũ ẽ :Pã deus archadiæ captã te luna fefellit : ſi credi fas eſt de tãti nũinis maieſtate ad amorẽ Endymionis deſcẽdiſ ſe ꝙ lex ſpheræ : & curſus motuſq; aſtro/rũ nõ patit̃. Procul auxiliantia:ad opinio/nẽ hoĩum rettulit quod arbitrẽtur deficiẽ ti lunæ auxiliari:ſi aera percutiant. Molle tuẽti:deſpicienti. Cõtemnere.i.cum facile eẽt phlægea iactu ſuperare. Maiorq; ma/nus ſperat̃ in æquo.i.maiori uirtute opus eſſe in longitudinẽ q̃ in altitudinẽ iaculatu ro. Atq; illi extemplo:atq; illi extẽplo.i.ſu bito fortuna uenit:cui dulce eſt fiduciã im modicæ uirtutis auferre. Fortuna uenit: huic aduerſa intelligẽdũ. Etiã latus oẽ re/

Diſcus

dibat:iaculãtem deſcribit.mos.n.diſco cer tãtibus ut niſi flexo toto corpore nequeant iaculari. Rariſq; ea uiſa uoluptas: pauci ri ſu cœperũt deluſi uoluptatẽ caſibus qđ di/ctũ phlægeos muliebriter laudatus amiſe/rat:ſed quoniã in rebus quoq; ſeriis riſus emittit̃:iõ paucos extitiſſe dicit q̃bus phlæ geæ caſus læticiã ſuſcitaret. Timida:hypa lage ꝓ ipſe timidus. Caſtigat puluere lap/ſus:corrigit hoc ẽ aſpſione pulueris ne ei la

Diſcus

beret̃ effecit. Fixa ſignat̃: quouſq; iecerat mneſteus diſcũ:moris.n.fuerat:ut locus ca dẽtis diſci fixa ſignaret̃ ſagitta. Et fortuna meneſtei.i. timor alterius uel imitatio for/tunati. Dextræ geſtamẽ:hoc eſt qđ cõſue/uerat etiã aliis certaminibus iaculari. Per inania ſaltu:ut iactũ uigor corporis.adiuua ret. Seruatq; tenorẽ:manus a qua fuerat miſſus. Tenorẽ:iaculũ. Meneſtea uictũ:ſo let.n.hoc certamine de uictore dubitari.

Humeros:extremos colles q ſpatiũ thea/tri cingebãt. Et opa.thea.opaca ãt culmĩa qa ſylue ſũmis mõtibus im minebãt. Poly phemus:Homeꝝ ſecutus ẽ q dicit cyclopẽ ieciſſe ĩ Vlyſſis nauẽ q̃ ĩpediẽte cæcitate eã tenere nõ poterat.

Quod latus in digitos mediæ quod certius ulnæ
Conueniat.non artis egens.hic ſemper amori
Ludus erat patriæ.non tantum ubi laudis obiret
Sacra.ſed alternis Alpheon utrinque ſolebat
Metiri ripis.& qua latiſſima diſtant
Non unq̃ merſo tranſmittere flumina diſco
Ergo operum fidens non protinus horrida campi
Iugera.ſed cælum dextra metitur.humiq;
Preſſus utroq; genu collecto ſanguine diſcum
Ipſe ſuper ſeſe rotat.atq; in nubila condit
Ille citus ſublime petit.ſimiliſq; cadenti
Creſcit in aduerſum:tandemq; exhauſtus ab alto
Tardior in terram redit.atque immergitur aruis
Sic cadit.attonitis quotiens auellitur aſtris
Solis opaca ſoror:procul auxilantia gentes
Aera crepant:fruſtraq; timent:at Theſſala uictrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas
Collaudant danai:ſed non tibi mole tuenti
Hippomedon maiorq; manus ſperatur in æquo
Atq; illi extemplo cui ſpes infringere dulce
Immodicas fortuna uenit:quid numina contra
Tẽdere fas homini:ſpatiũ iam immane parabat
Iam ceruix conuerſa:& iam latus omne redibat
Excidit ante pedes elapſum pondus:& ictus
Deſtituit.fruſtraq; manum dimiſit inanem
Ingemuere omnes.raris ea uiſa uoluptas
Inde ad conatus timida ſubit arte Meneſteus
Cautior.& multum te Maia nate rogato
Molis præ grauidæ caſtigat puluere lapſus
Illa manu magna.& multum fœlicior exit
Nec partem exiguam circi tranſuecta quieuit
Fit ſonus.& fixa ſignatur terra ſagitta
Tertius :Hippomedõ ualida ad certamina tardos
Molitur greſſus.namq; illum corde ſub alto
Et caſus Phlægiæ mouet.& fortuna Meneſtei
Erigit .aſſuetu dextræ geſtamen & alte
Subſtentans.rigidumq; latus.forteſq; lacertos
Conſulit.ac uaſto contorquet turbine.& ipſe
Proſequitur:fugit horrendo per inania ſaltu
Iamq; procul meminit dextræ ſeruatq; tenorem
Diſcus.nec dubia iunctaue Meneſtea uictum
Tranſabiit meta.longe ſuper æmula ſigna
Conſedit irideſq; humeros.& opaca theatri
Culmina.ceu late tremefecit mole ruinæ
Quale uaporifera ſaxum Polyphemus ab æthna

Lucis egente manu tamen inueſtigia puppis
Auditæ:iuxtaq; inimicum exegit Vlyxem
Tunc genitus Thalao uictori tygrin inanem
Ire iubet fuluo quæ circunfuſa nitebat
Margine.& extremos auro manſueuerat ungues
Gnoſiacos arcus habet.& uaga tela Meneſteus
At tibi ait Phlægia caſu fruſtrate ſiniſtro
Hunc quondam noſtri decus .auxiliumq; pelaſgi
Ferre dāus( neq; enī Hyppomedō inuiderit)enſē
Nunc opus eſt animis infeſtos tollere cæſtus
Comminus hæc bellis:& ferro proxima uirtus
Conſtitit immanis cerni:immaniſq; tueri
Argolicus Capaneus:ac dum nigrantia plumbo
Tegmina cruda boum.non mollior ipſe lacertis
Induitur.date tot iuuenum de milibus unum
Huc ait.atq; utinam potius de ſtirpe ueniret
Aemulus aonia quem fas dimittere leto
Nec mea crudelis ciuilis ſanguine uirtus
Obſtupuere animi:fecitq; ſilentia terror
Tandem inſperatus nuda de plæbe Laconum
Proſilit Alcidamas:mirantur Dorica regum
Agmina ſed ſocii fretum polluce magiſtro
Norant.& ſacras inter creuiſſe palæſtras
Ipſe deus poſuitq; manus.& brachia finxit
(Materiam ſuadebat amor)tunc ipſe locauit
Comminus.& ſimili ſtantem miratus in ira
Suſtulit exultans:nudumq; ad pectora preſſit
Illum indignatur Capaneus:ridetq; uocantem
Vt miſerans poſcitq; alium:tandemq; coactus
Reſtitit.& ſtimulis iam languida colla tumeſcūt
Fulmineas alte ſuſpenſi corpora plantis
Erexere manus.tuto procul ora receſſu
Armorum in ſpeculis.adituſq; ad uulnera clauſi
Hic quantus ſtygiis Titius conſurgat ab aruis
Si torue patiantur aues tanta undique pandit
Membrorum ſpatia.& tantis ferus oſſibus extat
Hic paulo ante puer.ſed ei maturius æuo
Robur.& ingentes ſpondet tener impetus annos
Quem uinci haud quiſq̄.ſæuo nec ſanguine tingi
Malit.& erecto timeat ſpectacula uoto
Vt ſeſe permenſi oculis.& uterq; priorem
Spectauere locum nam protinus ira nec ictus
Alterius paulum timor.& permixta furori
Conſilia inclinant tantum contraria iactu
Brachia.& explorant cæſtus, hebetantq; terēdo
Doctior hic differt animum.metuenſq; futuri

Exegit:tranſmiſit. Victori tygrin:Simili modo etiam i primo libro de pelle dixit: tergo uidet huius inanem impexis utrinque iubis horrere leonem.& notādum q; metri neceſſitate tygrin accuſatiuum græcū poſuit p tygrē. Māſueuerat ungues:p̄cioſa ſummitate unguiū extremitas quæ nocere poterat fuerat auro ueſtiente mollita. Auxiliumq; pelaſgi:regis græcorum quia gladius hic ualidus & aureus fuit.

Et ferro pxima uirtus:quia & cæſtu homines occidunt. Non mallior ipſe:æque duriſſimus:cuius cutis homīs erat durata in boum pelles. Nec mea crudelis:ſubaudimus eſſet:minatur enim ſe illum occiſurum qui contra ſteterit:& ideo uenire hoſtes obſtabat. Nuda de plæbe laconum:ſiue amore cerômatis ad certamina præparata uel fortia. Socii fretum:ideſt lacones.

Materiæ ſuadebat amor:ut doceret qđ delectabat. Polluce magiſtro: deus enim pollux hoc exercitio dum inter mortales eſſet delectabatur & hunc chalcimada induit. Nudumq; ad pectora preſſit.i.pollux:complexus eſt fouendo:poeta morem ceromatis executus eſt deſcribendo nudū hic alii fortem intelligi uolunt. Ridetque uocātem:Prouocantem. Languida colla tumeſcunt:quæ languida habebat quādo dedignabatur certamen. Ora receſſu:habent ſubaudimus manibus īplicatis. Paulo ante puer:alcidamas adoleſcens.qui ætatem corporis molle uicebat:ideſt cuius uirtus ætatē uirilem præceſſerat. Tener impetus annos:ideſt magna i eo impetu ætatis teneræ uirtutis futuræ indoles cernebatur. Quem uinci:unumquēq; ipſorum. populus enim iunioribus ſolet fauere.ordo ergo talis eſt.neq; quiſquam malit aliquem aut tingi ſæuo ſanguine. Erecto uoto:ſuſpēſo fauore propter incertum uictoriæ exitum. Et uterq; priorem:ideſt utrique ſperabant quod ab alterius manu certamen inciperet.unde. Lucanus. inde manum ſpectant tempus quo noſcere poſſint facturi quæ monſtra ferant. Hebetantq; terendo:uanis ictibu cæſtuum acumē obtundūt. Explorant:conſyderāt fortitudinē cæſtuum. Doctior hic differt aīum:alcidamas differt animum ſpiritum ſeruat.

Vires diſpenſat:paulatim erogat. At il/
le nocendi : Capaneus in aduerſarii nece ꝓ
fuſior. Prodigus incautuſqꝫ ſui: nõ proui
dẽs ſuæ ſaluti. Ruit omnis.i. omnem uir
tutem erogat. Et ambas conſumit ſine le
ge mãus:ideſt ſine artis lege.artis ipſius lex
eſt ut una manus reuerſa alteram feriat: cõ
ſumpſit ergo ambarum manum ictum &
perdidit. Prouidus aſtu:Sagacitate. Hos
reiicit ictus:refundit eludit euitat. Inter/
dũ nutu capitiſqꝫ citati.Velocis capitis mo
tu. Citati:moti. Integer obſequio: Mobi
litate. Inſtat greſſu:ut caueret ictus certa/
minis anteibat pede:facie recedebat quod
ipſe ait tuto ꝓcul ora receſſu. Iniuſtis:non
æquis quia capaneus erat fortior:ergo fre/
quenter quamuis enim pateretur tamẽ ali
Expiẽtia quando commotus attemptat. Experien
tia:ars experiẽdo collecta. Fracta:Diuiſa.
Neſcit:quia ictum furore non ſenſerat.
Summo maculas in uelere uidit:quia la/
neos pentodactylos habent ſub teſtibus q
eminent ſupra brachia.alii autem uolunt
poetam de barba dixiſſe. Præcipitatqꝫ re/
tro.uerſo gradu cogitans fugere. Rapi/
unt conamina uenti:excipiunt ſiue fruſtrã
tur:ideſt in uacuum minarum eius impe/
tus pegerunt. Mortes:quaſi ſinguli ictus
capanei ſingulas mortes afferrent. Auer/
ſus fugit:ita alcidamas auerſus cedebat fu/
rori ut nunquam fugiens uideretur:graue
enim uiro forti crimẽ eſt terga dediſſe cer/
tamini. De puppe: a gubernatore:nã per
tica eſt quædam in naui quam hortator re
migum tenet:quam ſi incuſſerit : remiges
non deſinunt ſi depoſuerit quieſcunt a la/
Caſteria bore:hanc caſteriam Plautus nominauit ĩ
aſinaria :quando pulſi repoſui remum ſo
la ego in caſteria. Iã uox ciet altera remos:
Quia primo ſigno ceſſatum fuerat a labo
re.uox ſequens denuo remiges excitauit.
Ecce iterũ:ut paululũ quieuerunt.rurſus
ineũt pugnam. Immodice:uiolenter qua/
ſi qui exceſſerit modum:uenientem capa/
Exit neum eludit alcidamas. Exit:euitat decli/
nat eum. Effunditur ille:capaneus. Alio
puer improbus ictu:alcidamas improbus
magnus alio ictu:quia iam ſupra illum ꝑ/
cuſſerat. Impalluit ipſe ſecundo:etiam ip/
ſe eſt fœlici euentu perterritus ne poſt ſecũ
dum uulnus iratum capaneum ferre non
poſſet. Ite ait o ſocii:ſeperatim:& ſuſpen/
ſe legenda ſunt:quæ locutio conuenit atto
nitis & iratis:attonitis ut hoc loco.& Virgi
li.Fuge nate propinquant.

Cunctatus uires diſpenſat.at ille nocendi
Prodigus.incautuſqꝫ ſui.ruit omnis in ambas
Conſumit ſine lege manus:atqꝫ irrita frendit
Inſurgens ſeqꝫ ipſe premit:ſed prouidus aſtu
Et patria uigil arte Lacon.hos reiicit ictus
Hos cauet.interdum nutu capitiſqꝫ citati
Integer obſequio manibus.nunc obuia tela
Diſcutiens.inſtat greſſu.uultuqꝫ recedit
Sæpe etiam iniuſtis collatum uiribus hoſtem
(Is uigor ingenio.tantaqꝫ experientia dextræ)
Vltro animis audaxqꝫ intratqꝫ obumbrat & alte
Aſſilit.ut præceps cumulo ſalit unda minantes
In ſcopulos.& fracta redit.ſic ille furentem
Circuit expugnans.Leuat ecce diuqꝫ minatur
In latus.inqꝫ oculos.illum rigida arma cauentem
Aduocat.& manibus nec opinum interſerit ictum
Callidus.ac mediam deſignat uulnere frontem
Iam cruor.& tepido ſignantur tempora riuo
Neſcit adhuc Capaneus.ſubitũqꝫ ꝑagmina mur/
Miratur.uerum feſſam ſuper ora reduxit (mur
Forte manum.& ſummo maculas in uellere uidit
Non leo non iaculo tantum indignata recepto
Tygris.ait toto cedentem feruidus aruo
Præcipitatqꝫ retro iuuenem.atque in terga ſupinat
Dentibus horrendum ſtridens. geminatqꝫ rotatas
Multiplicatqꝫ manus.rapiunt conamina uenti
Pars cadit incæſtus.motu Spartanus acuto
Mille cauet lapſas circum caua tempora mortes
Auxilioqꝫ pedum.ſed non tamen immemor artis
Auerſus fugit.& fugiens tamen ictibus obſtat
Et iam utrinqꝫ labor.ſuſpiriaqꝫ ægra fatigant
Tardius ille premit.nec iam hic abſiſtere uelox
Defectiqꝫ ambo genibus.pariterqꝫ quierunt
Sic ubi longa uagos laſſarunt æquora nautas
Et ſigno de puppe dato poſuere parumper
Brachia.uix requies iam uox ciet altera remos
Ecce iterum immodice uenientem eludit & exit
Sponte ruens:merſuſqꝫ humeris effunditur ille
In caput aſſurgentem alio puer improbus ictu
Perculit euentuqꝫ impalluit ipſe ſecundo
Clamorem Inachidæ quantum non littora tollunt
Nõ nemora.illum ab humo conãtẽ ut uidit Adra/
Tollẽtemqꝫ manus.& nõ tollerãda parẽtẽ (ſtus
Ite oro ſocii.furit ite atqꝫ opponite dextras
Feſtinate.furit:palmamqꝫ.& præmia ferte
Non prius effracto:q̃ miſceat ora cerebro

Abſiſtet.uideo.moriturum auferte lacona
Nec mora prorumpit Tydeus.nec iuſſa recuſat
Hyppomedon.tunc uix ambo conatibus ambas
Reſtringũt cohibẽtq̧ manus.tũc plurima ſuadẽt
Vincis abi:pulchrum eſt uitam donare minori
Noſter & hic belliq̧ comes.nil frangitur hæros
Ramumq̧ oblatumq̧ manu thoraca repellit
Vociferans. liceat has non ego puluere craſſo
Atq̧ cruore genas meruit quibus hoſte fauorem
Semiuir in fodiam?mittamq̧ informe ſepulchro
Corpus.& oebalio donem lugere magiſtro?
Dixit.& hunc ſocii tumidum & uiciſſe negantem
Auertunt.contra laudant inſignis alumnum
Taygeti.longeq̧ minas riſere lacones
Iam dudum uariæ laudes.& conſcia uirtus
Tydea magnanimum ſtimulis ingentibus angunt
Ille quidem & diſco bonus.& contendere curſu.
Nec cæſtu bellare minor.ſed corde labores
Ante alios erat uncta pales.ſic ocia martis
Degere:& armigeras laſſare aſſueuerat iras
Ingentes contra ille uiros acheloia circum
Littora:fœliceſq̧ deo monſtrante palæſtras
Ergo ubi luctandi iuuenes animoſa citauit.
Gloria.terrificos humeris etholus amictus
Exuitur. patriumq̧ ſuem.leuat ardua contra
Membra cleoneæ ſtirpis iactator agylleus
Herculea non mole minor.ſed grandibus alte
Inſurgẽs humeris.hominem ſuper improbus exit.
Sed non ille rigor. patriumq̧ in corpore robur
Luxuriant artus. effectaq̧ ſanguine laxo
Membra natãt.inde hæc audax fiducia tantum
Oenidæ ſuperare parem.q̃q̃ ipſe uideri
Exiguus grauia oſſa tamen. nodiſq̧ lacerti
Difficiles.unq̃ hunc animum natura minori
Corpore.nec tantas auſa eſt includere uires.
Poſtq̃ oleo gauiſa cutis.petit æquor uterq̧
Pro curſu medium.atq̧ hauſta ueſtitur arena.
Tunc madidos artus alterno puluere ſiccant.
Collaq̧ demerſere humeris.& brachia late
Curua tenent.iam tunc hauſtu deducit in æquum
Callidus.& celſum procuruat agyllea tydeus
Summiſſus tergo.& genibus uicinus arenæ.
Ille autem alpini ueluti regina cupreſſus
Verticis urgentes ceruicem inclinat in auſtros
Vix ſeſe radice tenens terræq̧ propinquat
Iam dudum æthereas eadem reditura ſub auras.

Ramum:palmam. Thoraca:qui erat palmæ præmium. Liceat:exclamatio iraſcentis indignatione permixta. Et uiciſſe negantem:ne ab indignatione occidẽdi alcidamanta daretur:negat ſe uiciſſe capaneus. Angũt:ſtimulãt. Laboris:artis peritiã.

Vncta palæſtræ:palæſtræ ſtudium bene addidit.Vncta ad diſcritionem paſtoraliũ certaminum & luctationem naturalẽ.Virgilius de palæſtra ruſticorum.Corporaq̧ aggreſti nudant præ dura.alibi.Palæſtras nudati ſociis. Fœliceſque deo monſtrante palæſtras:quia uictor ſemper extitit deo mõſtrante Mercurio intelligimus.ipſe eni huius artis inuentor fuit.Horatius.Et decore more palæſtræ.fœlices palæſtras dixit.ut Virgilius.Quo non fœlicior alter Cingere tæla manu:ideſt peritior. Patriumq̧ ſuẽ:Calydonis apri pellẽ. Leuat:ſpoliat. Mẽbra cleoneæ:Cleone ciuitas coryntho uicina. Nec mole minor:magnitudine corporis non inferior:ex proceritate corporis humanam fortunã uidebatur excellere. Sed non ille rigor:herculis ſcilicet. Effuſaq̧ membra:plana non thoroſa. Sanguine laxo:cutem enim fluentem mollior ſanguis efficit. Inde hæc audax fiducia:qa proceritati Agyllei nullum membrorũ inerat robur. Difficiles:duri:aſperi. Tũ madidos:infuſos oleo.non ſudore. Vara:paululum flexa crura ſeu foris extenſa.ut Horatius. Hũc uarum diſtat eius cruribus:quos uulgo uaſios uocant. Deducit in æquum:deflectit ut ſibi æquet aſtu ſperantis fiduciã.

Cleone

Varum

Summiſſus tergo:inclinans dorſum ſuũ:ut ſe Tydeus inflecteret. Vrgentes:premẽtes. Reditura ſub auras:ſi uentorum flatus admitterent.

Non ſecus ingentes:artus Agyllei ætas. Caſtigata:compoſita ſeu potius maculis aſperata. Non integer ille:agylleus & ſubaudiendum uiribus fatigatus uel euacuatus. Harenas:quas tydeus in eum ingeſſerat. Non ualuere potiri:ideſt neuter ualuit incœpta perficere ideſt non potuit. Condidit:cælauit:quia ſub ingenti agyllei corpore exiguitas tydei eſt cælata. Suſpēſus ager definitio ſpeluncæ: ſiue ad naturam terræ rettulit:quæ dicitur in medio aere ſuſpenſa: ſiue quod ītrinſecus uacuāt terræ uenas qui metallum aliquod quærūt. Indignantem animam:dicunt philoſophi indignari animas:quod inuitæ de hac luce diſcedant. ut Virgilius. Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub umbras. Propriis non reddidit aſtris:ingens expoſitio eſt:uel quare animæ ad aſtra redeant:poſtquam exutæ fuerint nefando corpuſculo:ut non ſolum bene meritorum:ſed etiam ſontium illuc ferantur: ut aut pro uitæ pretio optima mercede æterna luce donentur.aut pro male cōmiſſis ab īpis aſtris ſtelliſque puniantur atque conſumantur. non quidē ut pereant: ſed affligantur. Et ideo ab his puniuntur

Animas ad ſidera

ſecundum pytagoram: qui ait animas bonorum uirorum ī ſtellas poſſe reuerti. Vir. Scilicet huc reddi deinde hac reſoluta referri Omnia.nec morti eſſe locū:ſed uiua uolare Syderis innumerum atque alto ſuccedere cælo. Lucanus in nono. Innocuos uita patientes fecit æternos animam collegit in orbes. Animiſque & pectore ſupra eſt. Licet infra ſit corpore. Cum uinclis:illius.ſ. qui eum brachiis alligauerat. Elapſus iniquo:

Iniquum

ſubductus graui ponderi.iniquū enī grauem dicimus. Virgilius. Et iniquo pondere raſtri. Et firmo:ordo mox latus firmo nexu implicat genua premens ad ilia.

Improbus:magnus.quia cum eſſet parua ſtatura magni ponderis alte ſuſtulerat uirum. ſiue quod ſe maiorem nexibus uēdicaſſet. Terrigenam ſudaſſe libyn :antheū dicit:quem Hercules apud ſummentū africæ ciuitatem palæſtrino certamine ſuperauit:quem cum nequiret elidere : medium corripiēs brachiiſqꝫ ſuoqꝫ nexu cōfregit: qa terræ beneficio fortior cadendo ſurgebat.

Non ſecus ingentes artus præcelſus agylleus
Sponte premit:paruūqꝫ gemēs duplicatur ī hoſtē
Et iam alterna manus.frōtemqꝫ humeroſqꝫ.latuſqꝫ
Collaqꝫ.pectoraqꝫ.& uitantia crura laceſſit
Interdumqꝫ diu pendent per mutua fulti
Brachia nunc ſæui digitorum uincula frangunt:
Non ſic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella mouent.medio coniunx ſtat candida prato
Victorem expectans.rumpūt obnixa furentes
Pectora:ſubdit amor ſtimulos.ac uulnera ſanat
Fulminei ſic dente ſues.ſic hiſpida turpes
Prælia uiloſis ineunt complexibus urſi.
Vis eadem oenidæ.nec ſole aut puluere feſſa
Membra labant:riget arta cutis.duriſqꝫ laborum
Caſtigata thoris.contra non integer ille
Fatibus alternis.ægroqꝫ effetus hiatu
Exuit ingeſtas fluuio ſudoris harenas
Ac furtim rapta ſuſtentat pectora terra.
Inſtat agens tydeus.ictumqꝫ in colla minatus
Crura ſubit:cœptis non eualuere potiri
Fruſtratæ breuitate manus:uenit arduus ille
Deſuper.oppreſſumqꝫ ingentis mole ruinæ
Condidit: haud aliter collis ſcrutator hiberi
Cum ſubiit.longeqꝫ diem.uitamqꝫ reliquit
Si tremuit ſuſpenſus ager.ſubitumqꝫ fragorem
Rupta.dedit tellus.latet intus monte ſoluto
Obrutus:ac penitus fractū. obductumqꝫ cadauer
Indignātem animam propriis non reddidit aſtris
Acrior hoc tydeus.animiſqꝫ & pectore ſupra eſt.
Nec mora cum uinclis:oneriqꝫ elapſus iniquo
Circuit errantem.& tergo nec opinus inhæret
Mox latus & firmo celer implicat ilia nexu
Poplitibus genua inde premens euadere nodos
Nec quicq̄.& lateri dextram inſertare parentem
Improbus horrendum uiſu ac miſerabile pondus
Subſtulit herculeis prenſum ſic fama lacertis
Terrigenam ſudaſſe libyn.quom fraude reperta
Raptus in excelſum.nec iam ſpes ulla cadendi
Nec licet extrema matrem contingere planta
Fit ſonus.& lætos attollunt agmina plauſus.
Tunc alte librans inopinum ſponte remiſit
Obliquumqꝫ dedit.procumbentemqꝫ ſecutus
Colla ſimul dextra.pedibus ſimul inguina uixit
Deficit obſeſſus.ſoloqꝫ pudore repugnat.
Tādem preſſus humi.pronamqꝫ extēſus ī aluum
Sternitur.ac longo mœſtus poſt tempore ſurgit

Turpia ſignata linquens ueſtigia terra
Palmam autem dextra.læuaq; nitentia dono
Arma ferens tydeus.quid ſi non ſanguinis huius
Partem haud exiguam(ſcitis)dyrceus haberet
Campus:ubi hæ nuper thebarum fœdera plagæ?
Hæc ſimul oſtẽtãs quæſitaq; præmia laudum
Dat ſociis.ſequitur neglectus agyllea thorax.
Sunt & qui nudo ſubeant concurrere ferro
Iamq; aderant inſtructi armis epidaurius agreus
Et nondum fatis dyrceus agentibus exul.
Dux uetat iaſides:manet ingens copia lethi
O iuuenes.ſeruate animos auidumq; furorem
Sanguinis aduerſi:tuq; o quem propter auita
Iugera dilectas cui deſolauimus urbes
Ne precor ante aciem ius tantum caſibus eſſe
Fraterniſq; ſinas(abigant hoc numina)uotis
Sic ait.atq; ambos aurata caſſide ditat.
Tunc genero ne laudis egens iubet ardua necti
Tempora.thebarumq; ingenti uoce citari
Victorem diræ retinebant omnia parcæ.
Ipſum etiam proprio certamina feſta labore
Dignari & tumulo ſupremum hũc addere honorẽ
Hortantur proceres.ac ne uictoria deſit
Vlla ducum numero.fundat uellycia cornu
Tæla rogant.tenui uel nubila tranſeat haſta.
Obſequitur gaudẽs.uiridiq; ex aggere in æquum
Stipatus ſummis iuuenum:deſcendit at illi
Pone leues portat pharetras.& cornua iuſſus
Armiger ingentem iactu tranſmittere circum
Eminus.& dictæ dare uulnera deſtinat orno.
Quis fluere occultis rerum neget omnia cauſis?
Fata patent homini.piget inſeruare.peritq;
Venturi promiſſa fides.ſic omnia caſum
Fecimus.& uires auxit fortuna nocendi.
Campum emenſa breui fatalis ab arbore tacta
Horrendum uiſu.per quas modo fugerat auras
Venit arundo retro.uerſumq; a fine tenorem
Pertulit.& notæ iuxta ruit ora pharetræ.
Multa duces errore ſerunt.hi nubila & altos
Occurriſſe notos.aduerſo roboris ictu
Tæla repulſa alii.penitus latet exitus ingens
Monſtratumq; nefas.& uni remeabile bellum
Et triſtes domino ſpondebat arundo recurſus.

Quid ſi nõ ſanguinis huius:ſi nõ exhauſtus fuiſſet uiribus in thebano cãpo:ĩ quo quinq̃ginta inſidiantes uno relicto ſuperſtite occidit. Hæc ſimul:ſubudiendũ cum diceret Præmia laudũ:uirtutis inſignia. Neglectus thorax:uetus. Inſtructi armis:modo ſagittarioꝝ uult monſtrare certamina.i.iactũ uelociũ ſagittarũ.ſed iaculatores nõ exhiberi permiſit.cõmemorationem iſtius ſpectaculi dixit.ſed ipſã nõ exhibuit uoluptatẽ. Epidaurius:epidaurus ciuitas peloponenſis eqs nobilis.ut ipſe in cathalogo.Qui rura domitãt epidauria.

Sanguinis aduerſi:hoſtilis uel thebani. Cui deſolauimus urbes:ꝑꝑ quẽ reliqmus patriã. Abigãt hoc nũina:ut ãtea q̃ ꝑliũ committaẽ moriaris. Nec laudis egẽs:nec ĩ honoratus abiret. Leues pha.nõ inanes:ſed ĩ qbus ſagittæ eẽnt aut pinatæ. Fluere:uenire uel ꝓcedere. Neget oĩa cauſis:ĩcuſat poeta eos q dicũt futura nõ portẽdi mortalibꝫ.

Inſeruare:attẽdere auſpicia:& eſt uerbũ augurũ ꝗ cælo ſeruatũ.dicit ergo. Piget nos ĩſiſtere.i.tẽtare & cognoſcere futura.& iõ perit uenturi fides ꝓmiſſa. Sic oĩa caſũ:oĩa ſunt rerum futurarũ ſigna:ſiue bonaꝝ ſiue malaꝝ.caſus autẽ ſunt ſubiti euẽtus.Cũ.n. Caſus
nõ q̃rimus quæ ſunt:nõ curamus aduerſa:cũ neglectu noſtro omnia ꝓueniunt mala:q̃ accidũt caſui deputamus. Fatalis.i.harũdinẽ fatalem dixit quæ futura monſtraret. Tenorẽ:curſũ ĩpetũ. Et no.iux.ru.or.pha Tenor
re.ante ora eius cecidit:q pharetrã tenebat.ut Oui.De cælo reuolat nullo referẽte cruẽtum. Serũt:diſſerũt.diſputãt. Recurſus:ſoli Adraſto ſagitta ſuũ reditũ pollicetur.

ATque ea cunctantes tyrii primordia belli. Hic liber hẽt indignationem Iouis cõtra martẽ q; bella thebana lentius gererenẽ.miſſionẽ mercurii ab Ioue ad eũ incitãdũ. Deſcriptionẽ domus Martis ĩ thracia cũ oĩbus eius miniſtris.Allocutionẽ Martis ad Mercuriũ.Allocutionẽ Adraſti regis ad tumulũ Archemori.ĩmiſſionẽ timoris & nimiã augurii formidinẽ:pariterq; cupiditatẽ ad bellũ ocius ꝑparãdũ.Cõq̃ſtionẽ liberi apud Iouẽ ꝓ thebãis:Iouiſq; reſpõſionẽ:uidictã ꝓmittẽtis.Seqẽ deſcriptio cathalogi exercitus thebanoꝝ.Interrogatio antigões reſpõſio Phorbãtis.allocutio Etheoclis animãtis exercitũ.Inſtãtis belli ꝓdigia.aduentus argiuoꝝ ad thebas:collocatioq; caſtrorum.egreſſus cũ filiabus iocaſtæ ad argiuorũ caſtra.admiſſio eaꝝ.q̃ſtio de bello.Tydei relatio.Occiſio tygriũ mãſuetaꝝ.deinde incõgruẽtis timoris belli deſcriptio.Et hic atq; illinc ſingularia uel confuſa certamina diuerſo caſu uariaq; uictoria cũ deſcriptione & allocutionibus exultantiũ ducũ amphiarai ꝑcipue pugna deſcribiẽ:circa quã Apollis fauor & poſtea cõfeſſio cũ dolore mõſtraẽ.reſpõſio Amphiarai cõmẽdãtis filiũ & petentis per eũ de uxore uindictã.hiatus terræ & Amphiarai cũ armis & curru ad inferos deſcenſio.

Lactantii.P.in ſeptimum Thebaidos interpretatio.

A Tque ea cunctantes: deſcri/bitur Iouis iracundia. allo/cutio apud Mercurium: ut Iouis minas nũciet marti: & accuſet eum ꝙ patiatur græcos apud tumulum Archemori uoluptatibus occupari. & ut eos furoris ſtimulis mars armet ad bellũ. Cũctantes: morantes ſiue manentes. Ceruicibus: iracundia Iouis e cælo pondus augeri: & hoc athlanté quæri. Oceano: ideſt calyſto: quæ in urſam hoc eſt in ſeptentrionem dicitur uerſa. Qua parrhaſis ignẽ: arcas a gente dicta: unde fuit Calyſto Lycaonis filia. Lucãus. Parrhaſis obliquos helice cum uerteret axes. Calyſto ergo ipſa eſt: quæ ar/tophylax dicit᷑ urſa: quæ nũq̃ in oceano tingitur. Et noſtro paſcitur imbri: ideſt cæleſti liquore: nõ marino: ut cætera ſydera: nã ut oſtenderet Lucãus ignem ſolis aquis nutriri ait. Non pabula flãmis. Iſthmius umbo: iſthmos eſt terra inter duo maria in lõgum porrecta. hæc enim duo maria orientem occidenteꝗ diſcriminãt. Ionium oriẽte. Aegeum occidente diuidit. omne ergo quod Iſthmius umbo deſtinet. i. achaiam. i cuius parte Pelops regnauit duo maria circundant: adeo ut inſulã facerẽt: niſi utrũꝗ pelagus interiecta terra diuideret. ideo auté umbonem montis dixit: quia eius pars erectior imminet mari. Maleæ: malea ꝓmõtorium græciæ: quod intrat mare: & per quingenta millia introrſus extẽditur: ubi unda ita ſæua eſt: ut nauigantes uideat᷑ perſequi. unde Virgilius. Maleæꝗ ſequacibus undis. hoc autem ꝓmõtoriũ a Maleo græciæ rege nomen accepit: quod intra ſe peloponenſes includit ac tenet. Illi uix muros: ideſt fines pᷓriæ figura q̃ ſũt illi. i. iuuẽtus argiua græci inqͭt ſic ibãt: quaſi iã uictores reuertant᷑ ad patriã. Offenſiꝗ ſedet: rati ꝗ eorũ gratia periiſſet Archemorus: ſiue Offenſi occupati mutuo ſermone dixit. Sepulchri: Archemori: cui ludos funebres cælebrãt. Sonat orbe recuſſo: furore tuo hæc gradiue feciſti certamina: ut aut de eo certarent: aut de cœleſtibus. Oebalii: ut ſupra. Oebalio doné lugere magiſtro. Inſana uoluptas: deeſt fuerit. Nũc lenis: q̃ſi ideo nũc mars mitis ſit. nec noſtra iracũdia flectitur.

Iſthmos

Malea

Nil equidem crudele minor: nil minor illi quod crudele ſit ideſt marti: ſed bonum & mite numen efficiam. minatur Iuppiter ſe martem mitem efficere: quod ſic cruẽto numini eſſet contrarium: ut mites illi qui infreni eẽ cõſueuerãt: ocii lãgore torpeſcãt: & ſit numẽ eius mite. graue. n. malũ eſt: facit. n. bonum a ſuo iſtituto traducere. Ius erit: hũani ſanguinis: aut ius aut auſpicium non erit ius poteſtas auſpicium frequentia.

HIc iouis ĩperio martem cyllenius ales
Excitat in graios reſides. itẽ ille furorẽ
Inſtaurat belli. ac thebas ardentibus offert.
Labdacios tẽdit lachrymis deſẽdere liber
Antigone e muris ſociorũ diſcere uultus
Exquirit. fidus cui pandit ſingula phorbas.
Mox iocaſta gemens natum. graioſꝗ precatur
Vt placidus thebas ineat fratremꝗ repoſcat
Imperium tydeus prohibet ſua uulnera narrans
Tigrium interitus partes pugnare coegit.
Bellantem curru amphiareum telluris hiatus
Obruit. ingemuitꝗ cadens. lucemꝗ reliquit.

ATꝗ ea cũctãtes tyrii primordia belli
Iuppiter aut æquo reſpexit corde pelaſgos.
Cõcuſſitꝗ caput motu quo celſa laborant
Sydera: ꝓclamatꝗ adiici ceruicibus athlas
Tunc ita uelocẽ tegees affatur alumnũ.
I medium rapido. boreamꝗ illabere ſaltu
Biſthonias ſuper uſꝗ domos. axemꝗ niuoſi
Syderis: oceano uetitum qua parrhaſis ignem
Nubibus hybernis. & noſtro paſcitur imbri.
Atꝗ ibi ſeu poſita reſpirat cuſpide mauors
Quanq̃ inuiſa quies. ſeu quod reor arma tubaſꝗ
Inſatiatus habet. caræꝗ in ſanguine gentis
Luxuriat. propere monitus. iramꝗ parentis
Ede: nihil parcens: nempe olim accendere iuſſus
Inachias acies. atque omne quod iſthmius umbo
Deſtinet: & raucæ circumtonat ira maleæ.
Illi uix muros. limenꝗ egreſſa iuuentus
Sacra colunt. credas bello rediſſe tot inſtant
Plauſibus offenſiꝗ ſedent ad buſta ſepulchri
Hic ne tuus gradiue furor? ſonat orbe recuſſo
Diſcus. & oebalii coeunt in prælia cæſtus
Aſt ipſi rabies. ferriꝗ inſana uoluptas
Qua tumet immeritas cineri dabit impius urbes
Ferrum ignemꝗ ferens. implorantesꝗ tonantem
Sternet humi populos. miſerũꝗ exhauriet orbẽ
Nunc lenis bellis: noſtraꝗ remittitur ira
Quod niſi præcipitat pugnas dictoꝗ iubentis
Ocius impingit tyrus danaa agmina muris.
(Nil equidem crudele minor) ſic mite bonumꝗ
Numen & effreni laxentur in ocia mores
Reddat equos. enſemꝗ mihi. nec ſanguinis ultra
Ius erit. aſpiciam terras. pacemꝗ iubebo.

Omnibus ogygio ſat erit tritonia bello.
Dixerat.& thracum cyllenius arua ſubibat
Atq; illum arctoæ labente cardine portæ
Tempeſtas æterna plagæ.prætentaq; cælo
Agmina nymborum.primiq; aquilonis hiatus
In diuerſa ferunt.crepat aurea grandine multa
Palla.nec arcadii bene protegit unda galeri.
Hic ſteriles delubra notat mauortia ſyluas
Horreſcitq; tuens.ubi mille furoribus illi
Cingitur aduerſo domus immanſueta ſub hemo
Ferrea compago laterum.ferro arta teruntur
Limina ferratis incumbunt tecta columnis.
Læditur aduerſum phœbi iubar.ipſaq; ſedem
Lux timet.& durus contriſtat ſydera fulgor
Digna loco ſtatio:primis ſalit impetus amens
E foribus.cæcumq; nefas iræq; rubentes
Exangueſq; metus.occultiſq; enſibus aſtant
Inſidiæ.geminumq; tenens diſcordia ferrum
Innumeris ſtrepit aula nimis.triſtiſſima uirtus
Stat medio.lætuſq; furor uultuque cruento
Mors armata ſedet.bellorum ſolus in aris
Sanguis.& incenſis.qui raptus ab urbibus ignis
Et rerum exuuiæ.circum & faſtigia templi
Captæ inſignibant gentes.cælataq; ferro
Fragmina portarum.bellatriceſq; carinæ
Et uacui currus.protritaq; curribus ora.
Pene etiam gemituſque adeo uis omnis & omne
Vulnus ubiq; ipſum ſed non uſq̄ ore remiſſo
Cernere erat. talem diuina mulcifer arte
Ediderat:nondum radiis monſtratus adulter
Fœda cathenato luerat connubia lecto
Quærere templorum regem uix cœperat ales
Mænalius:tremit ecce ſolum:& mugire refractis
Corniger hebrus aquis:tunc q; pecus utile bellis
Vallem infeſtabat.trepidas ſpumare per hærbas
Signa aduentantis.cauſæque adamante peremni
Diſſiluere fores:hircano in ſanguine pulcher
Ipſe.ſubit currum.diraq; aſpergine latos
Mutat agros.ſpolia a tergo.flenteſq; cateruæ:
Dant ſyluæ nix alta locum.regit atra iugales
Sanguinea bellona manu.longaq; fatigat
Cuſpide.diriguit uiſu cyllenia proles.
Summiſitq; genas.ipſi reuerentia patri
Si prope ſit.dematq; minas.nec talia mandet.

Ogygio:thebano.Vna eni porta ex ſeptē ogygia nuncupatur. Sat erit: ad excidēdas thebas. Labentem:intrantē portas ſeptentrionis. Prætenta:circunfuſa. adiacentia.

Agmina nymborꝝ:īfinitus numerus nubium. Hiatus:principiū flatus:qa uēti pinguntur hiantes. Protegit:tuetur. Galeri: pylei. Hic ſteriles:ephexegeſis ē:qui deus ſterilis ſyluæ. Delubra mauortia notat: aſpicit auium more:quæ uolando aſpiciunt & innotant in quibus inſideant locis. Mille furoribus:mille miniſteriis martis. Cingitur:mutatur. Immanſueta: inrequieta ſine quiete ad deſcriptionē eruēdæ domus adiecit omnia ferro fuiſſe cōſtructa:ut ubicūq; aſpiceres mortalē domū ex ipſius ædificii fabricatiōe cognoſceres: cuius terreris ſpecie:qd' ut Vir.explicaret ait. Porta aduerſa ingens ſolidoq; adamāte columnæ.

Læditur aduerſum phœbi iubar:offuſcatur phœbi iubar.i.ſolis ſplendor leditur.i. ſplēdore ferri repcutitur. Impetus amēs: ſingulis miniſteriis martis epitheta nomina aptando coniunxit:& finxit officiorum diuerſitatem:ut omnia martis miniſteriis conuenirent. Geminumq; tenens diſcordia ferrum:mirum geminū dixit: ferrum tenere diſcordiam:quæ ſemper ſolet duorum inimicitia uel mortalibus congratulari.ſiue propter fratres:quia in hoc bello maxime fratrum dicordia præliat̃. Innumeris: mire infinitum numerꝝ finxit qppe ꝑ peccatorum genere iam minatur ſupplicia diuerſorum. Triſtiſſima uirtus:nō religionis aut pietatis cauſa cōmota.ſed ideo ī hoc bello triſtem dixit eſſe uirtutē:quia parricidiis militauit. Mors armata ſedet: qa ſemper eripit uitam. Inſignibant:ornabant inſigne faciebant templū. Pœne etiam gemitus:ægregie ut in cruenta domo omnia ingemiſcentia cernerent̃. Vbiq; ipſum:ſubaudis martem putares:ubiq; ſimulat nuſq̄ tamē hilariore uultu conſpicit̃. Nōdū radiis:q̄ſtionē q̄ pōt commoueri qa adultero marti Vulcāus habitaculū fundaſſet.argutiſſime hoc loco poeta diſſoluit.dicit.n. ante domū marti Vulcanū ædificaſſe: q̄ iniuriam pateret̃:qa ſol radiis ſuis magnifici flagitii detector fuiſſe narrat̃.ſed ſi iō res mala diſplicuit ſupeſt ut ieniat̃ cariſſimum numē. Fœda cathenato.Hæc inqt limina prius Vulcanus extruxit q martis de ſolis indicio adulteriū cognouiſſet:quo cōpto:utrūque ſubtiliſſimis deuixit cathenis:atq; icōuētū numinū adduxit adulteros. Tremit oē ſolum: aduenīete marte terra cōcuſſa ē.

Quod pecus utile bellis:eq martis. Subit currū:igredit̃ ſeu aduenit. Aſpgie: aſpgo gutta ē terræ cruor̃ pmixta. Mutat agros: ſanguine ificit. Maculat:uariat ſiue diſtinguit. Flenteſq; cater.captiuoꝝ.ſ. Nix al.lo.aduenīete deo oīa q̄ i medio ſūt:locū dare neceſſe ē. Nec talia mandet:ſi aduētū martis talē iuxta iouē caſus afferret:multa de ira ſua:& mādatoꝝ acerbitate minuiſſet.

Quod iouis imperium: allocutio Martis interrogantis Mercurium: qualia ad ſe Iouis mandata portaret. Occupat armipotens: interrogando mars peruenit. Mænala: Mænalus & Lyceus montes archadiæ amœniſſimi. Moratus: nulla mora dixit patris præcepta. Sicut anhelabant: de bello ſcythico remeantes. Iuncto ſudore: iterato prioris & ſequentis laboris. Ruit: cadit uel deſinit flare. Pax ipſa tumet: ipa trāquillitas inquieta. Exanimis: ſine uento: ideſt reliquiæ tempeſtatis: licet ſint ſine flatu uentorum: tamen adhuc exagitat mare.

Inermes: ut ſupra ludicras pugnas uiſendi uulgus inermes. Fama uocat: cinerem placabat Adraſtus. Diis. n. inferis & manibus hoc uti inter triēniū hæc ter ſacra cælebrantur frequētius. Triateride multa: triaterica ſacra ſunt: quæ intermiſſa triēnio cælebrantur. Nec ſaucius arcadas aras. Pelops: ſcilicet qui a patre Tātalo numinibus epulandus eſt appoſitus. Heleaq; pulſet: Heleæ ideſt græciæ: ubi ludi funebres & olympicus conſtitutus eſt agon: in quo certamine oleaſtro uictores coronari conſueuerant. Eburna manu: ut humeroq; pelops inſignis eburno. Nec caſtaliis: pythii agonis Apollinem dicit: in cuius honorē agon cælebrat̄ iſthmiacus: cuius uictores pinu coronantur. Inficiamur auerno: ideſt cum deum colimus īficiamur te mortuū: ideſt mentimur uel negamus auerno inferis lugenti infernali. Lūgimus: ludos tuos cæleſtium agonibus conferimus: ut te ſuperis comparemus. Per urbes: promittit Adraſtus ſe numen Archemori omnibus græciæ ciuitatibus indicaturum: non ſolū liberis: uerum etiam bello uictis. Acrocorynthos: mons ē circa coryntum immēſæ altitudinis: cuius umbra utrunq; mare tegi poeta deſcribit. Bonus omnia credi: ad omnia credenda idoneus eſt timor: quo faciente: interdum etiam impoſſibilia credimus. nihil eſt enim quod credere hominem non ſuadeat timor. Vidiſſe pauent: ad augendam credulitatem nouarum rerum ita dicta confirmant: ut quæ timore mentiuntur ſe uidiſſe confirment. Tunc acre nouabat: ſi eorum aliquis mentiatur facile poteſt falſa ſuadere mortalibus.

Acrocorynthus

Quod Iouis īperiū: magno q̄d ab æthere portas:
Occupat armipotēs. neq; enī hūc germāe ſub axē
Sponte uenis. hyemeſq; meas cui roſida iuxta
Mænala: & æſtiui clæmentior aura lycæi.
Ille refert conſulta patris. nec longa moratus
Sicut anhelabant iuncto ſudore uolantes
Mars impellit equos. reſideſq; in prælia graios
Ipſe etiam indignans. uidit pater altus. & ira
Iam leuior: tardo flectebat pondere uultum.
Vt ſi quando ruit. debellataſq; reliquit
Eurus aquas. pax ipſa tumet. pontumq; iacentem
Exanimis iam uoluit hyems. nōdum arma carinis
Omnia. nec toto reſpirant pectore nautæ.
Finierat pugnas honor exequialis inermes
Nec dum aberāt cætus: cunctiſq; ſilentibus hæros
Vina ſolo fundens cinerem placabat Adraſtus
Archemori. da parue tuum triateride multa
Inſtaurare diem. nec ſaucius arcadas aras
Mallit adire pelops. heleaq; pulſet eburna
Templa manu. nec caſtaliis altaribus anguis
Nec ſua pinigero magis adnatet umbra lycæo
Nox te lugenti puer inficiamur auerno
Mœſtaq; perpetuis ſolemnia iungimus aſtris
Nunc feſtina cohors. at ſi boetia ferro
Vertere tecta dabis. magnis tunc dignior aris
Tunc deus: inachias nec tantum culta per urbes
Numina captiuis etiam iurabere thebis
Dux ea pro cunctis. eadem ſibi quiſque uolebat.
Iam pronis gradiuus equis ephyræa premebat
Littora: qua ſummas caput acrocorynthus ī auras
Tollit: & alterna geminum mare protegit umbra.
Inde unum dira comitum de plæbe pauorem
Quadrupedes anteire iubet: non alter anhelos
Inſinuare metus. animumq; auertere curis
Aptior innumeræ monſtro uoceſq; manuſq;
Et facies quæcunque libet: bonus omnia credi
Auctor & horrificis lymphare incurſibus urbes.
Si geminos ſoles: ruituraq; ſuadet aſtra
Aut mutare ſolum: aut ueteres deſcendere ſyluas
Ah miſeri uidiſſe putent. tunc acre nouabat
Ingenium falſo nemeæum puluere campum
Erigit attoniti tenebroſam a uertice nubem
Reſpexere duces. falſo clamore tumultum
Auget & arma uirum. curſuſq; imitatur equorum
Terribilemq; uagas hululatum ſpargit in auras
Exiluere animi. dubiumq; in murmure uulgus

Pendet. ubi iſte fragor? ni fallimur aure. ſed unde
Puluereo ſtant aſtra globo? num hyſmenius ultro
Miles? ita eſt. ueniunt. tanta aut audacia thebis.
An dubitent? agedum inferias. & buſta colamus.
Hæc pauor attonitis uarioſq; per agmina uultus
Induitur: nunc piſæis e milibus unus.
Nunc pylius. nunc ore lacon: hoſteſq; propiquos
Adiurat: turmaſq; metu conſternit inani
(Nil falſum trepidis) ut uero amentibus ipſe
Incidit & ſacre circum ueſtigia uallis
Turbine præuectus rapido ter ſuſtulit haſtam
Ter contorſit equos. clypeum ter pectore plauſit
Arma arma inſani. ſua quiſq; ignotaq; nullo
More rapit. mutãt galeas. alienaq; cogunt
Ad iuga cornipedes. ferus omni ĩ pectore ſæuit
Martis amor. cædiſq; nihil flagrantibus obſtat
Præcipitant redimuntq; moras. ſic littora uento
Incipiente fremunt fugitur cum portus ubique
Vela fluunt laxi iactantur ubiq; rudentes
Iamq; natant remi. natat omnis in æquore ſummo
Anchora. iam dulcis medii de gurgite ponti
Reſpicitur tellus: comiteſq; a puppe relicti.
Viderat inachias rapidum glomerare cohortes
Bacchus iter. gemuit tyriam conuerſus ad urbem
Altricemq; domum. & patrios reminiſcitur ignes
Purpureum triſti turbatus pectore uultum
Non crines non ſerta loco. dextramq; reliquit
Thyrſus. & intactæ ceciderunt cornibus uuæ
Ergo ut erat lachrymis. lapſoq; ĩ honorus amictu
Ante iouem (tunc forte polum ſecretus habebat)
Conſtitit. haud unq̃ facie conſpectus in illa
(Nec auſæ latuere patrem) ſupplexq; profatur
Excindis ne tuas diuum ſator optime thebas?
Sæua adeo coniunx. nec te telluris amatæ
Deceptique laris miſeret. cinerumque meorum
Eſto olim inuitum iaculatum nubibus ignem
Credimus. en iterum atra refers incendia terris
Nec ſtyge iurata nec pellicis arte rogatus.
Quis modus? an nobis pater iratuſq; bonuſque
Fulmen habes? ſed non daphneia limina talis
Parrhaſiumque nemus. lædeaſque ibis amiclas
Scilicet e cunctis ego neglectiſſima natis
Progenies. ego nempe tamen qui dulce ferenti

Nil fallimur aure: ſed unde aure poſuit pro auditu: ut eſt oratio ſe inuicem interrogans. Ni fallimur: ideſt niſi decipimur auditu & uidentur interpoſita uerſu pauoris & quaſi reſpondentis: ut docet ipſa comatica pronunciatio. deniq; cõcluſit hæc pauor attonitis: q̃ dicta ſunt. Et buſta colamus: Hyronia quaſi per remiſſionem animi & occupationẽ ludorũ ſint ab hoſte contẽpti.

Varioſq; p̃ agmina uultus: ut manifeſtius quæ uelit timor affirmet: diuerſarũ gentiũ indutus uultibus ſe exercitibus miſcet.

Nunc pylius: ex illa ciuitate. Horatius. Neſtora pylius. Adiurat: iureiurando confirmat. Nil falſum: argiuis oĩa credẽtibus nil falſum uidebat. Veſtigia uallis: ĩ qua ſacra fuerant cælebrata in honorẽ Archemori.

Inſani: fortes. Nullo more rapit: raptim facit inuadere propter cõſuetudinẽ. Præcipitant: feſtinãt & accelerãt: ut tarditatis moras celeritate cõpenſarent. Incipiente fremunt: uociferatione præparantium nauigium perſtrepunt littora. Vela fluunt: ſola deſcendunt. Glomerare cohortes: præter ordinem feſtinant impingere. Reminiſcitur ignes: in mentẽ ueniunt patris fulmina: quibus ſe utero matris excuſſit. Purpureũ: pulchrũ. Thyrſus haſta: cornibus uuæ: dicit mœſticia liberꝝ ornatum capitis poſuiſſe. ubiq; uuis decoratus oſtẽdit. Oui. li. faſtoꝝ. vi. Bacche racimiferos hedera diſtincte capillos Si domus illa tua eſt dirigẽ uatis opus. Arſerat obſego ſemele iouis accipit ino Te puer & ſũma ſedula nutrit ope Intumuit iuno rapta q; pellice natum Educet: at ſanguis ille ſororis erat. Hinc igit̃ furiis athamas ĩ imagĩe falſus Tuq; cadẽs patria p̃ue learche manu. Et tũc forte: interpoſitio ẽ. Secretus hẽbat: aut cura laxatus aut ſecretus tũc erat Iouis. Excidis ne tuas cũ exprobratiõe affectũ mœroris: & cũ dolore mouet iuidiã. Deceptiq; la. dolo Iunonis dicit morte matris ſuæ Semeles uiduatos penates. Oli: iuitũ. Synereſis ut hoc. n. Semele pateret̃. Extorſit: petiit ut ad ſe fulminibus armatus ĩtraret. dicit. n. liber: ſi ante iuitus dum amatæ nil negas ĩ thebas fũlmẽ eieciſti. nũc inq̃t qs cõpulit: ut bellũ eis iuberes inferri. Danaeia. i. quãdo ad Danaẽ ueniſti. Parrhaſiũq; ne. ſylua ubi Calyſto a Ioue cõp̃ſſa ẽ: q̃ poſtea helice nomen accepit. Ledæãq;. i. cũ ad lædã uẽiſti. E cũctis ego: ſe dicit liber a multis mortalibus ſæpe fuiſſe neglectũ: ut lycurgo atq; pentheo: nã Oui. quodã loco uerba pẽthei iniuriãtis liberũ ita deſcripſit. Quis furor anguigenæ proles mauortia ueſtras Attonuit mentes pentheus ait: æra ne tantũ Aere repulſa ualent: & adunco tibia cornu. Et magicæ fraudes: ut quos non bellicus enſis: Non tuba terruerit: non ſtrictis agmina tælis: Fœmineæ uoces & mota inſania uino. Obſcenique greges & inania tympana uincant. Vos ne ſenes miſeri qui longa per æquora uecti. Hac tyron hac profugos poſuiſtis ſede penates. Nunc ſinitis ſine marte capi.

Pondus eram:quoniam fulminata matre fœmori Iouis eſt inſitus:unde bimater appellatus ē: q̄ duas ueluti matres habuit.Dythyrābus dictus eſt:qui uelut per duas portas exierit:ſed hoc fabuloſum intel/ligatur.ſub hanc aūt figurā myſticū philoſophiæ ſecretum eſt. nā & illud falſiſſimū eſt quod thyreſias ſu/bit Buxa:tibia uel ſcabellum:quod in ſacris tibicines pede ſonare cōſueuerunt. Ti/ment thyrſos:quomodo thebāi belli nō timeant:q̄ bacchātiū morē ut thyrſos horreſcūt: & ut bellādi in/ter illos monſtraret ſpeciē ait.Timent nuptaꝝ prælia matrū. Peltis:lunatis ſcutis:quibus utuntur ama/zones. Sic hoſtis defuit:interpoſitio nar/ratiōis. Ditare mycenas.i.inimicos argos thebanorū ſpoliis ditare. Senſus: melius iratus alios hoſtes eliceret:ne uos inimico/rum faceret prædam. Syluaſq; lycurgi: ly/curgus thracū rex fuit:qui liberū deū eē ne/gabat. Anne triūphatos: liber enī dicitur deinde egiſſe triumphū.unde Vir.Nec qui pampineis uictor iuga flectit habænis.Li/ber agens celſo niſæ de uertice tygres. La/tonia frater:Apollinem dicit:qui delon in/ſulam in honorem materni partus ſtabilē fecit. Commēdare fretis.i.duabus inſulis alligare.freta enim proprie maria dicunt: quæ æſtu rapido uicinas terras interfluūt. de qua inſula ait Vir.Mycone celſa gyaro/que reuixit. Hoſtiles athenas dicit:quas cum inundaſſet neptūnus:Minerua eas di/luuio liberauit:pro qua urbe cōtēdiſſe dici/tur cum neptūno inuentis muneribus:ne/ptunnus ſcilicet equum minerua oliuam quam fabulam tetigit Vir.dicens.Cui pri/ma frementem Fudit equum magno tel/lus percuſſa tridente.Item Oleæq; miner/ua inuentrix. Epaphum: Iouis & ius fi/lium:qui regnauit in ægypto:cuius mater euerſa eſt in iuuencā.unde Vir.At leuē cly/peum ſublatis cornibus io. Cyllene: arca/dia:in qua Mercurius dicitur natus. Mi/noa ue curat.Minos & Rhadamātus Iouis & Europæ filii:cretenſiū reges:ſed ut con/ciliet Iouem in amorem thebarum:cōme/morat quas mortaliū amare dignatus ſit fœminarum Alcmenam.Antiopā.Nictei/den.poſtremo europam:cuius frater Cad/mus condidit thebas. Hic tibi quando: quoniā ordo eſt hic tibi Noctes herculeæ & ardor nicteidos.Anthiopæ filiæ Nictei: quæ aliquādo expulſa per Dyrcen a Ioue i thaurū uerſo corrupta eſt. unde Zetus & Amphion progeniti feruntur. Nicteidos ardor:amor Antiope Nictei filiæ. Hic ty/rium genus:propter Europam & Cadmū qui Cadmus Tyrii Agenoris filius fuit: q̄ Thebas condidit frater Europæ: cuius rei neceſſitudine thebanis cōciliare uult Iouē.

Fœlicior igne:amore fœlicior.ergo Euro/pa Semele quippe:quæ fulmen pro amore perpeſſa eſt.ideo noſtro igne fœlicior. In/uidiam riſit pater: inuidioſam orationem ridendo Iuppiter mitiorem effecit:ut Vir. Oli ſubridens hominum ſator atq; deoꝝ.

Dythyrā bus | Freta | Antiopa | Dyrce | Zetus | Amphiō

Pondus eram.cui tu dignatus limina uitæ
Præceptumq; iter.& maternos reddere menſes.
Adde q̄ in bellis.rariſq; exercita caſtris
Turba meas acies.mea tantum prælia norunt
Nectere fronde comas.& ad inſperata rotari
Buxa.timent thyrſos nuptarum.& prælia matrū
Vnde tubas.martemq; pati.qui feruidus ecce
Quanta parat? quid ſi ille tuos curretas in arma
Ducat? & innocuis iubeat decernere peltis?
Quin etiam inuiſos(ſic hoſtis defuit)argos
Elicis hæc ipſis genitor grauiora periclis
Iuſſa nouercales ruimus ditare mycenas:
Cædo equidem quo ſacra tamē rituſq; peremptæ
Gentis.& in tumulos ſi quid male fœta reliquit
Mater abire iubes:thracen.ſyluaſq; lycurgi.
Anne triumphatos fugiam captiuus ad indos?
Da ſedem profugo potuit latonia frater
Saxa (nec inuideo) defigere Delon:& imis
Commendare fretis.cara ſubmouit ab arce
Hoſtiles Tritonis aquas:uidi ipſe potentem
Gentibus æōis epaphum dare iura.non ullas
Cyllene ſecreta tubas mynoa ue curat
Ida.quid heu tantum noſtris offenderis aris?
Hic tibi.(quādo minor iā noſtra potētia) noctes
Herculeæ.placiduſq; uagæ nycteidos ardor
Hic tyrium genus.& noſtro fœlicior igne
Taurus.agenoreos ſaltem tutare nepotes
Inuidiam riſit pater.& iam poplite flexum
Sternentemq; manus.tranquillus ad oſcula tollit.
Inq; uicem placida orſa refert.non coniugis iſta
Conſiliis ut rere puer.nec ſæua roganti
Sic expoſtus ego.immoto deducitur orbe
Fatorum ueteres feræq; in prælia cauſæ.
Nam cui tanta quies irarum? aut ſanguinis uſus
Parcior humani? uidet axis.& iſta per æuum
Mecum æterna domus.quotiēs iam torta reponā
Fulmina.q̄ rarus terris hic imperet ignis.
Quin etiam inuitus magna.ulciſcendaq; paſſus

Poplite flexū.i.genibus īclinatū. Sic expoſtus ego:ſic fatis ſū ſubditus:ut īminentia mutare nō poſſim. dicit ergo non iunonis gratia thebis indicimus bellum o puer ut putas: neq; enim mutabilis eſſe poteſt Iuppiter:qui immoto fatorum ordine ea quæ ſemel ſunt decreta complere non differt. Iſti uero populi ideſt argiui ſiue thebani ad hoc fataliter nati ſunt:ut bellis intereant. Reponā:reuocē.reprimā.cohibeā.

Aut laphytas marti . aut ueterem calydona dianæ
Expugnare dedi mea eſt iactura pigetq;
Tot mutare animas.tot reddere corpora uitæ.
Labdacios uero pelopiſq; a ſtirpe nepotes
Tardum abolere mihi.ſcis ipſe ut crimina mittam
Dorica.q̃ prompte ſuperos inceſſere thebæ
Te quoq;.ſed quoniam uetus excidit ira ſilebo
Nō tamē aut patrio reſperſus ſanguine pentheus
Aut matrem ſceleraſſe thoris:aut crimine fratres
Progenuiſſe reus.lacero tua luſtra repleui
Funere.ubi fletus? ubi tunc ars tanta precandi
Aſt ego non proprio diros impendo dolori
Aedipodionidas.rogat hic telluſq; poluſq;
Et pietas.& læſa fides.naturaq; & ipſi
Eumenidum mores.ſed tu ſuper urbe moueri
Parce tua.non hoc ſtatui ſub tempore rebus
Occaſum aoniis.ueniet ſuſpectior ætas
Vltoreſq; alii. nunc regia iuno queretur.
His ille auditis mentemq; animumq; recepit
Vt cum ſole malo triſtiq; roſaria pallent
Vaſta noto.ſi clara dies.zephyriq; refecit
Aura polum.redit omnis honos.emiſſaq; lucent
Gramina.& informes ornat ſua gloria uirgas.
Nuncius attonitas iamdudum etheoclis ad aures
Explorata ferens.longo docet agmine graíos
Ire duces.nec iam aoniis procul aſſore campis
Quacūq; ingreſſi tremere ac miſereſcere.cunctos
Thebarum qui ſtirpe refert.qui nomine & armis.
Ille metum condens audire expoſcit.& odit
Narrantem.hinc ſocios dictis ſtimulare.ſuaſq;
Metiri decreuit opes.exciuerat omnem
Aoniam.euboeamq;.& phocidos arua propiquæ
Mars(ita dulce Ioui)longo fugit ordine uelox
Theſſera.propellunt acies.ſeſeq; ſub armis
Oſtentant.ſubeunt campo.qui proximus urbi
Damnatus bellis patet.expectantq; furores.
Nōdū hoſtis citra.& trepidæ tamē agmie matres
Conſcendunt muros:inde arma nitentia natis
Et formidandos monſtrat ſub caſſide patres.
Turre procul ſola nondum conceſſa uideri
Antigone populis.tenera defenditur atra
Veſte genas.iuxtaq; comas .quo laius ibat
Armigero.tunc uirgo ſenem regina ueretur

Expugnare dedi:Mars lapytas immiſſis furorū ſtimulis perdidit.calydoniā Diana uiſu ſæuiſſimi apri uaſtauit. Tardū abolere mihi.i.ſero illis irrogo digna ſupplicia.

Crimia dorica:græca pp iniuriam Tātali de extincto filio pelope:q humāos artus appoſuit epulandos. Sanguine pentheus: cō memorando q; pentheus innocens crudeliter punitus eſt.& liberum in thebas iudicem ſeuerum eſſe.Cōparauit.n. oedipi pētheiq; facinora:q nec parricidium fecit:nec cū matre cōcubuit: cum pentheus iſta non fecerit:tamen lacero funere tua luſtra compleuit.ergo tu q tam ſæuiſſime:paruæ culpæ reos pūire cōſueuiſti:nō debes tā flæbiliter p nefandiſſimis ſupplicare. Fratres pgenuiſſe reus:quia Oedipus maritus & filius matris & patris filii fratres ſunt . nullus igiť tibi pietatis ordo ſeruatus eſt : ubi fuit iocaſta & uxor:& mater. Non hoc ſtatui: ordo non hoc tēpore ſtatui thebas euertere.& hoc dicendo ſpes aliqua poſtulādi ueniā promittitur.dicit.n.Iuppiter ſe ut cætera numina imminētia mala poſſe differre:ī totū uero mutare nō poſſe. Vltoreſq; alii: Theſeū dicit:q ſecūdo bello thebas euertit.

Nūc iuno quereť:nūc Iuno triſtabiť: quoniā in patrio bello oēs excepto adraſto argiuorum duces perierunt. Mētemq; aīumque recepit:Dixerat poeta ſuperius Lapſoque in honorus amictu.& Purpureū triſti turpatus pectore uultū.ergo audita oratione Iouis liber uno tēpore ornatum lætitiāque recepit. Sole malo: torrido igneo uel turbato. Triſti noto:nubilo auſtro. eſt autem floribus inimicus.ut Virgili.Floribus auſtrū Perditus:& liquidis immiſi fontibus apros. Redit oīs honos:ſic inquit lætitia liberi mutatus eſt uultus e grandi triſticia:quemadmodū flores flante auſtro . Et ſolis nimio calore paleſcunt : perducuntq; gratiam aſpectus ſui.ac rurſus ſi placidi fauonii ſpirauerit flatus & uirentes hærbas frigidior uentus erexerit: & odorem recipiunt:& colorem. Explorata:certa. Longo agmine:ordinibus cōpoſitis. Ire: pro uenire.ut Vir.Vos nunc a nauibus itis. Tremere ac miſereſcere.Tremebant cūcti & terrebanť argiuorū aduentu:q thebanis cōſanguinitate cōiuncti fuerant q uero erant extranei miſerebanť:cū in memoriā reducerent perituras thebas. Nomine & armis: ſubaudiendū cæteros anteibat. Ille metū condēs:etheocles metū diſſimulans. Theſſera:bellorū ſignū eſt.ut hoſpitalem theſſeram dicimus.Veteres.n.quando non poterant oēs hoſpites ſuos noſcere theſſeram illis dabant præpoſito hoſpiti relaturis:unde intelligebantur hoſpites.hic tamen pprie theſſerā ſignum belli poſuit. Campo qui pximus urbi:cāpum ſubeunt qui patet ante urbē:q eſt ad ſiſtenda bella damnatus.i.deſtinatus. Nondū conceſſa uideri: pudicarū uirginū morē deſcripſit:quia nunq̄ uirgines facile uidenť a populo.Antigone.Oedipi filia Polynicis ſoror. Defendiť:occulať. Armigero:qui lai ante fuit armiger:& o nūc antigone utebať cuſtode.

Theſſera

Speſne : hanc œconomiã tranſtulit iuxta Homerũ per inq̃ſitionẽ cathalogi. inducit hic per antigonẽ ut illic ꝑ inquiſitionẽ Priami:& relationẽ Helenæ. Hæc uexilia:hoc ẽ thebanoꝝ militũ manus poterit tã immenſũ argiuorum exercitũ ſuperare:& parua multitudo contra hoſtiũ:copias ualebit.de auxilianti bus quærit cateruis.nã ſuos ciues agnoſcit. Pater: non patrẽ gentium oedipũ dicit:ſed ut blandiret̃ nu/ Menœceus tritoribus phorbantẽ patrẽ uocauit. Menœceus:hic ſe pro patria de muro præcipitẽ dedit.filius creon/ tis:qui poſt fratris etheoclis interitum accepit imperiũ. Ahena ſphynge:caſſide: cuius altitudinẽ in ſũ/ mitate adiecta auxerat ſphynga:ſiue ſigna thebanoꝝ ſphyngas eſſe monſtrauit:ut.n. apud romanos aq̃læ habebant̃ ſignis appo ſitæ:ſic thebanorum ſigna ſphyngos uul/ Homoloidæ tus ornabat. Homoloidas:homolidæ por tæ ſunt thebanæ appellatæ:quæ erãt ſeptẽ: Heptapylos unde thebana ciuitas heptapylos dicta eſt.

Tanagra Tanagre:ciuitas euboeæ:quæ nunc pena/ noria nuncupatur. Dryas : hic ẽ quẽ Dia/ na ſagittis ꝓ interfectum Parthonopæũ occidit. Tridentẽ:ut declararet ſe orionis Orion nepotẽ in ſcuto tridẽtẽ pinxerat. Orionis alti:huius talis ẽ fabula.pelaſgus q̃dẽ deoꝝ cultor Iouẽ:Neptũnũ Mercuriũꝫ ſuſcepit hoſpitio:aq̃bus huic ẽfacultas allata.aut q̃a ĩ deos religioſus extiterat:ab his q̃d' uellet optaret.is cum adhuc ætatis filiũ nullũ ſu/ ſcepiſſet: poſtulauit ut beneficio numinũ ꝓles ſibi cõtingeret.minxerũt ergo urinã ĩ bouis coriũ:quẽ pelaſgus diis ĩmolauerat: & hoc defodere iuſſerũt. exactiſꝫ nouem menſibus tolli:ex quo natus eſt Orion:qui Vros ex urina nomẽ accepit.uros.n.græce urina dicit̃.hic de ſtupro cõpellauit Dianam.illa irata:terræ ĩuocauit auxiliũ.at ille ictu ſcor pii:interiit:quẽ terra in ultionẽ dianæ exili re cõpulerat.alii uero dicũt orionẽ ĩpſius dia næ ſagittis fuiſſe fruſtratum.ut Hora.Vir/ ginea domitus ſagitta. Nyſa dioneiſꝫ aui bus circũſonat:hãc quidã uolunt eẽ regio/ nẽ in qua Nyſus regnauit:cuius crinẽ pur/ pureũ ſylla filia dr̃ amputaſſe. Thyſbe:ci/ uitas eiuſdẽ:in qua Venus colit̃:ꝙ iouis ali quãdo per colũbas dabant̃ reſpõſa. Pinuſ ꝗ iubaſꝫ : q̃a q̃ſi eq̃næ ſetæ ſunt pini folia.

Terribilis ſyluis:uenatiõibus. Erithræ: ciuitas numeri tantum pluralis. Colon etheon:ciuitates ſunt græciæ quæ theba/ banis auxilia miſerunt. Iugis iniquis:ardu Athlãtæ is ſiue excelſis. Athlanteamꝫ:duas athlã/ tes eſſe certiſſimum eſt.unam arcada : cu/ ius Parthenopæus eſt filius.aliam de ſcyro nobilem curſu quam Hyppomanes currẽ do ſuperauit.proiiciendo tria poma aurea ueneris conſilio. Noti campi : in quibus ſolebat Athlanta cum procis curſu conten

Quæ ſic orſa prior.ſpeſne obſtatura palaſgis
Hæc uexilla pater? pelopis deſcendere totas
Audimus gentes.dic o precor extera regum
Agmina:nam uideo quæ noſter ſigna menœceus
Quæ noſter gerat arma creon:q̃ celſus ahena
Sphynge per ingentes homolaidas exeat hemon
Sic rudis antigone.ſenior cui talia phorbas:
Mille ſagittiferos gelidæ de colle tanagræ
Promouet ecce dryas.hic cui niuea arma tridẽtem
Atꝫ auro rude fulmen habent orionis alti
Non falſus uirtute nepos.procul oro paternum
Omen.& innuptæ uetus excitat ira dianæ.
Iungunt ſe caſtris regiſꝫ ĩ nomẽ adoptãt
Oelæ medonꝫ.& conſertiſſima ſyluis
Nyſa Dioneiſꝫ auibus circunſona thyſbe.
Proximus eurimedon :cui paſtoralia fauni
Arma patris.pinuſꝫ iubas imitatur equinas.
Terribilis ſyluis.reor & mauorte cruento
Talis erit . dites pecorum comitantur erithræ
Qui colon denſamꝫ iugis ethneon iniquis
Qui breue littus hyles.athlanteamꝫ ſuperbi
Scenon habent nothiꝫ colunt ueſtigia campi
Fraxineas uibrant macedum de more ſariſſas
Sæuaꝫ difficiles excludere uulnera peltas.
Ecce autem clamore ruunt neptũnia proles
Oncheſti quos pinigeris megaleſos in agris
Palladiuſꝫ melas hecatæaꝫ gurgite nutrit
Gargaphyæ.quorumꝫ nouis haliartos ariſtis
Inuidet.& nimia ſata læta ſuperuenit hærba.
Tæla rudes trunci.galeæ uacua ora leonum.
Arborei dant ſcuta ſinus. hos regis egenos
Amphion.en noſter agit.cognoſcere pronum
Virgo lyram galea.tauroꝫ inſignis auito

Sariſſæ dere. Colunt:non uenerant:ſed habitant. Sariſſas:macedonũ lanceas.hoc.n.nomine tæla ſua ipſius gẽ tis hoĩes uocant.unde Lucãus Primi pelleas arcu fregere ſariſſas. Difficiles excludere:ſcilicet cauſa breui tatis ad excludendũ. Oncheſti:Oncheſtus Neptunni fuit filius:qui ex ſuo nomine hanc cõdidit ciuitatẽ.

Michaleſos Michaleſos:promontoriũ eiuſdem ciuitatis. Palladiuſꝫ melas:boetiæ flu.mineruæ conſecratus. palla dius ergo atticus.alii uolunt hunc athenarum fluuium eſſe:quem palladium ad diſcretionem poſuit.eſt Melas enim alter melas in ſicyoniorũ finibus:ſiue melas montem dicit oliuetis cõſitum. Gargaphiæ: fons dia Gargaphia næ ob ætatẽ. Et nimia:cuius ſata nimietas hærbæ inhabitet:quæ naſcentes opprimit meſſes. Virgo ly ra galeam:in cono galeæ lyra habebant propter muſicam:qua thebani dicuntur muri fuiſſe conſtructi.

Tauro:propter iouem & europam:uel propter cadmum:qui bouem ſecutus eſt ut thebanam cõderet ciuitatem:uel quod manifeſtius propter dyrcen Nouercam quam ab his conſtat tauro religatam.

(Macte animo iuuenis) medios parat ire p enſes
Nudaq; pro caris opponere pectora muris
Vos etiam noſtris heliconia turba uenitis
Addere rebus opem. tuq; o permeſſe canoris
Et fœlix hormie uadis armatis alumnos
Bellorum reſides. patriis concentibus audis
Exultare gregem. quales cum pallida cedit
Bruma renidentes deducunt ſtrimona cygni.
Ite alacres. nunq̃ ueſtri morientur honores
Bellaq; perpetuo memorabunt carmine muſæ.
Dixerat. & paulum uirgo interfata docenti
Illi autem qua nam iunguntur origine fratres?
Sic certe patria arma uiris. ſic exit in auras
Caſſidis æquus apex. utinã hæc cõcordia noſtris.
Cui ſenior ridens. non prima errore uidendi
Falleris antigone. multi hos (nam decipit ætas)
Dixerunt fratres. pater eſt. natuſq; ſed æui
Confudere modos. puerum laphytonia nympha
Dircetis expertem thalami. crudumq; maritis
Ignibus. ante diem cupido uiolauit amore
Improba cõnubii nec lõgum & pulcher elathreus
Editus. ac primæ genitorem in flore iuuentæ
Conſequitur. traxitq; notas & miſcuit annos.
Et nunc ſi fratres mentito nomine gaudent
Plus pater. hunc olim iuuat. & uentura ſenectus.
Tercentum genitor totidemq; in prælia natus
Exercent equites: hi deſeruiſſe feruntur
Exilem gliſanta. coroniamq; feracem
Meſſe coroniam baccho gliſanta colentes.
Sed potius celſos umbrantem hunc aſpice late
Hypſea quadriiugos clypei ſeptemplice tauro.
Læua ter inſuto ſeruant ingentia ferro
Pectora. nam tergo nunq̃ metus. haſta uetuſtum
Syluarum decus emiſſæ cui peruia ſemper
Armaq; pectoraq;. & nunq̃ manus irrita uoti.
Aſopos genuiſſe datur: dignuſq; uideri
Tunc pater arreptis cum torrentiſſimus exit
Pontibus. aut natæ tumidis cum uirginis ultor
Flumina concuſſit generum indignata tonantem.
Namq; ferunt raptam patris æginan ab undis
Amplexu latuiſſe Iouis. furit amnis. & aſtris
Infenſus bellare parat (nondum iſta licebant
Nec ſuperis) ſtetit audaces effuſus in iras
Cõſeruitq; manum (nec qué imploraret habebat)
Donec ui tonitrus ſummotus & igne triſulco
Ceſſit adhuc ripis animoſus gurges anhelis

Macte animo iuuenis: ut ſi diceret perfe
ctæ indolis iuuenis. mactare. n. dictũ ẽ ſacri Mactare;
ficiũ perfeciſſe. unde Vir. Macte noua uirtu Mactus
te puer. i. pfecte. Opponere pectora: bene
pronũ dixit ad defenſioné murorũ. Heli/
conia turba: p helicona intelligi uoluit poe
ta ẽt ad auxilia cõueniſſe: & cõmemorat flu
uios muſis dicatos heliconiũ pmeſſũ hor/
miũ. Renidenté: ſplẽdenté niué depoſitã.
Cygni: qa apud hormiũ fluuium multi
ſunt cygni. & hi q ab hoc fluuio ueniebant
cygnorũ more cantabnat. Sed æui confu/
dere modos: ætatis ſuæ dũ pœne æquales
ſunt ſpatia confuderũt nymphæ. ad orna/
mentũ carminis ſui græcũ nomen accepit.
græce nympha dicit ſponſa. Maritis igni Nympha
bus: uiriles amores cõcubitus uoluptaté di
cit. Nec longũ. i. tẽpus trãſiit. Et pulcher
elathreus natus ẽ filius q prius puero creſcẽ
di celeritate pœne æqueuus eſt. Traxitq;
notas: Similitudiné patris in uultu ſuo ſi/
gnificauit. Plus pater: hoc ẽ gaudet ætate
antecedẽti deſiderio. Hunc olim iuuat &
uẽtura ſenectus. uno tempore ſeneſcentiũ
patris & filii. Exilẽ: ſterilẽ agrũ habẽtem.
Coroniam: nomẽ a coro cẽtauro tractũ: a Coronia
quo & ciuitas dicta: quẽ reliqui cẽtauri de/
lut palũ cædentes terræ affixerunt. Bac/
cho gliſãta: duæ ciuitates duorũ noium pa Gliſanta
ri gaudent munere coronia baccho ſimul
gliſãta cerere infœcũda triſtatur. nec euenit
ut prouentu ſuo utraq; ciuitas frumẽti. ui/
ni bono gauderet. Hypſea q̃driiugos: fra Hypſeus
tré æaci dicit: cuius Iuppiter ex formicis ſo
cios fecit armatos exiſtere ex eo Peleus na/
tus ẽ: ex peleo Achilles: cuius milites myr/ Myrmi/
midones nuncupati ſunt a formicarũ ori/ dones
gine. myrmices enim græce formice dicũ
tur: hunc hypſeũ i nono libro capaneus oc
cidit. Nam tergo nunq̃ metus: ſiue qa hic
uirtute ſua prærogatiua nũq̃ fugiebat: ſiue
quia uetus conſuetudo fuerat: ut lorica nũ
q̃ niſi pectus tegeret: ut ſpem fugæ eriperet
pugnaturis: quod Saluſtius aptiſſime mõ/
ſtrauit dicẽdo: & in maxio oium nudũ &
cæcũ corpus ad hoſtẽ uertere. i. qd nec ocu
li nec lorica muniebat. Irrita uoti: q̃ in pcu
tiendo nũq̃ auctoris ſui uota decepit. Aſo
pos: fluuius. hic cũ raptã a Ioue filiã Aeginã
æquo aio ferre non poſſet: omni aquarum
agmine cõcitatus cælum petebat infeſtus.
Hunc Iuppiter fulminauit. uerum hodie
quoque dicitur eo tẽpore quo flumẽ exce/
pit primus uiuentibus fluere. ideo dixit ad/
huc ripis animoſus gurges anhelat. hũc aſo
pum breuem etiam deſcribit Lucanus di/
cens. Aſopus aquas. Nondũ iſta licebant:
uiciare uirgines alienas. Conſeruitque
manum: contra nubes & fulmina. Nec
quem imploraret habebat: quia huic bel/
la commouerat: a quo omnia numina au/
xilium poſtulare conſueuerant.

Aethneos:nimius.in ſimilitudinē æthnæ fulminatus ē Aſopus:& ipſa aqua afflat adhuc fulminis mi
Alcmena nas. Alcmena:ciuitas ē boetiæ ī qua regnauit Herculis filius. hinc Bacchilides græcus poeta fuit:quem
Bacchilides imitatus eſt Horatius in illa ode:in qua alcmena nata eſt Herculis mater: & in qua etiā colitur Minerua.
Aulida:aulis eſt inſula & abalis dicta:eo ꝙ oēs illic græciæ reges in excidium troiæ coniuraturi conue/
Aulis nerāt.unde Vir.Non ego cum danais troianam excindere gētem Aulide iuraui. Plateas:boetiæ urbs.ut
Plateæ ſupra nunciat. Excubiis uigiles arſiſſe plateas. Refluumq;:quia ſepties in die fluit & refluit: queadmo/
dum ſiciliēſe fretum: quod certis horis
fluit & refluit.unde Luca.Euripuſq; trahit
curſum mutātibus undis. Qui noſter ha
Anthedō bet:qa eſt boetiæ & Euboeæ. Anthedon:
ciuitas boetiæ inter Euboeam & boetiam.
Ithone Ithoneos:ut ipſe ſupra.Aōia diuertis itho
Glaucus ne:in qua ithonus cōſtituta. Glaucus:hic
piſcator fuit & de anthedone ciuitate:q ex/
tractam ex mari prædam proiecit in litto/
re piſces.hærbarum tactu reuixerunt.intel
lexit Glaucus hanc illorum graminū natu
rā eſſe.ut immortales efficerent qui ea gu/
ſtaſſent.itaq; auellit & aſſumpſit:quo facto
illico depoſito humano corpore: in mari/
nū uerſus eſt deū. Poſcētes irrupit aquas:
quaſi eum deſiderarent maria deū ſibi fie/
ri. Expauit:Glaucus poſtq̄ uidit ſe defor/
mē uel biformem factū expauit. ita enim
marina numina Vir.formauit dicēdo.Cui
laterū tenus hiſpida nanti Frons hominē
præfert in piſcem deſinit aluus. Et torta:
circū caput rotata. Cæſa:a cæſa haſta gal/
Cephiſus lorum. Cephiſe:cephiſus fons narciſi pa/
Narciſſus ter cū cæde zephyri ꝓſtratus eēt Apollinis
miſeratōe ſanatus ē.hoc ergo dicit aut auxi
lium tu quoq; filium deſtinaſſes:niſi iā pal
Theſpius leret in florem. Theſpius enim fuit narci/
ſus cepheſi fluuii:cuius etiam Lucanus me
minit dicendo. quos utipigos fatidica ce/
phiſos aqua. Narciſum:narciſus uenandi
ſtudioſus fuit. quo laborare fatigatus uēit
ad fontē ut reſtingueret ſitim.in ſpeculo fō
tis imaginem ſuam uidit & amauit:cū pu/
tauit alienam.& cum cœpiſſet eius deſide/
rio quottidie intabeſcere in florem ſui no
minis ē mutatus. Alluit:irrigauit ne mar
Phocis ceſcat. Phocida:a Phoco eaci filio. quem
Phocus pelleus & thelamon occidiſſe dicūtur.a cu/
ius nomine ciuitas nuncupata eſt:in q̄ Oe/
dipus laium dum patrem quæreret occi/
dit:quæ ciuitas tres habet uias:quæ ſe poſt
multa ſpacia in unam iungunt plateam:
ut ipſe in primo.trifidæque in phocidos.
thebadia Thebadia:ciuitas apollini ſacra:in qua tri
phonius & latamedes tauropolytæ fratres
fuerūt filii aurigæ formoſiſſimi. Aut cyrrham:parnaſus mons eſt phocidos in duo iuga diuidit̄.i.in cyr
Parnaſus rhā & nyſam. Cyrrha ergo ēt ciuitas dr̄ a cyrrha monte parnaſi:in quo poſita hæc habet ſtagnum apol
lini cōſecratū de quo ipſe ait ſuperius.Si ſtagna petii cyrrhæa bicorni. Corcyrūq; nemus:quidā ogygiū
legunt.quia poſt cadmum ogygius thebas rexit:quo uocabulo antiqui thebanos intelligi uolebant.poſt
etiam nemori eſt hoc nomē impoſitū.etiā tumulus circa Thebas ita uocat̄. Aſpice laurus:ita ſe deuotos
Apollini demonſtrabāt:ut lauro coronati incederent:& maximos eius actus ſcutorum aptarent inſigni
bus. Cæde pharetras:Niobe uxor amphionis cum quattuordecim peperiſſet filios:ſeptem uirilis ſexus:
ſeptē fœminei.fœcunditatē partuū ſuorū Latonæ præpoſuit:quare commota filios ſuos appollinē & dia
nam in ultionē ſuæ inſtigauit iniuriæ:cuius niobes filios quattuordecim uterque deus extinxit ſagittis.
Apollo pueros:puellas diana. Naubolus:hic lai fuit auriga. Secura:ſine metu futuri parricidii.

Fulmineum cinerem.magnæq; inſignia pœnæ
Gaudet.& æthneos in cælum afflare uapores
Talem cadmeo mirabimur ipſea campo
Si modo placauit fœlix ægina tonantem
Ducit hiraneos etiam alcmena minernæ
Agmia.quos mileos.quos humida ſuggerit arne
Aulida.qui greamq; ſerunt .uirideſq; plateas
Et ſulco petheona domant.refluumq; meatu
Euripum qua noſter abit.teq; ultima tractu
Anthedon.ubi gramineo de littore glaucus
Poſcentes irrupit aquas.iam crine geniſq;
Cærulus.& mixtos expauit ab inguine piſces
Glandibus & torta zephyros incidere funda
Cura.cydoneas anteibunt cæſa ſagittas.
Tu quoq; præclarum forma cephiſe dediſſes
Narciſum.ſed theſpiacis iam pallet in agris
Trux puer.orbata florem pater abluit unda.
Quis tibi phœbeas acies? ueteremq; reuoluat
Phocida? quis panopem? qs aulida? qs cypariſō?
Et ualles thebadia tuas.& iampolin acri
Submiſſam ſcopulo.uel qui parnaſon utrunque
Aut cyrrham tauris.animoriamq; ſupinant
Corcyumq; nemus. propellentemq; lileam
Cephyſi glaciale caput.quo ſuetus anhelam
Ferre ſitim phyton.amnemq; auertere ponto.
Omnibus in mixtas cono ſuper aſpice lauros
Armaq; uel tycion.uel delon habentia.uel quas
Hic deus innumeras laxauit cæde pharetras
Iphytus acer agit genitor.cui nuper ademptus
Naubolus hippaſides.tuus o mitiſſime lai
Hoſpes.adhuc currus. ſecuraq; lora tenebat
Cum tua ſubter equos iacuit conuulſa cruentis

Ictibus.o utinam noſtro cum ſanguine ceruix
Dicentis maduere genæ.uultumq; per omnem
Pallor iit.uociſq; repens ſingultus apertum
Intercepit iter.refouet frigentis amicum
Pectus alumna ſenis redit.atq; exile profatur.
O mihi ſolicitum decus ac ſuprema uoluptas
Antigone.ſeras tibi demoror improbus umbras
Fors eadem ſcelera.& cædes uiſurus auitas
Donec te thalamis habilem integramq; reſignem
Hoc ſatis.& feſſum uita dimittite parcæ.
Sed dum labor iners q̄ti nunc ecce reuiſo
Tranſabiere duces.croin atq; in terga comantes
Non ego abantidas non te ſaxoſa charyſtæ
Non humiles ægas.altumq; capharea dixi
Et iam acies obtuſa negat.cunctiq; reſiſtunt.
Et tuus armatis iubet ecce ſilentia frater.
Vix ea turre ſenex.cū ductor ab aggere cœpit.
Magnanimi reges quibus haud parere recuſem
Ductor.& ipſe meas miles defendere thebas
Nō ego uos ſtimulare parem?(nam libet in arma
Impetus)& meritas ultro iuraſtis in iras.
Nec laudare ſatis.dignaſq; rependere grates
Sufficiam.referrent ſuperi.ueſtræq; ſubacto
Hoſte manus:urbem ſocia de gente ſubiſtis
Tutari.quam non altis populator ab oris
Belliger.externaue ſatus tellure:ſed hoſti
Indigena adſultat cui caſtra aduerſa regenti
Hic pater.hic genitrix.hic iunctæ ſtirpe ſorores
Hic erat.& frater cerne en ubicunq; nefandæ
Excidium molitis auis.uenere uolentes
Aoniæ populi.nec ſum tibi ſæue relictus
Quid uelit iſta cohors.& te ſentire decebat
Reddere regna uetant:ſic fatus & omnia rite
Diſponit qui bella gerant.qui mœnia ſeruent
Quas in fronte manus.medio quas robore ſiſtat.
Perſpicuas ſic luce fores.& uirgea paſtor
Clauſtra leuat.dū terra recēs iubet ordine primos
Ire duces media ſtipantur plæbe maritæ.
Ipſe leuat grauidas.& humum tractura parētum
Vbera ſucciduaſq; adportat matribus agnas.
Interea danai noctemq; diemq; ſub armis
Noctem iterum rurſuſq; diem.ſic ira ferebat:
Ingeminant.contempta quies.uix aut ſopor illis
Aut epulæ fecere moram.properatur in hoſtem
More fugæ.nec mōſtra tenēt quæ plurima nectit
Prodigiale canens certi ſors præuia fati.

Noſtro cum ſanguine ceruix: oſtendit eo tempore:quo Naubolus lai fuit auriga phorbātem armigerum fuiſſe. & optat ut errore quo occiſus eſt laius filius pariter interiiſſet:ne ad diuidendum:fratrum ſcelera ſeruaretur. Repens:& aduerbium poteſt eſſe tēporis & nomen participiale. oſtēdit phorbantem intercepta ſingultibus uoce loqui minime potuiſſe. Sollicitum: dicit quia illi cura eſt Antigones uirginitatis cuſtodia. Seras tibi:propter te ſeniles annos inuita demoror. Fors eadem:ut quēadmodum lauum ſic eius nepotes aſpiciā perire. Integramq; reſignem:ſicut accepit ſeruādam integram nuptiis uirginitatem reſtitutam. Tranſabiere duces:narratione elapſi ſunt. Cariſtæ:inſula eſt iuxta euboeum fretum quam ſaxoſam ideo ait:quoniam ibi marmora naſcuntur: quæ a loci uocabulo cariſtia dicuntur.unde Lucanus. Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa cariſtos. Nō humiles ægas:omnibus ualde notas. Capharea mons eſt altiſſimus naufragio græcorum omnibus notus in finibus euboeæ. Vltro:non coacti. Iuraſtis:iurare proprie eſt:quotienſcunq; ſacramēto exercitus in aliquo bello conſpirat:ſiue quia legiones cum ſcribuntur ante in ſacramenta militiæ compelluntur iurare. Hic erat & frater:hoſtili animo quaſi iam non eſt dixit. Relictus:ut inuenias me carentem auxiliis & occidas. Perſpicuas ſic luce fores: ſiue adueniente die perſpicuas:ſiue ex cratibus factas:q̄ raritate uirgarū cōnexæ lucē admittunt. Dum terra recens:dū adhuc ros in gramine:quo tempore gratiora ſūt pecoribus paſcua. Humum tractura:lactis pōdere prægrauata. Succiduas:tardātes a ſuccidēdo.ſiue ut fœturæ ſuccedentē ſobolem demonſtraret ſucciduas dixit.id eſt uicarias. More fugæ:fecit enim formido ueloces. Prodigiale canēs:neſcio quid prodigiale denuncians. Præuia fati: certa enim bellantibus ſors eſt mortem ſperare.

Caphareus
Iurare

Volucreſqꝫ feræqꝫ:hoc loco prodigiales
res poeta deſcribit. Syderaqꝫ:ignea ſydera
apparere tpe belli certiſſimū ē: & frequen-
tia fulmina fieri. Amnes īter:cætera ꝑdi-
giorū genera fluuioꝝ ēt īcremēta ponunt
incerto tpe. Clauſæqꝫ deoꝝ:in cyrrha tan
tū ꝓſpera deorū dabant oracula. nā cuius
exitū īminebat taciturnitate tēpli penitus
Eleuſis dānabat. Eleuſin ciuitas ē atticæ regionis:
haud lōge ab athēis:ī qua regnauit Teleus:
q cererē dū filiā quæreret liberaliſſime ſu-
ſcepit hoſpitio.ī qua ciuitate cereris cōſue-
uerant uirginū hululatibus & ſaltatiōibus
cælebrari.& hoc certis tēporibus quæ mō
i nocte aſſueta nō ſūt audita. Spartæ:apud
ſpartā aperto tēplo eodē tpe Caſtor & Pol-
lux:dimicare inter ſe uiſi ſūt:ex quo omīe
colligebāt etheoclē & polynicē impia iter
ſe bella geſturos. Tēplis recluſis: qa apolli
nis oraculū ē ī lycia cāthi & amyclæi. Amy
clæos:Amiclæi frēs ſunt caſtor & pollux.
Lycaon Lycaonis umbras:Lycaon pater helice ur
ſæ fuiſſe dicit:q dolore ſtupratæ a Ioue fi-
liæ deos humanarū carniū cibis uiolauit:
ob quā rē in formā lupi dicit eē conuerſus.
Sæuo cāpo:in quo uictor filiæ ſpōſos ſo-
litus erat necare. Oenomaū: athlantæ pa-
trem. Deformē cornu:cū uno cornu ante
fuerit ab hercule uiduatus:quare eū nunc
poeta ambo amiſiſſe deſcribit:ut omē diri
belli tradi poſſit:qđ utroqꝫ cornu Acheus
trūcatus uideret:qđ ſignū periturorū ger
manoꝝ certiſſimū fuit. Confuſū iunonis
ebur:confuſū dolore ſiue turbatū:ſiue pu-
dore uerecundatū. Gemini maris:coryn-
thos dicit.
ut Hora. Bimariſue corynthi Mœ
Palæmō nia. Palæmona pōto:Palæmon deus ma-
rinus.q portubus præeſt:cuius nota ē fabu
la. Athamas poſt furorē a Iunone īmiſſum
cū occiſo learco melicertā alium filiū ſuū
cū uxore ſua Ino perſequeret:& ſe illi ī ma
re ꝑcipitaſſent:uolūtate numinū ī deos uer
ſi ſunt.melicerta īportunū qui græce palæ
mon dr:in auē mutata:q̄ græce dicit leuco
thea. Prohibetqꝫ timeri:quaſi imminētia
mala ēt prodigiis nūcient:ne caueāt hoīes
nuīa credi uetāt. Aſope tuas:fluuius The-
baꝝ:cuius Aeginā filiā ī aqlā mutatus Iup-
piter uiciauit. Aīos:incremēta. Seu mon
tana dedit:frequēter loca altiora abūdāt ni
uibus:q̄ cū ueris aduētu liquefiunt addūt
fluminibus īcremēta. Fluminis: aduētus
deſcribit argiuoꝝ. Altera tel. ulterior ri-
pa. Viſæqꝫ acce.ri.ad opinionē rettulit ar-
mētoꝝ:qbus trāſeunte tauro flu. altitudo
mīor & latitudo breuior uidet effecta. Ac
commoda ca.poſitio caſtroꝝ deſcribit. In-
ſtāt:nullus erat tā excelſus ꝓpe collis:cuius
altitudo uel caſtris deſpectus eē īcōmodus
poſſet. Nec lō.la.nec multo labore dicit ca
ſtra mūiēda. Pinæ:caſtroꝝ excelſa mūimīa.

Quippe ferunt diros monitus. uolucreſqꝫ feræqꝫ
Syderaqꝫ auerſiqꝫ ſuis decurſibus amnes:
Infeſtumqꝫ tonat pater:& mala fulgura lucent
Terrificæqꝫ adytis uoces.clauſæqꝫ deorum
Sponte fores.nunc ſaguineus nunc ſaxeus imber.
Et ſubiti manes.flentumqꝫ occurſus auorum.
Tunc & apollineæ tacuere oracula cyrrhæ
Et non aſſuetus pernox hululauit eleuſis
Menſibus & templis ſparte præſaga recluſis
Vidit amyclæos.facinus concurrere fratres.
Arcados inſanas latrare lycaonis umbras
Nocte ferunt tacita .ſæuo decurrere campo
Oenomaum ſua piſa refert.acheloon utroqꝫ
Deformem cornu .uagus infamabat acarnan
Perſeos effigiem mœſtam.exorentqꝫ mycenæ
Confuſum iunonis ebur.mugire potentem
Inacon agricolæ.gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxiſſe palæmona pōto
Hæc audit pelopeia phalanx.ſed bellicus ardor
Conſiliis obſtat diuum.prohibetqꝫ timeri
Iam ripis aſope tuas.boetaqꝫ uentum
Flumina non auſæ tranſmittere protinus alæ
Hoſtilem fluuium.forte & trepidantibus ingens
Deſcendebat agris animos ſiue imbrifer arcus
Seu montana dedit nubes.ſeu fluminis illa
Mens fuit.obiectuſqꝫ uado pater arma uetabat
Tūc ferus hyppomedō magno cū fragmine ripæ
Cunctantem deiecit equum.ducibuſqꝫ relictis
Gurgite de medio frænis ſuſpenſus & armis.
Ite uiri clamat.ſic uos in mœnia primus
Ducere.ſic clauſas uoueo perfringere thebas
Præcipitant cuncti fluuio.puduitqꝫ ſecutos.
Ac uelut ignotum ſi quando armenta per amnem
Paſtor agit.ſtat triſte pecus procul altera tellus
Omnibus & late medius timor.aſt ubi ductor
Taurus init.fecitqꝫ uadum tunc mollior unda
Tunc faciles ſaltus.uiſæqꝫ accedere ripæ
Haud procul īde iugum.tutiſqꝫ accōmoda caſtris
Arua notant.unde urbem etiam turreſqꝫ uidere
Sydonias.placuit ſedes.fidiqꝫ receptus.
Colle per excelſum patulo quem ſubter aperto
Arua ſinu.nulliqꝫ aliis a montibus obſtant
Deſpectus.nec longa labor munimina durus
Addidit ipſa loco mirum natura fouebat.
In uallum elatæ rupes.deuexaqꝫ foſſis
Aequa & fortuito ductæ quater aggere pinnæ

Cætera dant ipſi.donec ſol montibus omnis
Erepſit.rebuſꝗ dedit ſopor ocia feſſis
Quis queat attonitas dictis oſtendere thebas?
Vrbē in conſpectu belli.ſuprema parantem
Territat inſomnem nox atra diemꝗ minantur
Diſcurrunt muris.nil ſeptum horrore ſub illo
Nil fidum ſatis.inualidæꝗ amphionis arces.
Rumor ubiꝗ altus.plureſꝗ annunciat hoſtes
Maioreſꝗ timor.ſpectant tentoria contra
Inachia.externoſꝗ ſuis in montibus ignes
Hi precibus.quæſtuꝗ deos.hi martia tæla
Belligeroſꝗ hortantur equos.hi pectora fletu
Cara premunt.miſeriꝗ rogos & craſtina mandāt
Funera.ſi tenuis demiſit lumina ſomnus
Bella gerūt.modo lucra moræ.modo tedia uitæ
Attonitis.lucemꝗ timent.lucemꝗ precantur.
It geminum excutiens anguē.& bacchatur utriſꝗ
Thiſiphone caſtris.fratrem huic fratrē ingerit illi.
Aut utriſꝗ patrem procul ille penatibus imis.
Excitus:implorat furias oculoſꝗ repoſcit
Iam gelidam phœben.& caligantia primus
Hauſerat aſtra dies.& iam tumet igne futuro
Oceanus.lateꝗ nouo titane recluſum
Aequor:anhelantum radiis ſubſidit equorum
Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis
Exangues Iocaſta genas.& brachia planctu
Nigra ferēs ramumꝗ oleæ cum uelleris atri
Nexibus Eumenidium uelut antiquiſſima portis
Egreditur.magna cum maieſtate malorum
Hinc atꝗ hinc natæ melior iam ſexus aniles
Præcipitantem artus.& pluſq̄ poſſet euntem
Suſtentant.uenit ante hoſtes.& pectore nudo
Clauſtra aduerſa ferit tremuliſꝗ hululatibus orat
Admitti.reſerate uiam rogat impia belli
Mater.in his aliquod ius execrabile caſtris
Huic utero eſt.trepidi uiſam expauere manipli
Auditamꝗ magis.remeat iam miſſus Adraſto
Nuncius.excipiunt iuſſi.medioſꝗ per enſes
Dant iter.illa duces ut primum aſpexit Achiuos
Clamorem horrendum luctu furiata reſoluit
Argolici proceres.heu quis monſtrauerit hoſtem
Quē peperi?qua nam inueniā(mihi dicite)natū
Sub galea?uenit attonitæ Cadmeius hæros
Obuius.& raptam lachrymis gaudētibus implet
Solaturꝗ tenens.atꝗ inter ſingula matrem
Matrem iterat.nunc ipſam urgēs.nūc cara ſororū

Cætera dant ipſi:quæ deerant munitioni caſtrorum manuum opere addebātur. Elatæ rupes:in murorum uices rupes naturæ beneficio uidebantur æquatæ. Erepſit:egreſſus eſt:& ſine ſenſu tranſiit. Amphionis arces:præ timore ſōniantibus muri thebani:quos Amphiō extruxerat uidebantur inualidi. Maioreſꝗ timor:maiora enim uidentur nobis omnia quæ timemus. Mandant funera:commēdant ut ſi mortui fuerint eorum ſepulturas procurarent. Si tenuis demiſit lumina ſomnus: ideſt ſi ad ſoporem a rigore uigiliarum laxauit.ſi leuis ergo ſomnus eos oppreſſerit. uideatur ſibi bellare. Aut utriſꝗ patrem: quia ambobus fuerat inimicus. Ille:Oedipus pater. Iam gelidam phœben:noctem. lunam enim pro nocte poſuit. Hauſerat: attenuauerat abſconderat. Tumet:feruet. Recluſum:quia ipſum partitur ſolem:ſiue ſedatum.oriente enim ſole tempeſtas quieſcit. Obſita:nigro amictu tecta:Antiquiſſima portis:addidit inſaniam eam potiſſimum nominando quam crudeliorem omnibus eſſe conſtabat:etenim alecto antiquiſſimam quaſi natu maiorē dixit:de qua Virgilius. Odere ſorores odit & ipſe pater Pluton. Expauere:furiæ habitū qui matrem ſi eminus agnouiſſent poterant reuerti. Monſtrauerit hoſtem:pro mōſtrat. Matrem:matrem. Anadiploſis.

Rex argiue mihi: inuidioſe dixit quod deſerta patria argiuis imperare maluerit.

Quem non promoueas:aut formidine tanti exercitus:aut cui miſericordiam non incutias:cum poſt exilium reuertaris ad patriam. Iubeoq; rogoq;:& perſonam ſeruat & tempus:iubeoq; filio:exulem rogat iure uenientem. Quid aufers lumina: Interpoſitio eſt. Fas omne:æquitas ſiue iuſtitia ſeu conſanguinitatis affectio. Ducẽte timeres:quaſi de ſcelerato patre dicit potuiſſe mali aliquid merito filium ſuſpicari qui occiſo patre poſtremo autem matrem duxit uxorẽ. Excuſo furores:defẽdo quaſi iuſtus innocentiam meam. Quod me oro decet.i.multo plus uobis ego debeo illum diligere quem peperi. Ab hyrcanis: armeniis hoc dicit:ſi hoc a ferociſſimis gẽtibus poſtulaſſem potuiſſem mereri ut media fratrum diſcordia ſopiretur. Vicere furores:qui noſtris ſceleribus ſunt læuiores.

Nutantes:capitum motu trementes. Ira minor: uiſis .n. cõminus uenabulis leonũ ira qeſcit. Nec frater erã:quaſi etheocles in fratrẽ ſi poteſtas det crudelior ſit futurus.

Pectora cum mixta fletus anusa ſperat ira.
Quid molles lachrymas uenerãdaq; noĩa fingis
Rex argiue mihi? Quid colla amplexibus am/
Inuiſamq; teris ferrato pectore matrem? (bis?
Tu ne ille exilio uagus? & miſerabilis hoſpes?
Quem nõ permoueas? longe tua iuſſa cohortes
Expectant.multoq; latus perfulgurat enſe
Ah miſeræ matres.hunc te noctesq; dieſq;
Deflebam.ſi uerba tamen.monituſq; tuorum
Dignaris.dum caſtra ſilent.ſuſpenſaq; bellum
Horreſcit pietas.genitrix.iubeoq;.rogoq;
I mecum.patrioſq; deos.arſuraq; ſaltem
Tecta uide fratremq;. quid aufers lumĩa? fratrem
Alloquere.& regnum iam me ſub iudice poſce.
Aut dabit.aut ferrum cauſa meliore reſumes.
Anne times.ne forte doli.& te conſcia mater
Decipiam? non ſic miſeros fas omne penates
Effugiet:uix Oedipodæ ducente timeres
Nupſi equidem.peperiq; nefas.Sed diligo tales
Ah dolor.& ueſtros etiam non excuſo furores
Quod ſi adeo perſtas ultro tibi ſæue triumphum
Detulimus.religa captas in terga ſorores.
Inice uincla mihi:grauis huc utcunq; feretur
Et pater.ad ueſtrum gemitus nũc uerto pudorem
Inachidæ.liquiſtis enim paruoſq; ſeneſq;
Et lachrymas has quiſq; domi.ſua credite matri
Viſcera.ſi uobis hic paruo in tempore carus
Sitq; precor:q; me oro decet:q; ut iſta pelaſgi
Vbera? ab hircanis hæc.Otrigiſq; tuliſſem
Regibus.& ſiqui noſtros uicere furores
Annuite.aut natum complexa ſuperſtite bello
Hic moriar.tumidas frangebant dicta cohortes
Nutanteſq; uirum galeas:& ſparſa uideres
Fletibus arma piis.Quales ubi tela.uiroſq;
Pectoris impulſu rapidi ſtrauere leones
Protinus ira minor:gaudentq; in corpore capto
Securam differre famem:ſic flexa pelaſgum
Corda labant.ferriq; auidus manſueuerat ardor
Ipſe etiam ante oculos.nũc matris ad oſcula uerſus
Nunc rudis Hiſmenes.nunc flebilis ora precantis
Antigones:uariaq; animum turbante procella
Exciderat regnum (cupit ire) & mitis Adraſtus
Non uetat:hic iuſtæ Tydeus memor ocupat iræ
Me potius ſocii.qui fidum Etheoclea nuper
Expertus (nec frater eram) me opponite regi
Cuius adhuc pacẽ egregiã. & bona fœdera geſto

Pectorē in hoc:ubi tunc fidei.paciſq; ſequeſtræ
Mater eras pulchris cū me nox ueſtra morata eſt
Hoſpitiis? ne mpe hæc trahis ad cōmertia natum?
Duc illum ī campum.ueſtro qui ſanguine pinguis
Spirat adhuc.pinguiſq; meo.tu porro ſequeris?
Heu nimium mitis nimiumq; oblite tuorum?
Scilicet infeſtæ cum te circum undique dextræ
Nudabunt enſes.hæc flebit.& arma quieſcent?
Te ne ille heu demens ſemel ītra mœnia clauſum
Poſſeſſumque odiis argiua in caſtra remittet
Ante hæc excuſſo frondeſcet lancea ferro
Inachus ante retro.noſterque Achelous abibunt
Sed mite alloquium.& ſæuis pax quæritur armis
Hæc quoque caſtra patēt.nec dū meruere timeri
An ſuſpectus ego? abſcedo:& mea uulnera dono
Intret.& huc genitrix eadem:mediæque ſorores
Finge autem pactis euictum excedere regnis
Nempe iterum reddes? rurſus mutata trahuntur
Agmina conſiliis.Subito ceu turbine cæli
Obuius aduerſum boreæ notus abſtulit æquor
Arma iterum.furiæq; placēt.fera tempus erinnys
Arripit.& primæ molitur ſemina pugnæ
Errabant geminæ Dyrcea ad flumina tigres
Mite iugum belli quondam uaſtator eoi
Currus.Eryctheis.quas nuper uictor ab oris
Liber in aonios meritas demiſerat agros
Illas turba dei:ſeniorq; ex more ſacerdos
Sanguinis oblitas:atq; indum gramen olentes
Palmite maturo:uariiſq; ornare corymbis
Curat:& alterno maculas interligat oſtro
Iamq; ipſi colles ipſas(quis credat)?ambant
Armenta:atq; auſæ circum mugire iuuencæ
Q uippe nihil craſſata fames:manus obuia paſcit
Expectantq; cibos:fuſoq; horrenda ſupinant
Ora mero:uaga rupe quies ſi quando benigno
Vrbem iniere gradu:domus omnis:& oīa ſacris
Templa calent.ipſumq; fides intraſſe Lyeum
Has ubi uipereo tactas ter utranq; flagello
Eumenis in furias.animumq; redire priorem.
Impulit.erumpunt non agnoſcentibus Argis
Ceu duo diuerſo pariter ſi fulmina cælo
Rupta cadant.longumq; trahant per nubila crinē
Non aliter curſu rapidæ atq; immane frementes
Tranſiliunt campos.aurigamq; impete uaſto
Amphyarae tuum.(nec defuit omen.)(Heriles
Forte is primus equos ſtagna ad uicina trahebāt)

Paciſq; ſequeſtræ: ſequeſter dicitur qui certantibus medius interuenit : apud quē cuiuſcunque certaminis futuri pignora ſeponuntur:hoc uocabulum ab obſequēdo factum eſt:quod eius q electus fuerit utraque pars fidem ſequatur. Ad commercia natum:nudando uulnera quæ inſidiis nocte ſuſceperat:ut oſtedēdo perfidiā Etheoclis crudelitatemq; cunctis faceret īuiſam. — Seq̄ſter,

Heu nimium mitis:apoſtropha ad Polynicem. Te ne ille:īterrogatiue. Ante hæc excuſſo:comparatio ab impoſſibili ante inquit poteſt fieri ut hæc haſta quā gero excuſſo ferro frondeſcat:q̄ Etheocles ſit germano mitiſſimus. Caſtra patent: dicit Tydeus etiā argiua caſtra Etheocli patere quare ad uiſendum fratrem nunc ipſe potiſſimum ueniat:nec aliquid quod ī noſtris caſtris timendum ſit extitit: nec dum enim aliquid hoſtile cōmiſimus. Ad flumina: iuxta. Eryctheis:indicis græce dixit a colore marmoris rubri erytra talaſſan uocant mare quod eſt inter ægyptum & indiam.

Meritas:ſolutas iugo. Sanguinis oblitas manſuetudine & feritate carentes.ut Lucanus.atq; hominem didicere pati. Craſſata:quæ nihil deprecando uaſtauit. Manus obuia:unde manſuetæ dictæ ſunt feræ: q̄ manu paſci conſueuerunt. Vaga rure:zeuma eſt:ſi quando uaga rura quies eſt illis: aut certe uaga rura ꝑ ipſæ uagæ. Omen: qd' ab auriga incipit:qui ē cito moriturus.

Premunt: inſequūtur. Haſtile reſumēs: hoc eſt multa ſimul ſumpſit haſtilia. Impete uaſto:anthiptoſin fecit.& Lucretius dixit impete pro impetu libro.vi.aut hominem tanto membrorum ex impete natū: trās maria alta pedū niſus ut ponere iuſſit: & manibus totum circum ſe uertere cælū. Item libro primo:quanlibet in partem tradunt res ante ruuntque impetibus crebris. — Impete — Impetibus

Achontea:hunc Achontea qui tygres occidit Phoegeus enſe pcuſit. Gemino: hoc eſt duarum tygrium morte gaudentem.

Tegeæa:Arcadia. Tardi:quia iam mortuo Achōteo auxilium ferebatur. Ite age: increpans Tydeus:ut Turnus i Virgilio:immo ait o iuuenes accepto tempore turnus: cogite concilium & pacem laudate ſedentes illi armis intecta ruunt. Retro uexilla: ut oſtenderet tumultuarie pugnā peruerſum ordinem exercitus demonſtrat: dicit ergo retro poſt acien eſſe uexilla quæ ſolēt militum cuneos anteire. Horrent tyrhenos:tumultus tubarū cantus. Sydoniū: thebanum nūc ergo poeta diuerſoꝝ mortes ueluti inuiſa moriente deſcribit. Male fidus:infernus qui ære armorum teneri non poterat. Rumpētem: retro trahentem ut nimio conamine fræna rumpere crederetur.

Corripiunt.mox tænarium qui proximus Idam
Etholumq; Athamāta premūt.fuga torua p agros
Cornipedum uiſa eſt:donec flammatus Acōtheus
Strage uirum.cui ſueta feras proſternere uirtus
(Arcas erat)denſis iam fida ad mœnia uerſis
Inſequitur telis.multumq; haſtile reſumens
Ter quater aducto per terga per ilia ferro
Tranſigit.ille autem longo cum limite fuſi
Sanguinis ad portas utrinq; extantia ducunt
Spicula ſemianimes.gemituq; immitāte querelas
Saucia dilectis aclinant pectora muris
Templa putes urbemq; rapi.facibuſq; nefandis
Sydonios ardere lares.ſic clamor apertis
Exoritur muris.mallent cunabula magni
Herculis.aut ſemeles thalamū.aut penetrale ruiſſe
Hermiones. cultor Baccheus Achontea Phegeus
Iam uacuum telis.geminoq; in ſanguine ouantem
Comminus enſe petit. ſubeunt thegeæa iuuentus
Auxilio tardi.iam ſupra ſacra ferarum
Corpora merenti iuuenis iacet ultio Baccho
Rumpitur.& graium ſubito per caſtra tumultu
Concilium fugit externos Iocaſta per hoſtes
Iam non auſa preces.natas ipſamq; repellunt
Q uæ modo tā mitis.& præceps tēpore Tydeus
Vtitur.ite age nunc pacem ſperate fidemq;
Nunc ſaltem differre nefas:potuit ue morari
Dum genitrix dimiſſa redit? ſic fatus aperto
Enſe uocat ſocios:ſæuus iam clamor:& iræ
Hinc atq; inde calent:nullo uenit ordine bellum
Confuſiq; duces.uulgo:& neglecta regentum
Imperia:una equites mixtiq; peditumq; cateruæ
Et rapidi currus: premit indigeſta ruentes
Copia:nec ſeſe uacat oſtentare:nec hoſtem
Noſcere:ſic ſubitis Thebana :Argiuaq; pubes
Conflixere globis:retro uexilla tubæq;
Poſt tergum.& litui bellum inuenere ſecuti
Tantus ab exiguo crudeſcit ſanguine mauors
Ventus uti primas ſtrauit inter nubila uires
Leuis adhuc frondeſq;. & aperta cacumina geſtat
Mox rapuit nemus:& montes patefecit opacos
Nunc age pieriæ(nunc uos longinqua ſorores
Conſulimus)ueſtras acies.ueſtramq; referte
Aoniam.uidiſtis enim dum marte propinquo
Horrent Tyrhenos Heliconia Plectra tumultus
Sydonium Pterhelan ſonipes malefidus in armis
Rumpentem frænos.diuerſa per agmina raptat

Iam liber.ſic feſſa manus uenit haſta per harmos
Tydeos.& leuum iuueni tranſuerberat inguen
Labentemq; affigit equo.fugit ille perempto
Cōſertus domino.nec iam arma.aut fræna tenētē
Portat adhuc.ceu nondum anima defectus utraq;
Cum ſua centaurus moriens in terga recumbit
Certat opus ferri.ſternuntq; alterna furentes
Hyppomedō.Sabri.Pyleū periphāta Menœceus
Parthonopæus Ityn.Sybaris iacet enſe cruento
Cuſpide trux Peryphas.itys inſidiante ſagitta
Ceneos Inachii.ferro mauortius Hemon
Colla rapit.cui diuiduum trans corpus hiantes
Truncū oculi quærūt animus caput.arma iacētis
Iam rapiebat Abas.cornu deprenſus achiua
Dimiſit moriens clypeum hoſtilemq;.ſuumq;.
Quis tibi Bacchæos Eunne linquere cultus
Quis lucos? uetitus:quibus euaſiſſe ſacerdos
Suaſit? & aſſuetum Bromio mutare furorem?
Quem terrere queas? clypei penetrabile textum
Pallentes hederæ.Nyſæaq; ſerta coronant
Candida pampineo ſubnectitur inſtita pilo
Crine latent humeri.creſcunt lanugine malæ
Et rubet imbellis Tyrio ſub teg mine thorax
Brachiaq; in manicis.& pictæ uincula planctæ
Carbaſeiq; ſinus.& fibula raſilis auro
Trenariam fulua mordebat iaſpide pallam.
Quam ſuper a tergo uelox corithos.& arcus
Pendent.ſq; ſonant aurata lince pharetra
It limphante deo media inter milia longum
Vociferans:prohibete manus.hæc omine dextro
Mœnia.cirrhæa monſtrauit Apollo iuuenca
Parcite in hæc ultro ſcopuli uenere uolentes
Gens ſacrata ſumus.gener huic eſt Iuppiter urbi.
Gradiuuſq; ſocer.Bacchū haud mētimur alūnū
Et magnum alciden.iactanti talia fruſtra
Turbidus aeria Capaneus occurrit in haſta
Qualis ubi primam leo mane cubilibus atris
Erexit rabiem.& ſæuo ſpeculatur ab antro
Aut ceruum.aut nōdum bellantem fronte iuuēcū
It fremitu gaudens.licet arma gregeſq; laceſſant
Venantum.prædam uidet.& ſua uulnera neſcit
Sic tunc congreſſu Capaneus gauiſus iniquo
Librabat magna uenturam mole cupreſſum
Ante tamen quid fœmineis hululatibus inquit
Terrificas moriture uiros? utinam ipſe ueniret
Cui furis.hæc Tyriis cane matribus & ſimul haſtā

Venit haſta per harmos:ut haſta tremit duplicatq; uirum trāſfixa dolore. In terga equina quaſi domini. Menœceus:iſte thebanus fuit quem in cathalogo phorbas antigone monſtrauit euntem inter duces: dixit enim quæ noſter ſigna Menœceus.Parthonopæus: diuerſorū mortes uirgiliane poeta deſcribit. Diuiduum:a diuiſione dimidium a dimedione dictum.Hic ergo diuiduum in duas partes diuiſum poſuit.

Abas:hic thebanus eſt qui uictor rapere ſpolia cupiebat. Cornu: haſta græce. ut Virgilius uolat itala cornus. Et manſiſſe: pro manere. Mutare furorem:ut ſacra liberi in furorem bellorum inſania commutares. Inſtita pilo:faſciola eſt quæ imā ueſtem ſuo pingit ornatu:ut Horatius.quaꝫ ſuta talos tegit inſtita ueſte. Lanugine: ad opinionem rettulit:quia per pilos uidētur male creſcere. Vincula plantæ: calciamenta ut illud tyrrhena pedum circundata plātis. Carbaſeique ſinus:carbaſus quo fuſi amiciuntur uel diuitis ſericum eſt aut certe linum tenue.Virgilius.tunc croceā chlamydem:ſinuſque crepantes carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro. Et fibula raſilis auro:ad luxuriam rettulit pulchritudinem fibulæ. erat enī foraminibus multis exornata:quas uulgo interraſas appellant.

Velox choritos:hippallage pro ſagittis uelocibus. Aurata lynce:hoc eſt lyncis pelle aurata tectam habuit pharetrā. Limphante deo:hoc eſt furiis incitante. Apollo iuuenca:quia cadmus apollinis oraculo bouem ſecutus eſt:& ubi procubuit illic thebas condidit:& ex bouis uocabulo regionē ipſam boetiam nominauit. Volentes:ab amphione factum qui ſumma dulcedine teſtudinis cadmo thebas condenti in eo loco auxiliatus eſt ut ſaxa ultro per ſe applicarentur ad muros. Gradiuuſq; ſocer ꝑ draconem martis filium qui a cadmo dicitur interemptus:ex cuius ſanguine multitudo nata eſt armatorum. Vulnera neſcit: maior cupiditas prædæ eſt ei q̄ timor mortis nec cauet ut uitæ exitium ſed feſtinat ut rapiat. Iniquo:pedeſtri certamine urgetur. ut Virgilius.pugna congreſſus iniqua. Librabat:conſiderando ubi percutiat. Cupreſſum:haſtam ſignificauit. Cui furis:in cuius honorem furibundus aduenis.

Reliquit:penetrauit. Crepat:ſonat. ut
Virgilius.ſinuſque crepantis. Eruptus:ni/
mius ſanguis:ſiue multum fluens. Marci
da:uino plena ſeu ſqualida. Plãxerũt:præ/
teritum pro futuro. Hiſmara: hiſmarus
Tmolus mons thraciæ uitibus conſitus. Tmo/
lus:mons ſiciliæ. Naxos:inſula eſt in qua
Theſeus Ariadnam dormientem reliquit.
Orgya Orgya : triennalia liberi ſacra ſunt quæ
dicit modo etiam indos colere poſtq̃ a libe
ro patre uicti eſſe noſcuntur:ac multo pul/
uere uertit campum indignantem:quia ex
citus puluis noticiam loci cõmutat. Cly/
peum galeamque incendit.Illuminat. Sy/
dere:ſplendore uel gratia. Certus & ipſe
necis:quia Augurio ſuam præuiderat mor
tem:deſperationem ergo uitæ fortius di/
micat. Lætior:aiunt enim futura ſentire
morituros:ut Virgilius.te quoq; fata pro/
ſpectant paria. Experiẽtia cæli:doctrina &
ſciẽtia auguriorum. Si uacet:ſi liceat. Vir.
hactenus indulſiſſe uacat. Cõtermina: ui/
cina morti. Supbit: uictorie fœlicitate fit
lætior. Diuerſus:diſſimilis. Immolat
umbris:quaſi uictimam:ut ipſe in ſacris cõ
ſueuerat:nam hoc uerbo poeta ad ſacerdo/
tis nomen alluſit:aptum eſt enim occidẽti
ſacerdotale uerbum.Virgilius de occiſo ſa/
cerdote dixit. Falcato:ſolent enĩ in axibus
curruum faciles extare:q̃ incurrentes hoſti
les populos cædant. Sacrum : conſecratũ.
Inuitus:aſcendit quomodo inuitus dixe/
rat ante dimiſerat tælum quã Lycorea co/
gnouiſcet Apollini conſecratum. Scruta/
tor aquarum:piſcator. Aduertere:ad ſe cõ
uertere. Haud ipſe minus:nõ minus hyp/
ſeus ãphiarao. Tyrinthia robora: agmina
.i.nemeos iuuenes:& græcã uaſtabat aciẽ.

Expulit.illa uolans ceu uis non ulla moretur
Obuia uix ſonuit clypeo.& iam terga reliquit.
Arma fluunt.longiſq; crepat ſingultibus aurum
Eruptuſq; ſinus uicit cruor.occidis audax
Occidis Aonii puer altera cura lyei.
Marcida te fractis planxerunt hiſmara thyrſis
Te tmolos:te Miſa ferax theſeaq; Naxos
Et Thebana metu iuratus in orgya Ganges
Nec ſegnem Argolicæ:ſenſere Etheoclea turmæ
Parcior ad ciues Polynicis inhorruit enſis
Eminet ante alios iam formidantibus arua
Amphiaraus equis.ac multo puluere uertit
Campum ĩdignãtem.Famulo decus addit inane
Mœſtus & extremos obitus illuſtrat Apollo
Ille etiam clypeum:galeamq; incendit honoro
Sydere.nec tarde frãtri Gradiue dediſti
Nequa manus uatem.nequid mortalia bello
Lædere tela queant.ſanctum & uenerabile Diti
Funus erit. talis medios infertur in hoſtes
Certus & ipſe necis:uires fiducia lethi
Suggerit.inde uiro: maioraq; membra dieſq;
Lætior:& nunq̃ tanta experientia cæli
Si uacet.auertit morti contermina uirtus
Ardet inexpleto ſæui mauortis amore
Et fruitur dextra.atq; anima flagrante ſuperbit
Hic hominum caſus lenire & demere fatis
Iura frequens:q̃tum ſubito diuerſus ab illo
Qui tripodas lauruſq; ſequi:qui doctus i omni
Nube ſalutato uolucrem cognoſcere phœbo
Innumeram ferro plæbem:ceu lætifer ãnus
Aut iubar aduerſi graue ſyderis immolat umbris
Ipſe ſuis.Iaculo Phlegiam:iaculoq; ſuperbum
Philea.falcato Cromin:& Cremetaona curru
Cõminus hunc ſtãtem metit:hunc a poplite ſectũ
Cuſpide demiſſa Cromin .Phinoumq;. phagenq;
Intonſumq; Gyan.ſacrumq; Lycorea phœbo
Inuitus.iam fraxineum dimiſerat haſtæ
Robur.& excuſſis apparuit infula criſtis
Alcathoum ſaxo.cui circum ſtagna Charyſti
Et domus.& coniunx.& amantes littora nati
Vixerat ille diu pauper ſcrutator aquarum
Decepit tellus moriens.hyemeſq; nothoſq;
Laudat.& experti meliora pericula ponti
Aſpicit has longe iamdudum Aſopius Hypſeus
Palantum ſtrages.ardetq; aduertere pugnam
Quanq̃ haud ipſe minus curru Tyrinthia fundit

Robora.ſed uiſo præſens minor augure ſanguis
Illum armis animiſq; cupit prohibebat iniquo
Agmine conſertum cunei latus.inde ſuperbus
Exeruit patriis electum miſſile ripis
Ac prius aonidum diues largitor aquarum
Clare giganteis etiam num Aſope fauillis
Da numen dextræ rogat hoc natuſq; tuiq;
Quercus alũna uadi.fas & mihi ſpnere phœbũ
Si tibi collatus diuum ſator omnia mergam
Fontibus:arma tuis:triſteſq; ſine augure uittas
Audierat genitor.uetat indulgere uolẽtem
Phœbus.& aurigam iaculo detorquet inertem
Ille ruit.deus ipſe uagis ſuccedit habænis
Lerneum falſo ſimulãs Aliarmona uultu
Tunc uero ardenti nõ ulla obſiſtere tentant
Signa.ruunt ſolo terrore.& uulnera citra
Mors trepidis ignaua uenit.du biumq; tuenti
Preſſerit infeſſos onus.impulerit ne iugales
Sic ubi nubiferum montis latus:aut noua uentis
Soluit hyems:aut uicta ſitu non pertulit ætas
Deſilit horrendus campo timor.arma uiroſq;
Limite non uno:longæuaq; robora ſecum
Præcipitans:tandemq; exhauſtus turbine feſſo
Aut uallem cauat aut medios intercipit amnes
Non ſecus ingentiq; uiro:magnoq; grauatus
Themo deo nunc hoc:nũc illo in ſanguine feruet
Ipſe ſedens.telis pariterq;:miniſtrat habænis
Delius:ipſe docet iactatus:aduerſaq; flectit
Spicula:fortunamq; haſtis uenientibus aufert
Sternuntur terræ Menaleus pedes. Antiphus alto
Nil defenſus equo:genituſq; Helicöide nympha
Accion:cæſoq; infamis fratre Polytes
Conatuſq; thoris.uitatam attingere Mantho
Lampus.i hunc ſacras phœbus dedit ipſe ſagittas
Et iam cornipedes trepida ac moribunda reflãtes
Corpora rimantur terras.omneſq; per artus
Sulcus.& inciſis altum rubet orbita membris.
Hos iam ignorantes terit impius axis.at illi
Vulnere ſemineces(nec deuitare facultas)
Venturum ſuper ora uident.iam lubrica tabo
Fræna.nec inſiſti madidus dat themo.rotæq;
Sanguine difficiles.& tardior ungula foſſis
Viſceribus.tunc ipſe furens in morte relicta
Spicula.& e mediis extantes oſſibus haſtas
Auellit.ſtridunt animæ.currumq; ſequuntur
Tandem ſe famulo ſummum confeſſus Apollo.

Augure ſanguis:ideſt cupiens cum Amphiarao cõfligere cæteros quaſi ignauos cõtemnebat occidere. Prohibebat:hypſeum multitudo quæ ſtipauerat Amphiaraum. Inde:de ipo cuneo. Aſope fauillis: fluuiũ inuocat quem dudum a Ioue diximus fulminatum qui indignatione ereptæ filiæ Ioui intulit bellũ quo facto igni diuino pcuſſus eſt:ut infamia excepti fulminis in æternum maneret:dicitur:hodieq; illo tempore quo iactus eſt prunis ardentibus fluere.

Collatus:bello comparatus. Indulgere uolentem:concedere cupiẽtem. Vulnera citra:ſine uulneribus ſolo terrore Amphiarai moriebantur. Ignaua:ſine fero. Dubiumque tuenti:dubiũ erat uidentibus utrũ onere tardatus eẽt Amphiarai an uelocior factus. Campi timor: montis ruina quæ de altis ſaltibus cadit. Tælis pariterq; miniſtrat habænis:armigeri & aurigæ Apollo implebat officium. Fortunam:caſum fœlicem ſiue euentum feriendi hoſtis contra Amphiaraum uenientibus detorquebat. Infamis:malus ſiue notus parricidio.

Dedit:immiſit. Rimantur terras: rimas agunt ideſt ſcrutantur. Per artus: cadauerum membra:per hæc omnia erãt hiatus futuri:rimari proprie dicuntur ſues cũ paſcentes cibi gratia terram uertunt. Nec inſiſti madidus:abundantia ſanguinis maiorem Amphiarao currẽdi lapſum faciebat.

Difficiles: graues: nimietate ſanguinis equorum greſſus. Summum: ad ultimũ aut ſummum deum.

Irreuocata: quæ reuocari non poteſt: futurorum Epithetō diligenter ſeruauit poeta. Quis tantus miſeris honor: parentheſis. humiliter enim dixit ſe nō fuiſſe dignū tanto honore numinis. Deferre nefas: ſcelus eſt dicit infularum ornamenta & ſacras laurus ſecum ad inferos ferre. Furorem: i occidenda matre propria peccauit. Scit peritura ratis: parentheſis: non aliter ſcit peritura ratis: ſed Apollo ſciebat periturū Amphiaraum: & ſe ſubuenire nō poſſe. Sororis igne: quia nautæ cū ſtellam helenæ uiderint quæ υρανια urania dicitur: cuius tāta eſt uis incendii ut malum & nauis ima pertūdat: ut ēt ſi æs ſit hoc calore ſoluat: ergo ſi hæc ſtella naui inſederit: ſciunt ſe nautæ ſine dubio perituros & contra caſtoris ſydera ſunt nauigantibus ſalutaria. Therannei: theranne laconiæ ciuitas eſt. Sūmaq; terga quati Superficies terræ. Frondea nutant: iam ſyluis & cacuminibus arborū & muris dabatur cum hiatu ipſius terræ confuſio. Exciderant iræ: tranſitum eſt a cauſa bellorum. Benigna tempeſtas: benignā tempeſtatem dixit: quia naualia certamina prohibent. Belli fluitātis: naualis certaminis faciem certantibus titubantibus militibus fecerat terræmotus. Siue laborantes: dubitant quæ cauſa eēt tremoris illius credentes terram mole & ui uētorum fuiſſe: laſſatam qui per cauernas terræ diſcurrūt: uel hiulcam tempeſtatem in puluerem ſolutam fuiſſe uel ſitu aquæ in ſolutionē uertiſſe: aut certe elemento oppreſſa maris ceſſiſſe uirtutibus: uel ipſam terram fratribus perituris tremores ad omen feciſſe. Vnda latens: dicunt enim quidam: terram aqua fulciri uel ferri. Sydera & umbræ: aduerſitate ſua terrentur. ſydera timuerunt ne erūperent manes. umbræ ne admiſſa luce proderent. ut Vir. crepitāt imiſſo lumie māes.

Helenæ ſtella Vrania

Therāne

Vtere luce tua. longamq; ait indue famam
Dum tibi me iunctum mors irreuocata ueretur
Vincimur. immites fas nulla reuoluere parcas
Stamina. uade diu populis promiſſa uoluptas
Helyſiis. certe non perpeſſure Creontis
Imperia haud uetito nudus iaciture ſepulchro
Ille refert contra. & paulum reſpirat ab armis
Olim te cyrheæ pater peritura ſedentem
Ad iuga (quis tantus miſeris honor?) axe tremēti
Sēſimus inſtātes quonam uſq; morabere manes?
Audio iam rapidæ curſum ſtygis: atraq; ditis
Flumina. tergeminoſq; mali cuſtodis hiatus
Accipe commiſſum capite decus. accipe laurus
Quas herebo deferre nefas. nunc uoce ſuprema
Si qua receſſuro debetur gratia uati
Deceptum tibi phœbe larem. pœnaſq; nefandæ
Coniugis. & pulchrum nati commendo furorem
Deſſiluit mœrens. lachrymaſq; auertit Apollo
Tunc uero ingemuit: curruſq; orbiq; iugales
Non aliter cæco nocturni turbine chori
Scit peritura ratis: cum iam damnata ſororis
Igne Therannei fugerunt carbaſa fratres
Iamq; receſſuræ paulatim horreſcere terræ
Summaq; terga quati: grauiorq; efferuere puluis
Cœperat: inferno mugit iam murmure campus
Bella putant trepidi. belliq; hunc eſſe fragorem
Hortanturq; gradus: alius tremor. arma: uiroſq;
Miranteſq; inclinat equos: iam frondea nutant
Culmina iam muri ripiſq; Hiſmenon apertis
Effugit: exciderant iræ: nutantia figunt
Tela ſolo. dubiaſq; uagi nituntur in haſtas
Comminus inq; uicem uiſo pallore recedunt
Sic ubi nauales miſcet ſuper æquora pugnas
Contento Bellona mari. ſi forte benigna
Tempeſtas ſibi quiſq; cauet. enſeſq; recondit
Mors alia. & ſocii pacem fecere timores
Talis erat campo belli fluitantis imago
Siue laborantes concepto flamine terræ
Ventorum rabiem & clauſum eiecere furorem
Exedit ſeu putre ſolum. carpſitq; terendo
Vnda latens. ſiue hac uolentis machina cæli
Incubuit ſiue omne fretum neptunnia mouit
Cuſpis. & extremas grauius mare torſit in oras
Seu uati datus ille fragor: ſeu terra minata eſt
Fratribus. ecce alte præceps humus ore profundo
Diſſilit: inq; uicem timuerunt ſydera: & umbræ

Illum ingens haurit ſpecus.& tranſire parentes
Mergit equos.non arma manu.non fræna remiſit
Sicut erat rectos defert in tartara currus
Reſpexitq; cadens cælum campumq; coire
Ingemuit.donec leuior diſtantia rurſus
Miſcuit arua tremor. lucemq; excluſit auerno.
TVnc grauiter ſuperos obiurgat rector auerni
Ipſumq; amphiaraum terret.cui pauca furenti
Iam tenui uoce.& pauidus ſupplexq; profatur
Coniugis infandi.indicium ſubitamq; ruinam
Anxius Inachidas uatis dolor auget amiſſi
Sydonii exultant memorantq; inſignia gentis
At graium proceres ſimilem pietatis honore
Theodamanta legunt uatis qui munera ſeruet
Hic Thebana Phalāx.illinc ruit.Inacha pubes
Vulnera uulneribus geminant.fundūtq; uiciſſim
Corpora magna uirum.tunc multa in cæde furētē
Tydea deiectum telis.Tritonia fleuit.
VT ſubitus uates pallētibus īcidit ūbris
Lethiferaſq;:domos orbiſq; arcana ſepulti
Rupit:& armato turbauit funere manes
Horror habet cūctos ſtygiis mirantur in horis
Tela & equos:corpuſq; nouū.neq;.n.ignibus atris
Conditus: aut mœſta niger aduentabat ab urnā
Sed belli ſudore calens clypeumq; cruentis
Roribus:& ſciſſi reſperſus puluere campi
Nec dum illum aut trunca luſtrauerat obuia taxo
Eumenis: aut furuo Proſerpina poſte notarat
Cœtibus ad ſumptum functis.quin cominus ipſa
Fatorum deprenſa colus:uiſoq; pauentes
Augure tunc demum rumpebant ſtamina parcæ
Illum & ſecuri circumſpexere fragorem
Helyſii:& ſi quos procul inferiore baratro
Altera nox aliiſq; grauat plaga cæca tenebris
Tunc regemunt pigriq; lacus.uſtæq; paludes
Vmbriferæq; fremit ſulcator pallidus undæ
Diſſuluiſſe nouo penitus telluris hiatu
Tartara:& admiſſos non per ſua flumina manes
Forte ſedens media regni infœlicis in arce
Dux herebi populos poſcebat crimina uitæ
Nil hominum miſerans.iratuſq; omnibus umbris

Reſpexitq; cadens:uel dolore mortis uel ut Apollinem quæreret utpote uates. Donec leuior:quia graui ſonitu ſolida diſiunguntur.

Lactantii.P.in Octauum thebaidos interpretatio.

VT ſubitus uates pallentibus incidit umbris.Vetus elocutio ē p datiuū caſum incidit ūbris pallentibus:Claudius heri recedens ueſperi numātinis incidit:ac Terentius p accuſatiuum protulit:ergo in eum incidit tamq̄ in rem periculoſam. Corpuſque nouum:ideſt uiuum ſiue non depoſita apud ſuperos carne. Ab urna:Plato inducit ſcelera hominum in urna uerſari:& urna dicitur in qua mortuorum hominum oſſa cōduntur:hic ergo ab urna dixit in qua mortuus ponebatur:& hoc ipſo expediuit pacta.nam Amphiaraus mortuus ab urna in qua eius fuerant condita membra non ueniebat. Obuia taxo eumenis:quia taxus uenenoſa eſt.propterea ad perfectionem feritatis ex hoc ligno faces furiæ dicuntur gerere. Poſte notarat : aſſerunt enim poetæ mortuorum capita & furiarum lampade luſtrata & eorum nomina a Proſerpina in inferorum poſſe conſcribi. Et ſecuri:quia in hælyſiis habitant manes idcirco ſecuri:quia ſūt a ſceleratorū ſuppliciis alieni:hælyſii ergo ꝓ his poſuit qui ī hælyſio habitant. Altera nox: ideſt caligo deterior. Vſtæque paludes: nigræ aut calētes. Sulcator pallidus:charō q ſubuectādo corpora ſtygem cōſueuit cymba ſulcare.

Vrna

Taxus

Variæq; ex ordine mortes:una quidē cōmuniſq; oībus ē mors ſed uarietate pœnaꝝ diſſimilis ē. Dānant:abſoluūt. Vincit opus:parcaꝝ ſtamia mortuoꝝ multitudine ſuperanť:ut Luca.laſſant rūpētes ſtamina parcas. Arguit:ꝑdit ſiue ꝓbat. Cōpage ſoluta:Terræ ſupficie.Iucunda offenſus luce. Iucunda ſuperis manibus indebita:& iō luce Plutonē dixit offendi. Quæ ſupeꝝ labes:uiolētia ſeu ruina.

Labes

Labes: a labendo dicta. Prælia:utrū Iuppiter an Neptūnus cōueniēter carmini thebanoꝝ odio germanoꝝ inducit de regno fratres celeriter diſcerpſiſſe. Nā cui dulce magis:q̃ mihi ut ſuperi miſceanť.i.expedit p ſortē minori confundere:q̃ fuerint ſepata. Nec iſte meus:meus hic inquit mundus nō eſt: ſed hūc rector perrūpit aſtroꝝ. Miſerūq; patrē:miſeꝝ ſiue quia amiſit iperium: ſiue quia a poetis apud inferos Saturnus fingiť quē unū uolūt eē de numero tytanū. Hyperiona:hyperiō ſolis eſt equus:dicit enim immiſſis tenebris ſolis ſe pluto:& numina turbari. Vtrunq; tyndaridē:caſtoris & pollucis talis eſt fabula.cū eēt imortalis pollux & e diuerſo caſtor morti teneretur obnoxius pietatis intuitu pollux morte uicaria fratrem redemit:dicit ergo nūc Pluto retēto polluce q imortalis fuerat cū caſtore germano mortali:in utroq; ſe mūdo poſſe regnare. Tantalō undæ:ſi pœnaꝝ culpas expectes utriuſq;.i. tātali perithoiq; utrorūq; ſupplicia uindictæ iouis a Plutone ꝑſtant.

Ixyon

Ixyona: ixyō quippe iunonē auſus eſt ſtupri iniuria cōpellare:tātalus uero Iouis conſilia mortalibus ꝑdidit in eoꝝ audita concilio. Viuo perpetiar:me perithoi.Cōqueritur īferos his patuiſſe q īfanda cupiebant: ut ad ſe aut amator:aut raptor ītrarēt. hæc perithoi fabula talis ē:Perithous cū Proſerpinā pariter rapturus ſecutus fuiſſet: gauiſi ſunt utriq; dānati ſupplicio.unde Vir.ſedet æternūq; ſedebit īfœlix theſeus.

Perithous

Theſeus

Eumēidū lachrymas : Orpheus thrax pitiſſimus fuit cytharæ Eurydicē coniugem unico dilexit affectu q̃ cū Ariſteū Eurydicis nymphæ filiū pudicitiā ſuā attrectare cupiētē fugeret: calcato ſerpēte perēpta ē:hoc cū imoderate doleret Orpheus cōfixus peritia cytharæ:īferoꝝ ſecreta ꝓrupit:cuius cātus dulcedine ac miſeratiōe lugētis manes depoſita ferita te Orpheo cōiugē reddiderunt : dicit ergo nūc Pluto turpes uidiſſe lachrymas eumenidū:turpes iō quia cōtra inferoꝝ legē miſericordia lachrymæ fundebanť. Iterataq; penſa:uiolentia legis q̃ iubebat orpheū nō reſpicere uxorē: melior ergo lex me.ſ. ego dulcedine cantus uictus ſū.ut Orpheo cōiugem redderē:ut cōceſſam pderē iclæmētia legis obtinuit.hinc Vir.ignoſcenda qdē ſcirent ſi ignoſcere manes. Ab Ioue leges: quia partiri annū Proſerpinæ iuſſit : ut ſex mēſibus eēt cū mr̄e totidem cū marito:ita Oui. at medius fratriſq; ſui mœſtæq; ſororis Iuppiter.ex æquo uoluentem diuidit annum : nunc dea regnorum numen cōmune duoꝝ cum matre ē totidem:totidem cum cōiuge mēſes.p lunā fieri manifeſtū ē q̃ auctæ ꝓ ſermonio eius Iuppiter arrogaſſe penes matrem . ergo ut eius cura ſtatuto tēpore filia ab inferis reuertatur ad cælum.

Eurydice

Stant furiæ circum.uariæq; ex ordine mortes
Sæuaq; multiſonas exercet pœna cateruas
Fata ferunt animas.& eodem pollice damnant
Vincit opus.iuxta minos cum fratre uerendo
Iura bonus meliora monet.regemq; cruentum
Temperat.aſſiſtunt lachrymis.atq; igne tumentes
Cocytos phlegethonq;.& ſtyx periuria diuum
Arguit.ille autem ſupra compage ſoluta
Nec ſolitus ſentire metus.expauit aborta
Sydera.iocundaq; offenſus luce profatur
Quæ ſuperum labes inimicum impegit auerno
Aethera? quis rupit tenebras? uitæq; ſilentes
Admouet? ūde minæ utinā hæc mihi prælia fratꝝ
Congredior.pereant agedum diſcrimina rerum
Nam cui dulce magis? magno me tertia uictum
Deiecit fortuna polo.mundumq; nocentem
Seruo.nec iſte meus diris en peruius aſtris
Inſpicitur.tumidus ne meas regnator olympi
Explorat uires? habeo iam quaſſa gigantum
Vincula.& æthereum cupidos exire ſub axem
Titanas miſerumq; patrem.quid me ocia mœſta
Sæuus? & in placidam prohibet preferre quietē?
Amiſſumq; odiſſe diem? pandam omnia regna
Si placet & ſtygio prætexam Hyperiona cælo
Arcada nec ſuperis (quid enī mihi nūcius ambas
Itq; reditq; domos?)emittam.& utrunque tenebo
Tyndaridem:cur autem auidis Ixyona frango
Verticibus? cur non expectant Tantalon undæ
An ne prophanatum totiens chaos hoſpite uiuo
Perpetiar? me perithoi temerarius ardor
Tentat.& audaci Theſeus iuratus amico
Me ferus Alcides:tunc cum cuſtode remoto
Ferrea cerbereæ patuerunt limina portæ
Odryſiis etiam pudet heu paruiſſe querelis
Tartara:uidi egomet blāda inter carmina turpes
Eumenidum lachrymas:iterataq; penſa ſororum
Me quoq;.ſed duræ melior uiolentia legis
Aſt ego uix unum nec celſa ad ſydera furto
Auſus iter.Siculo rapui connubia campo
Nec licuiſſe ferunt iniuſtæq; ab Ioue leges
Protinus:& ſectum genitrix mihi computat annū

Sed quid ego hæc ita? tartareas ulciſcere ſedes
Thiſiphone. & ſi quãdo nouis aſperrima mõſtris
Triſte iſuetum ingens: quod nõdum uiderit æther
Ede nefas quod mirer ego: inuideantq; ſorores
Vſq; adeo fratres (noſtriſq; hæc omnia ſunto
Prima odiis) fratres alterna in uulnera læto
Marte ruant. ſit qui rabidarum more ferarum
Mandat atrox hoſtile caput quiq; igne ſupremo
Arceat exanimes & manibus æthera nudis
Commaculet: iuuet iſta ferum ſpectare tonantem
Præterea ne ſola furor mea regna laceſſat
Quære deis: qui bella ferat. qui fulminis ignes
Infeſtumq; Iouem clypeo fumante repellat
Faxo haud ſit cunctis leuior metus atra mouere
Tartara. frondenti quam iungere pelion Oſſæ.
Dixerat. atq; illi iam dudum regia triſtis
Attremit oranti: ſuaq; & quæ deſuper urget
Nutabat tellus. non fortius æthera uultu
Torquet. & aſtriferos inclinat Iuppiter axes.
At tibi quos inquit manes. qui limite præceps
Non licito per inane ruis? ſubit ille minantem
Iam tenuis uiſu: iam uaneſcentibus armis.
Iam pedes extincto tamen interceptus in ore
Augurii perdurat honos. obſcuraq; fronti
Vita manet. ramumq; tenet morientis oliuæ
Scilicet & ſanctis hic ora reſoluere fas eſt
Manibus. o cunctis finitor maxime rerum.
At mihi qui quondam cauſas elementaq; noram
Et ſator oro minas: ſtimulataq; corda remulce
Ne ue ira dignare hominem: & tua iura timẽtem
Nã nec ad herculeos (unde hæc mihi pectora) rap
Nec uenerẽ illicitã (crede his iſignibus) auſi (tus
Intramus Lethen. fugiat nec triſtis in antrum
Cerberus. aut noſtros timeat Proſerpina currus
Augur Apollineis modo dilectiſſimus aris
Teſtor inane chaos (qđ eni hic iurãdus Apollo?)
Crimine non ullo ſubeo noua fata. nec alma
Si merui de luce rapi. Scit iudicis urna
Dictæi. uerumq; poteſt deprendere Minos
Coniugis inſidiis. & iniquo uenditus auro
Argolicas acies. unde hæc tibi turba recentum
Vmbrarũ. & noſtræ ueniunt quoq; funera dextræ
Non ignarus ini. ſubito me turbine mũdi
(Horret adhuc animus) mediis e milibus hauſit
Nox tua. quæ mihi mẽs? dum p caua uiſcera terræ
Vado diu pendẽs. & in aere uoluor aperto

Vſq; adeo fratres: Etheocles & Polynices qui mallent hoc nefas ſe potius implere q̃ furiam. Oĩa ſunto: Etheoclis & Polynicis interitus omen ſit inter me & Iouem futuri certaminis. Commaculet: ut tabe ſoluãtur corpora: non flamma pyrarum ne iterpoſitis urantur ignibus: ſed in ſolo terræ intemperie aeris membra depereant ſit mortuis denegata ſepultura ſupplicium. Bello crudelius: ut ſolum cæli rogum poſſint habere communẽ. Iuppiter axes: hoc ẽ: oratiõe Plutonis tremefacti ſunt poli. Quos cruciatus patieris: ut Virgilius. Quiſque ſuos patitur manes. manes ideo dicti ſunt q̃a damnati æterna apud inferos pœna permanent. Subit ille: ſequitur. ut pone ſubit cõiunx. aut certe finita præcedenti oratione ſubiungit. Vaneſcentibus: umbram deſinentibus. Iam pedes: quia currus & equi cum quibus raptus fuerat euanuerũt. Cũctis finitor: Ouidius. omnia debentur morti: paulum que morati ſerius aut citius ſedem properamus ad unam tendimus huc omnes hæc eſt domus ultima cunctis. Ordo ergo talis eſt. cunctis finitor rerum ſcilicet putaris. At mihi: Et pro etiam ſator nã cum conſtet Plutoni terram eſſe conſecratam: dicit omnia membra reſolui & de terra cuncta procreari: iuſte ergo creator dicitur a quo omnia gignuntur. Aſt ego: quia uates fui noram in te eſſe creatorem ex eo quia animas iterum mittis in corpora. ut Virgilius. rurſus & incipiẽt in corpora uelle reuerti: & idem ſupra. fata ferũt animas: Manes
Aut noſtros fugiat Proſerpina: per proſerpinam raptam Theſei & Perithoi hoc loco commemorat audaciam: & ad teſtimonium pudicitiæ oſtendit inſulas & iſignia ſacerdotis: proſerpina dicta ab eo quod porro ſerpit. Et noſtræ ueniunt: propter ſui miſericordiam dicit ſe pugnando multas inferis animas addidiſſe pro quo beneficio petit ſibi eſſe parcendum. Et in aere uoluor operto: ideſt dum per illa ſpatia uado: quæ ſunt ſub terra inferorum. Proſerpina

Vel captum:notabilius etiam fuit me capi a thebanis. Parenti:oedipo patri. Nec deprecor umbram accipere:ideſt nec refuto umbram eſſe:deprecor autem ē refuto. Vir.equidem merui nec deprecor inquit. Lucanus.non deprecor hoſti ſeruari dum me ſeruet ceruice reciſa. Quis ſuper auguris uſus:ideſt poſſem rogare te:ut apud inferos augur eſſem:ſi ſcirē & hoc mihi apđ inferos profuturum: uerum cum uideam ipſa quoq; fata ad tuum arbitrium fila diſponere:intelligo nil omnino tibi opus augurio. Illi funeſta reſerua:hoc eſt coniugi meæ quæ mihi minaris reſerua ſupplicia quæ ſalutem uiri ꝑdidit monili corrupta. Indignaturq; moueri:iraſcitur ſe in miſericordiam flecti. Vt leo maſſylli:maſſylia gens africæ mediterranea leonibus plena. Tunc arma citat:incitat arma dētes & ungues quibus ſe tuetur & uindicat.Lucanus tum demum mouet arma leo. Honore ſepulchri.ad laudem Amphiarai omne ſpatiū campi ſepulturæ uatis cōceſſum eſt qa huic ſepulchrum præter mortem hiatus præſtitit terræ qui infernum ſepulchrum dixit. Stringimus:educimus nudamus. Heu præſagis aſtris:futura denunciantibus ſtellis. Cum uoce tetendit.petentium auxilia affectum oſtendit poeta: qui iactatione uel extenſione manuum ſibi ſupplicant ſubueniri.hinc Virgili.ut raptæ caſſandræ negatum fuiſſe monſtraret:ait.ad cælum tendens ardentia lumina fruſtra. Lumina:nā teneras arcebant uincula palmas. Non expectato reuocantum more tubarum:nemo enim militaris legis ſacramenta ſeruauit:ne ante pedem a prælio retraheret:q̄ receptui caneret ſed tali legiones turbatæ nūcio neglectis dicit præceptis & religione militiæ uertebantur in fugam. Genua uiros:ſolutione pedum nimio timore Genua Aegra languebant & uagabantur curſu.ut Virgilius.Genua Aegra labant.

Deprecor

Hei mihi nil ex me ſociis.patriæq; relictum eſt
Vel captum thebis.non iam Lernea uidebo
Tecta.nec attonito ſaltem cinis ibo parenti
Non tumulo.non igne miſer lachrymiſq; meorū
Productus.toto pariter tibi funere ueni.
Nil iſtis auſurus equis.nec deprecor umbram
Accipere.& tripodum iam non meminiſſe meorū.
Nam tibi præſagi quis nam ſuper auguris uſus
Cum parce tua iuſſa trahant:ſed pectora flectas
Et melior ſis quæſo deis.ſi quando neſanda
Huc aderit coniunx.illi funeſta reſerua
Supplicia.illa tua rector bone dignior ira
Accipit ille preces:indignaturq; moueri
Vt leo Maſſylli cum lux ſtetit obuia ferri
Tunc iras.tunc arma citat.ſi decidat hoſtis
Ire ſuper ſatis eſt:uitamq; relinquere uicto
Interea uittis.lauroq; inſignis opima
Currus.& egregiis modo formidatus in armis
Luce palam fuſus nulli:nulliq; fugatus
Quæritur.abſiſtunt pugnæ:ſuſpectaq; tellus
Omnibus:infidi miles ueſtigia campi
Circuit:atq; auidæ triſtis locus ille ruinæ.
Ceſſat:& inferni uitatur honore ſepulchri
Nuncius hortanti diuerſa in parte maniplos
Adraſto uix ipſe ratus uidiſſe Palæmon
Aduolat.& trepidans(ſteterat nam forte cadenti
Proximus)inſpectoq; miſer pallebat hiatu
Verte gradum.fuge rector ait:ſi Dorica ſaltem
Terra loco:patriæq; manent ubi liquimus arces
Non armis non ſanguine opus.quid inutile ferrū
Stringimus i Thebas:currus humus impia ſorbet
Armaq; bellanteſq; uiros.fugere ecce uidetur
Hic etiam quo ſtamus ager.uidi ipſe profundæ
Noctis iter.ruptaq; ſoli compage ruentem
Illum heu præſagiis quo nullus amicior aſtris
Oiclidē.fruſtraq; manus cum uoce tetendit
Mira loquor.ſulcos etiam non rector equorum
Fumantemq; locum.& ſpumis madida arua reliq
Nec commune malum eſt:tellus cognoſcit alūnos
Stat thebana acies.ſtudet hæc.& credere adraſtus
Cunctatur ſed Mopſus idem.trepiduſq; ferebat
Actoidē.nam fama nouis terroribus audax
Non unum cecidiſſe refert.ſponte agmina retro
Non expectato reuocantum more tubarum
Præcipitant.ſed torpet iter.falluntq; ruentes
Genua uiros.ipſiq;(putes ſenſiſſe)repugnant

Cornipedes.nulloq; truces hortamine parent
Nec celare gradum.nec tollere lumina terra
Fortius incurſant Tyrii.ſed ueſter opacus
Lunares iam ducit equos.data fœdere paruo
Mœſta uiris requies & nox auctura timores
Quæ tibi nunc facies poſtq̄ permiſſa gemendi
Copia? qui fletus galeis cecidere ſolutis?
Nil ſolitum feſſos iuuat.abiecere madentes
Sicut erant clypeos.nec quiſq̄ ſpicula terſit
Nec laudauit equum.nitidæ nec caſſidis altam
Compſit:adornauitq; iubam:uix magna lauare
Vulnera.& efflantes libet internectere plagas
Tantus ubiq; dolor:menſas alimentaq; bello
Debita nec pugnæ ſuaſit timor.omnia laudes
Amphiarae tuas.fœcundaq; pectora ueri
Commemorant lachrymis.& per tentoria ſermo
Vnus abiſſe deos.dilapſaq; numina caſtris
Heu ubi Laurigeri currus? ſolemniaq; arma?
Et galeæ uitatus apex? hæc antra lacuſq;
Caſtalii? tripodumq; fides? ſic gratus Apollo
Quis mihi ſydereos lapſus.mentemq; ſiniſtri
Fulguris? aut cæſis ſaliat quod numen in extis?
Quando iter? unde moræ? quæ ſæuis utilis aris?
Quæ pacē magis hora uelit? qs iā omne futurum
Proferet? aut cū quo uolucres mea fata loquētur?
Hos quoq; bellorum caſus nobiſq; tibiq;
Præſcieras & quanta ſacro ſub pectore uirtus?
Veniſtis tamen & miſeris comes additus armis
Et cum te tellus fataliſq; hora uocaret
Tu Tyrias acies.aduerſaq; ſigna uocaſti
Sternere tunc etiam media de morte timendum
Hoſtibus.infeſtaq; abeuntem uidimus haſta.
Et nunc te quis caſus habet? poteris ne reuerti
Sedibus a ſtygiis? aliaq; erumpere terra?
An ne ſedes hilaris.iuſta tua numina parcas?
Et uice concordi diſcis uentura doceſq;?
An tibi fœlices lucos miſeratus auerni
Rector & Helyſias dedit inſeruare uolucres
Quicqd es æternus phœbo dolor.& noua clades
Semper eris.mutiſq; diu plorabere Delphis
Hæc Tenedon Cyrrhamq; dies partuq; ligatam
Delon.& intonſi claudet penetralia Branchi
Nec clarias hac luce fores Didymeaq; quiſq̄

Nec tollere lumina terra.i.tanto erāt in/
clinati errore ut oculos terra leuare nō poſ/
ſēt. Fœdere paruo:interpoſitiōe pacis mo
dicæ. Quæ tibi:admiratiue. Et efflantes:
expirātes animā. Internectere plagas: īſue
re.Metaphorā traxit a medicis q ſolent lœ/
talia uulnera futuris annectere. Alimētaq;
bello:ut cibo efficerent uires pp futurā pu/
gnā. Hæc antra lacuſq;:ſubaudis Amphia
rao præſtitit. Quis mihi:profert in oībus
aut certe profert uoluntatē deorū augure ī
terēpto. Siniſtri:ꝓpicii dictū a ſinendo.ſic
& Virg.ſiniſtrū dixit de bono augurio:qđ
niſi me quacunq; nouas incidere lites.ante
ſiniſtra caua monuiſſet ab illice cornix.ſini
ſtra.i.ꝓpicia. Aduerſaq; ſigna uocaſti.i.ul
tro hoſtes ad certamē cōcitaſti. Altaq; erū
pere terra:mirantur:mortuū.n.nemo con
ſpexit. Et uice cōcordi:& hunc libenter fa
ta ſuſceperūt prærepturū. Miſeratus auer
ni:miſeratus qđ dicit non hoc ad indulgen
tiā ducas ſed ad maximū amphiarai decus.
nā ille nulli parcit:ut Hora.uictima nil mi/
ſerantis horci. Inſeruare:ꝓprio uſus ē au/
gurii uerbo qđ dū captant auguria dicunt
cælum ſeruare.ut Lucanus.nec cælū ſerua
re. Branchi:Branchus Apollinis ē filius & Brāchus
ipſe futurorum peritiſſimus deus:ut ipſe
alibi patrioq; æquatus honore Branchus.
Varro diuinarum rerum de Brācho ita re/
fert.Olus quidā decimus ab Apolline cū ī
peregrinatiōe prāderet in littore ac deinde
proficiſceret oblitus eſt filiū nomine Sime Simerū
rum q peruenit in ſaltum patroni cuiuſdā:
& cū eſſet receptus:cœpit cū ſuis pueris ca/
pras paſcere:alii ſtudio præhēderunt cignū
& illum ueſte cooperuerūt:dumq; ipſi pu/
gnarēt ut illum patri munus offerrēt:& eſ/
ſent fatigati certamine reiecto ueſtē mulie
ris induerūt:& cum fugerēt reuocati ab ea
moniti ſūt ut patronus uehemēter Simerꝝ
diligeret puerꝝ: illi q̄ audierūt patrono īdi/
carūt:tūc patrōus ſimerū ꝓ filio ſuo nimio
dilexit affectu:eiq; filiā ſuā ducendā locauit
uxorē.illa cū prægnās ex eo eēt:uidit ī ſōnis Brāchus
p fauces ſuas introiſſe ſolē:& exiſſe per uen
trē:infans editus ideo Branchus uocatus ē:
qa mater eius per fauces ſibi uiderat uterū
penetraſſe:hic Maxilius cū Apollinē oſcu/
latus fuiſſet compræhenſus eſt ab eo:& ac/
cepta corona uirgaq; uaticinari cœpit & ſu
bito nuſquam comparuit, templū ei factū
eſt quod Brāchiadon nominatur:& Apol/
lini phleſio pariter conſecrata ſunt templa Phleſia
quæ ab oſculo Branchi:ſiue certamine pue
rorum phleſia nuncupantur. Nec clarias:
& apud clariam & apud dumidiam oracu/
lum Apollinis fuit quod au:ē ambos colāt
Apollinē & Dianā ideo clarii uocabulo nūcupātur:ut Vir.q tripodas clarii laurus q ſydera ſentis: lycia āt
aſiæ ciuitas Apollinis ſedes quam poſt Amphiarai interitum dicit eſſe taciturā:de qua Virgi.ait qualis
ubi claria ciuitas eſt in qua tres dii.ideſt Iuppiter Neptunnus &
Pluto mundum dicuntur fuiſſe ſortiti:in hac Apollo mortalibus oracula maxime dare conſueuerat.

Vatis nemus:quia in ſyrtibus in eo tan/
tum loco ubi Iouis hamonis templum eſt
nemus inuenitur.ut Luca.ſolus nemus ab
ſtulit hamon ſyluarum .i.l. Quercus:
quas moloſia ducit.hoc eſt epyroticas: mo
loſia enim in epyro eſt:ubi ſub quercu ſole
bāt columbæ reſponſa dare. Anhela:ergo
dixit propter ſimilitudinem uatū:qui deo
pleni & anhelātes reſpōſa dabāt: ut eſt : ſed
pectus anhelū & rabie fera corda domat.
Ipſi amnes: Apollini ſacri quorū hauſtus
uates faciunt & poetæ omnes. Sagis : diui
Præſagia nis.unde præſagia diuinationes mentis.ut
Virgilius.præſaga mali mens . Iamq; erit
ille dies:ciuitas enim in illo loco poſt eſt cō
dita:in quo hiatus terræ Amphiaraum re/
cepit quæ Amphiarma uocat̄: ut Home/
rus ait.ꝗ ille currus quem græci arma uo/
cant deciderit: in qua etiam oraculum eſt
quod Amphiaraon uocatur. Cum fune
re typhis:accuſatiuum caſum poſuit. Mi
nyas: ideſt quoſcunq; gubernatores nauis
aut aquis mortuo typhi gubernatore pri/
uatus eſſe doluerit. Leuabat:per ſermōis
enim uarietatem & luctus leuat̄ : & labor
decreſcit Virgi.Varioq; uiam ſermōe leua
bant. Diuerſa:hoſtili lucis diuerſæ reſtis
iuuenem affixere carinæ :ideſt cōtrariæ: ad
mœnia.ebrietate aut ſomno mœnia ꝑ mu
ris poſuit.ut Virgilius.ſed non ante.datam
cingetis mœnibus urbem. Idæaq; terga:
cretenſia tympana. Vario ſpiramine:tibiā
ſignificat uarie foratam.Virg.biforem dat
tibia cantum. Aulmnum: nutritum alū/
Pæanes nus enim ab alimentis dicitur. Pæanes: ꝑ
laudibus poſuit:nam pæanes uerſus ſunt ī
Homero Apollini dicti propter extinctū
Pæan pythonem. omnis laus græce pæan dicit̄.
ab admiratiōe.epinan etenim laudare græ
ce dicitur.Vir.lætumq; choro pæana ſecu/
ti. Coronatumque merum : ſecundum
Homerum dixit qui ait chrateras ī quibus
Vina uinum eſt coronant.Virgi.chrateras ſtatu/
coronant unt & uina coronant. Martis agros: ꝓpter
eos dixit:q ſatis draconis dentibus fuerant
nati. Ad chelyn:ideſt ad Amphionis cy/
tharam cuius dulcedinē ſecuta ſaxa extru/
xere muros thebanos. Et multa deductū:
ſuarum ſcilicet cupidinum & amorū. Hy
daſpē:optime.n.ibidē ſunt lapidū genera.

Limina:nec Lyciam ſupplex conſultor adibit
Quin & cornigeri uatis nemus:atq; Moloſſi
Quercus anhela Iouis. Troianaq; tymbra tacebit
Ipſi amnes:ipſeq; uolent areſcere laurus
Ipſe nihil certum ſagis clangoribus æther
Præcinet:& nulla ferientur ab alite nubes
Iamq; erit ille dies:quo te quoque conſcia fati
Templa colent:reddetq; tuus reſponſa ſacerdos
Talia fatidico peragunt ſolemnia regi
Ceu flammas ac dona rogo triſteſq; rependant
Exequias:molliq; animam tellure reponant
Fracta dehinc cunctis auerſaq; pectora bello
Sic fortes Minyas ſubito cum funere typhis
Deſtituit:non arma ſequi non fere uidetur
Remus aquas.ipſiq; minus iam ducere uenti
Iam feſſis gemitu paulatim corda leuabat
Exhauſtus ſermone dolor.noxq; addita curas
Obruit:& facilis lachrymis irrepere ſomnus
At non ſydoniam diuerſa in parte per urbem
Nox eadem.uario producunt ſydera ludo
Ante domos:utraq; ipſæq; ad mœnia marcent.
Excubiæ.gemina æra ſonant:idæaq; terga
Et moderata ſonum uario ſpiramine buxus
Tunc ſupremos dulces:atq; oē ex ordine alumnū
Numen ubiq; ſacri reſonant:pæanes ubique
Serta:coronatumq; merum.nunc funera rident
Auguris ignarii contraq; in tempore certant
Tyrrheſiam laudare ſuum.nunc fata reuoluunt
Maiorum.uetereſq; canunt ab origine Thebas
Hi mare Sydonium.manibuſq; attrita tonantis
Cornua.& ingenti ſulcatum Nerea tauro
Hi Cadmum.Laſſamq; bouem.fœroſq; cruenti
Martis agros.alii Tyriam reptantia ſaxa
Ad chelyn.& duras animantem Amphiona cautes
Hi grauidam Semelen.illi Cythareia laudant
Connubia.& multa deductam lampade fratrum
Hermionem.nullis iam deeſt ſua fabula menſis
Ceu modo gēmifeꝝ. thyrſo populatus Hidaſpē
Eoaſq; domos.nigri uexilla triumphi
Liber.& ignotos populis oſtenderet Indos
Tum primum ad cœtus.ſociæq; ad fœdera mēſæ
Semper in aſpectum.duraque in ſede latentem
Oedipodē exiſſe ferunt.uultuque ſereno
Caniciem nigram ſqualore.& ſordida fuſis
Ora comis laxaſſe manu:ſociumque benignos
Affatus.& abacta prius ſolatia paſſum

Quin hauſiſſe dapes.inſiccatumq; cruorem
Deieciſſe genis:cunctos auditq;: refertq;
Qui ditem:& furias tātum & ſi quādo regētem
Antigonem mœſtus ſolitus pulſare querelis
Cauſa latet:non huic tyrii ſors aſpera belli
Quātum bella iuuāt.natum hortaturq; probatq;
Nec uiciſſe uelit.ſed primos comminus enſes
Et ſcelerum tacito rimatur ſemina uoto
Inde epulæ dulces:ignotaq; gaudia uultu
Qualis poſt longæ Phineus ieiunia pœnæ
Nil ſtridere domi uolucres ut ſenſit abactas
(Nec dum tota fides) hilaris menſaſq; thoroſq;
Nec turbata feris tractauit pocula pennis
Cætera graiorum curis armiſq; iacebat
Feſſa cohors:alto caſtrorum ex aggere Adraſtus
Lethificos tenui captabat corde tumultus
Quanq̄ æger ſenio.ſed agit miſeranda poteſtas
Inuigilare malis:illum æreus undiq; clamor
Thebaniq; urunt ſonitus:& amara laceſſit
Tibia:tum nimio uoces marcore ſuperbæ
Incertæq; faces:etiam male peruigil ignis
Sic ubi per fluctus immo ratis obruta ſomno
Conticuit:tantiq; maris ſecuta iuuentus
Mandauere animas.ſolus ſtat puppe magiſter
Peruigil:inſcriptaq; deus qui nauigat alno
Tempus erat iunctos cum iam ſoror ignea phœbi
Sentit equos:penituſq; cauam ſub luce parata
Oceani mugire domum:ſeſeq; uagantem
Colligit.& moto leuiter fugit aſtra flagello
Concilium rex triſte uocat.quæruntq; gementes
Quis tripodas ſucceſſor agat.quo prodita laurus
Trāſeat.atq; orbum uitæ decus.haud mora. cūcti
Inſignem fama.ſanctoque Melampode cretum
Thyodamātha uolūt.qui cum ipſe arcana deorū
Partiri.& uiſas uni ſociare ſolebat
Amphiaraus aues.anteque haud inuidus artis
Gaudebat diei ſimilem.iuxtaque ſecundum
Illum ingēs confundit honos.inopinaque turbat
Gloria.& oblatas frondes ſubmiſſus adorat
Seque oneri negat eſſe parem.cogique meretur
Sicut Achimenius ſolium genteſque paternas
Excepit:ſi forte puer:cui uiuere patrem
Tutius. incerta formidine gaudia librat
An fidi proceres.an pugnet uulgus habænis
Cui latus Euphrate.cui Caſpia limina mandet
Sumere tunc arcus:ipſumque onerare ueretur

Quin hauſiſſe:etiam hoc fecit confirmā tis ē. Inſiccatumq; cruorem genis oleuiſſe.

Cauſa latet:latet cā læticiæ: qa uult poeta crudele eſſe quod gaudet:quare ſit ergo cō mutatus ad gaudium Oedipus ignorabāt thebani.erat autem illi cauſa læticiæ qđ dimicat aduerſum ſe ferre germanitas. Semina uoti:auribus menteq; captabat hoſtium'motus ex læticia proueniſſe. Inde epulæ:ſcilicet ei utriq; cauſa perſecutæ. Ieiunia pœnæ:phyneus rex arcadiæ liberis ſuis ſuperduxit nouercam cuius inſtinctu eos cæcauit:ob quam rem irati dii ei oculos ſubſtulerunt. & adhibuerunt harpyas a quibus ne dapes attingeret lōgo eſt ieiunii cruciatu uexatus. Quāq̄ æger ſenio: ſenium morbus eſt ſenectutis. Miſeranda poteſtas:quia maior poteſtas grauiori ſemper laude uexatur. Peruigil ignis: ideſt nō per uigilans quia contemptu argiuorum thebani uigilare non curabant. Deus qui nauiget alno :tutelam nauis ītelligimus cum gubernatore nauigare:habent enim pictos præſules quorum nominibus nuncupantur & naues. Sentit equos : poetice dictū cæterum non eſt ut luna ſolis inueniatur ſemper aduentu:hic lunam pro nocte poſuit. Mugire:ardore ſolis ſtridere. Prodita deſerta. Orbum:uiduatum hoc ē ſacerdotio carens. Iuxtaq; ſecundum:ut proximus huic lōgo ſed ꝓximus interuallo. Cōfundit honos:quia uictus ē uerecūdatur.i. iudicii ipſius gratia grauaẽ:recte ergo quod uerecūde excuſabat dignū erat ꝙ cogereẽ.

Phyneus

Sicut achemenius: Achemenes parthoꝝ ſeu medorum ciuitas eſt. Nec futile:futile uas eſt quoddam lato ore fundo anguſto: quo utebātur ī ſacris deæ ueſtæ: quia aqua ad ſacra ueſtæ in terra non ponitur ꝙ ſi fiat piaculum eſt.unde excogitatum eſt uas qđ ſtare non poſſet:ſed ſi poſitum ſtatim funderetur.unde & homo commiſſa non retinens futilis dicitur contra nō futilis bonus. conſiliis achemenius patrium ē: ideſt chaldeus achamenia ipſa eſt chaldea uocata ita a quodam crudeliſſimo rege de quo in Sedulio legitur.cuius achemeniam rabiē accenderat ira plus fornace ſua:non enim poterat eius ira placari niſi humano ſanguine.

Achēmenes
futile
Futilis
Achemenia
Sedulius Poeta

Gaudia librat:læticiæ gaudium metu pēſabat:utrum poſſet implere quod ſumpſeſerat. An fidi proceres:ideſt ſine recordatione paternæ gratiæ fides a ſociis etiam a filio ſeruaret. Cui caſpia:caſpiæ portæ ſunt ī armenioꝝ finibus cōſtitutæ. unde Luca. caſpia q̄ menſus eo ludūt clauſtra receſſus.

Caſpiæ portæ

Implere thyaram:ideſt nec capitis robore diadematis impleret menſuram : ipſe enim uelut particulæ ambitu antiquæ pro diademate utebatur:thyara enim dicit pyleum quod in capite ſacerdos martis.unde caput ſacerdotis coronatum fuiſſe oſtēdit.

Thyara

Cōuenitqꝫ deis:placuit ideſt dignus.hoc ſacerdotio a numinibus iudicatus eſt. Arboribus uiuis:ſemper uiuētibus ut cupreſſo aut lauro:aut certe uiridibus : ideſt nup abſciſſis. Integer annus:pro parte anni.

Creatrix:tellus animarum ſecundum pythagorā:qui omnibus creſcentibus uel areſcentibus licet inſenſibilibus animas tribuit. Requies:uolatus.n.aeris requies auiū.

Immobile mundi:quia ſola terra immobilitate fulcitur. Aere pendentem: qa mūdum opinantur æternum:terrā aiunt pendere aere ſuccinctam: unde Lucanus. dum terra fretum terramque leuauit aer. Currus uterqꝫ:ſolis & lunæ:quē antipoden uocant ut Virgilius.ſolemqꝫ ſuum ſua ſydera norunt. Indiuiſaqꝫ magnis.quia communis eſt Ioui Neptūno & Plutoni: etenim cū cælum mare inferos inter ſe ſortis euentu diuiderent:ſola terra indiuiſa permanſit.

Subterqꝫ & deſuper:nobis antipodibus inferiſqꝫ una eademqꝫ ſufficit. Omne homini natale ſolum:omnibus ē habitabilis terra & generans homines uti uigil opinio ſapientum:quamuis imperiti putent rotunditatem in omni circuitu habitare nō poſſe ſiue omne ſolum ſa ientia ptria ē. Tanq̄ humilis:duplex ſenſus. Vndiqꝫ: undiqꝫ maneas communis. Nos diua grauaris.i. fers grauiter & hac elocutione non niſi per accuſatiuum utimur ut ſi dicas grauor aduentum tuum:ideſt grauiter fero. Ceu te cyrrhæo:monte Parnaſo.qa in cyrrha parte mōtis ipſiu hiatus eſt terræ ubi delphica reſpōſa dabātur:ut Lucanus:totius pars magna Iouis cyrrhæa per antra ex æthereo trahitur connexa tonanti. Præſaga : qbus diuinare poſſis:ideſt ſacrificio denunciare.

Grauor

Patris equum:uiſuſqꝫ ſibi nec ſceptra capaci
Suſtentare manu nec adhuc implere thyaram
Atqꝫ is ubi intorto ſignauit uellere crinem
Conuenitqꝫ deis.hilari per caſtra tumultu
Vadit ouans.ac prima ſui documenta ſacerdos
Tellurem placare parat.nec futile mœſtis
Id uiſum danais.geminas ergo ilicet aras
Arboribus uiuis.& adulto ceſpite texi
Imperat. innumeroſqꝫ deæ ſua munera flores
Et cumulus frugū.& quicquid nouat iteger annus
Addit.& intacto ſpargens altaria lacte
Incipit.o hominum diuumqꝫ æterna creatrix
Q uæ fluuios.ſyluaſqꝫ animas.& ſemina mundi
Cuncta.Promethæaſqꝫ manus Pyrrhæaqꝫ ſaxa
Gignis.& impaſtis quæ prima alimenta dediſti
Mutaſtiqꝫ uiros.quæ pontum ambiſqꝫ.uehiſqꝫ
Te penes & pecudum gens mitis.& ira ferarum
Et uolucrum requies.firmum ac immobile mundi
Robur in occidui.te uelox machina cæli
Aere pendentem uacuo.te currus uterqꝫ
Circuit.o rerum media indiuiſaqꝫ magnis
Fratribus.ergo ſimul tot gentibus alma tot altis
Vrbibus.ac populis ſubterqꝫ.ac deſuper una
Sufficis aſtriferumqꝫ domos Atlanta ſupernas
Ferre laborantem nullo uehis ipſa labore
Nos tantum portare negas? nos diua grauaris
Q uod precor ignari luimus ſcelus? an qa plæbes
Externa inachiis huc aduentamus ab oris?
Omne homini natale ſolum nec te optima ſæuo
Tanq̄ humiles populos deceat diſtinguere finem
Vndiqꝫ ubiqꝫ tuis maneas communis.& arma
Hinc atqꝫ inde feras:liceat precor ordine belli
Pugnaces efflare animas.& reddere cælo
Ne rape tam ſubitis ſpirantia corpora buſtis
Ne propera.ueniemus eo quo limite cuncti
Q ua licet ire uia.tantum exorata Pelaſgis
Siſte leuem campum celeres neu præcipe parcas
At tu care deis.quem non manus ulla.nec enſes
Sydonii ſed magna ſinu natura ſoluto
Ceu te cyrrhæo meritum tumularet hiatu
Sic amplexa coit.hilaris des oro precatus
Noſſe tuos cæloqꝫ & uera monentibus aſtris
Concilies.& quæ populi perferre parabas
Me doceas.tibi ſacra feram præſaga tuiqꝫ
Numinis interpres.te phœbo abſente uocabo
Ille mihi delo.cyrrhaqꝫ potentior omni

Quo ruis ille adytis melior locus. hæc ubi dicta
Nigrantes terra pecudes obſcuraq; mergit
Armenta. ac uiuis cumulos undantis arenæ
Aggerat. & uati mortis ſimulacra rependit.
Talia apud graios. cum iam mauortia contra
Cornua iam ſæuos fragor æreus excitat enſes.
Addit acerba ſonum theumeſia uertice crinem
Incutiens acuitq; tubas & ſibila miſcet
Thiſiphone. ſtupet inſolito clangore cytheron
Marcidus & turres carmen non tale ſecutæ
Iam trepidas bellona fores. armataq; pulſat
Limina. iam multo laxantur cardine portæ.
Turbat eques. pedites. currus properãtibus obſtãt
Ceu danai poſt terga premant. ſic omnibus alæ
Arctantur portis. ſeptemq; ex curſibus hærent
Ogygiis. it forte creon etheoclea mittunt
Neyſtæ. celſas hemoloidas occupat hemon
Ipſea propeciæ. celſum fudere dryanta
Helectræ. quatit hipſiſtas manus eurymedontis
Culmina magnanimus ſtipat dyrcea menœceus.
Qualis ubi aduerſi ſecretus pabula cæli
Nilus & æoas magno bibit ore pruinas
Scindit fontis opes. ſeptemq; patentibus aruis
In mare fert hyemes. penitus ceſſere fugatæ
Nereides. dulciq; timent concurrere ponto.
Triſtis at inde gradũ tarde mouet inacha pubes
Præcipue Helææ lacedæmoniæq; cohortes
Et pylii. ſubitum nam thyodamanta ſequuntur
Augure fraudati. nec dum acceſſere regenti.
Nec tua te priceps tripodum ſola agmina quærũt
Cũcta phalãx ſibi deeſſe putat. minor ille p alas
Septimus extãt apex. liquido uelut æthere nubes
Inuida parrhaſis unum ſi detrahat aſtris
Truncus honor plauſtri. nec idem nitet igne reciſo
Axis. & incerti numerant ſua ſydera nautæ.
Sed iam bella uocant alias noua ſurgere uires
Calliope. maiorq; chelin mihi tendat apollo.
Fatalem populis ultro poſcentibus horam
Admouet atra dies. ſtygiiſq; emiſſa tenebris
Mors fruitur cælo. bellatoremq; uolando
Campum operit. nigroq; uiros inuitat amictu
Nil uulgare legens. ſed quæ digniſſima uita
Funera præcipuos annis. animiſq; cruento
Angue notat. iamq; impenſum omne ſororum
Scinditur & furiæ rapuerunt licia parcis:
Stat medius campis etiam num cuſpide ſicca

Ille adytis melior: ille locus reſponſis dã/dis eſt dignus. ubi hiatu terræ ſubmerſus ẽ Amphiaraus. Et uati: ideſt Amphiarao imaginem funus exoluit. ut Vir. Tunc ego/met tumulum rœtheo in littore inanẽ con ſtitui. Cytherõ: horruit tubarum ſonitu: mons qui ante conſueuerat ſacrorum uo/ces audire. ut Virgi. Nocturniſq; uocat cla/more cytheron. Marcidus: aut mœrore ſqualidus: aut cantu Tiſiphones fœdatus. — *Cytherõ*

Carmen non tale tubarum: ſenſus, ſtupẽt urbes thebanæ ſonitum Tiſiphones quæ Amphionis manibus fuerant fabricatæ.

Ogygiis: omnium ciuitas thebanæ porta rum nomina eleganter poeta monſtrauit Hemoloidas: proticias. helactras. hypſi/ſtas. dyrceam. Aduerſi: meridiani: id/eſt ægyptii. Nilus: enim flu. eſt ſeptem ca/pitibus fluens: unde a græcis ἑπτασμος heptaſmos dictus eſt: quæ omnia eius ho/ſtia his nominibus nuncupãtur. peluſion. tananticon. medeſiacon. factamicon. ſeue/neticon. uoluetion. canopon. Pabula cæli: imbres ſecundum phyſicos alimenta ſunt fluminũ. Bibit ore pruinas: bibit accipit. i. æthiopum niues colligit: quas præſtat ori/ens: ideſt ægyptus. ſiue eas pruinas bibit ſe creto fonte: quo ægyptii regnãt. Hyemes: aquarum incrementa: qualia fluminibus hyems ſolet inferre. Dulci ponto: nilo ſpe cie maris uenienti. Præcipue helææ: in cathalogo horum meminit: qui ad auxi/lia uenerant Amphiarai. Auget reſupina maniplos: æoli & filiorũ meminit. Quos pylos & dubiis male ditata carinis. Subi/tum: inopinanter illis propoſitum. Acceſ/ſere regenti: animũ cõmodauerunt. ut Lu canus. Accedunt ſyriæ populi. Minor ille: thiodamas ex ſex ducibus minor erat. Si detrahat aſtris: quando helice & cynoſura filiæ Lycaonis arcadis fuerũt. ergo de ſeptẽ trionibus dicit. Incerti: dubitãtis cum ſex uidet ſydera utrum ſit ſeptentrion. in ſeptẽ trionali plauſtro ſeptẽ ſunt ſtellæ. Maior/que: ideſt non talis qualis ſolet in lyricis in uocari carminibus: aut certe in aliis operi/bus quæ ad res pertineret bellicas mox ſo/lẽt: ſed maior furioſior: qui bellica tuba ſit dignus: ut ipſe ſuperius. Atq; alio capaneus honore canendus. Angue notat: dedicat morti. Scindit': ita. n. factum eſt: ut multo rum uita pariter finiretur dedicat morti. — *Thebanæ portæ. vii* — *Heptaſmos Nili hoſtia*

Abolet:delet memoriam ſuorum ac deſiderium illis ex animo:& a toto tranſit ad partes dicendo connubia natos. Decreſcere campū:acceſſione utriuſq; exercitus medium quod erat minuebatur ſpatium: ita enim fuerant uicinitate denſati: ut cāpus q medius fuerat interiret. Suſpiria fumant: ex ardore utique uicinorum ſibimet repugnantium. In caſſide criſtæ: ſplendorem galearum inuicem uicina arma reddebāt. Coni:cacumina galearum. Cruoribus aurum:neceſſitas enim belli:aurum aut pdit aut mutat. Vitæ prodiga:mortem nō curans.Horatius.Animæ prodigum paulum. Solida niue:definitio eſt grandinis. Libyæ boreas:flāte enim aquilone: ſi hic ſerenum eſt pluit in africa. Non una morte ſagittæ:quæ & ferro perimant & ueneno. Nunc turba recedit:modo pelluntur. modo reſiſtentes occupant locum quem amiſerant. Aſopius hypſeus:hic eſt qui fuit principium pugnæ.

Coni

Armipotēs:iamq; hos clypeum .iā uertit ad illos
Arma ciens.aboletq; domos connubia natos
Pellitur.& patriæ & qui mente nouiſſimus exit
Lucis amor.tenet in capulis.haſtiſq; paratas
Ira manus. animuſq; ultro thoracas anhelus
Conantur.galeæq; tremunt horrore comarum
Quid mirum caluiſſe uiros flammātur i hoſtē
Cornipedes.niueoq; rigant ſola putria nymbo
Corpora.ceu mixtis dominis iraſq; ſedentum
Induerint.ſic fræna terunt.ſic prelia poſcunt
Hinnitu .tolluntq; armos.equitemq; fatigant
Iamq; ruunt.primuſq; uirum concurrere puluis.
Incipit.& ſpatiis utrinq; œqualibus acti
Aduentant.mediumq; uidēt decreſcere campum
Iam clypeus clypeis.umbone repellitur umbo
Enſe minax enſis.pede pes.& cuſpide cuſpis
Sic obnixa acies pariter ſuſpiria firmant
Admotæ nitent aliena in caſſide criſtæ
Pulcher adhuc belli uultus.ſtant caſſide coni
Plena armenta uiris.nulli ſine præſide currus
Arma loco.ſplendent clypei.pharetræq; decoræ
Cingulaq;.& nondum deforme cruoribus aurū.
At poſtq̄ rabies.& uitæ prodiga uirtus
Emiſere animos.non tanta cadentibus hedis
Aeriam rhodopen ſolida niue uerberat arctos
Nec fragor auſoniæ tantus cum iuppiter omni
Arce tonat.tanta quatitur nec grādine ſyrtis
Cum libyæ boreas italos niger attulit imbres.
Excluſere diem tælis.ſtant ferrea cælo
Nubila.nec iaculis artatus ſufficit aer.
Hi pereunt miſſis.illi redeuntibus haſtis
Concurrunt per inane ſudes.& mutua perdunt
Vulnera:concurrunt haſtæ ſtridentia funda
Saxa pluunt.uolucres imitantur fulgura glandes
Et formidandæ non una in morte ſagittæ.
Nec locus ad terram tælis.in corpora ferrum
Omne cadit.ſæpe ignari perimuntq; caduntq;
Caſus agit uirtutis opus.nūc turba recedit
Nūc premit.ac uicibus tellurem amittit & aufert
Vt uētis nymbiſq; minax.cū ſoluit habænas
Iuppiter.alternoq; affligit turbine mundum
Stat cæli diuerſa acies.nunc fortior auſtri
Nunc aquilonis hyems: donec purgante procella
Aut nimiis hic uicit aquis.aut ille ſereno
Principium pugnæ turmas aſopius hypſeus
Oebalias.(namq; hæc magnum & gentile tumētes

Euboicum duris rumpunt umbonibus agmen)
Reppulit erepto cunei ductore menalca.
Hic & mente lacon crudi torrentis alumnus
(Nec turpauit auos) haſtam intra pectus euntem
Ne pudor intergo per & oſſa & uiſcera retro
Extrahit. atq; hoſti dextra labente remiſit.
Sanguineam dilecta genis morientis oberrant
Taygeta. & pugnæ laudataq; prælia matri.
Phedimon iaſidem arcu dyrceus amyntas
Deſtinat (ah celeres parcæ) iam palpitat aruis
Phedimus. & cetri nondum tacet arcus amyntæ.
Abſtulit ex humero dextram calydonius agro
Phegeos illa ſuum terra tenet improba ferrum
Et mouet. extimuit ſparſa inter tæla iacentem
Progrediens. truncumq; tamen percuſſit acetes
Iphin atrox athamas. argũ ferus impulit hypſeus
Strauit abanta pheres. diuerſaq; uulnera flentes
Iphis eques. pedes argus. abas auriga iacebant.
Inachidæ gemini geminos ex ſanguine cadmi
Occultos galeis (ſæua ignorantia belli)
Perculerant animo. ſed dum ſpolia omnia cæſis
Eripiunt. uidere nefas. & mœſtus uterq;
Reſpicit ad fratrem. pariterq; erraſſe queruntur
Cultor ion piſæ. cultorem daphnea cyrrhe
Turbatus proſtrauit equis. hunc laudat ab alto
Iuppiter. hũc tũc tardus. fruſtra miſeratus apollo.
Ingentes fortuna uiros illuſtrat utrinq;
Sanguine in aduerſo danaos cadmeius heros
Sternit. agitq; furẽs. ſequitur tyria agmina tydeus
Hunc pallas præſens: illum thyrinthius implet.
Qualiter hiberni ſummis duo montibus amnes
Franguntur. geminaq; cadunt in plana ruina
Contendiſſe putes uter arua arbuſtaq; tollat
Altius: aut ſuperet pontes. ecce una receptas
Confundit iam uallis aquas. ſibi quiſq; ſuperbus
Ire cupit. pontoq; negant deſcendere mixti.
Ibat fumiferam quatiens oncheſtius idas
Lampada per medios. turbabatq; agmina graium
Igne uiam rumpẽs. magno quem comminus ictu
Tydeos haſta feri: diſcuſſa caſſide fixit
Ille ingens in terga iacet. ſtat fronte ſuperſtes
Lancea. cum lapſæ ueniunt in tempora flammæ.
Proſequitur tydeus. ſæuos ne dixeris argos.
Igne tuo thebane rogum concedimus arde
Inde uelut primo tygris gauiſa cruore
Per totum cupit ire pecus. ſic aona ſaxo

Hic & mente lacon. Lacones potentiſſimos dicit eſſe uirtutis .ideo hunc Menaleõ fratrem memorat tam mente quam gẽte. Crudi: aut quia in colle eurotæ fluminis plagis prædurantur ad patientiam agonici certaminis: unde Hora. nec me tam patiens Lacædemõ agon. ipſe Diamas tigoſis dicitur. Ne pudor in tergo: haſtam pectori in fixam retrahit. ne poſt tergum exeundo uulnus infamia uideret. Taygeta: mõs laconum libero & Apollini ſacer. Laudataque uerbera matrum: centaurorum: quã Oreſtes de ſcythia tranſtulit. conſueuerat enim humano ſanguine placari: cuius cum ſimulacrum in Laconiam delatum fuiſſet: ne quod piaculum naſceretur intermiſiõe ſolemni ſacrificauere: ne ue crudelitate populus obediret .inuentum eſt inter ſe impuberis pueri de ſuſtinendis uerberibus contenderent: ac ſe in hanc patientiã prouocarent: & ſuper aram Dianæ impoſitis flagellis uerberabantur tam diu: donec ex corpore humano ſanguis flueret: qui inſtar eſſet ſacrificii. hi autem appellabantur ſuo minicæ. Tacet arcus amyntæ: celeritas iaculantis expreſſa eſt: ut ante peremptus occumberet: quam ſonus de arcus tenſione ceſſaret. Diuerſa: tres occiſi diuerſo mortis genere ſunt: quos poeta a tribus dicit eſſe proſtratos. Inachidæ gemini: græci gemini. geminos thebanos aggreſſi ſunt quodam caſu per errorem belli: & cum eos occidiſſent geminos per ignorantiam querebantur: quoniã & geminos eſſe ſe meminerant. Erraſſe queruntur: nam nudatos armis agnouerunt. Laudat ab alto uictũ: Minoris dei poſuit ſacerdotem: ne potioris meritis derogaret. Illuſtrat utrinq;: Tydeum Ethemonam dicit. piorum uirtus ĩ alternis belli partibus pro deorum fauore laudatur. Mixti: ne alter alterius nomen incurrat. Ne dixeris argos: quaſi negauerint tibi ſepulturam. Arde tuo tibi tælo: concedimus ſepulturam.

Taygeta Lacedemonum uerbera

Mera ſacerdos:mera nomen eſt ſacerdotis. Prohibente dea:excuſauit cur illis Venus auxilium non tulerit. Pleuron:ciuitas ætholiæ:apud quam cum mortem Meleagri ſuæ ſorores deflerent:in aues dicuntur conuerſæ:ut ſupra.Flætaque cognatis auibus meleagria pleuron. Obuerſum:obſtã tem ab aduerſa parte. Vtraq; tempora: ex utraq; parte diuiſum eſt caput. Non hoc metuens:inſperato & nouo mortis genere periit. Inopino limite:q̃a uitæ limes ſemp eſt icertus. Sæuus uterq;:quia neuter ad iuuat decertantes:& Apollo & liber. Fida ſoror:nouerca enim ſorori uult Herculem repugnare. Sed mitto agnoſcere:ſubaudis genus huic magnum nobileque: ſed apoſiopoſis ĩfecit Virgi.Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus. Comminus hyllum: Hyllus & Amphitrion Herculis & Omphale filii.hic autem dæmon genus Herculis ducit tantum. hoc autem dicit tã tum mihi tui eſt reuerentia:ut contra uoluntatem tuam nec pro liberis repugnarẽ.

Pleuron

Quantum hæc:docet poeta ingenio uirtutem cedere.nã id ait oratio Herculis blãdientis. Tu patrem cælumq; mihi:dicit ſe Mineruæ auxilio ad cælum uſque perductum:monſtra uincendo. Vultus:decolor quem pauloante ira mutauerat. Tæla rotat:quia iam demum tæla irrita iaciebat.

Enſe pholum.cromin enſe.duos helicaonas haſta
Tranſigit.ægeæ ueneris quos mera ſacerdos
Ediderat prohibente dea.uos præda cruenti.
Tydeos it ſæuas etiam num mater ad aras.
Nec minus herculeum cõtra uagus hemona ducit
Sanguis inexpleto rapitur per milia ferro.
Nunc tumidæ calydonis opes. nũc torua philenes
Agmina.nunc mœſtæ fundes pleuronis alumnos.
Donec in holenium feſſa iam cuſpide buten
Incidit.hunc turmis obuerſum.& ſe abire uetãtẽ
Aggreditur puer.ille puer malaſq; comaſq;
Integer ignaro.cui tunc thebana bipennis
In galeam librata uenit.funduntur utraq;
Tempora.diuiduiq; cadunt in brachia crines.
Et non hoc metuens inopino limite uita
Exiluit.tunc flauum hipanim.flauumq; polyten
Ille genas phœbo crinem.hic paſcebat iacho.
Sæuus uterq; deus.uictis hiperiona iungit.
Conuerſumq; fuga damaſum.ſed lapſa per armos
Haſta uiri trans pectus abit.parmamq; tenenti
Excutit. & ſumma fugiens in cuſpide portat.
Sterneret aduerſos etiam num hiſmenius hemon
Inachidas.nam tæla regit uireſq; miniſtrat
Amphitrioniades.ſæuum.ſed tydea contra
Pallas agit.iamq; aduerſo uenere fauore
Comminus.& placido prior hæc thyrinthius ore
Fida ſoror.quænam hunc nobis caligine metis
Congreſſum fortuna tulit.num regia iuno
Hoc molita nefas? citius me fulmina contra
Infandum.ruere.& magno bellare parenti
Aſpiciat.genus huic.ſed mitto agnoſcere . quando
Tu diuerſa foues.nec ſi ipſum comminus hyllum
Tydeos haſta tui.ſtygioq; ex orbe remiſſum
Amphitriona petat.teneo æternumq; tenebo
Q uãtum hæc diua manus.quotiẽs ſudauerit egis
Iſta mihi: duris famulus cum caſibus omnes
Luſtro uagus terras.ipſa heu comes inuia mecum
Tartara ni ſuperos acheron excluderet iſſes
Tu patrem.cælumq; mihi.quis tanta relatu
Aequet? habe totas.ſi mens excindere thebas
Cædo equidem.ueniamq; precor ſic orſus abibat
Pallada mulcet honos.rediitq; ardore remiſſo
Vultus.& erecti ſederunt pectoris angues.
Senſit abiſſe deum.leuius cadmeius hemon
Tæla rotat.nulloq; manum cognoſcit in ictu.
Tunc magis atq; magis uires animuſq; recedunt

Nec pudet ire retro.cædentem acheloius heros
Impetit.& librans uni ſibi miſſile tælum
Direxit iactus.ſummæ qua margine parmæ
Ima ſedet galea.& iuguli uitalia lucent.
Nec fruſtrata manus.mortemq; inuenerat haſta.
Sed prohibet.paulumq; humeri librare ſiniſtri
Præbuit.& merito parcit tritonia fratri.
Ille tamen nec ſtare loco.nec comminus ire
Amplius.aut uultus audet perferre cruenti
Tydeos.ægra animo uis.ac fiducia ceſſit
Qualis ſetigeram lucana cuſpide frontem
Strictus aper.penitus cui non infoſſa cerebro
Vulnera.nec fœlix dextræ tenor.in latus iras
Frangit.& expertæ iam non uenit obuius haſtæ.
Ecce ducem turmæ certa indignatus in hoſtem
Spicula fœlici prothoum torquere lacerto
Turbidus oenides.una duo corpora pinu
Cornipedemq; equitemq; ferit.ruit ille ruentem
In prothoum.lapſaſq; manu quærentis habænas
In uultus galeam clypeumq; in pectora calcat.
Sautius extremo donec cum ſanguine frænos
Reſpuit.& iuncta domino ceruice recumbit.
Sic uulnus.uitiſq; duplex iactura coloni
Gaurano de monte cadit.ſed mœſtior ulmus
Quærit utrũq; nemus.nec tam ſua brachia labẽs
Quam gemit aſſuetas.inuitaq; proterit uuas.
Sumpſerit in danaos heliconius arma corymbus
Ante comes muſis ſtygii cui conſcia penſi
Ipſa diu inſpectis lœtum prædixerat aſtris
Vraniæ.cupit ille tamen pugnaſq; uiroſq;
Forſitan ut caneret longa iacet ipſe canendus
Laude.ſed amiſſum muſæ fleuere ſorores
Pactus agenoream primis athis ibat ab annis
Iſmenen.tyrii iuuenis non aduena belli.
Quãuis cyrrha domus.ſocios nec triſtibus actis
Auerſatus erat:ſponſam cui caſtus amanti
Squalor.& indigni commendat gratia luctus.
Ipſe quoq; ægregius.nec pectora uirginis illi
Diuerſa:inq; uicem ſineret fortuna placebant.
Bella uetant tædas.iuueniq; hinc maior in hoſtes
Ira.ruit primis immixtus & agmina lernæ
Nunc pedes enſe uago.prẽſis nunc celſus habænis
Ceu ſpectetur agit.triplici uelauerat oſtro
Surgentes etiam num humeros.& leuia mater
Pectora.tunc auro phaleras.auroq; ſagittas
Cingulaq;.& manicas.ne coniuge uilior iret

Impetit: compoſuit ſibi uerbum in pectore. Vni ſibi:quod ipſe ſolus poſſit excutere. Margine parmæ:extremitate ſcuti. Humeri librare: perſtringere aut leuiter tangere. In latus iras: Horatius. Obliquũ meditaris ictum. Certa indignatus: certa ſpicula mortem peragentia: ſiue quæ poſſent ferire indignatus certa prothoũ fœlicia lacerto in hoſtem ſpicula certa torquere. Gaurano:gaurus mons campaniæ. Vlmis uitibuſq; cõtextus. Vtrũq; nemus: ſuũ & uitis. Lœtũ p̃dixerat aſtris:uraniæ lœtũ eius urãiæ p̃dixerat muſa: & cõſcia mortis eius uicinæ aſtra mõſtrauerat. Triſtibus: propter incæſtum & parricidium oedipi.

Placebant:ut ille tranſiret in fœminã ceu ſpectentur ſic pugnabat:quaſi uirtutis ſuæ iudice ſpectare. Surgentes:creſcentes:quia adhuc puer erat. Cõiuge:hiſmene ſcilicet.

Preſſerat:ſculpſerat ſiue cælauerat. Talibus:nõ ualidis ſepulchris. Craſſatos: extinguenda ſæuiens. Sic hyrcana umbra: arabicæ ſyluæ.& eſt arabia in hoſpitalis. ut Virgilius.Hyrcanæq̧ admorunt ubera tygres. Caſpius ſubaudis armenius. Magni ſanguinis:tauri aut hominis. Solo corpore:non uirtute tydeum permenſus ẽ:ſed corporis paruitatem. Hauſit: penetrauit ſiue percuſſit. Haud dubium fati: procul dubio periturum. Arceat ipſum:ſe ipſum dicĩt pudore tardari:ne ſic turpes delicataſque exuuias de hoſte domum referret. Illudenda:oſtendit arma morientis ita cultu ipſo fuiſſe deformia:ut mulieribus ad illudendum tantũmodo apta uiderentur. Fallit athis:ordo lapſus athis non fallit Menœcea clamore ſemianimi. Nec prohibent tyrii:ſpoliabãt Athis cadauer Arcades. nec repugnabant thebani. Terrigenas mentita : gn degeneratis ab illorum uirtute:qui dicuntur draconis dentibus ſatis de terra progeniti. Pignora tanta: coniuges liberoſque.

Innoxia ꝓles:diſſimilis fratribus. Aegis: ideſt ego ſub ægide : ideſt ſub pelle leonis conſtitutus quotiens laborauerim ſubaudi tu noſti & auxilium mihi ꝑbuiſti . ægis proprie eſt pellis amaltheæ capræ.quã Iuppiter fertur tenere:ſed hic pro pelle leonis poſuit:quam ferebat Hercules. Sic pãdioniæ:hoc dicit propter Prognem & Philomelam:quæ filiæ ſyrii erant pandionis : ac per hoc moribus bonis eruditæ quæ ſe nõ aderant:ut alibi.hic atque hic natæ melior iã ſexus.ad mores rettulit meliorẽ ſenſum nõ ad naturam. Nec mala.i. bella ꝑſentia.

Preſſerat.& mixtum cono criſpauerat aurum
Talibus heu fidens uocat ultro in prælia graios
At primum faciles graſſatos cuſpide turmas
Arma refert ſociis.& in agmina fida peracta
Cæde redit:ſic hircana leo caſpius umbra
Nudus adhuc.nulloque iubæ flauentis honore
Terribilis.magnique etiam num ſanguinis inſons
Haud procul a ſtabulis captat cuſtode remoto
Segne pecus.teneraq̧ famem conſumit in agna.
Mox ignotum armis.ac ſolo corpore menſus
Tydea non timuit.fragiliq̧ laceſſere tælo
Sæpius infrendentem aliis.alioſq̧ ſequentem
Auſus erat.tandem inualidos etholus ad ictus
Forte refert oculos & formidabile ridens.
Iamdudum uideo magnum cupis improbe lethi
Nomen ait.ſimul audacem non eſſe.nec haſta
Dignatus leuiter digitis imbelle ſolutis
Abiecit iaculum.latebras tamen inguinis alte
Miſſile.ceu totis intortum uiribus auſit.
Præterit.haud dubium fati.& ſpoliare ſuperbit
Oenides.neq̧ eni has marti.aut tibi bellica pallas:
Exuuias figemus ait.procul arceat ipſum
Ferre pudor.uix ſi bellum comitata relictis
Deiphile thalamis illi illudenda tuliſſem
Sic ait.& belli maiora ad præmia mente
Ducitur innumeris ueluti leo forte potitus
Cædibus imbelles uitulos.molleſq̧ iuuencas
Tranſmittit.magno furor eſt in ſanguine mergi
Nec niſi regnantes ceruice recumbere tauri.
At non ſemianimi clamore mœnecea lapſus
Fallit athis:præuertit equos curruq̧ citato
Deſilit.inſtabat pubes thegeæa iacenti
Nec prohibent tyrii.pudeat cadmea iuuentus
Terrigenas mentita patres.quo tenditis inquit
Degeneres? meliuſne iacet pro ſanguine noſtro
Hoſpes athis? tantũ hoſpes adhuc.& cõiugis ultor
Infœlix.nondum iſte ſuæ.nos pignora tanta
Prodimus? inſurgunt iuſto firmata pudore
Agmina.cuiq̧ ſuæ rediere in pectora curæ.
Interea thalami ſecreta in parte ſorores
Par aliud morum.miſeriq̧ innoxia proles
Oedipodæ uarias miſcẽt clamore querelas.
Nec mala quæ iuxta:ſed longa ab origine fati.
Hæc matris tædas oculos aſt illa paternos
Altera regnãtem. profugum gemit altera fratrem
Bella ambæ.grauis hinc miſeri cunctatio uoti.

Nutat utroque timor quæ nã hæc certamie uictũ
Q uem uiciſſe uelint. tacite præponderat exul.
Sic pandioniæ repetunt ubi fida uolucres
Hoſpitia atque larem bruma pallente relictum
Stantque ſuper nidos.ueteriſque exordia fati
Enarrant tectis.& truncum ac flebile murmur
Verba putant.uoxq; illa tamen nõ diſſona uerbis
Atq; ibi poſt lachrymas.& longa ſilentia rurſus
Inchoat hiſmene.quis nam hic mortalibus error?
Q uæ decepta fides.curam inuigilare quieti
Claraq; per ſomnos animis ſimulacra reuerti
Ecce ego quæ thalamos.nec ſi pax alta maneret
Tractarem ſenſu(pudet heu)connubia uidi
Nocte ſoror.ſpõſum unde mihi ſopor ĩtulit amẽs
Vix notum uiſu? ſemel his in ſedibus illum
Dum mea neſcio quo ſpondentur fœdera pacto
Reſpexi.non ſponte ſoror.turbata repente
Omnia cernebam.ſubituſq; intercidit ignis
Meq; ſequebatur rabido clamore repoſcens
Mater.atyn.quænam hæc dubiæ præſagia cladis?
Nec timeo dum tuta domus.mileſq; recedat
Doricus & tumidos liceat componere fratres
Talia iactabant ſubito cum pigra tumultu
Expauit domus.& multo ſudore receptus
Fertur atys ſeruans animam.iam ſanguine nullo
Cui manus in plaga.dependet languida ceruix
Exterior clypeo.crineſq; a fronte ſupini.
Prima uidet.caramq; gemens iocaſta uocabat
Hiſmenẽ. namq; hoc ſolum moribunda precatur
Vos generi.ſolum hoc gelidis iam nomen inerrat
Faucibus.exclamant famulæ:tollebat in ora
Virgo manus.tenuit ſæuus pudor.attamen ire
Cogitur:indulget ſummum hoc iocaſta iacenti
Oſtenditq;.offertq; quater.iam mote ſub ipſa
Ad nomen uiſus.dilectaq; fortiter ora
Suſtulit.illam unam neglecto lumine cæli
Aſpicit & uultu non exatiatur amato.
Tunc quia nec genitrix iuxta poſituſq; beata
Morte pater.ſponſæ munus miſerabile tradunt
Declinare genas.ibi demum teſte remoto
Feſſa pios gemitus.lachrymaſq; in uulnera fudit
Dumq; ea per thebas aliis ſerpentibus ardens
Et face mutata bellum integrabat enyo
Arma uolant primos ueluti modo cõminus ictus
Suſtulerint.omniſq; etiam num luceat enſis
Eminet oenides.q̃uis & arundine certa

Nutat:dubitant germanæ:cui magis fratrum timerent. Exul:polynici tanq̃ exuli plus fauebant. Murmur: cõfuſus ſonitus lachrymantium:& ſine ſignificatione uerborũ. Quæ decepta fides:fides eſt ĩ ſomniis quæ habeamus in uoto. Neſcio quo: elegãter expreſſit affectum uirginis. poeta dicit ſe nuptiarum ordinẽ ignorare. Non ſponte ſoror:dicit ſe caſu ab errantibus reſpexiſſe oculis. Receptus:ab hoſtibus liberatus. Clypeo:nam ſuper clypeum ferebatur. Sæuus pudor:qui officium prohibebat. Summum:ultimum. Fortiter ora: cum ei diceretur præſens eẽ Hiſmene eius ſponſa. Beata morte:qua faciente funus filii non potuit cernere. Aliis ſerpentibus: recenſioribus quaſi primi defeciſſent. Luceat enſis:quaſi purus ſanguine illum fugiunt:tydea.ſ.quẽ acriter cũcti formidabãt.

Rependere noctē:reſtituere:in qua quinquaginta inſidiantes ſibi thebanos occiderat. Inexpletis:pro inexplicitis ad cælū trāſtulit:uel quod ad ſuum animum pertinebat quem thebanorum cæde contentum tantorum.ubi autem ſic dixit:quaſi in recordationem nominis illius caſu inciderit. Fulgore:ornamēto diadematis regii. Flāmiger ales:aquilam dixit:quæ Iouis fulminibus ſeruit. In arma palam : tangit illud qđ occulte illi inſidiatus ē: & dicit ſe aperta luce uirili modo uelle confligere. Illū: iuuencum. Ilia corui:ad mortem tot homines:quot membra ſunt. Gentilis aper: de ea gente unde Tydeus fuerat : ideſt Calydonius:qui a Meleagro occiſus eſt : & hic aprum pro pelle poſuit.

Parthonopæus agat. morientumqꝫ ora furenti
Hyppomedon proculcet equo.capaneaqꝫ pinus
Iam procul aoniis uolet agnoſcenda cateruis.
Tydeos illa dies.illum fugiuntqꝫ tremuntqꝫ
Clamantem quo terga datis. licet ecce peremptos
Vlciſci ſocios.mœſtamqꝫ rependere noctem
Ille ego inexpletis ſolus qui cædibus hauſi
Quinquaginta animas. totidē totidemqꝫ gregati
Ferte manus.nulline patres.nulline iacentum
Vnanimes fratres? quæ tanta obliuio luctus
Quam pudet inachias cōtentum abiſſe micenas
Hi ne ſuper thebas? hæc robora regis? ubi autem
Egregius dux ille mihi.ſimul ordine læuo
Ipſum exhortantem cuneos.capitiſqꝫ ſuperbi
Inſignem fulgore uidet.nec ſegnius ardens
Accurrit niueo q̄ flamiger ales olori
Imminet.& magna trepidū circunligat umbra.
Tunc prior aoniæ rex o iuſtiſſime gentis
Imus in arma palam.tandemqꝫ oſtēdimus enſes
An noctem.& ſolitas placet expectare tenebras?
Ille nihil contra.ſed ſtridula cornus in hoſtem
It referens mandata ducis.q̄ prouidus heros
Iam iam in fine uiæ percuſſam obliquat.& ipſe
Tælum ingens auide.& quanto non ante lacerto
Impulit.ibat atrox finem impoſitura duello
Lancea.conuertere oculos utrinqꝫ fauentes
Sydoniiqꝫ.græciqꝫ dei.crudelis erinnys
Obſtat.& infando differt etheoclea fratri
Cuſpis in armigerum phlegiam peccauit.ubi igēs
Pugna uirum ſtricto nam ſæuior irruit enſe
Etholus.retroqꝫ datum thebana regebant
Arma ducem.ſic denſa lupum iam nocte ſub atra
Improbus erigitur contra.nec cura uetantes
Impetere.illum illum ſemel i quem uenerat urget
Non ſecus obiectas acies.turbamqꝫ minorem
Diſſimulat.tranſitqꝫ manu.tamen ora thoantis
Pectora deilochi clonii latus ilia torui
Perforat hippotadæ.ſua truncis ora remittit
Interdum galeaſqꝫ rotat per nubila plenas.
Et iam corporibus.ſeſe ſpoliiſqꝫ cadentum
Clauſerat.unum acies circum conſumitur unum
Omnia tæla uouent.ſummiſqꝫ hæc oſſibus hærēt
Pars fruſtrata cadunt. partem tritonia uellit
Multa rigent clypeo denſiſqꝫ iam conſitus haſtis
Ferratum quatit umbo nemus.tergoqꝫ fatiſcit
Atqꝫ humilis gentilis aper.nuſq̄ ardua coni

Gloria:quippe apicem toruæ gradiuus habebat
Caſſidis haud lætum domino fuit omen.inuſta
Temporibus nuda æra ſedent.circumq; ſonori
Vertice percuſſo uoluuntur in arma molares.
Iam cruor in galea.iam ſaucia proluit ater
Pectora permixtus ſudore.& ſanguine torrens.
Reſpicit hortantes ſocios.& pallada fidam
Longius oppoſita cælantem lumina parma.
Ibat enim magnum lachrymis inflectere patrem.
Ecce ſecat zephyros.ingentem fraxinus iram
Fortunamq; ferens tæli.non eminet auctor
Aſtacides menalippus erat.nec prodidit ipſe
Et uellet latuiſſe manum.ſed gaudia turmæ
Monſtrabant trepidum.nam flexus in ilia tydeus
Submiſſum latus.& clypei laxauerat orbem.
Clamorem aonii miſcent.gemitumq; pelaſgi
Obiectantq; manus.indignantemq; tuentur.
Ille per oppoſitum.longe rimatus amarum
Aſtacidem totis animæ ſe cogit in ictum
Reliquiis.tælumq; iacit.quod proximus hopleus
Præbuerat.perit expreſſus conamine ſanguis.
Tunc triſtes ſocii cupidum bellare(quis ardor)
Et poſcentem haſtas.mediaq; in morte negantem
Expirare trahunt.ſumiq; in margine campi
Effultum gemina.latera inclinantia parma.
Ponunt ac ſæui rediturum ad prælia martis
Promittunt flentes.ſed & ipſe recedere cælum
Ingenteſq; animos extremo frigore labi
Senſit.& innixus terræ miſereſcite clamat.
Inachidæ.non oſſa precor referantur ad argos
Etholumue larem.neq; enim mihi cura ſupremi
Funeris odi artus.fragilemq; hunc corporis uſum
Deſertorem animi.caput o caput o mihi ſi quis
Apportet menalippe tuum.nam uolueris aruis
Fido equidem.nec me uirtus ſuprema fefellit
I precor atrei ſi quid tibi ſanguinis unq̃
Hyppomedon.uade o primis puer inclite bellis
Arcas:& argolicæ capaneu iam maxime turmæ.
Moti omnes.ſed primus abit.primuſq; repertum
Aſtacidem medio capaneus e puluere tollit
Spirantem.læuaq; ſuper ceruice reportat.
Terga cruentatum concuſſi uulneris unda.
Qualis ab arcadio rediit thyrinthius antro
Captiuumq; ſuem clamantibus intulit argis.
Erigitur tydeus.uultuq; occurrit & amens
Læticiaq; iraq;.ut ſingultantia uidit

Gradiuus:cum in cathalogo cum arma ip̃ius poeta deſcriberet ait.Patrius ſtat caſſide mauors. Nuſq̃ ardua coni gloria:decus coni ornatu nudato uertice impreſſiſq; fragmentis galeæ oſſa ſunt capitis calefacta.ut Virgilius.Et galeæ fragmenta cauæ compreſſa perurit tempora. Voluuntur in arma:de capite in ſcuta cadebant. Sanguine torrens:fluuium fecerat ſudoris & ſanguinis. Lumina parma:quia erubeſcebat Minerua facere uirtutem. Nō eminet auctor:non eſt auſus gloriari Menalippus ſe auctore uirtute interemptum Tydea. Aſtacydes miſſos:lanceæ hic deſcriptio & ex inſidiis Menalippi iaculantis. Per oppoſitos:cum intuentes. Perit expreſſus.Lucanus. Hoſtilem ante torſerit exeat haſtã. Quis ardor:exclamatio per iterpoſitionem. Recedere cælum:ad opinionem rettulit morientium. Non oſſa precor:non quæro ut membra mea honorent patriam ſepulturam:non ut oſſa tumulo humata ſeruent. Odi corpus:quod ſpiritum uirorum fortium pugnantium deſerit. Fefellit:ſero me incerta in Menalippum tæla torſiſſe.

Atrei:argiui. Hyppomedon:maritus Nealcis Adraſti filius. Arcas:quia Tydeo iubente hunc ſecundũ.i.Parthenopæũ fuiſſe conſtabat. Clamantibus:cum admiratiõe fauẽtibus. Vultuque occurrit:q̃a retẽtus uulner̃ toto nõ potuit corp̃e ſubleuari.

Agnouit in illo:tam illum expirantem animam q̃ ſe. Gliſcit:iraſcendo i maius accenditur. Dubitantia figi:quia his quibus mors recens eſt:oculi uidẽtur errare. Nec comites auferre ualent:non ualent Tydeo caput tollere Menalippi. Lampas: ſcelera enim uiſa:aut igni aut aqua purgãtur. Helyſos:helyſos fluuius eſt.

ASperat aonios rabies audita cruenti. Etheoclis allocutio hortantis exercitum ut rapiant corpus Tydei. nuncius mortis Tydei polynici. & eius lamentatio uel allocutio Hyppomedontis: pro cadauere Tydei dimicatio. factio furiæ auertentis Hyppomedontis ad defenſionem cadaueris. allocutio Hyppomedõtis ad equum Tydei & eius pugnæ diuerſæ in Hiſmeno flumine: cuius cum nepotem occidiſſet nomine creneum matre lamentante:eaq; quærente cõmotus fluuius cœpit contra Hyppomedõtem undas mouere. pedeſtre certamẽ Hyppomedontis in fluuio. Conqueſtio Hyppomedontis:qui in fluuio moreretur. Iunõis apud Iouem de hac re querela. mors Hyppomedontis. mors Hypſei hiſmenii fluuii filii ducis thebani. Sõnium athlantæ. Præſagiũ đ morte filii Parthonopæi. Occurſus Apollinis: & de eius morte uaticinatio. aduentus deæ ad thebas: & quibus artibus tutata ſit puerum. Indignatio martis contra Dianam uenere inſtimulante. Dryantis electio: mors Parthonopæi cum allocutione ad Orchedum cuſtodem ſuum.

Lactantii. P. in Nonum thebaidos interpretatio.

ASperat aonios rabies audita cruenti. Tydeus crudelitatis arguitur: quia caput hoſtis moribũdus abſumpſit. Fas odii: quod ultra fas & illicita crudelitate in mortui hominis cadauer ita fuerit. Retro torſiſſe iugales: tanta crudelitas in ſcelere Tydei fuit: ut etiam cruentum numen nefas horruerit. Vrnæ: uaſa in quibus mortuorum oſſa conduntur.

Ora.trahiq; oculos.ſeſeq; agnouit in illo
Imperat abſciſſum porgi.læuaq; receptum
Spectat atrox hoſtile caput.gliſcitque tepentis
Lumina torua uidens.& adhuc dubitantia figi
Infœlix contentus erat.plus exigit ultrix
Tiſiphone.iamque inflexo tritonia patre
Venerat:& miſero decus immortale ferebat.
Atq; illum effracti perfuſum tabe cerebri
Aſpicit.& uiuo ſcelerantem ſanguine fauces
Nec comites auferre ualent.ſtetit aſpera gorgon
Crinibus emiſſis rectiq; ante ora ceraſtæ
Velauere deam:fugit auerſata iacentem
Nec prius aſtra ſubit.q̃ myſtica lampas & iſons
Helyſos multa purgauit lumina lympha.

OEnidæ interitu magni dyrcea iuuẽtus
Eminet. at danai cõtra ꝑ corpe amici
Arma ferunt. furit ante alios cadmeius heros.
Hic ferus hyppõedõ hoſtes ꝓſternit:
Exanimũ rapiẽs ſociũ. ſed imagĩe falſa (& iſtat
Luditur.aonii incumbunt.retrahuntq; cadauer
Tum hiſmenon fluuium thebano ſanguine mutat
Feruidus hyppomedõ. tumidoq; i gurgite merſus
Creneam obtrũcat moriens ſimul ĩcrepat amnem
Moxq; dryas mortis ſtimulis rapit arma ſuperbus
Parthonopæum ſternit iacentem tæla dianæ
Ille cadẽs dorceum alloquitur matremq; requirit.

ASperat aonios rabies audita cruenti
Tydeos. ipſi ẽt minus ĩgemuerẽ iacẽtẽ
Inachidæ culpantq; uirum & rupiſſe queruntur
Fas odii. qn te diuũ ĩplacidiſſime q̃q̃
Præcipuum tunc cædis opus gradiue furebas
Offenſum uirtute ferunt.nec comminus ipſum
Ora.ſed & trepidos retro torſiſſe iugales.
Ergo prophanatum menalippi funus acerbo
Vulnere.non aliis uultum cadmeia pubes
Inſurgunt ſtimulis.q̃ ſi turbata ſepulchris
Oſſa parum.monſtriſq; datæ crudelibus urnæ
Accendit rex ipſe ſuper.quiſq̃ ne pelaſgis
Mitis adhuc.hominemq; gerit iã morſibus uncis
(Pro furor uſq;adeo tæla exatiauimus) artus
Dilacerant:nonne hircanis bellare putatis
Tygribus:aut ſæuos libyes contraire leones.
Et nunc ille iacet(pulchra o ſolatia lethi)
Ore tenens hoſtile caput.dulciq; nefandus

Immoritur tabo.nos ferrum mite faceſq;.
Illis nuda odia & feritas iam non eget armis
Sic pergant rabidi claraq; hac luce fruantur
Dũ uideas hæc ſũme pater.ſed enim hiſcere cãpos
Conqueſti.terræq; fugam mirantur.an iſtos
Vel ſua portet humus.magno ſic fatus agebat
Pro curſu fremituq; uiros.furor omnibus idem
Tydeos inuiſi ſpoliis.raptoq; potiri
Corpore.non aliter ſubtexũt aſtra cateruæ
Incæſtarum auium:longe quibus aura nocentem
Aera.deſertaſq; tulit ſine funere mortes
Illo auidæ cum uoce ruunt.ſonat arduus æther
Plauſibus.& cælo uolucres ceſſere minores.
Fama per aoniũ rapido uaga murmure campum
Spargitur in turmas.ſolito pernicior index
Cum lugenda re fert.donec cui maxima fando
Damna uehit trepidas lapſa eſt polynicis ad aures
Diriguit iuuenis.lachrymæq; hæſere paratæ
Et cunctata fides.nimium nam cognita uirtus
Oenidæ credi lethum ſuadetq;.uetatq;.
Sed poſtq̃ haud dubio clades auctore reperta eſt
Nox oculos mentemq; rapit.tum ſanguine fixo
Mẽbra ſimul.ſimul arma ruũt.madet ardua fletu
Iam galea.atq; ocreæ clypeum excepere cadentẽ.
It mœſtus genua ægra trahẽs.haſtamq; ſequentẽ.
Vulneribus.ceu mille grauis.totoſq; per artus
Saucius.aſſiſtunt ſocii.monſtrantq; gementes.
Tandem ille obiectis uix quæ portauerat armis
Nudus in ægregii uacuum iam corpus amici
Procidit.& tali lachrymas cum uoce profudit.
Has ne tibi armorum ſpes o ſuprema meorum
Oenidæ grates:hæc præmia digna rependi.
Nudus ut inuiſa cadmi tellure iaceres
Soſpite me.nunc exul ego.æternumq; fugatus
Q uãdo alius miſero.melior mihi frater adẽptus
Nec iam ſortitus ueteres regniq; nocentis
Periurum diadema peto:quod gaudia tanti
Dẽpta mihi:aut ſceptrum q́ nõ tua dextera tardet
Ite uiri:ſolumq; fero me linquite fratri.
Nil opus arma ultra tentare:& perdere mortes
Ite precor.quid iam dabitis mihi deniq; maius?
Tydea cõſumpſi.qua nã hunc ego morte piabo?
O ſocer o argi.& primæ bona iurgia noctis
Alternæq; manus & longi pinus amoris
Ira breuis.non me enſe tuo tunc maxime tydeu
(Et poteras)noſtri mactaſti in limine adraſti.

Fugam:ideſt hiatum terræ. Humus: ſolum patriæ ſuæ. Inceſtarum auium: humano ſanguine pollutarum:ſiue quia cadauera eminus ſentiunt. Aura nocentem.i. mortibus uiciatam.ut Lucanus. Aera nõ ſanum motum cadauera ſentit. Sine funere:ideſt ſine mortis officio illud magis aſſerit:q; interdum nimia uirtus conſilio careat. Tanti empta mihi:ſolatio lœti hironices:ideſt pulchri pro crudelis. Ferrumque faceſq; tenemus:ideſt etheoclis morte primæ noctis ſacræ.

Thelamona:hic melæagrum dicitur uni
ce dilexiſſe:ut Theſeus perithoum. Quis
cruor:quantus.quia & ſanguine Tydei fue
rat aſperſus. Inuidit pater:tantæ uirtutis
uult oſtendere Tydeum fuiſſe: ut etiam pa
tris ſui tangeretur inuidia. Hucuſqꝫ:uſqꝫ/
adeo ne fuerit:ut inimicos dentibus aſſu/
meret. Vltro ſoſpes ego:ter ſuperſtes ſum
cum exprobatione dicitur. ut Virgilius.
Morte tua uiuos. Collata:ſub ſcuto cur/
uata. Fixerat:inhæſerat. De cælo metus:
Tempeſtatum cauſa. Rigentem:durum.
Simul elicit haſtam:ſimul & uerba pro/
fert.& ictus præparat etheocles. Non pu/
det hoc manes:ideſt cadauera intueri. Nul
la impia monſtra:ita Tydeum Menalippi
cadauer̃ funeſtatũ dicit:ut corpus eius hor
reant etiam feræ cõſumere. Orbe ſecũdo:
clypei oſtendit non unius tegminis hyppo
medontis ſcutum fuiſſe. Excuſſo terrore:
pro excelſi terroris. Ingloria:indecora.

Quin etiam thebas me propter.& impia fratris
Tecta libens.undæ haud alius remeaſſet adiſti
Ceu tibimet ſceptra. & propriosl aturus honores.
Iam thelamona pium.iam theſea fama tacebat.
Qualis & ecce iaces? q̃ primum uulnera mirer?
Quis tuus hic qs ab hoſte cruor? q̃ te agmia que
Innumeri ſtrauere globi? ni fallor.& ipſe
Inuidit pater.& tota mars impulit haſta.
Sic ait.& mœrens etiam nunc lubrica tabo
Ora uiri tergit lachrymis.dextramqꝫ reponit.
Tu ne meos hoſtes hucuſqꝫ exoſus? & ultro
Soſpes ego? exuerat uagina turbidus enſem
Aptabatqꝫ neci.comites tenuere.ſocerqꝫ
Caſtigat.belliqꝫ uices.ac fata reuoluens
Solatur tumidum.longeqꝫ a corpore caro
Paulatim unde dolor.lethiqꝫ animoſa uoluntas
Amouet.ac tacite ferrum inter uerba reponit.
Ducitur.amiſſo qualis conſorte laborum
Deſerit incœptum media inter iugera ſulcum
Taurus iners.colloqꝫ iugum deforme remiſſo
Parte trahit.partem lachrymans ſuſtentat arator.
Ecce autem hortatus etheoclis & arma ſecuti
Lecta manus iuuenes quos nec tritonia bello
Nec prope collata ſpreuiſſet cuſpide mauors
Aduentant.contra collecta ut pectora parmæ
Fixerat.atqꝫ haſtam longe protenderat.hæret
Arduus hyppomedon.ceu fluctibus obuia rupes.
Cui neqꝫ de cælo metus.& fracta æquora cædunt
Stat cunctis immota minis timet ipſe rigentem
Pontus.& ex alto miſeræ nouere carinæ.
Tunc prior aonides.ualidam ſimul elicit haſtam.
Non pudet hos manes:hoc infamantia bellum
Funera diis coram & cælo inſpectante tueri?
Scilicet ægregius ſudor.memorandaqꝫ uirtus
Hanc tumulare feram.ne non mœrentibus argos
Exequiis lachrymandus eat.molliqꝫ pheretro
Infandam eiectans ſaniem.dimittite curam.
Nullæ illũ uolucres.nulla impia mõſtra nec ipſe
Si demus pius ignis edat.nec plura.ſed ingens
Intorquet iaculum.diro quod in ære moratum
Tranſmiſſumqꝫ tamen clypei ſtetit orbe ſecundo
Inde pheres.acerqꝫ lycus.ſed caſſa pheretris
Haſta redit.lycus excuſſo terrore comantem
Perſtrinxit galeam conuulſæ cuſpide longe
Diffugere iubæ.patuitqꝫ ingloria caſſis.
Ipſe nec ire retro:nec in obuia concitus arma

Exilit.inq; eadem ſeſe ueſtigia ſemper
Obuerſus cunctis profert.recipitq; . nec unquam
Longius indulget dextræ.motuſq; per omnes
Corpus amat.corpus ſeruans.circumq;.ſupraq;
Vertitur:imbellem non ſic amplexa iuuencum
Infeſtante lupo cum primum fœta tuetur
Mater.& ancipiti circunfert cornua gyro.
Ipſa nihil metuens.ſexuſq; oblita minoris
Spumat:& ingentes imitatur fœmina tauros.
Tandem intermiſſa iaculam tum nube poteſtas
Reddere tæla fuit.namq; & cythionius alcon
Venerat auxilio.piſæaq; præpetis idæ
Turba ſubit:cuneumq; replēt his fratus in hoſtes
Lerneam iacit ipſe trabem.uolat illa ſagittis
Aequa fuga:mediumq; nihil cunctata polytem
Tranſadit.& iuncti clypeū cauat improba mopſi.
Phocida:tunc cydona tanagræumq;.phalanthum
Atq; erycem:hūc retro cōuerſum & tæla petētem
Dum ſpes nulla necis.crinito a uertice figit
Faucibus ille cauis.haſtam non ore receptam
Miratur moriens.pariterq; & murmure plenus
Sanguis & expulſi ſalierunt cuſpide dentes.
Auſus erat furto dextram iniectare leonteus
Pone uiros:atq; arma latens. poſitumq; trahebat
Prenſo crine caput:uidit q̄q̄ undiq; crebræ
Hyppomedon ante ora minæ. ſæuoq; proteruam
Abſtulit enſe manū.ſimul ĩcrepat. hāc tibi tydeus
Tydeus ipſe rapit.poſt & confecta uirorum
Fata time.magnoſq; miſer fuge tangere manes.
Ter cadmæa phalanx toruum adduxere cadauer
Terq; trahunt danai.ſiculi uelut anxia puppis
Seditione maris.nequicq̄ obſtante magiſtro
Hæret. & aduerſo redit in ueſtigia uælo
Non ibi ſydoniæ ualuiſſent pellere cepto
Hyppomedōta manus. nō illū impacta mouerēt
Tormenta oppoſitum:formidatiq; ſuperbi
Turribus impulſus tentato umbone rediſſent.
Sed memor heliſii regis.noxaſq; recenſens
Tydeos in medios aſtu ſubit impia campos
Thiſiphone.ſenſere acies.ſubituſq; cucurrit
Sudor equis:ſudorq; uiris:q̄q̄ ore remiſſo
Inachium fingebat halim nuſq̄ impius ignis
Verberaq;.& iuſſi tenuere ſilentia crines
Arma gerit.iuxtaq; feri latus hyppomedontis
Blanda genas.uocemq; uenit.tamen ille loquentis
Extimuit uultus.admiraturq; timorem.

Recipit:irruit in hoſtes recipitq; ſe. Cū primum fœta:in primo enim partu maior eſt affectio fœtus. Reddere tæla:in ſe ab hoſtibus miſſa in ipſis iterum retorquere. Præpetis:aut altiſſime poſuit uolātis.Vir. Quem præpes ab ida ſublimem rapuit.aut certe augurem ſequentis. Cunctata : morata. Phocida:dephocea regione. Tanagræum:arcadicum. Spes:pro metu. Prænſo crine caput:ideſt Tydei cadauer. Minas:terrores hoſtium. Sed memor heliſii: non enim exciderant thiſiphone animo ſcelera quæ Tydeus parricido perpetrarat: ſiue q nuper Menalippi caput aſſumpſerat. Impius ignis:quem furia nullis crinibus ſibilarunt angues. Blanda genas:nō horrore terribilis. Admiraturq;:qa latebat cauſa mirabatur in ſe Hyppomedontis moram.

Librabatq; metus: dubitabat cui magis Tydei cadaueri an Adraſto ſubueniret.

Reuocent: utrum ſe ſocii ſui ualidi reuocent a protegendo Tydei cadauere. Ceraſte: quando ab armato milite: in priorem tranſfigurata eſt formam. Victorq; hululatus: quia eſt luctus & læticiæ. ut Virg. Sũmoq; hulularunt uertice nymphæ. Præcordia: executæ exclamatio per interpoſitionem. Limes: ſiue equiti ſiue pediti uia dabatur Tydeo a fugientibus hoſtibus. Impune laceſſere: delectabat thebáos ſecure inſultare cadauer. Gloria luco: de uenatione gloria aut de ferrea magnitudine. Luco uero aut Dianæ aut ſyluanæ alia ſunt quæ figuntur: alia quæ a paſtoribus templorum tholis ſuſpenduntur: dentes & cornua figũtur: pelles & alia ſuſpenduntur. ut Virg. Suſpendiue tholo: aut ſacra ad faſtigia fixi.

Soluti: aut fracti aut frænis liberi. Impediunt: retardãt. Femur: Hyppomedõtis. ſcilicet Regis echionii. Supra enim de tælo etheoclis dixit fœmur Hyppõedontis fuiſſe tranſfixum ꝙ in aere moratũ: tranſmiſſumque tantum.

Illa autem lachrymans. tu nunc ait inclyte fruſtra
Exanimes ſocios. inhumataq; corpora graium
(Scilicet his nobis metus? aut iã cura ſepulchri?)
Protegis ipſe manu tyria iam captus adraſtus.
Raptatur. teq; ante oculos. te uoce manuq;
Inuocat. heu qualem laxare in ſanguine uidi
Exutum canos lacero diademate crines.
Nec procul hic auerte oculos. te ubi plurimus ille
Puluis. ubi ille globus. paulum ſtetit anxius heros
Librabatq; metus. premit aſpera uirgo. qd hæres?
Imus? an hi retinent manes? & uilior ille
Qui ſupereſt? miſerum ſociis opus & ſua mãdat
Prælia. & unanimi uadit deſertor amici
Reſpiciens tamen. & reuocent ſi forte paratus
Inde legens turbata trucis ueſtigia diuæ
Huc illuc fruſtra ruit auius. impia donec
Eumenis ex oculis. reiectaq; cærula parma.
Fugit. & innumeri galeam rupere ceraſtæ
Aſpicit infœlix diſcuſſa nube quietos
Inachidas. currumq; nihil metuentis adraſti.
Et tyrii iam corpus habent. iam gaudia magnæ
Teſtantur uoces. uictorq; hululatus aberrat
Auribus. ocuſtoq; ferit præcordia luctu
Ducitur hoſtili (pro dura potentia fati)
Tydeus ille ſolo modo. cui thebana ſequenti
Agmina ſiue gradum. ſeu fræna effunderet ingens
Limes utriq; datus. nuſq̃ arma manuſq; quieſcũt
Nulla uiri feritas iuuat ora rigentia letho
Et formidatos impune laceſſere uultus.
Hic amor. hoc una timidi forteſq; ſequuntur
Nobilitare manus. infectaq; ſanguine tæla
Coniugibus ſeruant. paruiſq; oſtendere natis.
Sic ubi maura diu populatum rura leonem
Quem propter clauſiq; greges. uigilãtq; magiſtri
Paſtorum laſſæ debella uere cohortes
Gaudet ager. magno ſubeunt clamore coloni
Præcerpuntq; iubas. immaniaq; ora recludunt
Damnaq; commemorãt. ſeu iam ſub culmĩe fixus
Excubat. antiquo ſeu pendet gloria luco.
At ferus hyppomedon. q̃q̃ iam ſentit inane
Auxilium. & feram rapto pro corpore pugnam
It tamen: & cæcum rotát irreuocabilis enſem.
Vix ſocios hoſtemq; nihil. dum tardet euntem
Secernens. ſed cæde noua iam lubrica tællus
Armaq;. ſemineceſq; uiri. curruſq; ſoluti
Impediunt. leuumq; femur quod cuſpide fixum

Regis echionii.ſeu diſſimulauerat ardens
Seu ibi neſcierat.mœſtum uidet hopplea tandem.
Tydeos hic magni fidus comes.& modo fruſtra
Armiger.alipedem prona ceruice tenebat
Fatorum ignari domini.ſolumq; frementem
Q uod uacet inq; acies audentior ille pedeſtres.
Hunc aſpernantem tumido noua pondera tergo
(Vnam quippe manũ domitis expertus ab ãnis)
Corripit.affaturq;.quid o noua iuſſa recuſas
Infœlix ſonipes nuſq̃.tibi dulce ſuperbi
Regis onus? non iam etholo ſatiabere campo
Cadentemq; iubam per ſtagna acheloia ſolues.
Q uod supereſt caros i ſaltem ulciſcere manes
Aut ſequere extorrem neu tu quoq; læſeris umbrã
Captiuus.tumidumq; equitem poſt tydea portes.
Audiſſe.accenſumq; putes hoc fulmine raptum
Abſtulit.& ſimiles minus indignatur habænas.
Semifer aeria talis centaurus ab oſſa
Deſilit in ualles.ipſum nemora alta tremiſcunt.
Campus equum.trepidi curſu glomerãtur anhelo
Labdacidæ.premit ille ſuper.nec opinaq; ferro
Colla metens linquit truncos poſt terga cadentes
Ventum erat ad fluuium ſolito tũc plenior alueo
Signa mali magna ſe mole hiſmenos agebat.
Illa breuis requies.illo timida agmina laſſam
De campis egere fugam.ſtupet hoſpita belli
Vnda uiros:claraq; armorum incenditur umbra.
Inſiluere u[illegible]dis:magno fragore ſolutus
Agger.& aduerſæ latuerunt puluere ripæ.
Ille quoque hoſtiles ſaltu maiore per undas
Irruit attonitis(longum dimittere habænas)
Sicut erat tantum uiridi defixa parumper
Ceſpite populeo commendat ſpicula trunco.
Tunc uero exanimes tradunt rapientibus ultro
Arma uadis.alii demiſſa cuſpide quantum
Tendere conatus animæ ualuere ſub undis
Turpe latent.multi fluuium tranſmittere nando
Aggreſſi.ſed uincla tenent.lateriq; repugnat
Balteus.& madidus deducit pectora thorax.
Q ualis cæruleis tumido ſub gurgite terror
Piſcibus.arcani quotiens deuexa profundi
Scrutantem delphina uident:fugit omnis in imos
Turba lacus.uirideſq; metu ſtipantur in algas
Nec prius emerſi q̃ ſumma per æquora flexus
Emicet:& uiſis malit certare carinis:
Talis agit ſparſos mediiſq; in fluctibus heros

Frementem:poetis licet equis humanos ſenſus dare.dicit ergo poeta equum Tydei doluiſſe mortem domini.ut Virgili. Poſt bellator equus poſitis inſignibus: lachrymans. Audentior: audentior factus hoppleus auxilio equi audebat hoſtiles peditum cateruas impetere.

Noua põdera:Hyppomedonta. Satiabere campo:curſu uel paſtu. Extorrem:i exilio degentem:quaſi cuius umbra careat patria ſepultura. Neu tu quoq;:ut eum relinquens læſi manes Tydei. Fulmine raptũ: intelligi uult poeta exhortationes Hyppomedontis equum ſenſiſſe: cum ſignificat eum in uindictam domini tãtæ uelocitati nimietate correptũ. Similes habænas:nõ impares domini uiribus.habænas enim ꝓ rectore poſuit. Ipſum:partem centauri: q̃ hominem præfert. Campus:ſubaudis tremiſcit equinam partem ſemiferi .Ille ſup: Hyppomedon. Nec opina:quia maxima celeritate & ſubito.nec opinantes oppreſſit.

Poſt terga cadentes:tanta celeritate fugiẽtes abſciderat capita:ut eo tranſeunte occiſorum caderent corpora. Signa mali:interpoſitio eſt:ideſt hæc erant iudicia hyppomedontis exitu. Illa breuis requies: mora fluuii fugientibus thebanis: & tardatione Hyppomedõtis per arua requiem tribuit.

Hoſpita belli: noua cladibus: quæ adhuc fuerat nullo belli cruore fuſcata. Aduerſæ:contra poſitæ. Attonitis:thebanis. Lõgum:interpoſitio a mora. Sicut erat:ideſt armatus. Commendat ſpicula:ſua ſcilicet ne eum in flumine impedirẽt. Sub undis: Lucanus.Animam ſeruare ſub undis.hoc eſt quantum poterant eoꝝ ſpiritus ſub undis durare. Turpe latent:pro turpiter cælantur. Sed uincla tenent:calciamentorũ ſtructuræ. Deducit pectora: mergit aut trahit carinis:ut magis eligat carinis illude re q̃ inſequi piſces.

Quærit harenas:equus fluminis ingreſſus.& quærit campũ ubi firmos ſolet greſſus infigere. Relicto:quia iam propemodum euaſerat fugiens. Stamine primo.i. erat notio uel iſtitutio parcarum. Ablatũ: negatum fatis ut in fluuio potius moreretᷣ q̃ in terra. Vtrunq;:& Hypſeum & hyppomedonta:quoniam i uterq; flumine dimicabat. Obuius amnis:exeuntem ſpiritum aqua infuſa gutturi retardabat : ideſt non ſinebat ſpiritum exire de corpore. Reſolutus:amplexu fratris liberatus flumen euadere. Nudato gurgite : quia aſtringit uertigo fluminis natantes:& non dat ſpacium euadendi. Mille modis lethi:qa mori cœperat unuſquiſq;. ſic Lucanus . Mille cũ mille modos iter lethi. Auctor:q uulnus infixerat: nuſq̃ patebat. Vir.Neq;.n.i ſtellis nec uulneris auctor. Effugiens haſta:dum impetu gurgitis traheretur inuenit. Etholus:Tydei equus quem Hyppomedõ ſedebat. Certior:ideſt fixior ſedens equũ magis titubat:ſiue certior:uelocior. Anthedomiũq; : Anthedõ ciuitas ẽ euboeæ. Parthẽio:ex duobus gẽinis nomẽ alterius. Viue ſuperſtes:econtrario ait Vir.& fratrẽ ne deſere frater hic ut deſerat fratrẽ hortaᷣ.

Anthedõ

Fræna manu pariter regit arma pedumq;
Remigio ſuſtentat equum. conſuetaq; campo
Fluctuat:& merſas leuis ungula quærit harenas
Sternit hyona cromis cromin antiphus.antiphon
Hypſeus aſtialen.euaſurumq; relicto (hypſeus
Amne linum.ni fata uetent & ſtamine primo
Ablatum tellure mori.premit agmina thebes
Hyppomedon .turbat danaos aſopius hypſeus
Amnis utrunq; timet:craſſo uada mutat uterq;
Sanguine.& a fluuio neutri fatale reuerti.
Iam laceri pronis uoluuntur curſibus artus
Oraq;.& abſciſæ redeunt in pectora dextræ.
Spicula.iam clypeoſq; leues:arcuſq; remiſſos.
Vnda uehit.galeaſq; uetant deſcendere criſtæ.
Summa uagis late ſternũtur flumina tælis
Ima uiris.illic luctantur corpora letho.
Efflanteſq; animas retro premit obuius amnis.
Flumineam rapiente uado:puer argiphus ulmum
Prenderat inſignes humeros ferus enſe menœceus
Amputat.ille cadens nõdum conamine adempto
Truncus in excelſis ſpectat ſua brachia ramis.
Hypſeos haſta ſagem ingenti uulnere merſit
Ille manet fundo:rediit pro corpore ſanguis
Diſſiluit ripis fratrem rapturus agenor.
Heu miſer.& tenuit.ſed ſaucius ille leuantem
Degrauat amplexu.poterat reſolutus agenor.
Emerſiſſe uadis.puduit ſine fratre reuerti.
Surgentem dextra chaletum uulnuſq; minantem
Sordebat rapidus diducto gurgite uortex
Iam uultu.iam crine latet.iam dextera nuſq̃.
Vltimus abruptas enſis deſcendit in undas.
Mille modis lethi miſeros mors una fatigat.
Induit a tergo mychaleſia cuſpis agyrten.
Reſpexit:nuſq̃ auctor erat.ſed conſcia tractu
Gurgitis effugiens inuenerat haſta cruorem.
Figitur & ualidos ſonipes etholus in armos
Exiluitq; alte ui mortis & aera pendens
Verberat.haud tamẽ eſt turbatus flumine ductor
Sed miſeratur equum.magnoq; e uulnere tælum
Exuit ipſe gemens.& ſponte remiſit habænas
Inde pedes repetit pugnas.greſſuq; manuq;
Certior.& ſegnem nomium , fortemq; mynantha
Theleumq; lycan. anthedomiumq; lycetum
Continuat ferro.geminiſq; e fratribus unum
Theſpiaden : eadem poſcenti fata Palemo
Viue ſuperſtes ait:diræq; ad mœnia thebes

Solus abi.miſeros nō decepture parentes
Dii bene quod pugnas rapidum deiecit i amnem
Sanguinea bellona manu:trahit unda timentes
Gurgite gentili:nuda nec flebilis umbra
Stridebit ueſtros Tydeus inhumatus ad ignes
Ibitis æquoreis crudelia pabula monſtris
Illum terra uehit:ſuaq; in primordia ſoluit
Sic premit aduerſos:& acerbat uulnera dictis
Et nunc enſe furit:nunc tela natātia raptās
Ingerit innuptæ comitem Therona Dianæ
Ruricolamq; Gyan:cum fluctiuago Erygino
Intonſumq; Herſen.contemptoremq; profundi
Crethea.nymboſam qui ſæpe Caphareos arcem
Euboicaſq; hyemes.parua tranſfugerat alno
Q uid non fata queant: traiectus pectora ferro
Voluitur in fluctus.heu cuius naufragus undæ
Te quoq; ſublimi tranſnantem flumina curru
Dum ſocios Pharſale petis reſupinat ademptis
Dorica cuſpis equis.illos uiolentia ſæui
Gurgitis.infœlixq; iugi concordia mergit
Nūc age qs tumidis magnū expugnauerit undis
Hyppomedonta labor.cur ipſe excitus in arma
Hiſmenos ductæ noſſe indulgere ſorores
Veſtrum opus ire retro.& seniū defendere famæ
Gaudebat.Fauno nymphaq; hiſmenide natus
Maternis bellare tener Creneus in undis
Creneus.cui prima dies in gurgite fido
Et natale uadum:& uirides cunabula ripæ
Ergo ratus nihil Eliſias ibi poſſe ſorores
Lætus adulātem nunc hoc:nunc margine ab illo
Tranſit auum.leuat unda gradus.ſeu defluus ille
Siue obliquus eat nec cum ſubit obuius ullas
Stagna dedere moras.pariterq; reuertitur amnis
Nō Anthedonii tegit hoſpitis inguina portus
Blādior.æſtiuo nec ſe magis æquore Tritō
Exerit.aut caræ feſtinus ad oſcula matris
Cum remeat.tardumq; ferit delphina Palæmon
Arma decent humeros.clypeuſq; inſignis & auro
Lucidus Aoniæ cælatur origine gētis
Sydonis hic blandi per candida terga iuuēci
Iam ſecura maris.teneris iam cornua palmis
Non tenet.extremis alludunt æquora plātis
Ire putes clypeo.fluctuſq; ſecare iuuēcum
Adiuuat unda fidem:pelago nec decolor amnis
Tunc audax pariter telis:& uoce proterua
Hyppomedōta petit.nō hæc fœcūda ueneno

Non decepture parentes:ideſt:ut in unius uultu deſinant parentes ex ſimilitudine filiorum errare.Virgilius.at nunc ſæua dedit uobis diſcrimina pallas.Lucanus.& admiſſum fratrem lugentibus offert. Inhumatus ad ignes: neque circa ueſtros rogos flæbilis ante ora Tydei & ſtridorem & lamenta dedit dolendo q̄ ipſa non meruerit rogum. Pabula monſtris:ut Virgilius.piſceſq; impaſti uulnera lambunt. Primordia ſoluit:hoc eſt:cum corpus eius nō fuerit concrematum redigetur in puluerem: & redit in principium ſui: quia omnis caro dicitur eſſe terrena.quam opinionem ſecutus Lucanus ait.quam ſol nymbiq; dieſque longior emathiis reſolutam miſcuit.

Caphareos:caphareus mons eſt euboeæ i ſulæ iuxta quem græci propter cautes aſperos paſſi ſunt tempeſtates: ut ipe i achilleide: utroq; caphareus exercet dirum pariter quæremus Vlyſſem. Heu cuius naufragus undæ:exclamatio indignantis perit ut fluuio qui marina naufragia ſæpe trāſierat. Dum ſocios:ad quos confugiebat petēs auxilia. Depellere famæ: memori præterita repetere:& obliuionis ſqualore damnumq; repoſcere. Hiſmenide:ex hiſmeni fluminis filia Hiſmenide. Prima die:quādo natus eſt. Adulantem:adulatur alludit ac plaudit.interdum ſupplicat. Subit obuius:ideſt contra fluuium natat. Reuertitur amnis:cum natante puero in originem ſuam recurrit. Anthedonii: Anthedos ciuitas Glauci:qui deus maris eſt factus guſtatu hærbæ qua piſces mortui animā receperunt. Inguina:a quā parte tranſformatus fuerit. Tardumq; ferit: Verbere exagitat delphin:a quo portabatur Palæmon.

Cælatur origine gentis:ſuæ generationis pictura nitebat. Ire putes:a pictura iā depicta:mobilitatem immobilibus dedit: pelago credas innare reuulſas cycladas aut mōtes concurrere montibus altos. Nec decolor:non diſſimilis mari multarum incremento aquarum:

Caphareus

Glaucus

Decolor

Lerna : palus græciæ in qua ſerpens ple/
na capitibus eminebat. Deumq; altrices:
liberi patris & herculis.ergo nimium hæc
Cumu/
lus
ſunt fluenta. Cumulo:aquarum multitu
dine in unum congregata. Vulnus reten/
tum:quod oppoſita mole aquarum cona/
tus eſt fluuius retardare:ſiue uulnus haſtã
dixit:ut Virgilius.illum ardens infeſto uul
nere pyrrhus inſequitur. Vtræq;: ambæ
fluminis ripæ. Cauæ:quia naturaliter lo/
ca concaua grauius ſonant. Mater:cum
extremo uocem moriens matrem uocaret
extremum ſpiritũ unda ſuperueniens clau
ſit. Glaucarum:uiridium nereidarum.

Furibunda:attonita. Cõfinia ponti:ideſt
in qua parte ſe murum iungebat Hiſme/
nos:mutans colorem & ſaporem. Halcyo
Ceix
Halcyõe
ne:Ceix filius luciferi habuit uxorem Hal
cyonem:a qua cum prohiberetur ire ad cõ
ſulendũ Apollinem de ſtatu regni ſui: nau
fragio periit:cuius corpus cum ad uxorem
delatũ eſſet:illa ſe præcipitauit in pelagus.
poſtea miſeratiõe thetidis & luciferi cõuer
ſi ſunt ambo in aues marinas quæ halcyo/
nes uocantur.notandum autem cũ de mu
liere dicimus hæc halcyone facit: cum de
auibus hic & hæc halcyones hi & hæ hal/
cyones aues marinæ: quæ hyeme in mari
nidificant:& pullos nutrire dicuntur: q di/
es ſeptem trãquilliſſimum faciunt pelagus.

Obſtat:non ſponte ſed limo & cadaueri/
bus turbatus. Reclinat lupiat:ut mortuo
rum uultus poſſit rimari. Impulit:Retor
ſit ad fluuium Tribuere parentes. quia di/
cit Ariſtoteles poſt annorũ millia & nym/
phas & faunos perire. Mitior heu miſer:
qui in ſydera raptus non ſit. Vndarũ: pp
iſthmon. Nemorum: ꝑpter faunũ. Am
bitus: qa rogabãt tibi i matrimõiũ ſociari.

Lerna:nec herculeis hauſtæ ſerpẽtibus undæ
Sacrum amnem:ſacrum & miſer experiere: deũq;
Altrices irrumpis aquas.nihil ille ſed ibat
Comminus :oppoſuit cumulo:ſed denſior amnis
Tardauitq; manum:uulnus tamen illa retẽtum
Pertulit:atq; animæ tota ĩpenetralia ſedit
Horruit unda nefas.ſyluæ fleuiſtis utræq;
Et grauiora cauæ ſonuerunt murmura ripæ.
Vltimus ille ſonus moribũdo emerſit ab ore
Mater in hãc miſeri ceciderũt flumina uocem
At genitrix cœtu glaucarum cincta ſororum
Protinus icta malo uitrea de ualle ſolutis
Exiliit furibũda comis.ac uerbere crebro
Oraq; pectoraque.& uiridem ſcidit horrida ueſtẽ
Vtque erupit aquis.iterumque iterumque tremẽti
Ingeminat Crenee ſono. nuſq̃ ille ſed index
Deſuper.ah miſeræ nimium noſcẽda parẽti
Parma natat.iacet ille procul. qua mixta ſupremũ
Hiſmenon primi mutãt confinia ponti
Fluctiuagamq; ſic ſæpe domũ:madidoſq; penates
Halcyone deſerta gemit.cum pignora ſæuus
Auſter.& algẽtes rapuit thetis inuida nidos
Mergitur orba iterum.penituſq; occulta ſub ũdis
Limite nõ uno liquidum qua ſubter eunti
Lucet iter miſeri nec quicq̃ funera nati
Veſtigat.plãgitq; tamen.ſæpe horridus amnis
Obſtat.& obducto caligãt ſanguine uiſus
Illa tamen præceps in tela offendit.& enſes
Scrutaturq; manu galeas.& prona reclinat
Corpora nec põto ſummota intrabat amaram
Dorida.poſſeſſum donec iam fluctibus altis
Nereidum miſerata cohors.ad pectora matris
Impulit.illa manu ceu uiuum amplexa reportat.
Inſternitq; thoris riparum.atq; humida ſiccat
Mollibus ora comis.atq; hæc hululatibus addit
Hoc tibi ſemidei munus tribuere parẽtes?
Nec mortalis auus? ſic noſtro in gurgite regnas?
Mitior heu miſero diſcors:alienaq; tellus
Mitior unda maris.quæ iuxta flumina corpus
Rettulit.& miſeram uiſa expectaſſe parẽtem
Hi ne mei uultus? hæc torui lumina patris?
Hi crines undãtis aui? tu nobile quõdam
Vndarum nemorumq; decus.quo ſoſpite maior
Diua.& nympharum lõge regina ferebar
Heus ubi nã ille frequẽs modo circa limĩa matris
Ambitus? orãteſq; tibi ſeruire Napeæ?

Cur nūc te melius ſæuo manſura profundo
Amplexu miſero tumulis Crenee reporto
Nō tibi: nec tātæ pudet: heu miſeretq; ruinæ
Dure parēs: quæ te alta: & ineluctabilis imo
Cōdidit amne palus: quo iam nec cruda nepotis
Funera: nec noſtri ualeāt perrumpere plāctus:
Ecce furit. iactatq; tuo ſe ī gurgite maior
Hyppomedō. illumq; undæ ripæq; tremiſcūt
Illius impulſu noſtrum bibit unda cruorem
Tu piger. & trucibus facilis ſeruire pelaſgis
Ad cineres ſaltem. ſupremaq; buſta tuorum
Sæue ueni. num hic ſolum accēſure nepotem
His miſcet plāctus. multumq; idigna cruētat
Pectora. Ceruleæ referūt lamēta ſorores
Qualiter Hiſmiaco nōdum Nereida portu
Leucothoē plāxiſſe ferūt. dum pectore anhelo
Frigidus ī matrem ſæuum mare reſpuit īfans
At pater arcano reſidēs Hiſmenos ī antro
Vndæ auræ nubeſq; bibūt. atq; imbrifer arcus
Paſcitur. & tyrios melior uenit amnis ī agros
Vt lamēta procul. q̄q̄ obſtrepit ipſe. nouoſq;
Accepit natæ gemitus. Leuat aſpera muſco
Colla. grauemq; gelu crinem. ceciditq; ſoluta
Pinus adulta manu. dimiſſaq; uoluitur urna
Illum per ripas ānoſo ſcrupea limo
Ora exertātem ſyluæ. fluuiiq; minores
Mirātur. tantus tumido de gurgite ſurgit
Spumoſum attollēs apicem. lapſuq; ſonoro
Pectora cæruleæ riuis manātia barbæ
Obuia cognatos gemitus. caſumq; nepotis
Nympharum docet una patrē. mōſtratq; cruētū
Auctorem dextramq; premit. ſtetit arduus alto
Amne. manuq; genas. & nexa uirētibus ulmis
Cornua cōcutiēs. ſic turbidus ore profundo
Incipit. hūc ne mihi ſuperum regnator honorem
Quod totiēs hoſpeſq; tuus. & cōſcius actis
Nec memorare timor. falſa nūc improba frōte
Cornua. nūc uetitam currus diſiungere phœbē
Dotaleſq; rogos. deceptaq; fulmina uidi
Præcipuoſq; alii natorum an uilis & illis
Gratia: ad hūc certe repſit Thyrinthius amnem
Hac tibi flagrātem Bromium reſtrinximus unda
Aſpice quas fluuio cædes: quæ funera portem
Continuus: telis altoq; adopertus aceruo
Omne uadum belli ſeries tenet. omnis anhelat
Vnda nefas: ſubterq; animæ ſupraq; recētes

Manſura profundo: melius fuerat in mari me tecum extingui. Dure parēs: Hiſme ne īmiſericors pater. Buſta tuorum: buſta dicuntur ſolēnia funerum. Non hic ſolū: habetis cauſam aliam lachrymarum propter hypſeon funere filium quē poſtea Capaneus occidit. Nōdum nereida: cū adhuc in nymphā minime mutata fuiſſet: & fieret dea iuxta hiſmenum ubi fuerat dimerſa. Reſpuit infans: Palæmon uidendo matrem ſuam flæntem undas torſit quæ illā ad ſe traxerunt. conſtat autem eam dolore præcipitaſſe ſe poſtq̄ inuita filium proiecit in mare. Amnis ī agros: pluuiis frugū meliora incrementa proueniunt. Quāq̄ obſtrepit ipſe: quāquā ſtrepitus aquarum impediebat: auditum tamen auribus filiæ lamenta percepit. Vrna: ita enim fluuiorū ſimulacra pinguntur: quaſi amnem urnis effundant: ut Virgilius. cælataq; amnem fundens pater inachus urna. Scrupea limo: lapidoſa loca circa mare: uel flumina ſcrupea dicuntur. Cōcutiens: iracūdiæ ſignū. Buſta

Tuis & conſcius actis: qui recepi tua ſtupra: & libidine tua conſcius fui. Falſa: anthiopam Nyctei filiam ſtuprauit Iuppiter ī ſatyrum uerſus matrem Zeti & Amphionis: ideo falſa fronte: quia cornuti ſunt ſatyri: horum imaginē falſam ſibi ſumpſerat Iuppiter. Diſiungere phœbē: hoc contingit cum Hercules naſceretur. nam tres a luna continuatæ ſunt noctes Lucanus in carthagonio. thebais aligine nequam dū frueretur olympi rector luciferum ter iuſſerat heſperionem. Deceptaq; fulmina uidi: qa indiſpoſite fulmen Semelē extorſit: primā ergo fabulam Europæ dicit: ſecundam Alcmenæ in qua ter geminata eſt nox. tertiā Semeles: quam fulmine ſuo Iuppiter incendit: quartam Lædæ quam Iuppiter prope flumen uiciauit mutatus in Cygnū. Præcipuoſq;: increpans dicit præcipuos ſe Iouis filios educaſſe: ideſt Herculem liberumq;: unde cum Semele matre certum eſt liberū fulminatum ſed a Ioue Mercurioq; perceptum & fœmori Iouis inſutum ad naſcendi eſſe tempora reſeruatum. Funera portem: cadauerum molem.

Clamatus ſacris:clamore ſacrorum repertus. Thyrſos:quibus liberi caput ornatur. Strymonos:thraciam dicit. Admonet:nec tibi in mentem uenit bis accipiendum eſt:ut ſit nec tenet manus tuas parentum nutritorum immemor. Ni mortalis ego:ſiue eſt in me mutata natura. Infrendens:minaciter ſonitum dẽtibus dans: infrendere enim eſt dentes iraſcendo quatere:unde etiam infrendes dicuntur pueri ſine dentibus. Signa dedit:furoris ſui unde dedit iudicia. Auxilia:fluuenta niuium.

Infrẽdere

Cytheron animi in uindicta filii uelut auxilia miſit exercitus. Pabula brumæ:eleganter niues pabula brumæ dixit: certum eſt.n.niuium incremento ſtridorẽ hyemis magis augeri. Frater: eiuſdem prouinciæ flu. Tacitas:ſine frigore quia dicitur Aſopus lenis fluere:uel occultas per latẽtia ſpiramina terrarũ uires ſuas flu. refundebat.

Aera ſiccat.:pluuiæ enim ex nebulis conceptæ terræ funduntur:dicit ergo aquarũ ſæmina omnia ad incrementa huius flu. affuiſſe conuerſa. Aggere:riparum altitudine. Pleiadas: iſta ſydera cum occidunt: grauiſſimas tempeſtates commouent. Nigrum:turbidum: tempeſtatem ſignificantem: &enim ſi lucidus oriatur ſerenitatem ſignificat.ut Virgilius.armatumq́ auro circunſpicit oriona. Aeſtu: aquarum ſonus ac fremitus Hyppomedontis clypeum texit. Seruantia poſſidentia. Fugiente:pedũ niſu labente. Subruta: euerſa ideſt ſubter euntia. Fallaci limo:q cõditos ſibi greſſus decipiebat:& nutar̃ faciebat. Imbelli famulãte deo:debili libero. Solũq́ cruorẽ: quẽ cũ bacchãtur ac ſe lacerãt m̃res effundunt.

Errant:& geminas iungunt caligine ripas
Ille ego clamatus ſacris hululatibus amnis
Qui molles thyrſos.Bacchæaq́ cornua puro
Fonte lauare feror.ſtipatus cædibus arctãs.
In freta quæro uias.non ſtrymonos impia tanto
Stagna cruore natant.non ſpumifer altius Hebrus
Gradiuo bellante rubet:nec te admonet altrix
Vnda tuaſq́ manus iam pridem oblite parentum
Liber?an eous melius pacatur Hidaſpes
At tu quid tumidus ſpoliis.& ſanguine gaudes
Inſontis pueri.non hoc ex amne potentem
Inachon aut ſæuas uictor reuehere Mycenas
Ni mortalis ego: & tibi ductus ab æthere ſanguis
Sic ait infrendens.& ſponte furentibus undis
Signa dedit.mittit gelidus montana Cytheron
Auxilia:antiquaſq́ niues.& pabula brumæ
Ire iubet.frater tacitas Aſopos eunti
Conciliat uires.& hyulcis flumina uenis
Suggerit.ipſe cauæ ſcrutatur uiſcera terræ
Stagnaq́.torpenteſq́ lacus.pigraſq́ paludes
Excutit.atq́ auidos tollens ad ſydera fluctus
Humentes. & nebulas exhaurit. & aera ſiccat
Iamq́ ſuper ripas utroq́ extantior ibat
Aggere. iã medium modo qui ſuperauerat amnẽ
Hyppomedõ intactus aquis.humeroſq́ manuſq́
Miratur creuiſſe uadum.ſeſeq́ minorem
Hinc atq́ hinc tumidi fluctus animoſaq́ ſurgit
Tempeſtas.inſtar pelaſgi.cum pleiadas haurit
Aut nigrum trepidis inpingit Oriona nautis
Non ſecus æquoreo iactat Theumeſius amnis
Hyppomedonta ſalo.ſemperq́ umbone ſiniſtro
Tollitur.& clypeum nigrãte ſuperuenit æſtu
Spumeus aſſultans.fractaq́ refunditur unda
Et cumulo maiore redit.nec mole liquenti
Contentus carpit putres ſeruantia ripas
Arbuſta annoſaſq́ tabes.eiectaq́ fundo
Saxa rotat. Stat pugna impar.amniſq́ uiriq́
Indignãte deo.nec enim dat terga nec ullis
Frangitur ille minis. uenĩteſq́ obuius undas
Intrat.& obiecta diſpellit flumina parma
Stãt terra fugiẽte gradus.& poplite tenſo
Lubrica ſaxa tenet:genibuſq́ obnixus.& hærens
Subruta fallaci ſeruat ueſtigia limo
Sic etiam increpitãs.Vnde hæc Hiſmene repẽte
Ira tibi?quoue has traxiſti gurgite uires
Imbelli famulante deo:ſolumq́ cruorem

Fœmineis experte choris.cum Bacchica mugit
Buxus. & inſanæ maculant triaterida matres?
Dixerat.atq; illi ſeſe deus obtulit ultro
Turbidus imbre genas & nube natantis Arenæ
Nec ſæuit dictis.trunca ſed pectora quercu
Ter quater oppoſiti q̄ tum ira deuſq; ualebant
Impulit aſſurgens.tandem ueſtigia flexit
Excuſſumq; manu tegmen:conuerſaq; lente
Terga refert.inſtant undæ:ſequiturq; labentem
Amnis ouans:nec non ſaxis:& grandine ferri
Deſuper infeſtant tyrii:geminoq; repellunt
Aggere:quid faciat bellis obſeſſus:& undis?
Nec fuga iam miſero:nec magnæ copia mortis
Stabat gramineæ producta crepidine ripæ
Vndarum:ac terre dubio.ſed amicior undis
Fraxinus ingentiq; uadum poſſederat umbra
Huius opem (nam qua terras inuaderet?) unca
Arripuit dextra.nec pertulit illa trahentem
Sed maiore ſupra q̄ ſtabat pondere uicta
Soluitur.& qua ſtagna ſubit radice.quibuſq;
Arentem mordebat humum demiſſa ſupernæ
Iniecit trepido ſeſe.ripamq; nec ultra
Paſſurum ſubitæ uallauit pœna ruinæ
Huc undæ coeunt.& ineluctabile cœnum
Vorticibuſq; cauis ſedit.creſcitq; baratrum
Iamq; humeros.iam colla ducis ſinuoſa uorago
Circuit.hic demum uictus ſuprema fateri
Exclamat fluuione (pudet?) mars inclyte merges
Hāc animam? ſegneſq; lacus? & ſtagna ſubibo
Ceu pecoris cuſtos ſubiti torrētis iniquis
Interceptus aquis? adeo ne occumbere ferro
Nō merui? tandem precibus commota tonātem
Iuno ſubit.quonam miſeros ſator inclyte diuum
Inachidas? quonā uſq; premes? iam pallas & odit
Tydea.iam rapto tacuerunt augure Delphi
En meus Hyppomedō.cui genus origo Mycenæ
Argolicīq; lares.numenq; ante omnia Iuno
(Sic ego fida meis) pelagi crudelibus ibit
Præda feris? certe tumulos.ſupremaq; uictis
Buſta dabas.ubi Cecropiæ poſt prælia flammæ?
Theſeos ignis ubi eſt? non ſpernit coniugis æquas
Ille preces.leuiterq; oculos ad mœnia Cadmi
Rettulit.& uiſo ſederunt flumina nutu
Illius exangues humeri:& perfoſſa pateſcunt
Pectora:ceu uentis alte conflata reſedit
Tempeſtas;ſurgunt ſcopuli.quæſitaq; nautis

Buxus:tibia. Et nube natantis harenæ: ideſt natantis limi ſqualore ſordentis ad demonſtrandam uiolentiam torrentis fluminis fundo limum exitum in ſupficie aquarū rotare poeta mōſtrauit. Oppoſiti: hyppomedontis conuerſi ut oſtēderet uiri fortis conſtantiam. Quid faciat: exclamatio.

Nec magnæ:ideſt gloriæ ſuæ. Crepidine ripæ:crepido dicitur moles eminentior in ripis. Crepido Vndarum:incertum erat utrū hæc arbor ultra fluuium eſſet fixa:an in ipſo fluuio:tamen melius in ipō fluuio accipimus ſtare. Huius:arboris. Nam qua terras:interpoſitio per interrogationem. Nec pertulit:non ſuſtinuit arbor hyppomedonta trahentem:pondere uicta:tenentis uiri grauitate uulſa eſt Superne.Deſuper cadens.

Huc undæ coeunt:in locum ſtantis arboris unda ſucceſſit.ut Lucanus.inque locum puppis cecidit mare. Baratrū:uorago profunda aquarum. Baratrū Sinuoſa uorago:Cœnoſæ altitudinis motus. Pudet: interpoſitio increpantis. Torrentis:torrentia dicuntur Torrens flumina quæ ſubiecta montibus facilime aquarum augentur incrementis. Iniquis: Magnis.ſiue uim inferentibus. Buſta dabas:quia cum uetaret Creon ſepeliri liberi occiſorum ducum uxoreſq; eorum a Theſeo rege athenienſiū meruere:ut bella thebanis inoblato miſeris redderet ſepultura inuidioſe Iuno dicit quoniam Hyppomedontis corpus fluctus abſtulerūt thebanorum crudelitatem nec miſerationem poterit tolerare. Reſedit:peracta ſiue finita.

Stupuit cruor: ſanguis Hyppomedontis: qui frigore fluuii gelatus morte ſolutus aeris calore uulneribus manat. Laxat: nudat: ſiue liberum facit quem ante obtexerant rami. Ordine ſyluas: quia ipſa poſt caſum quercus extenditur. Aſtrictis: timore compreſſis. Laxauit: nudauit galeã adimendo. Ades o mihi dextera tantũ: Virgilius. dextra mihi deus: & tælum quod miſſile libro. Potentem: ſpoliorum dominũ. Animam. Hypſei: ſuper aſſiſtens Hypſeo.

Refer huc oculos: ad me reſpice. Tuaſq;: hoſtiles. Membra ſepulchro: ſpolia ſuper eum iniciit quaſi ſepulchri uice.

Terra.& ab infeſtis deſcendunt æquora ſaxis
Quid ripas timuiſſe iuuat? premit ũdiq; nymbo
Telorum pheniſſa cohors.nec tegmina membris
Vlla.omniſq; patet letho.tunc uulnera manant
Quiq; ſub amne diu ſtupuit cruor aere nudo
Soluitur.& tenues uenarum laxat hiatus
Incertiq; labant undarum frigore greſſus
Procumbit.Getico qualis procumbit in Hemo
Seu boreæ furiis.putri ſeu robore quercus
Cælo mixta comas ingentemq; aera laxat
Illam nutantem nemus.& mons ipſe tremiſcit
Qua tellure cadat.quas obruat ordine ſyluas
Non tamen.aut enſem.galeamue audacia cuiq̃
Tangere.uix credunt oculis.ingentiaq; horrent
Funera.& aſtrictis accedunt comminus armis
Tandem adit Hypſeus capulumq; in morte tenẽti
Extrahit.& toruos laxauit caſſide uultus
Itq; per Aonios alte mucrone coruſco
Suſpenſam oſtentans galeam.& clamore ſuperbit
Hic ferus Hyppomedon.hic formidabilis ultor
Tydeos infandi.debellatorq; cruenti
Gurgitis.agnouit longe. preſſitq; dolorem
Magnanimus Capaneus.telumq; immane lacerto
Hortatur librans.Ades o mihi dextera tãtum
Tu præſens bellis.& ineuitabile numen
Te uoco.te ſolam ſuperum contemptor adoro
Sic ait.& uoti ſeſe facit. ipſe potentem
It tremebunda abies.clypeumq; per ærea terga
Lorice.tandemq; animam ſub pectore magno
Deprendit.ruit haud alio q̃ celſa fragore
Turris.ubi innumeros penitus quaſſata per ictus
Labitur.effractamq; aperit uictoribus urbem
Cui ſuper adſiſtens non inficiamur honorẽ
Mortis ait. refer huc oculos.ego uulneris auctor
Lætus abi.multumq; aliis iactantior umbris
Tunc enſem.galeamq; rapit.clypeumq; reuellit
Ipſius.exanimemq; tenens ſuper Hyppomedonta
Accipe ait.ſimul hoſtiles dux magne tuaſque
Exuuias.ueniet cineri decus.& ſuus ordo
Manibus:interea iſtos dum reddimus ignes
Hoc ultor capaneus operit tua membra ſepulchro
Sic anceps dura belli uice mutua grais
Sydoniiſq; ſimul nectebat uulnera Mauors
Hic ferus Hyppomedon:illic nõ ſegnior Hypſeus
Fletur.& alterni præbent ſolatia luctus
Triſtibus interea ſomni turbata figuris

Torua ſagittiferi mater thaygetis ephœbi
Crine dato.paſſim palmis ex more ſolutis
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
Purgatura malum fluuio ueniente ſoporem
Namq; per attonitas curarum pondere noctes
Sæpe & delapſas adytis quas ipſa dicarat
Exuuias. ſeq; ignotis errare ſepulchris
Extorrem nemoris dryadumq; a plæbe fugatam
Sæpe nouos nati bello rediiſſe triumphos
Armaq;:& alipedem notum: comiteſque uidebat
Nuſq̄ ipſum:nunc ex humeris fluxiſſe pharetras
Effigieſque ſuas ſimulachraque nota cremari
Præcipuos ſed enim illa metus portendere uiſa eſt
Nox miſeræ.totoque erexit pectore matrem
Nota per Arcadias fœlici robore ſyluas
Q uercus erat Triuiæ.quam deſacrauerat ipſa
Electam turba nemorum.numenq; calendo
Fecerat.hic arcus.& feſſa reponere tela
Armaq; curua ſuum. & uacuorum terga leonum
Figere.& ingentes æquantia cornua ſyluas
Vix ramis locus agreſtes adeo omnia cingunt
Exuuiæ.& uiridem ferri nitor impedit umbram
Hanc ut forte iugis longo deſeſſa redibat
Venatu modo rapta ferox Erymanthidos urſæ
Ora ferens.multo proſciſſam uulnere cernit
Depoſuiſſe comam:& rorantes ſanguine ramos
Expiraſſe ſolo:quærenti nympha cruentas
Mænadas.atq; hoſtem dixit ſæuiſſe lyeum
Dum gemit.& planctu circundat pectus inani
Abrupere oculi noctem.mœſtoq; cubili
Exilit.& falſos quærit per lumina fletus
Ergo ut inane nefas merſo ter crine piauit
Verbaq; ſollicitas matrum ſolatia curas
Addidit.armatæ ruit ad delubra dianæ
Rore ſub æoo:nataſq; ex ordine ſyluas
Et quercum gauiſa uidet:tunc limite diuæ
Aſtitit. & tali nequicq̄ uoce precatur:
Virgo potens nemorum cuius non mollia ſigna
Militiamq; trucem:ſexum indignata frequento
More nihil graio.nec te gens aſpera ritu:
Colchis:amazoniæue magis coluere cateruæ
Si mihi non unq̄ thyaſi.ludiſue proteruæ
Noctis & inuiſo quamuis temerata cubili
Non tamen aut teretes thyrſos:aut mollia geſſi
Penſa.ſed in tetricis.& poſt connubia luſtris.
Sic quoque uenatrix animumq; innupta remanſi.

Ex more:quo ſolita erat cum pc̄is ſuis curſu certare. Viuente: perenni. Curarū pōdere:magnitudine:quia illi maxime turbantur:qui magnis curis urgētur. Extorrem:exulem:extorris enim dicit̄ exul quaſi exterris:ideſt extra terram. Extorris Videbat: ab inferiori ſenſu:& ſupra uidebat intelligendum. Ipſum:filium. Fulxiſſe: cecidiſſe.

Effigieſq; ſuas:portendebatur ei filiū moriturum:q eſt matris effigies. Præcipuos: poſt alias noctes hæc ſomniis grauior uidebatur. Nox miſeræ:in qua uidet ſomniū quod poeta dicturus eſt. Erexit: excitauit ſollicitudine. Fœlici robore:fructiferi roboris enarratio ſomnii noctis ultimæ. Arma:dentes:ut Virgilius:tum demum mouet arma leo. Figere.Virgilius.Sacra ad faſtigia fixi. Impedit:adoperit. Feſſa: ſomnio quod uidit. Quærenti:cauſam proſciſſæ quercus. Lyeum:bacchū:per hoc portendebatur thebanis occidendum Parthonopæum:nam thebæ libero patri dicatæ ſunt. Abrupere:oculi:expta ē falſos quos in ſomniis paſſa eſt ſub æoo .matutīo tempore. Quercum:quia uidebat fuiſſe præſciſſam. Signa:ueneratoris inſignia. More nihil graio:non græcorū more delector.

Aſpera:ubi homines immolabantur ſacris. Thyaſi:chori uirginū & puerorum q libero hymnos canunt. Tyrſos:haſtas pāpineas. Tetricis: ſeueris ſiue horribilibus.

Sic quoq;:cum uirgo eſſe deſiſſem in honorem nominis tui: tamen uenandi ſtudia non mutaui.

Culpam: quod ſum neglecta pudicitia uiciata. Oſtendi:ſubauditur diana. Trementem:mox natum. Confeſſa: inocentiæ proximus eſt:qui culpam fatetur. Protinus arcus:mox ut potuit ad armorū noſtrorum uſus acceſſit. Quid trepidæ noctes:interpoſitio cum interrogatiōe. Ampla:maiora. Da uiſere tātum:ſi uetare nō poſſum:reſtitue quæſo diua uel uictum.

Tuaq; arma:uenationis.i. ſagittas. Preme:compeſce nefanda ſomniorum omina

Delia:uocatiuus eſt. Mænades: bacchæ quoniam in ſomnis quercum uiderat a libero patre & bacchis forte p̄ſciſſam. Cur penitus:q̄ me uehementer huc trahit ſuſpicio:ut putem orbitatem mihi ſignificari:arboris caſu.

Dictynna

Dictynna:ob id dicta dictynna Diana. Briton martis filia uirgo cretenſis Dianæ rhætibus piſcatorum: quæ græce Δικτυα dictya nominantur:a quibus huius corpus inuentum extractum eſt:inſula tamen creta peſtilētia laborauit.quam euadere penitus nequiuiſſent:niſi templū Dianæ inſtituiſſent:eamq; dictynnā uocaſſent a rhætibus. Labores:deprecor tē Diana p̄ maternos dolores:ſiue quibus tu edita es: ſiue per omnium parturientium gemitus.

Maduiſſe dianæ:miſeratione atlantæ conqueſta eſt ut uideretur etiam ſimulachrū numinis mouiſſe lachrymas.

Mænalus

Mænalon aſtris:tanta eſt mænali altitudo:ut cacumē eius aſtris uideatur inſertum. Qua ſemita lucet: Diis eam partem tantum ad tranſitum datam ſignificat:q̄ ſummū aerem infimumq; coniugit. qui locus eſt circa circulum lunæ:de quo Lucanus. Qua niger aſtriferis connexis axibus æther:quaq; pater terras inter lunæq; meatus. Colla:Parnaſſi iuga. Sydere mixto:bene per occaſionem figmenti poetici naturalem expoſuit rationem.tunc enim eclypſis fit ſolis cum luna trigeſima ē:& ad ſignum idem uenit & orbem eius obſcurat. Labdacias: thebanas a patr̄ Labdacio. Pudet irritus:q̄a Amphiarao auxiliū ferre nō potuit. Coegi:cōiunxi. Antra:ubi oracula Apollinis dātur.

Nec mihi ſecretis culpam occultare ſub antris
Cura.ſed oſtendi natum.poſuiq; trementem
Ante tuos confeſſa pedes.nec degener ille
Sanguinis.inq; meos reptauit protinus arcus
Tæla puer lachrymis.& prima uoce popoſcit
Hūc mihi quid trepidæ noctes.ſomnuſq; mināt?
Hunc precor audaci.qui nunc ad prælia uoto
Heu nimium tibi fiſus abit.da uiſere belli
Victorem.uel ſi ampla peto da uiſere tantum.
Hic ſudet.tuaq; arma ferat.preme dura malorum
Signa.quid in noſtris nemoralis delia ſyluis
Mænades hoſtiles thebanaq; lumina regnāt?
Hei mihi cur penitus (ſicq; augur caſſa futuri)
Cur penitus magnoq; īterpretor omīe quercum?
Quod ſi uera ſopor miſeræ præſagia mittit
Per te maternos mittis dictynna labores.
Fraternumque decus iuſtis hunc fige ſagittis
Infœlicem uterum.miſeræ ſine funera matris
Audiat ille precor.dixit fletuq; ſoluto
Aſpicit.& niueæ ſaxum maduiſſe dianæ.
Illam diua ferox etiam num in limine ſacro
Expoſitam:& gelidas uerentem crinibus aras
Linquit:& in mediis frondentem mænalon aſtris
Exuperat greſſu:ſaltumq; ad mœnia cadmi
Deſtinat interior cæli.qua ſemita lucet
Diis tantum:& cunctas iuxta uidet ardua terras:
Iamq; fere medium parnaſi frondea præter
Colla tenebat iter:cum fratrem nube coruſca
Aſpicit haud ſolitum uiſu remeabat ab armis
Mœſtus echioniis dimerſi funera lugens
Auguriis.irrubuit cæli plaga ſidere mixto.
Occurſuq; ſacro pariter iubar arſit utrinque.
Et coiere arcus:& reſpondere pharetræ.
Ille prior.ſcio labdacidas germana cohortes:
Et nimium fortes auſum petis arcada pugnas
Fida rogat genitrix.utinam indulgere precanti
Fata darent.en ipſe mei (pudet) irritus arma
Cultoris.frondeſq; ſacras.& inania uidi
Tartara:& in memet uerſos deſcendere uultus
Nec tenui currus.terræq; abrupta coegi
Sæuus ego immerituſq; coli.Lugentia cernis
Antra ſoror? mutaſq; domos? hæc ſola rependo
Dona pio comiti.nec tu peritura mouere
Auxilia.& mœſtos in uanum perge labores
Finis adeſt iuueni:non hoc mutabile fatum
Nec te nunc dubiis fraterna oracula fallunt

At decus externum miſero confuſa uiciſſim
Virgo refert: duræq; licet ſolatia morti
Quærere. nec fugiet pœnas quicunq; nefandam
Inſontis pueri ſcelerarit ſanguine dextram
Impius. & noſtris fas ſit ſæuire ſagittis
Sic effata mouet greſſus libandaq; fratri
Parcius ora tulit. Thebaſq; infeſta petiuit
At pugna ereptis maior crudeſcit utrinq;
Regibus: alternoſq; ciet uindicta furores
Hypſeos. hinc turmæ deſolatumq; magiſtro
Agmē: at hic grauius fremit Hyppōedōtis adēpti
Orba cohors. præbent obnixi pectora ferro
Idem ardor rabidis externum haurire cruorem
Ac fudiſſe ſuum: nec ſe ueſtigia mutant
Stat cuneo defixa acies: hoſtiq; cruento
Dant animas: & terga negant. cum lapſa per auras
Vertice Dyrcæi uelox Latonia montis
Aſtitit. agnoſcunt colles. notamq; tremiſcit
Sylua deam. ſæuis ubi quondam exerta ſagittis
Fœcundam lapſo Nioben conſumpſerat arcu
Illum acies inter medias iam cæde ſuperbum
Neſcius armorum. & primas tūc paſſus habænas
Venator raptabat equus. quem diſcolor ambit
Tygris. & auratis aduerberat unguibus harmos
Colla ſedent nodis. & caſtigata iubarum
Libertas. nemoriſq; notæ ſub pectore primo
Iactantur niueo lunata monilia dente
Ipſe bis Oebalio ſaturatam murice pallam
Lucenteſq; auro tunicas (hoc nouerat unum
Mater opus) tenui collectus in ilia uinclo
Cornipedis leuo clypeum dimerſerat harmo
Enſe grauis tereti. nimio iuuat aurea morſu
Fibula. pendentes circum latera aſpera cinctus
Vaginæq; ſonum tremulumq; audire pharetræ.
Murmur. & a cono miſſas in terga cathenas
Interdum criſtas hilaris iactare comantes
Et pictum geminis galeæ iubar. aſt ubi pugna
Caſſis anhela calet. reſoluto uertice nudus
Exoritur. tunc dulce comæ. radiiſq; trementes
Dulce nitent uiſus: & quas dolet ipſe morari
Nondum mutatæ roſea lanugine malæ.
Nec formæ: ſibi laude placet: multumq; ſeueris
Aſperat ora minis: ſed frontis ſeruat honorem
Ira decens. dat ſponte locum Thebana iuuentus
Natorum memores. intentaq; tela retorquent
Sed premit. & ſæuas miſerantibus ingerit haſtas

Confuſa uiciſſim: interpoſuit ſuam poeta perſonam quā uerbis Dianæ poſuit: ordo ergo & ſenſus talis eſt. Si mihi non licet: de prælio libare certe extremum diem & ſolatia mortis & concedam nomini uultus occumbat: ut ſit parēthesis ex perſona poetæ. Confuſa uiciſſim uirgo refert: nemo de eo loco in quo ſteterat pellebatur.

Illum: parthonopæum. Diſcolor: maculoſus. Ambit: operit. Tygris: pro pelle tygridis. Vnguibus harmos: currente equo mota pellis equi harmos cælabat. Colla ſedent nodis: plena ſunt muſculis. Virgili. Iuxuriatq; thoris animoſū pectus. Caſtigata iubarū: pexa. & collecta iuba in ceruice equi ſedebat ornata. Nemoriſq; notæ: ſigna uenationis equo ſub pectoris prima parte pendebant. Lunata: in modum lunæ curuata. Nouerat unū: & bene unū: quia niſi pietate uicta filii nunquam uenatrix fœminea opera cōtigiſſet. Collectus: cinctus ſiue ſtrictus. Cathenas: a parte eni galeæ: deſcendūt cathenæ: quæ collum ſedentis defendant. Multumq; ſeueris: ſupra præmiſſa parthonopæi pulchritudine his eſt uitanda laudatio. ipſe tamen ferme laudem aſpernatur: & ut cælet pulchritudinē ſuā iraſcit. Intētaq;: cōtra Parthonopæū pata ætatis miſericordia reuocāt tæla.

Vota:aut nubant ei:aut uincant. Quod inquit:dubitantis eſt. Cruda:immatura.
Et nunc illa:mater ſcilicet atlāta. Limina laſſat:rogādo fatigat:ut Horatius.qua prece fatigent minus audientem carmina ueſtam. Hululanda:formidāda ſiue luctuoſa. Moriture parenti:matri tuæ tātum peribis cui ſoli morte tua ingeras luctum.
Choryton tælis:choryton teca arcus ſolius dicitur:ſicut pharetra ſagittarum & ſagina ſecuti:nunc uero choryton pro pharetra poſuit. Conſcia miſcet:ipſa eſt hécate que inuocatur a magis. Hærbas : magicæ diſciplinæ aptas. Getula: afra. Vngues : quibus nocet. Indignatur:matris uenationibus nutari. Prima tanagræum:euboeū: tanagræus ciuitas eſt euboeæ ut ipſe in cathalogo:mille ſagittiferos gelido de colle tanagræus. Margine parmæ: inter limitē ſcuti uel galeæ. Sacri:execrabilis: ſeu quia Diana eius ſagittas infecerat. Sæuit in eurithon:ſubaudis turbatus eſt:aut periit.
Callida:inſidioſe facta:dicit ferrum ſagittarum tres uncos habere:ut infixum reuelli non poſſit. Explicuit: ambos illius oculos obcæcauit. Hoſtem:Parthonopæum.

Illum & ſydoniæ iuga per Theumeſia nymphæ
Bellantem.atq; ipſo ſudore. & puluere gratum
Laudant.& tacito ducunt ſuſpiria uoto
Talia cernentis mitis ſubit alta Dianæ
Corda dolor.fletuq; genas uiolata quod inquit
Nunc tibi quod lethi quæram dea fida propinqui
Effugiunt? hæc ne ultro properaſti prælia ſæue
Ac miſerande puer? cruda heu feſtinaq; uirtus
Suaſit.& hortatrix animoſi gloria lethi
Scilicet anguſtum iamdudum urgentibus annis
Mœnalium tibi parue nemus.perq; antra ferarū
Vix tutæ ſine matræ uiæ.ſiluestria cuius
Nondum tela procax.arcumq; implere ualebas
Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
Inuidiam.ſurdaſq; fores.& limina laſſat
Tu dulces lituos.hululataq; prælia gaudes
Fœlix.& miſeræ tandem moriture parenti
Ne tamen extremo fruſtra morientis honōri
Abfuerit.uenit in medios caligine fulua
Septa globos.primumq; leues furata ſagittas
Audacis tergo pueri.cæleſtibus implet
Choryton telis.quorum ſine ſanguine nullum
Effugit.Ambroſio tunc ſpargit membra liquore
Spargit equum ne quo temeretur uulnere corpus
Ante necem. cantuſq; ſacros.& conſcia miſcet
Murmura.ſecretiſq; colchidas ipſa ſub antris
Nocte docet.mōſtratq; feras quærētibus hærbas
Tunc uero ex certo circunuolat igneus arcu
Nec ſe mente regit.patriæ matriſq; ſuiq;
Immemor:& nimium cæleſtibus utitur armis
Vt leo cui paruo mater Getula cruentos
Suggerit ipſa cibos cum primum creſcere ſenſit
Colla iubis.toruuſq; nouos reſpexit ad ungues
Indignatur ali.tandemq; effuſus apertos
Liber amat campos.& neſcit in antra reuerti
Quos age parrhaſio ſternis puer īprobe cornu?
Prima Tanagræum turbauit arūdo Coræbum
Extremo galeæ:primoq; in margine parmæ
Anguſta tranſmiſſa uia:ſtat faucibus unda
Sāguinis:& ſacri facies rubet igne ueneni.
Sæuit in Heurichion:cui luminis orbe ſiniſtro
Aſpera tergeminis acies ſe condidit uncis
Ille trahens oculo plenam labente ſagittam
Ibat in auctorem.Sed diuum fortia quid non
Tela queant? alio geminatum lumine uulnus
Explicuit tenebras:ſequitur tamē improbus hoſtē

Q ua meminit:fuſum donec prolapſus i idam
Decidit:hic ſæui miſer inter funera belli
Palpitat:& mortem ſocioſq; hoſteſq; precatur
Addit Abantiadas iſignem crinibus Argum
Et male dilectum miſeræ Cydona ſorori
Huic geminum obliqua traiecit arundine tempus
Extitit hac ferrum uelox:hac pẽna remãſit
Fluxit utriq; cruor:nulli tela aſpera mortis
Dãt ueniam.nõ forma Lamum:nõ inſula Lygdũ
Nõ pubeſcẽtes texerunt Aeolon anni
Figitur ora lacus:flet ſaucius inguina Lygdus
Perfoſſam telo niueam gemis Aeole frõtem
Te præceps Euboea tulit.te candida Tyſbe
Miſerat.hũc uirides non excipietis Amycle
Nunq̃ caſſa manus:nullum ſine uulnere fugit
Miſſile.nec requies dextræ.ſonitumq; priori
Iũgit arundo ſequens.unum quis crederet arcum?
Aut unam ſæuire manum? modo dirrigit ictus
Nũc latere alterno dubius conamina mutat
Nunc fugit inſtãtes.& ſolo reſpicit arcu
Et iam mirãtes.indignanteſq; coibant
Labdacidæ. primuſq; Iouis de ſanguine claro
Amphion ignarus adhuc q̃ funera campis
Ille daret quonam uſq; moram lucrabere fati
O multum miſeros puer orbature patẽtes?
Q uin etiam menti tumor.atq; audacia gliſcit
Congreſſus dum nemo tuos.pugnamq; minorem
Dignatur bellis.iramq; relinqueris infra
I repte arcadiam.mixtuſq; æqualibus illic
Dum ferus.hic uero deſæuit puluere mauors
Prælia lude domi.q; ſi te mœſta ſepulchri
Fama mouet:dabimus.letho moriere uirorum
Iamdudum hũc contra ſtimulis grauioribus ardet
Trux Atlantiades.nec dum ille quieuerat.infit
Sera etiam i Thebas.quarum hic exercitus arma
Profero.quiſnam adeo puer.ut bellare recuſet
Talibus? Arcadiæ ſtirpem .& fera ſemina gẽtis
Nõ Thebana uides.nõ me ſub nocte ſilẽti
Thyas Echionio genitrix famulata Lyæo
Edidit:haud unq̃ deformes.uertice mytras
Induimus.turpiq; manu iactauimus haſtam
Protinus aſtrictos didici raptare per amnes
Horrẽdaſq; domos magnarum intrare ferarum
Ec quid plura loquar? ferrũ mea ſemper:& arcus
Mater habet:ueſtræ feriunt caua tympana matres
Nõ tulit Amphion:uultumq; & in ora loquẽtis

Addit:occidit. Abantiades: Abantis filios quos ſupra memorauit:non ego Abãtiadas. Et male dilectum: quia dilectus inter uos:nõ cauſa pietatis eſt:ſed libidinis: notandum ergo quod hic male ſcelerate ſignificat:quia incæſtum oſtendit:ideo quaſi impii ipſius tantum mortem expreſſit.
Candida:propter columbas. Non excipietis amyclæ:maxime in ſuuam patriam reuertitur:amyclæ ciuitas laconiæ regiõis.
Quis crederet arcũ:poſt terga mittebat ſagittas fugiens ſicut parthi.Lucanus:& melior ceſſiſſe loco quam pellere uirtus.Virgilius:fidentemque fuga parthum uerſiſque ſagittis. Labdacidæ:labdacidæ a patre labdaco. Amphion :filius Amphionis Theti fratres.Quæ funera.quãtas mortes. Infra nec dignus ira hoſtis:cõtemptibilis. Fama mouet. Non me ſub nocte ſilenti:epitheton noctis:ſeu quod ſacra a Thebanis tacite cælebrãtur. Vertice mytras:mytra icuruum pileo de quo dependent buccarũ tegmina:& oratorie:crimen obiectum eſt ex habitus qualitate.Virgilius:& tunicæ manicas & habent redimicula mytræ.

Lumine diro : Conuētis haſtæ ſiue aſpe
ro:quod lux ferri deos terreat. Deuius ha
ſtam:auianæ haſtæ motus. Virgilius. dato
uertit ueſtigia tergo. Omni ſtetit: nihil de
uiuo uultum mutauit in conſpectu rectiſſi
mo. Pudico:caſto. Mandauerat: commē
dauerat. Diſſimulata:cælata ſiue mutata.

Parce parenti:bene furenti filio nomē ma
tris appoſuit:ut oblatio cari nominis pue/
rū feſtinato ſuo retardaret interitu : ut uel
matri parceret: quippe quam ꝓ gloria ſua
contemnere cupiebat. Cultus:ſpolia am/
phionis. Tempeſtiua:Opportuna. Horati
us. deſine matrem tempeſtiua ſequi uiro.

Temperet:diſponat:aut ordinet. Colus:
parcarum:ideſt finita eſt Parthonopæi ui/
ta. Pudore:ſubaudis ceſſit: & auertit Par/
thonopæo faciem. Turbidus Oriō:qa hic
dryas orionis fuit filius:q iuſſu dianæ ſcor
pii ictu periit:turbidus autem quia illa ſtel
la eius tempeſtatem mouet:ſiue fortis uel
incontinens:quippe qui nimio amore dia
næ flagrauit. Inde furit primū:ex illa cau/
ſa. quia patrem eius diana ſagittis occide/
rat.unde Horatius. Virginea domitus ſa/
gitta. Arcadas:comites Dianæ.

Telum immane rotat:ſed ferri lumine diro
Turbatus ſonipes. ſeſe dominumq; retorſit
In latus.atq; auidam tranſmittit deuius haſtam
Acrior hoc iuuenem ſtricto mucrone petebat
Amphion.cum ſe medio Latonia campo
Iniicit ante oculos.omni ſtetit:anxia uultu
Hærebat iuueni deuinctus amore pudico
Mænalius Dorceus.cui bella ſuumq; timorem
Mater.& audaces pueri mandauerat annos
Huius dum uultu dea diſſimulata profatur
Hactenus Ogygias ſatis infeſtaſſe cateruas
Parthonopee ſatis.miſeræ iam parce parenti
Parce deis quicunq; fauent.nec territus ille
Hūc ſine me (nec plura petam) fidiſſime Dorceu
Sternere humi.qui tela meis gerit æmula telis
Et ſimiles cultus.& fræna ſonātia iactat
Fræna regam cultus triuiæ pēdentibus alto
Limine.captiuis matrem donabo pharetris
Audiit.& mixto riſit Latonia fletu
Viderat hāc cæli iamdudum parte remota
Gradiuum complexa Venus.dumq; anxia thebas
Commemorat.Cadmumq; uiro.caræq; nepotes
Hermionæ.preſſum tacito ſub corde dolorem
Tempeſtiua mouet . Nō ne hāc gradiue proteruā
Virginitate uides mediam ſe ferre uirorum
Cœtibus? utq; acies audax.& martia ſigna
Temperet? en etiam donat.præbetq; necādos
Tot noſtros de gente uiros.huic tradita uirtus
Huic furor? agreſtes契 ſupereſt tibi figere Damas
Deſiluit iuſtis commotus ī arma querelis
Bellipotens.cui ſola uagum per inane ruenti
Ira comes. reliqui ſudāt ad bella furores
Nec mora:cum mœſtam monitu Latoida duro
Increpat aſſiſtēs.Nō hæc tibi prælia diuum
Dat pater armigerum ni protinus improba cāpū
Deſeris huic æquam noſces nec pallida dextræ
Quid faciat? cōtra premit.huic mauortia cuſpis
Hinc plene tibi parue colus:Iouis inde ſeueri
Vultus.abit ſolo poſt hæc deuicta pudore
At pater Ogygias mauors circunſpicit alas
Horrēdumq; dryāta mouet:cui ſanguinis auctor
Turbidus Orion:comiteſq; odiſſe Dianæ
Inde furit primum.hic turbatos arripit enſe
Arcadas:exarmatq; ducem.cadit agmine lōgo
Cyllenes populus.thegeæq; habitator opacæ
Ephytheiq; duces.fugiūt thegeæq; phalāges

Ipſum aũt:& lapſa fidit proſternere dextra
Nec ſeruat uires: &enim huc iam feſſus:& illuc
Mutabat turmas:urgent præſagia mille
Funeris:& nigræ præcedunt nebula mortis
Iamq; miſer raros comites.uerumq; uidebat
Dorcea:iam uires paulatim abſcedere ſentit
Sentit.& exhauſtas humero leuiore pharetras
Iã minus atq; minus fert arma puerq; uidetur
Et ſibi cum torua clypei metuendus obarſit
Luce dryas tremor ora repens.ac uiſcera torſit
Arcados. Vt feri uectorem fluminis albus
Cum ſupra reſpexit olor.cupit hiſcere ripam
Strymonos.& trepidas in pectora cõtrahit alas
Sic iuuenem ſæui conſpecta mole Dryãtis
Iam non ira ſubit.ſed lethi nuncius horror
Arma tamen fruſtra ſuperos. Triuiamq; precatus
Mollitur pallens. & ſurdos expedit arcus
Iamq; inſtare telis.& utrãq; obliquis in ulnam
Cornua contingit mucrone.& pectora neruo
Cum ducis Aonii magno cita turbine cuſpis
Fertur in aduerſum.neruiq; obliqua ſonori
Vincla ſecat.pereũt ictus:manibuſq; remiſſis
Vana ſupinato ceciderunt ſpicula cornu
Tunc miſer & frænos turbatus.& arma remiſit
Vulneris impatiens humeri.qua tegmina dextri
Intrarat. facilemq; cutem ſubit altera cuſpis
Cornipediſq; fugam ſucciſo poplite ſiſtit
Tunc cadit ipſe Dryas(mirum) nec uulneris unꝗ
Conſcius olim.auctor teli.cauſæq; patebant
At puer infuſus ſociis indeuia campi
Tollitur.Heu ſimplex ætas.morienſq; iacentem
Flebat equum.cecidit laſſata caſſide uultus
Aegraq; per trepidos expirat gratia uiſus
Et prenſis concuſſa comis.ter colla quaterq;
Stare negant.ipſiſq; nefas lachrymabile thebis
Ibat purpureus niueo de pectore ſanguis
Tandem hæc ſingultu uerba incidente profatur
Labimur I miſeram Dorceu ſolare parentem
Illa quidem ſi uera ferunt præſagia curæ
Aut ſomno iam triſte nefas:aut omine uidit
Tu tamen arte pia trepidam ſuſpende:diuq;
Decipito:neu tu ſubitus:neue arma tenẽti
Veneris:& tandem cum iam cogere fateri
Dic merui genitrix pœnas inuita capeſſe
Arma puer rapui.nec te retinẽte quieui
Nec tibi ſollicitæ ſaltem inter bella peperci

Seruat uires:dum hoſtes inſequuntur: Præcedunt nubila mortis: circunuolant: ideſt uentus.uerumq; uidebatur:non eum in quem fuerat immutata. Arſit:effulſit: uel reſplenduit.auus enim dryas neptunni filius fuit iouis & Mercurii: idcirco duorũ numinum armis gerebat iſignia. Hiſcere ripam:ut ſe ſubmergat: & fugiat aquilam. Expedit:ad ſagittandum parat. Aonii: dryantis. Nerui ſonori:arcus parthonopæi inciſo neruo. Ictus:quos parthonopæus parauerat perierunt. Facilem: mollem ſeu penetrabilem.ut pueri ſcilicet. Poplite ſiſtit:per ſedentis poplitem equum percuſſit. Conſcius:a diana intelligitur dryas occiſus:ut ipſa ſuperius promiſerat dicens: & noſtris fas ſit ſæuire ſagittis. Et præhẽſis concuſſa comis: nam morituris ſolent erigere capita:comaſq; concutiẽdo ſiue uellendo quaſi reuocent illius ſenſum. Incidente:irrumpente. Arma tenenti:ne audita morte tua:te aut ſe interficiat: ideſt ſtatim ut ueneris ne dicas me occiſum fuiſſe. Dic merui:dic mee matri ex mea perſona merui occidi quia te reuocantem me ab intentione belli non ſum ſecutus: & merito pœnas dedi. Capeſſe:quia te contempſi: ut orbitaris quia filio priuaris. Peperci:qa audacius ꝗ ætas poſcebat bella tractaui.

Pone metus:deſine pro me eſſe ſollicita.
Præbuit:interpoſitio poetæ perſonæ.
Me dedignãte ſolebas:quia quaſi uir for tis uolebat ornatibus decorari.

OBruit heſperia phœbũ nox humida porta: Hic liber cõ tinet hortatus etheoclis:ut per noctẽ ſui milites obſi/ deant caſtra argiuoꝝ: inde ꝑ noctẽ officia uigiliaꝝ & ducis.argiuaꝝ matrum deprecatio in tem/ plo Iunonis & Pepli oratio:Iunonis præce/ pta per irim ad ſomnũ ut thebanos uigiles obruat:deſcriptio domus ſomni:& eius ad thebas aduentus.executio de his quæ man dauerat Iuno:Thyodamantis ſacerdotis ſu bitus furor ꝑſuadẽtis ut inuadãtur argiui. Adraſti gratulatio:& eruptio Thyodaman tis & uaſtagio argiuoꝝ morientibus theba nis:Dymantis & Hopplei comitum Tydei & Parthonopæi allocutiones in deliberan/ dis cadaueribus ducum : & ultra humanũ modũ dimicatio. uaticinatio thyreſiæ qđ thebæ non poſſent aliter uincere niſi unus ſede dracõteo ſæmine deuoueret: & Creõ tis filii qui perſuadente uirtute in manthos formam conuerſus de muro uulneratum pro patria præcipitẽ dedit cũ non potuiſſet eum pater pia allocutione a uolũtate dimo uere.capanei aſcenſus in thebanũ murũ: & eius poſt diuerſorum numinum indignan tium querelas per fulmen interitus.

OBruit heſperia . Heſperia. occidentali.properata . feſti nata.miſeratus opes : miſe ratus eſt Iuppiter triſte eſſe perire illos qui nec thebani fuerant:nec argiui : ſed utri uſq; partis auxilio uenerant. Panditur:ab/ ſceſſu militum patefactus eſt campus: quo rum acie antea tegebatur. Deformis ſan/ guine:horridus ſiue cõfuſus. Orba rogis: ſepultura carentia. Laceris:ſciſſis. Ineun/ tibus arma:anaſtrophe pro euntibus in ar/ ma:ideſt ad bellum Anguſte.nimia multi/ tudine. Late cepere reuerſos:quia pauci re dierant. Par utrinq; dolor : utriuſq; par/ tis magna clades extiterat. Quattuor errã tes: Amphiarai:Tydei hyppomedontis par thonopæi. Viduæ moderantibus alni: gu bernatoribus deſtitutæ. Moderantibus pro moderatoribus: participium pro no/ mine. Animus:audacia hinc enim fiducia thebanis accreuerat ꝙ quattuor argiuorũ duces eximii extincti fuerant ſorte belloꝝ.

Contenti rediiſſe:quibus incolumibus in patriam rediiſſe ſuffecerat. Dat theſſera: militare ſignum quæ nuncius belli quan/ do per uigilias nunc theſſera dicitur.

Viue igitur:potiuſq; animis iraſcere noſtris
Etiam pone metus.fruſtra de colle lycæi
Anxia proſpectãs ſi quis per nubila longe
Aut ſonus aut noſtro ſublatus agmine puluis
Frigidus in nuda iaceo tellure.nec uſq;
Tu prope.quæ uultus.efflantiaq; ora teneres
Hunc tamen orba parẽs crinem(dextraq; ſeccãdũ
Præbuit)hunc toto capies pro corpore crinem
Comere.quem fruſtra me dedignãte ſolebas
Huic dabis exequias:atq; inter iuſta memento
Ne quis inexpertis haberet mea tela lacertis
Dilectoſq; canes ullis agat amplius antris
Hæc autem primis arma infœlicia caſtris
Vre.uel ingratæ munus ſuſpende Dianæ.

QVattuor afflictis ducibꝰ fiducia belli
Sydoniis creſcit Graiorum obſidere caſtra
Tũc Iũo mittit quẽ ſõnũ cõcitet Irim
Thebanis ſubito ſoluũt mẽbra ſopor
Thyodamas ſtimulat.nocturna in prælia graios
Facta docens iugulant iacentia corpora ferro
Decipit incautos pietas . hoppleum.atq; Dimanta
Oenidæ exanimis lethi dum membra reportat
Pãdere thyreſiam compellunt debita thebis
Tunc patriæ uitam largitur ſponte Menœceus
Mox capaneus ſcalis conſcendit mœnia ſæuus
Fulmine percuſſus turrim complectitur ardens.

OBruit heſperia phœbũ nox hũida por
Imperiis properata Iouis nec (ta
caſtra pelaſgum
Aut tyrias miſeratus opes ſed triſte tot extra
Agmina.& immeritas ferro decreſcere gentes
Pãditur immenſo deformis ſanguine campus
Illic arma:& equos ibant.quibus ante ſuperbi
Funeraq; orba rogis.neglectaq; membra reliquũt
Tunc inhonora cohors laceris inſignibus ægras
Secernunt acies:portæq; ineuntibus arma
Anguſtæ populus late cepere reuerſos
Par utrinq; dolor:ſed dant ſolatia thebis
Quattuor errantes danaum ſine præſide turmæ
Ceu mare per tumidum uiduæ moderãtibus alni
Quas deus:& caſus:tempeſtateſq; gubernãt
Inde animus Tyriis:non iam ſua caſtra:ſed ultro
Hoſtilem ſeruare fugans ne forte Mycenas
Contenti rediiſſe petãt:dat theſſera ſignum

Excubiis:poſitæq; uices.dux noctis opertæ
Sorte Meges:ultroq; Lycus:iamq; ordine iuſſo
Arma.dapes:ignemq; ferunt:rex firmat euntes
Victores danaum (nec enim lux craſtina longe)
(Nec quæ pro timidis interceſſere tenebræ
Semper erunt)augete animos.& digna ſecundis
Pectora ferte deis.iacet omnis gloria Lenæ
Precipuæq; manus:ſubiitq; ultricia Tydeus
Tartara.mors ſubitāq; nigri ſtupet auguris ūbrā
Hiſmenos raptis tumet Hyppomedontis opimis
Arcada belligeris pudet annumerare trophæis
In manibus merces:nuſq̄ capita ardua belli
Mōſtrateq; ducum ſeptena per agmina criſtæ
Scilicet Adraſti ſenium:fraterq; iuuēta
Peior?& inſanis Capaneus metuendus in armis?
Ite age.& obſeſſis uigiles circūdate flammas
Nulli ex hoſte metus.prædam adſeruatis.opeſq;
Iam ueſtras.Sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas iuuat exhauſtos iterare labores
Sicut erat puluis.ſudorq; cruorq; per artus
Mixtus adhuc.uertere gradum.uix obuia paſſi
Colloquia.amplexus etiam:dextraſq; ſuorum
Excuſſere humeris.tunc frōtem.auerſaq; terga
Partiti.laterumq; ſinus.uallum undiq; cingunt
Ignibus infeſti.rabidi ſic agmine mixto
Sub noctem coiere lupi.quos omnibus agris
Nil non auſa fames lōgo tenuauit hiatu
Iā ſtabula pſa premūt. torquet ſpes irrita fauces
Balatuſq; tremens.pingueſq; ab ouilibus agnæ
Quod ſupereſt duris aſtrīgunt poſtibus ungues
Pectoraq;:& ſiccos minuūt in limine dentes
At procul Argolici ſupplex in margine templi
Cœtus.& ad patrias fuſæ Pelopeides aras
Sceptriferæ Iunonis opem.reditumq; ſuorum
Expoſcūt.pictaſq; fores.& frigida uultu
Saxa terunt.paruoſq; docent procumbere natos
Cōdiderāt iam uota diem.nox addita curas
Iūgit.& aggeſtis uigilāt altaria flammis
Peplum etiam dono cuius mirabile textum
Nulla manus ſterilis.nec diſſociata marito
Verſarat calathis:caſtæ uelamina diuæ
Haud ſpernēda ferunt:uariis ubi plurima floret
Purpura picta modis:mixtoq; incēditur auro
Ipſa illic magni thalamo deſpōſa tonātis
Expers cōnubii:& timidæ poſitura pudorem
Lumine demiſſo pueri Iouis oſcula libat

Vices:excubantium ſucceſſiones. Vltro:uoluntate non ſorte cogente. Lux craſtina:quæ nox uictores efficiet. Secundis:fauētibus. Tumet:ſuperbit. In manibus merces:in promptu eſt præmium laboris noſtri. Iam ueſtras:ad incitādum uirorū fortium animos ſpem prædæ monſtrauit. ut Lucanus.ſupereſt pro ſanguine merces:quam monſtrare meum eſt. Vertere gradum:ad argiuos. Aduerſaq; terga:excubiarum inter ſe officia duxerūt. Sub noctē:per noctem. Fauces:luporum. Quod ſupereſt:ſi quidem nil aliud poteſt facere. Saxa terunt:ita ſuppliciter humi procubuerunt:ut uultibus ſuis templorum tegeret limina. Peplum etiam dono:peplum eſt ueſtis candida aureis clauis picta ſine manicis.quod ſimulacris fiebat:ſed hoc peplum primum eſt ab athenienſibus inſtitutum quod matronæ ſuis manibus faciebant:& inter triennium numinibus offerebant.

Vbi:in ipſo peplo. Floret:ſplendet. Incēditur:ſplendet. Deſponſa:ſponſa deſignata. Lumine demiſſo:nam uirginitas cum pudore deponitur fœminarum.

Tumulumq; rebellē:ſinecdoche:a parte totum:& tumulum in quo natus eſt liber rebellem contra Iunonem. Sors dedit:caſus occurrit. Vallum:thebanorum. Geminoſq; tonantis:indignata eſt Iuno uacuis in aſtris geminos Iouis in thebana urbe concubitus. Orbibus accingi. Virgilius mille trahit uarios aduerſo ſole colores.

Suſpenditur:curuatur.ut ipſe alibi.ſuſpēdit pelion arcu. Occiduæ:in occidentalibus partibus conſtitutæ. Aethiopaſq; alios mauros dicit occidentales. Nulli penetrabilis aſtro:hoc eſt nullius ſyderis lumen admittens. Iners:quietus. Graue:pigrū ſiue obſcurū. It:uadit. Deſidis: inertis.

Errare:moueri. Effugiens:procurrens.

Simplex:& nondum furtis offenſa mariti
Hoc tunc argolicæ ſanctum uelamine matres
Induerāt ebur:& lachrymis:quæſtuq; rogabāt
Aſpice ſacrilegas Cadmeæ pelicis arces
Syderei regina poli:tumulumq; rebellem
Diſiice.& in thebas aliud(potes) excute fulmen
Quid faciat.ſcit fata ſuis contraria grais
Auerſumq; Iouem.ſed nec periiſſe precatus
Tātaq; dona uelit.tempus tamen obuia magni
Sors dedit auxilii.uidet alto ex æthere clauſa
Mœnia.& inſomni uallum ſtatione teneri
Horruit irarum ſtimulis.motaq; uerēdum
Turbauit Diadema coma.non ſæuius arſit
Herculeæ cum matris onus.geminoſq; tonātis
Concubitus uacuis indignaretur in aſtris
Ergo intempeſta ſomni dulcedine captos
Deſtinat Aonios.letho præbere.ſuamq;
Orbibus accingi ſolitis iubet irin.& omne
Mādat opus.paret iuſſis dea clara polumq;
Linquit.& in terras lōgo ſuſpēditur arcu
Stat ſup occiduæ nebuloſa cubilia noctis
Aethiopaſq; alios.nulli penetrabilis aſtro
Lucus iners.ſubterq; cauis graue rupibus antrum
It uacuum in mōtem.qua deſidis atria ſomni
Securumq; larem.ſegnis natura locauit
Limen opaca quies.& pigra obliuia ſeruāt
Et nunq̄ uigili torpens ignauia uultu
Ocia ueſtibulo.preſſiſq; ſilentia pennis
Muta ſedēt.abiguntq; truces a culmine uentos
Et ramos errare uetāt.& murmura demunt
Alitibus non hic.pelagi licet omnia clament
Littora.non illic cæli fragor ipſe profundis
Vallibus effugiens ſpeluncæ proximus amnis
Saxa inter ſcopuloſq; tacet.nigrātia circum
Armēta.omne ſolo recubat pecus.& noua marcēt
Gramina.terrarumq; inclinat ſpiritus hærbas
Ipſe autem uacuis curis humentia ſubter
Antra ſoporifero ſtipatus flore tapetis
Incubat.exhalāt ueſtes.& corpore pigro
Strata calent.ſupraq; thorum niger efflat anhelo
Ore uapor.manus hæc fuſos a tempore læuo
Suſtentat crines.hæc cornu oblita remiſit
Huc ſe cæruleo librauit ab æthere uirgo
Diſcolor.effulgēt ſyluæ:tenebroſaq; tempe
Adriſere deæ.& zonis lucētibus icta
Euigilat domus.ipſe autem nec lampade clara

Nec ſonitu nec uoce deæ perculſus eodem
More iacet.donec radios thaumãtias omnes
Impulit.inq; oculos penitus deſcendit inertes
Tunc ſic orſa loqui. nymborum fulua creatrix
Sydonios te iuno duces mitiſſime diuum
Somne iubet.populumq; trucis defigere cadmi.
Q ui nũc euentu belli tumefactus achiuum
Peruigil aſſeruat uallum.& tua iura recuſat
Da precibus tãtis.rara eſt hæc poſſe facultas
Placatumq; iouem dextra iunoue mereri
Placatumq; ſimul iunonem coniuge dextro.
Dixit.& increpitãs lãguentia pectora dextra
Ne pereãt uoces.iterumq; iterumq; monebat.
Ille deæ iuſſis dubiis mixtuſq; ſopori
Annuit.excedit grauior nigrãtibus antris
Iris.& obtuſum multo iubar excidit imbri.
Ipſe quoq; & uolucrem greſſum.& uentoſa citauit
Tempora.& obſcuri ſinuatam frigore cæli
Impleuit chlamydem.tacitoq; per æthera curſu
Fertur.& aoniis lõge grauis imminet aruis
Illius aura ſolo uolucres.pecudeſq;.feraſq;
Explicat.& penitus quecũq; ſuperuolat orbem.
Lãguida de ſcopulis ſidunt freta pigrius hærent
Nubila.demittunt extrema cacumina ſyluæ
Pluraq; laxato ceciderunt ſydera cælo
Primus adeſſe deum ſubita caligine ſenſit
Campus & ĩnumeræ uoces.fremituſq; uirorum
Summiſere ſonum.cum uero humẽtibus alis
Incubuit.piceaq; haud unq̃ denſior umbra
Caſtra ſubit.errare oculi.reſolutaq; colla
Et medio afflatu uerba imperfecta relinqui.
Mox.& fulgẽtes clypeos.& ſæua remittũt
Pila manu.laſſiq; cadũt in pectore uultus
Et iam cuncta ſilent.ipſi iam ſtare recuſant
Cornipedes.ipſos ſubitus cinis abſtulit ignes:
At non & trepidis eadem ſopor ocia graiis
Suadet:& a iunctis arcet ſua nubila caſtris
Noctiuagi uis blãda dei ſtãt undiq; in armis.
Fœdam indignãtes noctem.uigileſq; ſuperbos
Ecce repẽs ſuperis animum lymphãtibus horror
Thyodamanta ſubit.formidãdoq; tumultu
Pandere fata iubet.ſiue hanc ſaturnia mentem
Siue nouum comitem bonus inſtigabat apollo.
Proſilit in medio.uiſu audituq; tremendus.
Impatienſq; dei.fragili quem mente receptum
Non capit.exundant ſtimuli.nuduſq; per ora

Summiſere: ſuppreſſere. Errare:dormitare. Vultus:alicuius dormientis. Caſtris: argiuorum. Vis: glorioſe mori. Repens:repentinus. Lymphantibus: furentibus. Siue nouum:quia Thyodamas in locum Amphiarai fuerat conſtitutus. Stimuli:quibus premebatur a numine. Nudus:manifeſtus & euidentius patens.

Stat:plenus eſt.ut Virgilius.Stant & iuni
peri. Incerto:trementi ſiue ambiguo:quia
modo rubor modo pallor ora eius muta/
uerat.ut Vir.Cui talia fanti Ante fores ſubi
to nō uultus nō color unus. Tēdit:iſſat.ut
Luca. Tendatqꝫ cutē pereūte figura. Spar
ſa:rotata hac atqꝫ illac coma.ut Virgil.Non
comptæ manſere comæ. Sic phryga:quos
in templo matris deum gallos appellant.

Cruentum:cruentatum. Conſumpta:la
cerata. Scire uetat:quia dolorem furor ſē/
tire non patitur. Pinus ſacras:conſecratus
faces. Reſperſa:polluta ſanguine quem fu
rens amato corpori ſuo fuderat.ut Virgili.
Sparſi rorabant ſanguine uepres. Arbor:
pinus quæ colitur in ſacris matris deū ſub
qua iacuit Athis matri deum dilectus. Si/
gnorum:militarium. Mouens: animo re
putans ærūnas. Subita noui.i.qui in locū
peremptorum fuerāt conſtituti. Seqꝫ huc
creuiſſe:ideſt ad hos honores prouectos ſe
dolebant:ideoqꝫ occiſis ducibus per calami
tatem prouecti ſunt. Fregit iter:ideſt a gu
bernatore deſerta ē. Aut lacerum cuſtos:
quia nauis latera cuſtodiēdo ſeruabat. Do
mino tutela minori:hoc eſt nouo guberna
tori:qui in locum defuncti ſucceſſit nō mi
nus conſeruandæ nauis ſibi creditæ creſcit
ſtudium. Nox fœcunda:fraudibus oppor
tuna. Miſerumqꝫ diem:quo uicti ſumus.

Frangite portarū:Vndiqꝫ nos fractis por/
tarum clauſtris in hoſtes imittite. Hoc tu
mulare ſuos:ſepelire.i.pœnam quam hoſti
bus tentamus inferre per ſepulturam erit.
extinctis ſociis noſtris:quaſi ultione gaude
ant interemptorum matres. Equidem:p
hironiam dictum eſt.i. re uera hæc oppor/
tunitas nobis etiam per diē contingit. ideo
que debemus differre : hoc eſt ne faciendi
occaſio pereat differri non debet. Secūdæ:
proſpere. In ſe ipē:ut fidem uaticinationis
ſuæ faciat:iterum ſe ab Apolline.ut hæc di
cat moueri ſignificat.ut Virgi.Ecce iterum
ſtimulat. Soluta:hiatu diuiſa. Vmbra iu
gales:in ſe quidem tam clarus erat q̃ fuerat
uiuens.equi aūt ipſius inferorum fuerant
offuſcati caligine. Non uanæ:mōſtra quie
tis.Virgili.Nec ſopor illud erat : ſed coram
agnoſcere uultus.Vellataſqꝫ comas præſē/
tiaqꝫ ora uidebar. Tu ne inquit: Inuehētis
uerba. Redde:hæc eſt interpoſitio. Amit
tere noctem:opportunitatem inuadendo/
rum hoſtium perdere. Edocui lapſus:
auium uolatus oſtendit.

Stat furor.& trepidas incerto ſanguine reddit.
Exhauritqꝫ genas.acies huc errat & illuc
Sertaqꝫ mixta comis ſparſa ceruice flagellat.
Sic phryga terrificis genitrix idea cruentum
Elicit ex adytis cōſumptaqꝫ brachia ferro
Scire uetat.quatit ille ſacras in pectora pinus.
Sāguineoſqꝫ rotat crines ac uulnera curſu
Examinat.pauet omnis ager.reſperſaqꝫ cultrix
Arbor.& attoniti currum erexere leones.
Ventum ad cōcilii penetrale.domumqꝫ uerēdam
Signorum.magnis ubi dudum cladibus æger
Rerum extrema mouēs fruſtra cōſultat adraſtus.
Stāt circum ſubiti proceres.ut quiſqꝫ perempto
Proximus.& magnis loca deſolata tuentur
Regibus haud læti.ſeqꝫ huc ceruice dolētes
Non ſecus amiſſo medium cum præſide puppis
Fregit iter.ſubit ad uidui moderamina claui.
Aut laterum cuſtos.aut quem penes obuia pōto
Prora fuit.ſtupet ipſa ratis.tardeqꝫ ſequuntur
Arma.neqꝫ accedit domino tutela minori
Ergo alacer trepidos ſic erigit augur achiuos
Magna deum mādata duces.monituſqꝫ uerēdos
Aduehimus.non hæc noſtro de pectore uoces
Ille canit.cui me famulari & ſumere uitas
Veſtra fides ipſo nō diſcordāte ſubegit
Nox fœcūda operū.pulchræqꝫ accōmoda fraudi
Pāditur augurio diuum.uocat obuia uirtus.
Et poſcit fortuna manus.ſtupet obruta ſomno
Aonidum legio.tempus nūc funera regum
Vlciſci.miſerumqꝫ diem.rapite arma.moraſqꝫ
Frāgite portarum.ſociis hoc ſubdere flammas
Hoc tumulare ſuos.equidem hoc & marte diuino
Dum res infractæ.pulſiqꝫ in terga redimus
Per tripodas iuro:& rapti noua fata magiſtri
Vidi.& me uolucres circum plauſere ſecūdæ.
Sed nunc certa fides.modo me ſub nocte ſilenti
Ipſe ipſe aſſurgēs iterum tellure ſoluta
Qualis erat(ſolos infecerat umbra iugales)
Amphiaraus adit.uanæ nec monſtra quietis
Nec ſomno comperta loquor.tu ne inquit inertes
Inachidas(redde hæc parnaſia ſerta.meoſqꝫ
Redde deos)tātam patiere amittere noctem
Degener.hæc egomet cæli ſecreta.uagoſqꝫ
Edocui lapſus.ſuade eia ulciſcere ferro
Nos ſaltem dixit.meqꝫ hæc ad limina uiſus
Cuſpide ſublata.totoqꝫ impellere curru.

Quare agite utẽdũ eſt ſuperis.nõ cominus hoſtes
Sternendi .bellum iacet:& ſæuire poteſtas
En qui aderint.quos ingenti ſe attollere fama
Non pigeat.dum fata ſinunt.iterum ecce benignæ
Noctis aues ſequor.& comitũ licet agmina ceſſent
Solus.eo atq; adeo uenit ille.& quaſſat habænas.
Talia uociferãs noctem exturbabat.euntq;
Nõ ſecus accenſi proceres.quam ſi omnibus idem
Corde deus.flagrant comitari & iungere caſus.
Ter denos numero turmarum robora iuſſus
Ipſe legit.circa fremit indignata iuuentus
Cætera cur maneat caſtris.ignauaq; ſeruet
Ocia. pars ſublime genus.pars facta ſuorum
Pars ſua ſortem:alii clamãt ſortem undiq; poſcũt
Gaudet in aduerſis .animoq; aſſurgit adraſtus
Vertice.ſic pholoes uolucrum nutritor equorum.
Cui fœtura gregem pecoroſo uere nouauit
Lætatur cernẽs hos montis in ardua niti.
Hos innare uadis. certare parentibus illos.
Tunc uacuo ſub corde mouet.qui molle domãdi
Ferre iugum.qui terga boni.quis in arma tubaſq;
Natus ad helæas melior.quis ſurgere palmas.
Talis erat turmæ ductor longæuus achiuæ
Nec deeſt cœptis.unde hæc tam ſera repente
Numin a.qui fractos ſuperi rediiſtis ad argos.
Eſt ne hic infœlix uirtus? gentiq; ſuperſtes
Sãguis.& in miſeris animorum ſemina durãt.
Laudo equidem ægregii iuuenes.pulchraq; meoꝝ
Seditione furor.ſed fraudem & operta paramus
Prælia.cælãdi motus.nunq̃ apta latẽti
Turba dolo.ſeruate animos.uenit ultor in hoſtes
Ecce dies.nunc arma palam.nunc ibimus omnes
His tãdem uirtus iuuenum frænata quieuit.
Non aliter moto q̃ ſi pater æolus antro
Portam iterum ſaxo premat imperioſus & omne
Claudat iter.iamiam ſperãtibus æquora uentis.
Inſuper herculeum ſibi iungit agillea uates
Actoraq;.hic aptus ſuadere.hic robora iactat
Non ceſſiſſe patri.comites tribus ordine deni
Horrẽdum aoniis.& contra ſtantibus agmen.
Ipſe noui gradiens furta ad mauortia belli
Ponit adoratas phœbea inſignia frondes
Longæuiq; ducis gremio commendat honorem
Frontis.& oblatam polynicis munere grato
Loricam .galeamq; ſubit.ferus actora magno
Enſe grauat capaneus.ipſe haud dignatus ĩ hoſtẽ

Sternendi:non contra uigilantes: cominus pugnabimus : ſed contra dormientes. Benignæ noctis: demonſtrat uiã etenim dũ loquitur iterum proſperum auguriũ : Virgilius.Ecce iterum.ſtimulat. Quaſſat habænas:quaſi denuo Amphiaraus reuertatur ad ſuperos:quod eſt iræ indicium q; tardabant iræ. Noctem exturbabat.i. noctis quietem. Sortem undiq; poſcunt : ut uel ſorte exigant qui mittantur. Fœtura: equarum ſoboles. Certare: curſu contendere. Terga boui:feſſiõi utiles. Natus:naturaliter aptus. Margas:gẽtis noſtræ quæ uirtutis erat plena. Seditione:qa certabant qui magis eligeretur. Sperantibus æquora uentis:in ſpe habentibus maria. Inſup: ſuper electos. Aptus ſedere:aptus dandis conſiliis. Iactat:gloriatur. Non ceſſiſſe patri:dat operam ne uideatur patri eſſe diſſimilis. Ordine deni:deni comites ſingulos duces ſequebantur:ut cum his triginta ꝓfi ciſcerentur ad bellum: quod thebanis etiã potuiſſent per diem horrorem indicere. Agmen:hi pauci etiã non dormientibus: & diuerſo pugnantibus ſine dubio ſuffeciſſent. Gremio:hoc eſt fidei. Galeamq; ſubit: armatur. Enſe grauat:non dixit donat ſed grauat:quia ponderoſus erat.

Superoſqꝫ ſeq: quaſi impius, Quid eni: interrogatiue. Mugitus ahenæ: ne audirēt hoſtes portarum ſtridorem. Peracti: perfoſſi. Expoſitas: negligenter abiectas. Hi ne auſi: debiles & ſomno dediti. Seruare uiros. Obſidere: ad nefas indictum. Ad hoc enim uenerant thebani: ut argiuos ne fugerent cuſtodirent. Tranſit: cito occidit.

Signare queat: numero diffinire queat.

Hunc temere: negligentem & ſine cura aliqua dormientem. Explicitum: extenſum. Lucanus. Et omnē explicuit per membra uirum. Greſſibus illapſum clypeo: q ſcilicet ſero uictus ſomno dum ſtabat defecit: ac corruit. Debile ferrum: non ferrum debile: ſed quia occidendo utebantur ferro debiles factæ ſunt. Caligantes iræ: incertæ pturbationes ſiue ſedatæ. Caſpia: a mari caſpio: quod eſt inter armeniam & pontum. Rabies: fames. Cōfundit maculas: pulchritudinem macularum cruore perfuſſa turbauit. Spectat ſua facta: uicta fame reſpicit predam. Doletqꝫ defeciſſe famē: dolet expletum fuiſſe deſiderium comedēdi. Inanes: debiles ſine effectu. Satus hercule: Agileus. Voluitur: humile ſolum .i. ad mortem ſuam eorum oculos in quem tæla laxauerat ſomnus. Suprema: longa nocte: aut ſuprema ideſt ultima.

Ire dolo. ſuperoſqꝫ ſequi permutat agilleus
Arma trucis nomii. quid enim fallētibus umbris
Arcus. & herculeæ iuuiſſent bella ſagittæ.
Inde per abruptas caſtrorum ex aggere pinnas.
Ne grauis exclamet portæ mugitus ahenæ
Præcipitāt ſaltu. nec longum & protinus īgens
Præda ſolo. ſeu iam exanimes. multoque peracti
Enſe iacent. ite o ſocii quacunqꝫ uoluptas
Cædis inexhauſtæ. ſuperiſque fauentibus oro
Sufficite. hortatur clara iam uoce ſacerdos.
Cernitis expoſitas turpi marcore cohortes
(Pro pudor) argolicas. hi ne auſi obſidere portas.
Hi ſeruare uiros. ſic fatus exuit enſem
Fulmineum. rapidaque manu morientia tranſit
Agmina. quis numeret cædes? aut numine turbā
Exanimem ſignare queat? fodit ordine nullo
Tergaque pectoraque. galeis incluſa relinquit
Murmura. permiſcetque uagos ī ſanguine manes.
Hunc temere explicitum ſtratis hunc ſero remiſſis
Greſſibus. illapſum clypeo. & male tæla tenētem.
Cœtibus hos mediis ima inter. & arma iacentes
Accliues clypeis alios. ut quenque ligatum
Infœlix tellure ſopor. ſupremaque nubes
Obruerat. nec numen abeſt. armataque iuno
Lunarem quatiēs exerta lampada dextra
Pandit iter. firmatque animos & corpora mōſtrat.
Senſit adeſſe deam tacitus. ſed gaudia cælat
Thyodamas. iam tarda manus iam debile ferrum.
Et caligātes nimiis ſucceſſibus iræ
Caſpia non aliter magnorum ī ſtrage iuuencum
Tygris. ubi immēſo rabies placata cruore.
Laſſauitqꝫ genas. & craſſo ſordida tabo
Cōfundit maculas. ſpectat ſuā fata. doletqꝫ
Defeciſſe famem uictus ſic augur inerrat
Cædibus aoniis. optet nunc brachia centum
Centenaſqꝫ in bella manus. iam tedet inanes
Exhaurire minas. hoſtemqꝫ aſſurgere malit.
Parte alia ſegnes magno ſatus hercule uaſtat
Sydonios actorqꝫ alia ſua quenqꝫ cruento
Limite turba ſubit. ſtagnāt nigrātia tabo
Gramina. ſanguineis nutāt tentoria riuis.
Fumat humus. ſomniqꝫ. & mortis anhelitus una
Voluitur haud quiſq̄ uiſus. aut ora iacētum
Erexit. tali miſeris deus aliger umbra
Incubat. & tacitum morientia lumina ſoluit.
Traxerat in ſomnis cythara ludoqꝫ ſuprema

Sydera, iam nullos uiſurus alimenus ortus.
Sydonium pæana canẽs.hic lãguida ceruix
In leuum cogente deo.mediaꝗ iacebãt
Colla relapſa lyra.ferrum per pectus agileus
Exigit aptatumꝗ caua teſtudine dextram
Percutit.& digitos inter ſua fila trementes.
Proturbat menſas durus liquor.undiꝗ manãt
Sanguine permixti latices.& bacchus in altos
Cratheras.pateraſꝗ redit.ferus occupat actor
Implicitũ fratri thamyrum.thagus haurit ethedi
Terga coronati.danaus caput imputat hebri.
Neſcius heu rapitur fatis.hilariſꝗ per umbras
Vita fugit.mortiſꝗ feræ lucrata dolores.
Stratus humo gelida ſubter iuga fida.rotaſꝗ
Palpetus aonios gramen gentile metentes.
Proflatu terrebat equos.madida ora redundãt
Accenſuſꝗ mero ſopor æſtuat.ecce iacentis
Inachius uates iugulum fodit.expulit ingẽs
Vina cruor fractumꝗ perit in ſanguine murmur.
Fors illi præſaga quies.nigraſꝗ grauatus
Per ſomnum thebas.& thyodamãta uidebat
Quarta ſoporiferæ ſuperabãt tempora noctis
Cum uacuæ nubes.& honor non omnibus aſtris.
Afflatuſꝗ fugit.curru maiore bootes.
Iamꝗ ipſum defecit opus.cum prouidus actor
Thyodamãta uocat.ſatis hæc inopina pelaſgis
Gaudia.uix ullos tãto reor agmine ſæua
Effugiſſe necem.niſi quos deformis in alto
Sanguine degeneres occultat uita.ſecundis
Pone modum.ſunt & diris ſua numina thebis.
Forſitã.& nobis modo quæ fauere.recedunt
Paruit.& madidas tollens ad ſydera palmas
Phœbe(tibi exuuias monſtratæ præmia noctis
Nõdũ ablotus aqs)(tibi enĩ hæc ego ſacra litaui)
Trado ferus miles tripodum.fiduſꝗ ſacerdos
Si nõ dedecui iuſſa.tuliꝗ prementem
Sæpe ueni.ſæpe hanc dignare erumpere mentem
Nũc tibi crudus honor.trũca arma.cruorꝗ uirorꝝ
At patrias ſi quando domos.optataꝗ pæan
Templa lyceæ dabis.tot dñia dona ſacratis
Poſtibus.& totidem uoti memor exige tauros.
Dixerat.& lætis ſocios reuocabat ab armis
Venerat hos inter fato calydonius hoppleus
Mœnaliuſꝗ dymas dilecti regibus ambo
Regum ambo comites.quorũ poſt funera mœſti
Vitam indignãtur.prior arcada cõcitat hoppleus

Cogente deo:premẽte ſomno. Exigit: tranſadigit. Caua teſtudine:antiptoſis: ꝓ cauæ teſtudini. Et digitos:poetice dictum: ut morientis digiti cytharæ fila pulſarent. ut Virgi.Semianimeſꝗ micant digiti ferrumꝗ retractant. Cratheras patheraſꝗ: inuerſi cratheres fuderunt merum: quod abundantia ſanguinis repulſum iacẽtes repleuit cratheres. Implicitum:dum dormiunt mutuis ſe tenẽt amplexibus. Haurit: perfodit:necat. Neſcius:qa dormiẽs morti dimittitur. Hilaris:quia ſine ſenſu doloris in fata deceſſit. Proflatu: anhelitu. Vir. Anhelum proflabat ſub luce deum. Inachius uates:thyodamas. Fractumꝗ perit: ſucciſum:interruptum.uoluit enim proloqui:ſed morte interueniente non potuit.

Fors illi:dubitando dixit poeta: qui coniectura erat potiuſq̃ ueritas qđ dicebat. Cũ uacuæ nubes:toto rore uacuatæ. Honor: lux. Non omnibus aſtris:quia ſerena nocte non omnes ſtellæ æquali fulgore ſplendent. Bootes:ſeptentrionem dixit:qui hebeſcit ſolis aduentu. Defecit opus: defecerunt mortes. Madidas: cruore perfuſas.

Monſtratæ præmia noctis:quia ſupra dixit de eo ſe fuiſſe commonitum. Nondũ ablotus:nondum ſe ſacerdotali purificauerat ritu. Si nõ dedecui:ſi monitus tuos nõ indecẽter effeci:ſiue nõ dehoneſtaui. Tuliꝗ prementem:pertuli urgentem:quia uatis præceptum impetiit numen. Crudus honos:cruentus a nobis præbetur. At patrias ſi quando domos:ſi nos feceris ad patriam remeare. Exige tauros: tot tauros tibi immolabo quot hoſtes occidi. Fato urgente:quia perituri ſunt. Hoppleus:hic Tydeo fuit & militia & amore deuinctus.

Dedecui

Aſpera mater:fortis interrogās uos ubi ſit funus. Sæuit inops tumuli: quia diu uixerit Parthonopæus: aut immatura morte conſumptus eſt. Patientior artus. Figurata locutio:q̄uis patiētiores artus habeat:ideſt Tydei mēbra dura ſunt.& non tabeſcunt:nec ut adoleſcens Parthonopæus: multis ſit lachrymis dignus. Errantes:inſepultas. Idē ardor miſero:eadē ergo cupiditate ſuccendor. Mēs humilis:debilitatus animus. Arcanæ: ſecrete noctis omnia. Alio deſcēdere uultu: quia dicitur luna mutata ad ſyluas deſcendere:nam eandem etiam Dianam dicunt. unde Virgilius. Aſtrorum decus & nemorum latonia cuſtos. Malus æthera frangit Iuppiter. Nociua tempeſtas nubes collidit.

Aſſiliunt:crepitant. Aſtra:pro cælo:nam diſſilientibus nubibus cælum patet. Oſtēditur orbis:mundus apparet. Accepit radios:ideſt dymas. Eadem partitus: Hoppleus:eadem luce qua radios acceperat Dymas. Dant ſigna:ſignificant ſibi inuicem ſe quæſita inueniſſe cadauera. Remiſſos:liberatos. Prope ſæua dies:ſilentii cauſam expoſuit. Indexꝗ minat᷑:aduentus diei raptorum cadauerum proditionē minatur.

Exhauſtas:finitas. Pallere tenebras: lucis aduentu noctem finiri. Et fors ingētibus auſis:inuiderunt uiris fortibus:fata quibus ſemper rarus fœlicitatis eſt euentus. Animiſꝗ propinquant:animorum cupiditate:licet adhuc non paruo diſiungerent᷑ ſpacio:tamen ſpe & perpetrandi ſtudio iam ſibi caſtra uidebantur tenere. Decreſcit: ſpe breuioris uiæ minuebat᷑ corporis magnitudo. Incertumꝗ moueri:expreſſit quēadmodum in tenebris aliquid uideretur.

Timentque non ſibi:mire poeta animantium cadauera expreſſit affectum.

Nulla ne poſt manes regis tibi cura perempti
Care dyma.teneāt quem iam fortaſſe uolucres
Thebaniꝗ canes? patriæ quid deinde feretis
Arcades? en reduces contra uenit aſpera mater.
Funus ubi? at noſtro ſemper ſub pectore tydeus
Sæuit inops tumuli.q̄uis patientior artus
Ille nec abruptis adeo lachrymabilis annis.
Ire tamen.ſæuuꝗ libet nullo ordine paſſim
Scrutari campum.mediaſꝗ irrumpere thebas
Excipit orſa dymas.per ego hæc uaga ſydera iuro
Perducis errātes inſtar mihi numinis umbras
Idem ardor miſero comitem circunſpicit olim
Mens humilis luctu.ſed nunc prior ibo.uiamꝗ
Inchoat.& mœſto conuerſus ad æthera uultu
Sic ait.arcanæ moderatrix cynthia noctis.
Si te tergeminis perhibent uariare figuris
Numen:& in ſyluas alio deſcendere uultu
Ille comes nuper. nemorumꝗ inſignis alumnus
Ille tuus diana puer(nunc reſpice ſaltem)
Quæritur.incendit pronis dea curribus almum
Sydus.& admoto monſtrauit funera cornu
Apparent campi:thebæꝗ.altuſꝗ cytheron.
Sic ubi nocturnum tonitru malus æthera frāgit
Iuppiter:aſſiliunt nubes:& fulgure claro
Aſtra patent.ſubituſꝗ oculis oſtenditur orbis
Accepit radios.& eadem partitus hoppleus
Tydea luce uidet.longe dāt ſigna per umbras
Mutua lætātes.& amicum pondus uterꝗ
Ceu reduces uitæ.ſæuaꝗ a morte remiſſos
Subiecta ceruice leuat.nec uerba.nec auſi
Flere diu.prope ſæua dies indexꝗ minatur
Ortus eunt taciti per mœſta ſilentia magnis
Paſſibus.exhauſtaſꝗ dolent pallere tenebras
Inuida fata piis.& fors ingentibus auſis
Rara comes.iam rara uident animiſꝗ propiquāt
Et decreſcit onus.ſubita cum pulueris umbra
Fit ſonus a tergo.monitu ducis acer agebat
Amphion equites. noctem uigilataꝗ caſtra
Explorare datus.primuſꝗ per auia campi
Vſꝗ procul(nec dum totas lux ſoluerat umbras
Neſcio quid uiſu dubium:incertumꝗ moueri
Corporaꝗ ire uidet.ſubitus mox fraude reperta
Exclamat cohibete gradum quicunꝗ:ſed hoſtes
Eſſe patet:miſeri pergunt ante ire:timentꝗ
Non ſibi: tūc mortem trepidis minitatur: & haſtā
Expulit:ac uanos alte leuat eminus ictus

Affectãs errare manum.ſtetit illa dimantis
Ante oculos.qui forte prior.greſſumq; repreſſit.
At non magnanimus curauit perdere iactus
Ephytus. & fixo traſuerberat hopplea tergo
Pendentiſq; etiam perſtrinxit tydeos harmos.
Labitur ægregii ſed nõ ducis ĩmemor hoppleus.
Expiratq; tenens fœlix ſi corpus ademptum
Neſciat.ac ſæuas tælis deſcendat ad umbras.
Viderat hoc retro conuerſus & agmina ſentit
Iũcta dymas dubius precibus ne ſubiret an armis.
Inſtãtes. arma ira dabat.fortuna precari
Non audere iubet neutri fiducia cœpto.
Diſtulit ira preces.ponit miſerabile corpus
Ante pedes.tergoq; graues.quas forte gerebat
Tigridis exuuias.in leuum torquet.& obſtat
Exertum obiectãs mucronem.inq; omnia tæla
Verſus.& ad cædem iuxta mortemq; paratus
Vt lea.quam ſæuo fœtã preſſere cubili
Venãtes numidæ.natos erecta ſuperſtat
Mente ſub incerta.toruum ac miſerabile frendẽs.
Illa quidem turbare globos.& frãgere morſu
Tæla quæat:ſed prolis amor crudelia uincit
Pectora.& in media catulos circũſpicit ira.
Et iam læua uiro q̃uis ſæuire uetaret
Amphion erepta manus.pueriq; trahũtur
Ora ſupina comis.ſerus tũc deniq; ſupplex
Demiſſo mucrone rogat moderatius oro
Ducite fulminei per uos cunabula bacchi
Inoamq; fugam.ueſtriq; palæmonis annos
Si cui forte domi natorum gaudia.ſi quis
Hic pater.anguſti puero date pulueris hauſtus
Exiguamq; facem rogat.en rogat ipſe iacẽtis
Vultus.ego infandas potior ſociare uolucres
Me præbere feris.ego bella audere coegi.
Immo ait amphion.regem.ſi tãta cupido
Condere.quæ timidis belli mens æde pelaſgis
Quid fracti exangueſq; parẽt cuncta ocius offer
Et uita.tumuloq; ducis donatus abito
Horruit.& toto præcordia protinus arcas
Impleuit capulo.ſummum ne hoc cladibus ĩquit
Deerat.ut afflictos turbarem ego proditor argos.
Nil eminus tãti.nec ſic uelit ipſe cremari
Sic ait.& magno proſciſſum uulnere pectus
Iniecit puero.ſupremaq; murmura uolués
Hoc tamen interea claro potiare ſepulchro.
Tales optatis regum in complexibus ambo

Affectans errare manum:non percutientis animo. Curauit:adhuc Ephytus miſerat tælum:ut Hoppleũ occideret. Neſciat: ſi non ſentiat interuentu mortis amici ſibi corpus afferri. Iuncta dymas: Amphioni & Ephyto qui præceſſerant. Neutri fiducia:nec ĩ precibus ſpem ſalutis relictam uidebant. Ad cædẽ: deſperatiõe uitæ & ad occidendum & ad moriendum erat paratus. Vt lea:ſimili comparatione uſus eſt etiam in animoſitate. Hyppomedõtis: dũ Tydei cadauer ab hoſtibus defenſaret. Imbellem:non ſic amplexa iuuencum.Infeſtãte lupo tum primum fœta tuetur Macer.

Iam læua uiro:iam manus ſiniſtra dymãti fuerat præſciſſa.licet hoc inſtantius prohiberet Amphion. Fulminei:ideſt fulmine excuſſi utero matris. Inoamq; fugam: quia cum Ino ſe præcipitaret in mare: meruit numen fieri. Veſtriq;:ad iniiciendam miſericordiam hoſtibus per infantiam numinis adiurat: ut Parthonopæi pueritiæ parceretur. Hic pater:apud uos iacẽtes uultus:quia dixerat illum ſuperius ſupinum trahi:quemadmodum ſolent iacentes ſupplicare. Immo ait Amphion: adhuc ignorauit Amphion extĩctos uigiles ſuos. Nil eminus tanti: ꝑditiõe ciuiũ eoꝝ nec uitam meã;nec Parthonopæi q̃rimus ſepulturã.

Lethoq; fruuntur:in facto tali cum uoluptate pereunt. Memores ſuperabitis annos:uirtutis ueſtræ gloria temporum longitudo uincetur. Admittet:ſuſcipiet:ideſt participes ſuæ gloriæ faciet. Arma rubere:ſanguine perfuſa rubeſcere. Recētum: pullorum. Aperta: alis extenſis. Increpet alis:percutiendo alas pullos ſuos a caſu prohibeat. Opus arcanum:quod perfecerat iſidiis. Iuxta:ſimiliter. Qui tremor: tali tremore percuſſus eſt qualis ſolet inuadere fulminatos. Illicita:a lōginquo epitheton traxit:eo q; non liceat tāgi loca: ubi iaceant fulminati. Retorto puluere: retro contorto.nam puluis illic erigitur:quo homines. Congerie:ſanguinis collectione.

Semianimum:ſemianimorum. Extrahit:īminuit cadauera. Impedit axes:a curſu retardat. Delituit uirtus:nocte per inſidias pugnās. Puluere:certamine. Sunt & mihi:ſicut Thiodamāti. Prouida dextræ: non auium aut deorum.ut Virgilius. Dextra mihi deus & tælum: quod miſſile libro. Triſtior augur:quoniam prodere nō poterat futuram calamitatem.

Par inſigne animis etholus & inclitus arcas
Aegregias afflāt animas.lethoq; fruuntur.
Vos quoq; ſacrati.quamuis mea carmina ſurgāt
Inferiore lyra memores ſuperabitis annos
Forſitan & comites non aſpernabitur umbras
Euryalus.phrygiıq; admittet gloria niſi.
At ferus Amphion.regi qui fata reportēt
Edoceantq; dolum captiuaq; corpora reddāt
Mittit ouans clauſis ipſe iſultare pelaſgis
Tēdit.& abſciſſos ſociorum oſtēdere uultus.
Interea reducem murorum e culmine graii
Thyodamāta uidēt.nec iam erumpentia cælant
Gaudia.ut exertos enſes.& cæde recēti
Arma rubere notāt.nouus aſſilit æthera magnum
Clamor.& e ſummo pēdent cupida agmina uallo
Poſcere quiſq; ſuos.uolucrum ſic turba recentum
Cum reducem longo proſpexit in æthere matrem
Ire cupit contra.ſummaq; e margine nidi
Extat hiās.iamiamq; cadat.in pectore toto
Obſtet aperta parēs.& amantibus increpet alís.
Dumq; opus arcanum.& taciti compendia martis
Enumerat.lætiſq; ſuos complexibus implent.
Hopleaq; exquirunt. tādemq; dimanta querūtur
Ecce & dyrceas iuxta dux cōcitus alas
Venerat amphion.nō longum cæde recēti
Lætatus uidet innumeris feruere cateruis
Tellurem atq; una gentem expirare ruina.
Qui tremor illicita cæli de lampade tactos
Hic fixit iuuenem.pariterq; horrore ſub uno
Vox acies.ſanguiſq; perit.gemituſq; parantem
Ipſe ultro conuertit equus.fugit ala retorto
Puluere. nondum illi thebarum clauſtra ſubibāt.
Et iam argiua cohors nocturno fræta triumpho
Proſilit in campos.per & arma & membra iacētū
Tetraq; congerie ſola.exanimumq; cruorem
Cornipedes ipſiq; ruunt.grauis exerit artus
Vngula ſanguineus lauat imber.& impedit axes
Dulce uiris.hac ire uia.ceu tecta ſuperbi
Sydonia.atq; ipſas calcent in puluere thebas.
Hortatur capaneus.ſatis occulta pelaſgi
Delituit uirtus. nūc nunc mihi uincere pulchrum
Teſte die mecum clamore.& puluere aperto
Ite palam iuuenes.ſunt & mihi prouida dextræ
Omnia.& horrēdi ſtricto mucrone furores
Sic ait ardentes alacer ſuccendit adraſtus
Argolicuſq; gener.ſequitur iam triſtior augur

Iáq; premũt muros.& adhuc noua funera narrat
Amphion.miſeramq; intrabant protinus urbem.
Ni megareus ſpecula citus.clamaſſet ab alta
Claude uigil.ſubeũt hoſtes:claude undiq; portas
Eſt ubi dat uires nimius timor ocius annis
Porta coit.ſolás dum tardius arctat echion
Ogygias.audax animis ſpartana iuuentus
Irrupit.cæſiq; ruũt in limine primo
Incola taygeti panopæus rigidiq; natator
Oebalus eurotæ.tuq; o ſpectate palæſtris
Omnibus.& nuper iam nemeo in puluere fœlix
Alcidama.primus quem cœſtibus ipſe ligarat
Tyndarides nitidi moriens conuexa magiſtri
Reſpicis auerſo pariter deus occidit aſtro.
Te nemus oebalium.te lubrica ripa lacenæ
Virginis.& falſo gurges cantatus olori
Flæuit amyclæis triuiæ lugebere nymphis
Et quæ te leges præceptaq; fortia belli
Erudiit genitrix nimium didiciſſe queretur
Talis echionio mauors ĩ limine ſæuit
Tandem humeris obnixus acrõ.& pectore toto
Pronus achimenides ferratæ robora portæ
Torſerũt.quãta pariter ceruice gementes
Profindunt innata diu pangæa iuuenci
Par operis iactura lucro.quippe hoſte retẽto
Excluſere ſuos.cadit intra mœnia graius
Ormenus & pronas tendentis amynthoris ulnas
Fundentiſq; preces penitus ceruice reciſa
Verba ſolo.uultuſq; cadũt.colloq; decorus
Torquis in hoſtiles cecidit per uulnus arenas.
Soluitur interea uallum.primæq; recuſant
Stare moræ.iam ſe peditum iunxere cateruæ
Mœnibus.at patulas ſaltu tranſmittere foſſas
Horror equis.hærent trepidiq; immane pauentes
Abruptum mirantur agi.nunc impetus iræ
Margine ab extremo.nũc ſpõte in fræna recedũt.
Hi præfixa ſolo uellunt munimina.at illi
Portarum obiectus minuunt.& ferrea ſudãt
Clauſtra remoliri. trabibus artata ſonoro
Pellunt ſaxa loco.pars ad faſtigia miſſas
Exultãt hæſiſſe faces.pars ima laceſſunt
Scrutanturq; cauas cæca teſtudine turres
At tyrii:quo ſola ſalus caput omne coronãt
Murorum.nigraſq; ſudes: & lucida ferro
Spicula:& arſuras cæli per inania glandes
Saxaq; in aduerſos ipſis auulſa rotabant

Specula ab alta:fœminino genere dixit. Dat uires nimius timor:cõtigit,ut nimius timor faciat uires eſſe maiores. Taygeti: mõs laconiæ regionis. Spectate: laudate.

Nemæo in puluere fœlix: mõ in Nemæo agone uictoria coronatus. hic Alcidamas ĩ agone:quem in honorẽ Archemori Adraſtus cælebrauit.aduerſus Capaneum cœſtibus dimicauit. ut ſupius poeta teſtatur.tãdem inſperatus nuda de plæbe laconũ proſilit Alcidamas. Conuexa:plaga cæli:i qua lucet ſtella pollucis:quam refert poeta pp mortem cultoris ſui nominis in occaſum fuiſſe conuerſam.unde ſuperius. Sed ſocii fretum polluce magiſtro, & ſacras ĩter creuiſſe palæſtras. Lacenæ:lædam:quam Iuppiter in cygnum mutatus compreſſit. Falſo olore:proprie dictum:quia nõ cygnus: ſed Iuppiter in cygnum uerſus ad lædã uenerat. Erudit genitrix:quæ ſine dubio fleuit:quod ita fortem nutrierat:itaq; bellicoſum:ut audacia uirtutis ſuæ frætus occubuiſſet incautus. Achĩmenides: patronymicum. Torſerunt: clauſerunt. Pangæa: mons macædoniæ uel mænala. Soluitur interea uallum: irruperunt argiui thebanorum uallum:nec illos uis ulla potuit ab impetu retardare. Mirantur argi: mirabant equi aſſidentibus per abrupta. Infræna recedunt.in ueſtigia redeunt modo abeunt alacritate tranſeundi modo timore altitudinis retrorſum redeunt. Remoliri:diſrũpere auellere. Nigraſq; ſudes: ſemiuſtas.

Arſuras glandes:nam ſunt plumbeæ.plũbũ enim ſolet nimietate iactus calefactũ liquefieri. Mœnibus:pro euerſiõe mœniũ ipſis mœnibus pugnabant. Exundant faſtigia nymbo: ſcatent multitudine iaculorũ.

Ceraunia

Ceraunia:montes epyri excelſi:qui propius nauigantibus infeſtant.Virgi.Scopuloſa ceraunia nautæ.Summa timent. Virū: argiuorum. Imber atrox:tælorum denſitas:etenim peculiare eſt poetas belli impetum cæli tempeſtatibus comparare. Falcato:falces habente. hoc genus armorum etiā Saluſtius deſcribit. Lora:crura tegminibus:quibus in curru habentibus trahentur. Dira intus facies:horrenda luctus ſpecies impleuerat ciuitatem. Lymphatam:timoris magnitudine furiatam. Mente accepere cathenas:præ timore illa uidebant. quæ poterat inferre captiuitas. Conſumpſit uentura timor:peracta putabantur timoris magnitudine:quæ nondum euenerant ſorte bellandi. Ipſe tæla uiris: quia in calamitate nullus pudor ē fœminis ꝓdire ī publicū. Oſtēdere natos:uiros ſuos parenteſq; in muris locauerāt. Armatas:aculeis.

Mœnibus:exundant ſæuo faſtigia nymbo
Armatæq; uomunt ſtridētia tæla pharetræ.
Qualiter aut maleam.aut alta ceraunia ſupra
Ceſſantes ī nube ſedēt. nigriſq; leguntur
Collibus. & ſubitæ ſaliūt in uela procellæ.
Talis agenoreis argiuum exercitus armis
Obruitur.nō ora uirum.non pectora flectit
Imber atrox. rectoſq; tenēt in mœnia uultus
Immemores læti:& tantum ſua tæla uidētes
Anthea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper ogygiæ pepulit grauis impetus haſtæ.
Lora excuſſa manu.retroq; ī terga uolutus
Semianimes artus ocreis renitētibus hærent
Mirandum uiſu belli ſcelus.arma trahūtur
Fumanteſq; rotæ tellurem & tertius haſtæ
Sulcus arāt.longo ſequitur uaga puluere ceruix
Et reſupinarum patet orbita lōga comarum.
At tuba luctificis pulſat clāgoribus urbem.
Obſeptaſq; fores.ſonitu perfringit amaro.
Diuiſere adytus omniq; in limine ſæuus
Signifer ante omnes ſua damna & gaudia portat.
Dira intus facies.uix mauors ipſe uidēdo
Gaudeat incertis lymphatam horroribus urbem
Scindunt diſcēſſu uario.luctuſq; furorq;
Et pauor.& cæcis fuga circunfuſa tenebris
Bellum intraſſe putes.feruēt diſcurſibus arces
Miſcētur clamore uiæ.& ferrum undiq; & ignes
Mēte uident.ſæuas mente accepere cathenas
Cōſumpſit uentura timor.iam tecta replerant
Templaq;.& ingratæ uallātur planctibus aræ
Vna omnes eademq; ſubit formido per annos
Poſcūt fata ſenes.ardet palletq; iuuentus.
Atria fœmineis trepidāt hululata querelis
Flent pueri.& flendi nequeūt cognoſcere cauſas
Attoniti.& tantum matrum lamenta timētes.
Illas cogit amor.nec habēt extrema pudorem
Ipſe tæla uiris.ipſe iram animoſq; miniſtrāt
Hortāturq;.unaq; ruūt.nec auita gemētes
Limina.nec paruos ceſſant oſtēdere natos
Sic ubi puniceo paſtor rapturus ab antro
Armatas erexit apes.fremit aſpera nubes.
Inq; uicem ſeſe ſtridore hortātur.& omnes
Hoſtis in ora uolāt. mox deficientibus alis
Amplexæ.flauamq; domum.captiuaq; plāgunt
Mella.laborataſq; premūt ad pectora cæras.
Necnon ancipitis pugnat ſentētia uulgi

Diſcordeſqꝫ ſerit motus.hi reddere fratrem
Nec muſſant.ſed uoce palam.claroqꝫ tumultu
Reddere regna iubēt(periit reuerētia regis)
Sollicitis.ueniat pactumqꝫ hic compūtet annum
Cadmæoſqꝫ lares exul.patriaſqꝫ ſalutet
Infœlix tenebras.cur aut ego ſanguine fraudes
Et periura luam regalis crimina noxæ?
Inde alii ſera iſta fides.iam uincere mauult
Thyreſiam alii lachrymis & ſupplice cœtu
Orāt quodqꝫ unum rebus ſolamen in actis
Noſſe futura rogāt.tenet ille incluſa.premitqꝫ
Fata deum.qua ne ante duci bene credita noſtra
Conſilia.& monitus cum perfida bella uetarem.
Te tamen infœlix inquit perituraqꝫ thebe.
Si taceam nequeo miſer exaudire cadētem
Argolicumqꝫ oculis haurire uacātibus ignem.
Vincamur pietas.pone eia altaria uirgo
Quæramus ſuperas.facit illa.acieqꝫ ſagaci
Sāguineos flāmarum apices.geminūqꝫ per auras
Ignem.& clara tamen mediæ faſtigia lucis
Orta docet.tunc in ſpeciem ſerpētis inanem
Ancipiti gyro uolui.frāgiqꝫ ruborem
Demonſtrat dubio.patriaſqꝫ illuminat umbras.
Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes
Fatidicum ſorbens uultu flagrāte uaporem
Stāt triſtes horrore comæ.uittaſqꝫ trementes
Cæſaries inſana leuat.diducta putares
Lumina.cōſumptumqꝫ genis rediiſſe nitorem.
Tādem exundanti permiſit uerba furori
Audite o ſontes extrema litamina diuum
Labdacidæ.uenit alma ſalus.ſed limite duro
Martius inferias.& ſæua efflagitat anguis
Sacra cadat generis quicūqꝫ nouiſſimus extat
Viperei.datur hoc tantum uictoria pacto.
Fœlix qui tāta lucem mercede relinquet.
Stabat fatidici prope ſæua altaria uatis
Mœſtus.adhuc patriæ tātum communia lugens
Fata creon.grādem ſubiti ceu fulminis ictum
Non ſecus ac torta traiectus cuſpide pectus
Accipit exanimis.ſentitqꝫ menœcea poſci
Monſtrat enim.ſuadetqꝫ timor.ſtupet anxius alto
Corda metu glaciāte pater.trinacria qualis
Ora repercuſſum lybico mare ſumit ab æſtu
Mox plenum phœbo uatem & celerare iubētem
Nunc humilis genua amplectēs.nunc ora canētis
Nequicq̄ reticere rogat.iam fama ſacratam

Serit:diſpergit immittit. Reuerentia regis:per turbationis magnitudine nulla reuerētia regiæ perſonæ apud ſollicitos erat.

Computet annū:ut cōputato tēpore exilii anno integro ſolus Polynices regnum teneret. Tenebras:cæcitatē patris. Noxæ:noxa eſt pœna.noxia culpa ipſa. Inde alii: e diuerſo alii contraria ſentiebāt:dicēdo. olim quidē iſtā fidem ſeq debuimus: ut Polynicē minime pelli pateremur.nunc uero cœpto ſemel p̄lio ē acriter dimicandū. Quia nec ante duci:hironicos.modo futura non dicā:qui ante uentura prædicerē ita ſum libēter auditus. Duci:etheocli. Perituraqꝫ thebe:notandū ꝙ thebe ſingulariter dixit.

Vacātibus:cæcitate uacuatis. Vincamur pietas:hoceſt decreueram qdem tacere:ſed miſeratione uictus patriæ me ſilere futura non patior. Acieque ſagaci:oculorum.ſ.

Flāmarum apices:hoc genus ſacrificii.καπνομαντια capnomantia dicit̄:& ex diuiſione ipſius fumi futura monſtrant̄. Faſtigia lucis:ſummū culmē exortæ flāmæ. In ſpeciē ſerpentis:ſerpentis ſpecie flāma figurata mortē ſignificat Menœcei:qui ex draconis ſemine originem trahebat. Ancipiti gyro uolui:frāgi obſcurariqꝫ uel flecti ſiue rotari in utraqꝫ parte. Dubio:thyreſiæ.i.ei cognato per cæcitatē neſciebat quæ ſacrificia ſigna monſtrarēt. Illuminat umbras:dat oculos cæco nunciādo ſigna quæ facta ſunt. Ille coronatos:flāma in coronā uerſa ſiue omnibus ſacrificiis coronabant̄.

Inſana leuat: furore diuino ſacerdotis crines horrebant. Diducta:patefacta. Conſumptū:ſenectute horridum uultū læticia futuræ uictoriæ credens immutatū in priſtinum iuuentutis nitorē. Extrema litamina:ſacrificiorū ſigna:poſt quæ ſacrificare iterū non licet.inter litare enim & ſacrificare hoc intereſt.Sacrificare eſt hoſtias im- Sacrificat
molare.litare uero ꝓ immolatione hoſtia Litat
rum impetrare quod poſtules. Sed limite duro:uictoriam nobis numīa quidem pollicentur:ſed dura ſententia: qualiter inueniri non poterit:niſi ſe Menœceus occiderit. Communia lugēs:quia adhuc patriæ minas impatienter ferebat:nedum filii orbitatē. Suadetqꝫ timor:habet.n.ꝓprias diuinatiōes ī diuerſis timor nimius.ut Vir. Agnouit gemitum præſaga mali mens.

Lybico:tyrrheno. Celerare iubentem: mortē menœcei. Ora canentis:creon thyreſiam ſuppliciter rogabat:ut funeſtam ſibi deorum uoluntatem taceret:quia pro ſalute patriæ unius hominis mors negari nō poterat.popoſcerant enim numina:ut pro thebana uictoria Menœceus unus qui de Menœce
ſemine illorum ſuperfuerat:qui ſatis Dra- us
conis dentibus nati fuerant.ſe uoluntarie traderet morti.

Stimulos:hortamina. Mens homini tranſmiſſa deis:nemo enim talem niſi diis hortantibus ſuſciperet mentem:qualē Menœceus accepit. Digeſta:ordinata. Affixerat ignes:ſtellas uirorum fortium dicit trāſeundi honorem referre: uirtutique ipſius poſſederat cælum:dicit autem liberū Herculem. Caſtorem. Polucem : quos ardens euexit ad æthera uirtus. Mutare genas: transfigurare ſe in aliam formam. Reſpōſis ut plana fides : ut thyreſiæ reſponſis fides promptior haberetur:quia uidebāt perire Menœceum. Mollior:ſuauior. Deſcēdunt ueſtes:ueſtes defluunt. Solet eni uirtutis ſimulacrum depingi ſuccinctū. Nā

Laurus laurus erat:Laurus commune erat uatum & uirorum fortium decus. Aſpera: rigentia ſiue magna. Sic lydia coniunx:Omphale:cui Hercules propter amorem inſeruiſſe perhibetur. Perdere ſydonios:quia herculem non decebat muliebris habitus. quia mole membrorum mollia rumpebātur.perdere eſt aliquid mali imitari. Sydonios:ueſtem purpureā dixit. Et tympana rumpere:quæ nimietate percutientis frangebantur. Dignumque iuberi : dupliciter hoc ſentiendum eſt : ideſt neq; indignum cui poſt mortem fierent ſacra:neque indignum cui talia iuberētur. Mauortius: bellicoſus. Atq; omnia:ideſt omnibus. Tu prior:melior maior. Circum cumulantur: mortuorum cadaueribus:quos occiderāt. Omne.ſ.Menœcei uulnus lœtale erat. & nulli ictus in uanum cadebant. Nec dum aderat uirtus:talia Menœceus nec dum inſtigante numine faciebat. Renident:ſanguine perfuſa nitidiora fiunt. Cadmi de ſæmine:de draconis dentibus : quos cadmus ſeuit. Plus concipe:plus uirtutis ſuſcipe. Cuncto patriæ:mortem libēter amplectere pro ſalute omnium thebanorum.

Certa tui:certum habet patria tua tanto ſe a te amore diligi:ut pro ea te libenter offeras morti. Rape nobile fatum:totus hic locus celeriter ꝓnunciandus eſt:ut iubentis exprimat affectum.

Vocem amplexa uolat.clamātq; oracula thebæ.
Nunc age qui ſtimulos & pulchræ gaudia mortis
Addiderit iuueni(neq; enim hæc abſcētibus unq̄
Mens homini trāſmiſſa deis)memor incipe clio
Sæcula.te quoniam penes.& digeſta uetuſtas.
Diua iouis ſolio.iuſta comes unde per orbem
Rara dari.terriſq; ſolet cōtingere uirtus
Seu pater omnipotens tribuit.ſiue ipſa capaces.
Elegit penetrare uiros.cæleſtibus ut tunc
Deſiluit gauiſa plagis dāt clara meāti
Aſtra locum.quoſq; ipſa polis affixerat ignes.
Iamq; premit terras nec uultus ab æthere longe
Sed placuit mutare genas.fit prouida mātho
Reſponſis ut plana fides.& fraude priores
Exuitur uultus.abiit horrorq; uigorq;
Ex oculis:paulum decoris permāſit.honoſq;
Mollior.& poſito uatum geſtamina ferro
Subdita deſcēdunt ueſtes.toruiſq; ligatur
Vita comis(nā laurus erat)tamen aſpera prodūt
Ora deam.nimiiq; gradus.ſic lydia coniunx
Amphitrioniadē exutum horrentia terga
Perdere ſydonios humeris ridebat amictus
Et turbare colus.& tympana rumpere dextra.
Sed neq; te indecorem ſacris.dignumq; iuberi
Talia dyrcea ſtātem pro turre menœceu
Inuenit.immēſæ reſerato limine portæ
Sternebat danaos.pariter mauortius hemō
Sed cōſanguinei.quamuis atq; omnia fratres
Tu prior.exanimes circum cumulātur acerui
Omne ſedet tælum.nulli ſine cædibus ictus.
Nec dum aderat uirtus.nō mens:nō dextra qeſcit
Nō auida arma uacāt.ipſa inſanire uidetur
Sphynx galeæ cuſtos.uiſoq; animata cruore
Emicat effigies.& ſparſa oricalcha renidēt.
Cum dea pugnantis capulum dextramq; repreſſit
Magnanime o iuuenis.quo nō agnouerit ullum
Certius armifero cadmi de ſanguine mauors
Linque humiles pugnas:nō hæc tibi debita uirtus
Aſtra uocāt.cæloq; animam.plus cōcipe.mittes
Iamdudū hoc.hilares genitor bacchatur ad aras
Hoc ignes fibræq; uolunt.hoc urget apollo
Turrigenam cuncto patriæ pro ſanguine poſcūt
Fama canit monitus.gaudet cadmeia pubes
Certa tui.rape mēte deos.rape nobile fatum
I precor accelera ne proximus occupet hemō
Sic ait.& magna cunctātis pectora dextra

Permulſit tacitæ.ſeſeq; in corde reliquit
Fulminis.haud citius radiis afflata cupreſſus
Cum bibit infeſtas.& ſtirpe & uertice flammas
Quo iuuenis multo poſſeſſus numine pectus
Erexit ſenſus.lethiq; inuaſit amorem
Vt uero auerſæ.greſſumq; habitumq; notauit
Et ſubitam a terris in nubila creſcere mãtho
Obſtupuit.ſequimur diuum quicunq; uocaſti
Nec tarde paremus ait.iamiamq; recedens
Inſtãtem uallo pylium:tamen agrea fixit
Armigeri fixum excipiunt.tum uulgus euntem
Auctorem pacis ſeruatoremq; deumq;
Conclamat gaudẽs.atq; ignibus implet honeſtis.
Iamq; iter ad muros.curſu feſtinus anhelo
Obtinet.& miſeros gaudet uitaſſe parẽtes
Cum genitor.ſteteruntq; ambo.& uox hæſit utriq;
Deiectæq; genæ.tãdem pater ante profatus
Quis nouus incœptis rapuit te caſus ab armis?
Quæ bello grauiora paras? dic nate precãti
Cur tibi torua acies.cur hic truculẽtus in ore
Pallor? & ad patrios nõ ſtãt tua lumina uultus?
Audiſti reſponſa palã.per ego oro tuoſq;
Nate meoſq; annos.miſeræq; per hubera matris
Ne uati ne crede puer.ſuperi ne profanum
Dignãtur ſtimulare ſenem.cui uultus in annis
Extinctiq; orbes.& pœna ſimillima diro
Oedipodæ? quid ſi inſidiis & fraude doloſa
Rex ait.extrema eſt cui noſtra in ſorte timori
Nobilitas.tuaq; ante duces notiſſima uirtus
Illius hæc forſan remur quæ uerba deorum
Ille monet.nec fræna animo permitte calẽti.
Da ſpacium tenuẽq; moram.male cũcta miniſtrat
Impetus.hoc oro munus cõcede parenti.
Sic tua maturis ſignentur tempora canis
Et ſis ipſe parens.& ad hunc animoſe timorem
Peruenias.ne perge meos orbare penates
Extremi te nempe patres.alienaq; tãgunt
Pignora.ſi pudor eſt primum miſerere tuorum
Hæc pietas.hic uerus honos.ibi gloria tãtum
Vẽtoſumq; decus:tituliq; in morte latentes.
Nec timidus te flecto parens.i prælia miſce
I danaas acies.medioſq; per obuius enſes
Non teneo.liceat miſero tremebũda leuare
Vulnera:& undãtem lachrymis ſiccare cruorem
Teq; iterum ſæuiſque iterum remittere bellis
Hoc malũt thebæ:ſic colla manuſque tenebat

Seſeque in corde reliquit:in animo Menœcei penitus uirtus inſedit. Inuaſit: arripuit. Habitumq; notauit: Virgi. Et uera inceſſu patuit dea. Fixit:occidit. Ignibus implet:His uulgi laudibus Menœcei animus ad honeſtam magis mortem impellebat.

Reſponſa: quæ te iubẽt mori pro patria.

Dignãtur ſtimulare: uult patrẽ ab ætatis decrepitæ aſſertione reſponſo deſtruere.dicit.n.thyreſiam iam nimia ſenectute non poſſe uera reſponſa proferre. Fraude doloſa:quid ſi hoc immiſſu regis etheoclis doloſe thyreſias fingat.ſumus enim regi pro noſtra nobilitate ſuſpecti: ne illi ſuccedamus i regnum. Quæ uerba deorum:forte regis hæc uerba ſunt: quæ nos reſponſa credimus numinum. Sic tua:adiurantis affectus. Timorem peruenias:ſic quomodo ego tibi timeo:ſic tu timeas liberis tuis: ideſt ſic ad id ætatis peruenias ut pater ſis.

Quin & monſtrantibus illis: diis utique ſibi ad deuotum iuuenem rationem fallendi patris monentibus nō eum ſecurum de ceptu fraudis effecit. In me inſaniret: ſiue in templo poſito Apollo talia prædicaret.

Apollo: diuinantis numinis uerba perciperem non facile credidiſſem. Vix illum: uix illum ſauciatum uulnere de hoſtiū medio potui liberare. Inter utraſq; acies: argiuorum & thebanorum. Fugam reuocare: ſanguinis fluxum arte medicinæ reſtringere. Caligine pectus: cui filiorum magis timeat ulnerato: an perituro filio Menœceo. Aequore campi: campi ſpacio. Nunc equitum cuneos: eiicit. Moderātum: regētium equos. Currus: pro equis. Laxat: ſoluit. Fumat: anhelat. Deferat: fundat. Vllius ætas: haud uirtus Capaneum poterat ab impetu uirtutis ſuæ tardare. Vices: alternos impetus. Auguſtior: uenerabilior.

Vices

Exempta manifeſtus: nudo capite cœpit magis agnoſci. Deſpexitq; acies hominū: quaſi ipſe iam deus: uitam pro gloria contēpturus. Conuertit campū: ad orationē ſuam pugnantiū ora uultuſq; conuertit.

Implicitus. ſed nec lachrymæ nec uerba mouebāt
Diis uotum iuuenem: quin & mōſtrātibus illis
Fraude patrem tacita ſubit auertitq; timorem
Falleris heu. ueroſq; metus pater optime neſcis
Non me illi monitus. nec uatum exorſa furētum
Sollicitāt. maneſq; mouēt. ſibi callidus iſta
Thyreſias natæq; canat. nō ſi ipſe recluſis
Comminus ex adytis in me inſaniret apollo
Sed grauis unanimi caſus me fratris ad urbem
Spōte refert. gemit inachia mihi ſaucius hemon
Cuſpide. uix illum medio de puluere belli
Inter utraſq; acies iamiamq; tenētibus argis
Sed moror. i refoue dubium. turbæq; furēti
Dic. parcāt. leuiterq; uehāt. ego uulnera doctum
Iungere. ſupremiq; fugam reuocare cruoris
Ethiciona petam. ſic imperfecta locutus
Effugit. illi atra merſum caligine pectus.
Cōfundit ſenſus. pietas incerta uagatur
Diſcordātq; metus. impellūt credere parcæ.
Turbidus interea ruptis uenietia portis
Agmina belligeri capaneus agit æquore campi
Cornua tūc equitum. cuneos nunc illæ pedeſtres.
Et proculcantes moderantum funera currus.
Idem altas turres ſaxis. & turbine crebro
Laxat. agit turmas idem. atq; in ſanguine fumat
Nūc ſpargit torquēs uolucri noua uulnera plūbo
Nūc iaculum excuſſo rotat in ſublime lacerto
Nullaq; tectorum ſubit ad faſtigia. quæ nō
Deferat haſta uirum: perfuſaq; cæde recurrat
Nec iam aut oenidē. aut hyppomedōta perēptos.
Aut uatem pelopea phalanx. aut arcada credūt
Quin ſocium coiiſſe animas. & corpore in uno
Stare omnes. ita cūcta replet: non ullius ætas
Non cultus nō forma mouet. pugnātibus idem
Supplicibuſq; furit. non quiſꝗ obſiſtere contra
Nō belli tētare uices. procul arma furētis
Terribileſq; iubas. & frōtem caſſidis horrent
At pius electa murorum in parte menœceus
Iam ſacer aſpectu. ſolitoq; auguſtior ore
Ceu ſubito in terras ſupero demiſſus ab axe
Cōſtitit exempta manifeſtus caſſide noſci
Deſpexitq; acies hominum. & clamore profundo
Cōuertit campum. iuſſitque ſilentia bello.
Armorum ſuperi. tuque o qui funere tāto
Indulges mihi phœbe mori date gaudia thebæ
Quæ pepigi. & toto quæ ſanguine ꝓdigus emi.

Ferte retro bellum.captæq; impingite lernæ
Reliquias turpes.confixaq; terga fouentes
Inachus.indecores pater auerſetur alumnos
At tyriis tẽpla:arma.domos.connubia.natos
Reddite morte mea.ſi uos placida hoſtia iuui
Si non attonitis uatis conſulta recepi
Auribus & thebis nondum credẽtibus hauſi.
Hæc amphioniis per me perſoluite terris
Ac mihi deceptum precor exorate parẽtem.
Sic ait.inſignẽq; animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem mœſtamq; teneri
Arripit.atq; uno quæſitum uulnere rumpit
Sanguine tunc turres ſpargit.& mœnia luſtrat
Seq; ſuper medias acies.nondum enſe remiſſo
Iecit.& in ſæuos cadere eſt conatus achiuos
Aſt illum amplexæ pietas.uirtuſq; ferebant
Leniter ad terras corpus.iam ſpiritus olim
Ante iouem & ſummis apicem ſibi poſcit in aſtris
Iamq; iter ad muros nullo ſudore receptum
Gaudẽtes heroa ferunt.abſceſſerat ultro
Tantalidum uenerata cohors.ſubit agmine longo
Colla inter iuuenum.lætiſq; fauoribus omni
Concinitur uulgo.cadmum atq; amphiona ſupra
Conditur.hi ſertis.hi ueris honore ſoluto
Accumulãt artus.patriaq; in ſede reponunt
Corpus adoratum.repetunt mox bella peractis
Laudibus.hic uicta genitor lachrymabilis ira
Congemit.& tandem matri data flere poteſtas
Luſtralem ne feris.ego te puer inclyte thebis
Deuotumq; caput.uilis ceu mater alebam
Quod molita nefas? cui tãtum inuiſa deorum?
Non ego monſtrifero coitu reuoluta notaui
Pignora.nec nato peperi funeſta nepotes
Quid refert? habet ecce ſuos iocaſta.duceſq;.
Regnãteſq; uidet.nos ſæua piacula bello
Demus ut alterni (placet hoc tibi fulmis auctor)
Oedipodionii mutẽt diademata fratres
Quid ſuperos? hoĩeſue q̃ror? tu ſæue menœceu
Tu miſerã ante omnes properaſti extiguere matrẽ
Vnde hic mortis amor? quæ ſacra inſania mẽti?
Quoſue ego cõceptus.aut q̃ mala pignora fudi
Tam diuerſa mihi? nimirum martius anguis
Quæq; nouis proauum tellus effloruit armis.
Hinc animi triſtes.nimiumq; in pectore mauors
Et de matre nihil.ſponte en.ultroq; peremptus
Irrumpis mœſtas fatis nolẽtibus umbras.

Ferte retro bellum:retro agite hoſtes in fugam. Captæq; impingite lernæ:ut qui nũc uictores ſunt argiui: uincantur. & qui inſequuntur:fugiant. Placida hoſtia:quæ non repugnaui. Si non attonitis:ſi non diuinãtis thyreſiæ uerba ſtupefactus accepi.

Attonitis:timidis.Attoniti enim dicunt. quos fragor tonitrui in unum locum defixit:quos græci uocant hoc eſt ſtupentes. Exorate: conſolamini. Dedignantem artus:quippe qui iam cælum petebat. Mœſtamq; teneri:carcere:ſcilicet corporis. Quæſitũ:aut a ſuperis:aut a thebanis pro ſalute ſua. Luſtrat:expiat. Concinitur:collaudatur: ordo concinitur uulgo:eum populus conditorem urbis ſuæ uocabat: & cadmo atque Amphiõe meliorẽ dicebant. Veris honore ſoluto:apertis roſis. Lachrymabilis:qui addebat fraude deceptum a filio:& eũ iratus nolebat flere. Luſtralem: luſtrare ciuitatem humana hoſtia Gallicus mos eſt.nã aliquis de egentiſſimis pollicebatur præmiis:ut ſe ad hoc uenderet: qui anno toto publicis ſumptibus alebatur purioribus cibis:deniq; certo & ſolẽni die per totam ciuitatem ductus ex urbe:extra pomeria ſaxis occidebatur a populo. Coitu reuoluta notaui:quando filius eius ĩ matrem rediit. ut ipſe alibi proprios monſtret reuolutus in ortus. Diuerſa:contraria:quæ mihi obfuerunt per patrem. Effloruit armis:quia de ſerpente illo cuius Cadmus ſeuerat dentes:Creon Menœcei pater a ſerpẽtibus duxit originem.querit ergo mater menœcei omnia illũ a patre habuiſſe.& nihil de matre.inde illũ amore mortis abreptum. Nolentibus fatis:quia ante diem periiſti.

Lu ſtrar ciuitacẽ

Viden

Commi nus

Hæc manus: tua ſcilicet quæ te occidit. Viden:ſyllaba cum naturaliter longa ſit: tamē eam corripuit.ſecutus auctoritatem Maronis dicentis. Viden ut geminæ ſtent uertice chriſtæ. Conſumpſerit enſem:qa totum pectore recepit ferrū. Haud quiſꝗ danaum: non tantum ab hoſte fuiſſet infixus gladius. Peroſam:odio habentē con ſolantes. Tellure relictos:quia ſolam terrā intuebantur. Saxi: ſpeluncæ. in qua filios ædidit uel educabat. Præter:iuxta tygridem orbam. Vbi:enim interrogatiue:qa nuſꝗ uidebat filios: quibus alimoniam lactis pararet. Comminus:mox hoc eſt ſtātim inſequenti. Tollendus: carminibus altius efferendus. Amentia: furor poeticus.

Profunda:inferna. Signa ſecutæ:uelut capanæo militent. Arma Iouem contra:inuidioſe contra Iouem capaneus armauit. ut glorioſa morte periret. Seu læta malorum:quando gaudemus arduas res:& periculoſas inchoare:quarum nos poſteapœniret. Cæca:incerta:quia interdum quæ putamus bona:mala eueniunt exitu. Et blādæ:ſæro uehementis. Germina latus:admirabilis perifraſis ſcalarum.Pomponius Sane nitore clypei repercuſſus ſplendidior. fit. Quid ſacra iuuent :quid profit thebanis mors Menœcei ſacris inuenta. Et alterno:mire deſcribit ſcalis aſcendentem.

Alterno greſſu.i.modo dextro modo ſiniſtro pede. Vidit Aloidas: Othus & Ephialtes Aloi filii:tantæ audaciæ fuere:ut montibus conſtructis cælum expugnare niterētur:& icti fulmine in tartara merſi ſunt.

Aſt egomet danaos.capaneaqꝫ tæla uerebar
Hæc erat.hæc metuēda manus.ferrumqꝫ ꝙ amēs
Ipſa dedi.uiden ut iugulo conſumpſerit enſem?
Altius haud quiſꝗ danaum mucrone ſubiſſet.
Diceret infœlix etiam nūc & cūcta repleret
Q uæſtubus.abducūt comites.famulæqꝫ poſam
Solantes.thalamoqꝫ tenēt.ſedet eruta multo
Vngue genas.nō illa diem.nō uerba precātum
Reſpicit.aut uiſus flectit tellure relictos
Iam uocis iam mētis inops. ſic aſpera tygris
Fœtibus areptis ſcythico deſerta ſub antro
Accubat.& trepidi lambit ueſtigia ſaxi.
Nuſꝗ iræ:ſed te rabies.feritaſqꝫ fameſqꝫ
Oris.eunt præter ſecura armēta.gregeſqꝫ
Aſpicit illa iacēs.ubi enim quibus hubera paſcat?
Aut quos ingēti premat expectata rapina?
Hactenus arma.tubæ.ferrūqꝫ & uulnera.ſed nūc
Comminus aſtrigeros capaneus tollēdus in axes.
Nō mihi iam ſolito uacuum de more canēdum
Maior ab ioniis ſumēda audacia lucis
Mecum omnes audete deæ.ſiue ille profunda
Miſſus nocte furor.capaneaqꝫ ſigna ſecutæ
Arma iouem cōtra ſtygiæ rapuere ſorores.
Seu uirtus egreſſa modum ſeu gloria præceps
Seu magnæ data fata neci:ſeu læta malorum
Principia.& blādæ ſuperum mortalibus iræ
Iam ſordēt terrena uiro.tedetqꝫ profundæ
Cædis.& exhauſtis olim graiumqꝫ ſuiſqꝫ
Miſſilibus laſſa reſpexit in æthera dextra
Ardua mox toruo metitur culmina uiſu.
Innumeroſqꝫ gradus.gemina latus arbore cluſus
Aerium ſibi portat iter.lōgeqꝫ timēdus
Multifidam.quercum flagranti lumine uibrat
Arma iubēt una.clypeoqꝫ incēditur ignis.
Hac ait in thebas.hac me iubet ardua uirtus
Ire.menœceo qua lubrica ſanguine turris
Experiar.quid ſacra iuuēt.an falſus apollo
Dixit.& alterno captiua in mœnia greſſu
Surgit ouans.quales mediis in nubibus æther
Vidit Aloidas:cum creſceret impia tellus
Deſpectura deos nec adhuc immane ueniret
Pelion.& trepidum iam tāgeret Oſſa tonantem
Tum uero attoniti fatorum in cardine ſummo
Ceu ſuprema lues urbem facibuſqꝫ cruētis
Aequatura ſolo turres Bellona ſubiret
Omnibus e tectis certatim ingētia ſaxa

Roboraq; & grauidas fundæ balearis habænas
(Nã iaculis: cæloq; uagis ſpes nulla ſagittis)
Verum auidi: & tormenta rotãt: & mollibus urgẽt
Ille nec ingeſtis: nec terga ſequentibus unq̃
Detrahitur telis. uacuoq; ſub aere pendens
Plana uelut terra certus ueſtigia figat
Tendit. & ingenti ſubit occurrente ruina
Amnis ut incumbens longæui robora pontis
Aſſiduis oppugnat aquis iã ſaxa fatiſcunt
Emotæq; trabes. tãto uiolentior ille
(Sæuit enim maiore ſalo) quaſſatq; trahitq;
Molem ægrã. nexus donec celer alueus omnes
Abſcidit: & curſu. uictor reſpirat aperto
Vtq; petita diu celſus. faſtigia ſupra
Eminuit trepidãq; aſſurgens deſuper urbem
Vidit & ingenti thebas exterruit umbra
Increpat attonitos. humiles ne amphionis arces
Pro pudor. hi faciles carmenq; imbelle ſecuti
Et mentita diu thebarum fabula muri?
Et quid nam egregium proſternere mœnia molli
Structa lyra? Simul inſultãs: græſſuq; manuq;
Mollibus obſtãtes cuneos: tabulataq; ſæuus
Deſtruit: aſſiliunt pontes. tectiq; tremẽtis
Saxea fræna labãt: diſſeptoq; aggere rurſus
Vtitur: & truncas rupes in templa. domoſq;
Præcipitãt. frãgitq; ſuis iã mœnibus urbem
Iãq; Iouẽ circa ſtudiis diuerſa fremebãt
Argolici. Tyriiq; dei. pater æquus utriſq;
Aſpicit ingentes ardentum comminus iras
Seq; obſtare uidet. gemit inſeruãte nouerca
Liber. & obliquo reſpectãs lumine patrem
Nũc ubi ſæua manus. meaq; heu cũnabula flãmæ
Fulmen io ubi fulmen ait? gemit auctor Apollo
Quas dedit ipſe domos. lernã thebaſque repẽdit
Mœſtus. & intento dubitat Thyrintius arcu
Maternos plãgit uolucer daphneius Argos
Flet uenus Hermoniæ populos. metuẽſq; maritũ
Stat procul. & tacita gradiuum reſpicit ira
Increpat Aonios audax Tritonia diuos
Iunonem tacitam furibũda ſilẽtia torquent
Nõ tamen hæc turbãt pacem Iouis. ecce quierãt
Iurgia. cum mediis Capaneus auditus in aſtris.
Nulla ne pro trepidis clamabat numina Thebis
Statis? ubi iſandæ ſegnes telluris alumni
Bacchus: & Alcides? piget iſtigare minores
Tu potius uenias: quis enim cõcurrere nobis

Carmenq; imbelle ſecuti: quia amphiõe cãtante fuiſſe dicuntur conſtructæ. Abſiliunt: diſſoluuntur. Saxea fræna: compages quadratorum: quæ conſtringunt: & cõtinent ædificationem. Inſeruante: cuſtodiente Iunone: ne quid pro thebis diceret liber. Obliquo: non ea parte aſpiciens propter Iunonem ſiue quaſi iratus Ioui. Cunnabula flammæ: ubi ſunt mea cunnabula. Auctor Apollo: quia Apollinis oraculum Cadmus ſecutus: ædificauit thebas. Dubitat Thyrintius: ideo inducit herculis dubiũ fauorem: quia & ab argiuis: & a thebãis ducebat originem: ab argiuis. propter patrẽ a Perſeo uenientem. nam Perſeus Danaes filius: eius filia Gorgones. Electron: electronis Amphytrion. Amphytrionis hercules: herculis a thebanis uero per uxorem Minogæram Creontis filiã de qua ſuſcepit Oceã & Creontiadem: quas furore correptus occidit. Tritonia: hæc etiam argiuis fauet: de Iunone autem nemo dubitet. quã Homerus argiuã nominat. bene ergo tacita quia Iuno tacens deſcribitur: unde oratio neceſſitate dat. unde Vir. quid me alta ſilẽtia cogis rũpere: & obductũ uerbis uulgare dolorẽ? Pacem Iouis: ocium quo iracũdia carebat.

Tonitru ſolus: puellas potes turbare tonitribus. Victam:ſuperatam. Pro fulmine pendent:deſperatione fulminis ſolliciti ſunt:ideſt timent ne nõ ualeat perimere capaneum. Attritis:colliſis nubibus:nam dicunt phyſici colliſione nubium emittit fulmina. Laſſam extinctã:cedunt acies. Thebanæ:argiuæqꝫ. Fumantia muris:Vt eos corporis ſui igni ſuccenderet. Sed mēbra uiꝝ:ſed ꝑ nili. Exuiturqꝫ aius : mire exuitur dixit: q̃a anima exuit corpore:ideo methaphorã a ueſtibus poſuit. Ceſſiſſent fulmini:hoc eſt conſumpti fuiſſent.

Dignior? en cineres Semeliaqꝫ buſta tenētur
Nūc age.nūc totis in me cōnitere flammis
Iuppiter.an pauidas tonitru turbare puellas
Fortior? & ſoceri turres excindere Cadmi?
Ingemuit dictis ſuperum dolor.ipſe furētē
Riſit:& icuſſa ſanctarum mole comarum
Quæ nã ſpes hoīum tumidæ poſt prælia phle
Tūc etiã feriēdus ait? premit undiqꝫ lētum (græ.
Turba deum frēdēs:& tela ultricia poſcit
Nec iam audet fatis turbata obſiſtere cōiunx
Ipſa dato nōdum cæleſtis regia ſigno
Spōte tonat:coeūt ipſæ ſine flāmine nubes
Accurrūtqꝫ imbres ſtygias rupiſſe cathenas
Iapetō:aut uictam ſupera ad cōuexa leuari
Inarimē.ætnamue putes.pudet iſta timere
Cælicolas:ſed cum ī media uertigine mūdi
Stare uirum.inſanaſqꝫ uidēt depoſcere pugnas
Mirātur taciti.& dubio pro fulmine pendēt
Cœperat Ogygiæ ſupra faſtigia turris
Arcanum mugire polus.cælumqꝫ tenebris
Auferri tenet ille tamē:quas non uidet arces
Fulguraqꝫ attritis quotiēs micuere procellis
His ait.ī thebas his iam decet ignibus uti
Hinc renouare facem lapſãqꝫ accēdere quercum
Talia dicētem toto Ioue fulmē adactum
Corripuit.primæ fulſere in nubila criſtæ
Et clypei niger umbo cadit.iãqꝫ omnia lucēt
Membra uiri cædunt acies.& terror utrinqꝫ
Quo ruat.ardēti feriat. quas corpore turmas
Intra ſe ſtridere facem.galeamqꝫ:comaſqꝫ
Quærit.& urētem thoraca repellere dextra
Conatus.ferri cinerem ſub pectore tractat
Stat tamē.extremumqꝫ ī ſydera uerſus anhelat.
Pectoraqꝫ inuiſis obicit fumantia muris
Nec caderet.ſed membra uirum terrena relinquūt
Exuiturqꝫ animus paulum.o ſi tardius artus
Ceſſiſſent potuit fulmē meruiſſe ſecundum.

TVnc Capanei ardentis Danaos incendia terrent
Caſtra petunt miſeri Eumenis in tempore belli
Thiſiphone gētis geminæ exaturata cruore
Germanæ auxilium poſcit.fratreſqꝫ nocētes
Diuerſis agitāt ſtimulis.tūc omnia dira
Horreſcit Tyrius ductor.mox Ephytus auctor

Armatum fratrem.pulſantē cuſpide portas
Nūciat.ille celer gaudēs rapit impius arma.
Nec matris lachrymæ reuocāt.nec uerba ſororis.
Poſtq̃ ſacrilegis telis cōfiſus uterq; eſt
Defleuit pietas fratrum miſerata ruinam.
Oedipodē Creon Thebanis mœnibus arcet.

POſtq̃ magnanimus furias uirtutis iniquæ
Conſumpſit capaneus . expirauitque receptum
Fulmen.& ad terras longe comitata cadentem
Signauit muros ultricis ſemita flammæ
Componit dextra uictor cōcuſſa plagarum
Iuppiter:& uultu cælumq;.diemq; reducit
Gratātur ſuperi.Phlegræ ceu feſſus anhelet
Prælia.& Enchelado fumātem impreſſerit ætnā.
Ille iacet lacere cōplexus fragmina turris
Toruus adhuc uiſu.memorādaq; fata reliquēs
Gētibus.atq; ipſi non illaudata tonāti.
Quātus apollineæ temerator matris auerno
Tēditur.ipſæ horrēt ſi quādo pectore ab alto
Emergūt uolucres.immenſaq; mēbra iacētis
Spectāt dum miſeræ creſcunt in pabula fibræ.
Sic grauat iniectus terras hoſtiliaq; urit
Arua.& anhelātem cæleſti ſulfure campum
Reſpirant thebæ.templiſq; iacētia ſurgunt
Agmina.iam finis uotis.finiſq; ſupremis
Plāctibus.& natos auſæ deponere matres
At uaga palātes campo fuga uoluit Achiuos
Nec iā hoſtiles turmæ: aut ferrū mortale timetur
Omnibus ante oculos iræ Iouis:omnibus ardent
Arma metu.galeæq; tonāt.uiſuſq; pauentes
Ipſe ſequi.& profugis opponere Iuppiter ignes
Inſtat Agenoreus miles.cæliq; tumultu
Vtitur.indomitos ut cum Maſſylla per arua
Armēti reges magno leo frāgit hiatu
Et contentus abit:rauci tunc comminus urſi
Tūc auidi uenere lupi:rabieq; remiſſa
Lābunt degeneres alienæ uulnera prædæ
Hic premit eurymedō:cui ruſticus horror ī armis
Ruſtica tela manu.patriumq; agitare tumultū
Pan illi genitor.tener hinc conatibus annos
Egreditur. iuuenemq; patrē puer æquat Alatreus
Fœlices ambo ſed fortunatior ille
Quem genuiſſe iuuat.nec iam dinoſcere prōptū

POſtq̃ magnanimus furias
uirtutis iniquæ:Cōtinet hic
liber exultationem thebāo/
rum poſt mortem capanei:
tyſiphōes furiæ ſignum ad
Megæram ut ab iferis emer
gat:aſcenſio ipſius Megæræ:allocutio tyſi/
phones ad eam:de fratrum certamine ſin/
gulari.Polynicis ſomniū aduerſum:& eius
allocutio ad Adraſtum de ſingulari certa/
mine cum fratre ſuſcipiendo. ſacrificium
etheoclis pro uictoria thebana: & eiuſdem
ſacrificii omē aduerſum : nuncius ſignifi/
cans Polynicem ad bella procedere allocu/
tio Creontis cogentis etheoclē ire.reſpōſio
etheoclis:allocutio matris iocaſtæ: ad ethe
oclē:ut deſiſtat a bello.par allocutio antigo
nes de muro ad polynicem:eruptio etheo/
clis:allocutiones inuicem fratrum: allocu/
tio Adraſti bellum diſſuadentis:pietatis cō
queſtio de fraterno certamine:uel eius uo/
luntas pacis.tyſiphones interuentus:fuga/
ta pietas:& pugna & doli:& fratrum interi
tus: lamētatio Oedipi ſup cadauera. mors
iocaſtæ:Creontis imperium de non ſepeliē
dis cadaueribus argiuorum : quos belli ca/
ſus fuderat qui tunc primum acceperat re
gnum: eiuſdem Creontis imperium de ex
cluſiōe Oedipi ſuperbe reſpōdentis.allocu
tio antigones:creontē deprecantis ut igno/
ſceret Oedipo patri ſuo.fata græcorum.

Lactanctii.P.in Vndecimum thebaidos
interpretatio.

EXpirauit:animā emiſit ſiue Expira/
efflauit. Signauit:excuſſit. uit
Turris: quæ cum ipſo eſt
fulminata. Memoranda:
quod a Ioue meruit fulmi/
nari. Non illaudata:ratio/
ne uirtutis Capanei : dixit
eius morte etiam Iouem ſeſe potuiſſe iacta
re. Temerator matris:tityon latonæ con/ Tityos
cubitum uiolenter affectans . Apollinis eſt
peremptus ſagittis:& a Ioue apud inferos
pœna damnatus. Volucres:ſecūdum Ho/
merum qui dicit:uiſcera tityonis gemino
uulture exedi:non uno: ut Virgilius dicit.
Eiectus:proſtratus. Galeæq;:tonant.ue/
lut tonitru inſonant. Cæliq; tumultu uti
tur:Iouis fulmine audaciā dimicādi plæbs
thebana conceperat. Maſſylla per arua:ter
ra africæ. Hinc premit eurymedō:ex par/
te altera Eurymedon dux thebanorū pre/
mebat:cuius in cathalogo fecerat mentio/
nem:proximus eurymedon qui paſtoralia
fauni arma patris. Iuuenemq; patrē: e di/
uerſo dicit Pythonem cum Adephilo bel/
lum mouere pari pœne ætate pollentes: &
iſtorum meminit in cathalogo: pater eius
natus.ſed enim confundere nodos.

Artatur:opprimitur:ſiue denſatur. Pubes thyrintia:iuuenes dicit homines agylei Herculis filii qui ſtipitibus:& ſagittis dimicabant:non gladiis:ut in cathalogo: ſtipes in exhauſtis artantur tæla pharetris.

Enypeus:hic tuba thebanos in bellum excitare ſolebat:ſed tum fugam ciuibus ſuadebat. Tuba ſola peregit: Ennius.caput caderet tum tuba ſola peregit.& pereunte uiro raucum ſonus ære cucurrit. Claudere quærit:fratrum congreſſu furia bellum finire feſtinat. Ergo procul:ſecretiorem locum petiit. Abſens: p abſentis. Attollit: erigit. Et pater ætnæos iterum:bene iterũ quia pauloante fulminauerat Capaneum: nunc iterum aduerſus furiã fulmen requirit. Rareſcunt tenebræ: furiæ inquit eius abſceſſu tantum Lucis acceſſit: quantũ aduentu eius dies ſplendoris amiſit. Hac germana tenus: ſupra iraſcentis uerba ad furiam hæc fuerant. ſed quid ego hæc ita caras ulciſcere ſedes thyſiphone.

Nec precium: nec operæprecium fuit diu manſiſſe apud ſuperos tantis factis ſtragibus. Sed qd hoc ego:q̃ æternus ſibi mars. cũ bellona uindicet hũc ad ſingulare ipellã.

Quæ magis arma ſonẽt.quo plus eat haſta lacerto
Artatur dẽſo fugiẽtum ex agmine uallum
Quas uoluis gradiue uices? mõ mœnia Cadmi
Scãdebãt:ſua nunc defendunt tecta pelaſgi
Ceu redeunt nubes:ceu circũ flãtibus auſtris
Alternus procumbit ager:ceu gurgite cano
Nũc retegit bibulas:nũc obruit æſtus arenas
Procumbit late pubes thyrintia:alumni
Exuuias imitata dei:trux mœret ab aſtris
Amphitrionides Nemee in ſanguine terga
Et ſimiles ramos:ſimileſq; uidere pharetras
Stabat in Argolicæ ferrato margine turris
Egregius lituo dextri mauortis Enypeus
Hortator.ſed tũc miſeris dabat utile ſignum
Suadebatq; fugam.& tutos in caſtra receſſus
Cum ſubitum obliquo deſcẽdit ab aere uulnus
Vrgẽtiſq; ſonum leua manus aure retẽta eſt
Sicut erat:fugit in uacuas iam ſpiritus auras
Iã gelida ora tacẽt.carmẽ tuba ſola peregit
Iãq; potẽs ſcelerum.geminæq; exercita gẽtis
Sãguine Thiſiphone fraterna claudere quærit
Bella tuba.nec ſe tãta in certamina fidit
Sufficere.iferna comitem ni ſede Megæram
Et cõſanguineos i prælia ſuſcitet angues
Ergo procul uana cõſcedit ualle.ſolumq;
Enſe fodit ſtygio.terræq; imurmurat abſens
Nomẽ:& Helyſiis ſignum idubitabile regnis
Crinalem attollit lõgo ſtridore ceraſtem
Cerulæ dux ille comæ.quo protinus omnis
Horruit audito tellus.põtuſq;.poluſq;
Et pater ætnæos iterum proſpexit ad ignes
Accipit illa ſonum.ſtabat tũc forte parẽti
Proxima. dum cœtu Capaneus laudatur ab omni
Ditis.& iſignem ſtygiis fouet amnibus umbram
Protinus abrupta terrarum mole ſub aſtris
Cõſtitit:exultãt manes.quãtumq; profundæ
Rareſcũt tenebræ tãtum de luce receſſit
Excipit atra ſoror.dextræq; inexa profatur
Hac germana tenus ſtygii metuẽda parentis
Imperia.& iuſſos potui tolerare furores
Sola ſuper terras hoſtiliq; obuia mundo
Dum uos helyſium & faciles compeſcitis umbras
Nec precium deforme moræ:caſſiq; labores
Hoc quodcũq; madẽt campi.q; ſanguine fumãt
Stagna q; inumero Lethea ex agmine gaudet
Ripa.meæ uires: mea læta inſignia:ſed quid

Hoc ego? mars habeat. uulgataqꝫ iactet Enyo
Vidiſtis (ſtygiis certum manifeſtus in umbris)
Sanguine fœdantem rictus: atroqꝫ madētem
Ora ducem tabo: miſerum inſatiabilis edit
Me tradēte caput. modo nēpe horrēdus ab aſtris
Deſcēdit uos uſqꝫ fragor. mea ſacra premebat
Tempeſtas. ego mixta uiri furialibus armis
Bella deum & magnas ridebam fulminis iras
Sed iam (effabor enim) lōgo ſudore fatiſcūt
Corda ſoror. tardæqꝫ manus. habet infera cælo
Taxus: & inſuetos angues nimia aſtra ſoporāt
Tu cui totus adhuc furor. exultātqꝫ recētes
Cocyti de fonte comæ da iungere uiros
Non ſolitas acies nec martia bella paramus
Sed fratrum: licet alma fides: pietaſqꝫ repugnēt
Vincētur. fratrum ſtringendi comminus enſes
Grāde opus: ipſe odiis: ipſæ diſcordibus armis
Aptemur. quid lēta uenis? agedum elige cuius
Signa feras: ambo faciles: noſtriqꝫ. ſed anceps
Vulgus. & affatus matris. blādamqꝫ precatu
Antigonem timeo. paulum ne noſtra retardet
Cōſilia. ipſe etiam. qui nos laſſare precādo
Suetus. & ultrices oculorum expoſcere diras
Iam pater eſt cœtu fertur iam ſolus ab omni
Flere ſibi atqꝫ adeo moror ipſa irrumpere Thebas
Aſſuetumqꝫ larem. tibi pareat impius exul
Argolicumqꝫ impelle nefas. neu mitis adraſtus
Præualeat. plæbeſqꝫ cauæ lernea moretur
Vade & in alternas inimica reuertere pugnas
Talia partitæ diuerſum abiere ſorores
Vt notus & boreas. gemino de cardine mundi
Hic niue Rhiphæa. libycis hic paſtus arenis
Bella cient. clamant amnes. freta. nubila ſyluæ
Iamqꝫ patent ſtrages. plangunt ſua damna coloni
Et tamē oppreſſos miſerantur in æquore nautas
Illas ut ſummo uidit pater altus olympo
Incæſtare diem. trepidumqꝫ Hyperionis orbem
Suffundi maculis. toruo ſic inchoat ore.
Vidimus armiferos. quo fas erat uſqꝫ furores
Cælicolæ. licitaſqꝫ acies. & ſi impia bella
Vnus init auſuſqꝫ meam contemnere dextram
Nunc par infandum. miſeriſqꝫ incognita terris
Pugna ſubeſt. auferte oculos. abſentibus auſint
Iſta deis. lateantqꝫ Iouem. ſat funera menſæ
Tantaleæ. & ſontes uidiſſe Lycaonis aras
Et feſtina polo ducentes aſtra Mycenas

Manifeſtus in umbris: quia ſimilitudo geſtorum apud inferos extitit. Horrēdus ab aſtris: capaneum quoqꝫ: ſed modice feciſſe dicit audacem. Bella deum: aut martis & bellonæ: aut Apollinis & Mineruæ. Fatiſcunt: laxantur. Taxus: quia furiæ de taxo arbore dicuntur faces habere. Martia: qualia mars ſolet efficere. Sat funera menſæ: dicit Iuppiter adhuc tantali horrere conuiuio: in quo Pelopem prædictus pater numinibus appoſuit epulandum. Lycaonis aras: Lycaon rex arcadiæ Iouem ſuſcepit hoſpitio: cumqꝫ uellet explorare an numen Iuppiter eſſet quem in domo ſuſceperat: humanas ei carnes appoſuit quod cum Iuppiter agnouiſſet domum eius incendit ipſumque mutauit in lupum: unde grecæ λυκοσ dicitur lupus. Aſtra mycenas: quia Atreo & Thyeſti parricidis epulātibus refulgente ſole nox feſtina præuenit: aſtra uero pro nocte poſuit.

Taxus

Lycaon

Lycos

Exeat:declinet. Dubios turbabant:Terentius.dum in dubio ē animus paulo momēto huc illuc impellitur. Aeger conſilii: triſtia cogitans ſine conſilio ībecillis. Mōſtra deum:infœlicia monſtra deum : ideſt non deſunt prodigia futurorum. Sic ire parabat:num ſic parabat uiro ſuo occurrere:quæ ut habitum ſic corpus eius quæſitura eſt. Viro tædas:non putat ſe tædis ad rogum uiri eſſe uenturam. Capeſſere:adminiſtrare ꝓprie. Regnoq;:extra fines patrios te coegi bella ſuſcipe:nō ut ꝓ me fieret.

Nunc etiam turbāda dies:mala nubila tellus
Accipe:ſecedātq; poli:ſtat parcere cælo
Cælitibuſq; meis ſaltem ne uirginis almæ
Sydera lædæi uideāt:neu talia fratres.
Sic pater omnipotēs.uiſuſq; nocentibus aruis
Abſtulit:& dulci terræ caruere ſereno
Iamq; per Argolicas herebo ſata uirgo cohortes
Veſtigat Polynicis iter.portiſq; ſub ipſis
Inuenit incertum letho tot iniqua fuga ne
Exeat:& dubios turbabāt omnia ſenſus.
Viderat obſcura uallum dum nocte pererrat
Aeger cōſilii curiſq; nouiſſima uoluēs
Coniugis Argiæ lacera cum lampade mœſtam
Effigiem ſunt mōſtra deum:ſic ire parabat
Has latura uiro tædas erat.ergo roganti.
Quæ uia quis ue dolor . cur mœſta inſignia. tātū
Fleuerat.atq; manu timidos auerterat ignes
Scit mētem uidiſſe nephas. &enim unde Mycenis
Afforet? & uallum cōiunx inopina ſubiret?
Sed fati monitus.uicinaq; funera ſentit
Ac ſentire timet:cum uero Acherōtis operti
Diua te & admoto tetigit thoraca flagello.
Ardet inops animi.nec tam conſidere regno
Quā ſcelus.& cædem & pfoſſi ī ſanguine fratris
Expirare cupit.ſubituſq; affatus Adraſtum.
Sera quidem.extremus ſocium gentiſq; ſuperſtes
Argolicæ cōſulta pater.iam rebus in artis
Aggredior:tūc tempus erat:cum ſanguis Achiuū
Integer ire ultro.propriamq; capeſſere pugnam
Non plæbis Danae florem. regumq; uerēdas
Obiectare animas.& lamentabile tantis
Vrbibus induerem capiti decus.aſpera quādo
Præcepit uirtus.nunc ſaltem exoluere fas ſit.
Quæ merui.ſcis namq; ſocer.licet alta recōdas
Vulnera.& afflictum generi uereare pudorem.
Ille ego ſum.qui te pacem.& pia iura regentem
Infœlix(utinamq; aliis datus urbibus hoſpes)
Extorrem patria regnoq;. ſed exige tādem
Supplicia.fratrem ſuprema ī bella (quid horres)
Decretum eſt.fixumq; uoco.deſiſte morari
Nec poteris.nō ſi atra parens miſeræq; ſorores
In media arma cadāt.non ſi ipſe ad bella ruenti
Obſtet:& extinctos galeæ pater ingerat orbes
Deficiam.an ne bibam ſupereſt quocunq; cruoris
Inachii? & ueſtris etiam num mortibus utar?
Vidi ego me propter ruptos telluris hiatu

Nec ſubii.uidi exanimem.fecique nocētem
Tydea.me thegeæ regem indefeſſa repoſcit
Orbaque parrhaſiis hululat mihi mater in antris
Ipſe nec Hiſmeni ripas dum ſtagna cruētat
Hyppomedō. Tyrias potui nec ſcādere turres
Dum tonat.& tecum Capaneu miſcere furores:
Q uis tātus pro luce timor:ſed digna repēdam
Conueniant ubicũque nurus:matreſque pelaſgæ
Longæuique patres.quorum tot gaudia carpſi
Orbauique domos.fratri occurro.quis ultra eſt:
Spectēt.& uotis uictorem.Ethioclea poſcāt
Iamque uale coniunx.dulceſque ualete Mycenæ
Ac tu care ſocer(nec enim omnis culpa malorum
Me penes.& ſuperi mecum.parcæque nocētes)
Si lenis cineri.meque hæc poſt prælia raptum
Alitibus fratrique tegas urnamque reportes
Hoc tamen.& natæ melius cōnubia iungas
Ibant in lachrymas.ueluti cum uere reuerſo
Biſthoniæ tepuere niues.ſummittitur ingens
Hemus & anguſtos Rhodopes deſcēdit in amnes
Cœperat & leni ſenior mulcere furētem
Alloquio.ſcidit orſa nouo terrore cruenta
Eumenis.alipedemque citum fataliaque arma
Protinus Inachii uultus expreſſa Perithi
Obtulit.ac fidas excluſit caſſide uoces
Ac ſuper hoc abrumpe moras.celeremus.& illum
Aduētare ferunt portis ſic omnia uicit
Correptumque iniecit equũ.uolat æquore aperto
Pallidus inſtātemq; deæ circumſpicit umbram
Sacra ioui merito tyrius pro flumine ductor
Nequicq̃ Danaos ratus exarmaſſe ferebat
Nec pater æthereus.diuumq; has ullus ad aras
Sed mala Thiſiphone.trepidis inſerta miniſtris
Aſtat.& inferno præuertit uota tonāti
Summe deum(tibi namq; meæ primordia thebes
Liueat infandum licet argos.& aſpera Iuno)
Debēt ſydonios:ex quo per littora raptor
Turbaſti Thyaſos dignatus uirgine noſtra
Terga premi.& placidas falſũ mugire per undas.
Nec te uana fides iterum Cadmeia ademptum
Cōnubia.& Tyrios nimium irrupiſſe penates
Tandem inq̃ ſoceros.dilectaq; mœnia gratus
Reſpicis:aſſertorq; tonas.ceu regia cæli
Attētata tui.ſic te pro turribus altis
Vidimus urgētem nubes:lethiq; benignum
Fulmen:& auditos proauis agnouimus ignes

Summittitur:ſolutis niuibus minuitur.
Sic oīa uicit:quecunq; moram faciebāt exi
re. Inferno:plutōi. Præuertit: applicauit.
Licet argos:quamuis græci tibi ſeruiant
& quamuis ſacrificia debeant: tamē & nos
amare multa apud nos ob ſtuprum euro-
pæ amoris gaudii perfeciſti. Thyaſos:thya Thyaſi
ſichori ſacra ducentium liberi patris ſunt
certamina ſatyrorum. Tyrios nimium:
propter ſui uultus imaginem: & bene ni-
mium quia aduentum Iouis armati ferre
non potuit:uique fulminis interiit. Agno
uimus ignes:fulmina q̃ miſeras i Semelen.

Votiuum:ſacrificio Iouis dicatum tau/
rum:qui hæmus dicebatur. Imperat:érat
enim conſuetudinis:ut ſi prima ſacrificia:
minime fuiſſent accepta numinibus ſecun
da haruſpex ſacrificia repararet:donec uide
rentur eſſe ſuſcepta. Accedere ueſtes:per
membra cõpaſci:Hercules enĩ uicto Ache/
Deianyra loo:Deianyram duxit uxorem:q cũ ad flu
Neſſus uium perueniſſet:Neſſo dedit cẽtauro trãſ
ferendam:quam cum ille in flumine com
Hercules primere uoluiſſet:ab Hercule ẽ ſagittis ex/
tinctus:qui ueſtẽ dedit Deianyræ ſuo ſan/
guine tinctã:ut ſe ulciſceretur:& dixit illi:
ſi uellet ꝑpetuo ſe ab Hercule diligi daret
eam illi ueſtem induẽdam:unde cum Her
cules Iolem ſecum captam adueheret:Deia
nyra uetita ne ei pelles præferetur hanc ue/
ſtem Herculem induit:quam ille indutus:
cum ueneni afficeretur incendio ĩ oeta mõ
te rogum uoluntate conſcendit. Summa
aure:breui auditu ideſt accipiẽte. Aera fin
dens:rotatu corporis:aerem intuens. Sine
mœnia pulſet irritus. Permitte.ſ.unus eat
alterius uero. Ille ãt fractis huc audeat uſq;
uiribus:alter itẽ. Hic furor ẽ miſeris iſtare
periclo. Nec librare metus:conſyderare.

Accipe nũc pecudes.& magni thuris aceruos
Votiuumq; marem: dignas ſed pendere grates
Haud mortale opus ẽ. certẽt tibi reddere Bacchus
Noſter & alcides:illis hæc mœnia ſerua
Dixerat.aſt illi niger ignis in ora:genaſq;
Proſiluit: raptumq; comis diadema cremauit
Tũc ferus ante ictum ſpumis delubra cruentat
Taurus & obſtãtum mediis e cædibus exit
Turbidus. inſano feriẽs altaria cornu
Diffugiunt famuli.& regem ſolatur haruſpex
Ipſe inſtaurari ſacrum male fortis: agiq;
Imperat:& magnos ficto premit ore timores
Qualis ubi implicitum Thyrintius oſſibus ignẽ
Senſit:& Oeteas membris accedere ueſtes
Vota incepta tamẽ.libataq; thura ferebat
Durus adhuc patienſq; mali:mox grãde coactus
Ingemuit.uictorq; furit per uiſcera Neſſus
Nuncius exanimi ſuſpẽſus pectora curſu
Ephytus ad regem portæ ſtatione relicta
Tãdem:& hæc trepido uix intellectus anhelat
Rumpe pios cultus:intepeſtiuaq; rector
Sacra deum.frater muris circum omnibus inſtat
Portarumq; moras frænis aſſultat:& haſtis
Nomine te crebro te ſolum in prælia poſcẽs
Flent mœſti retro comites.& uterq; loquẽti
Adgemit:& pulſis exercitus obſtrepit armis
Ille uocat tũc tempus erat ſator optime diuum
Quid meruit Capaneus? turbatus inhorruit altis
Rex odiis mediaq; tamen gauiſus in ira eſt.
Sic ubi regnator poſt exulis ocia tauri
Mugitum hoſtilem ſumma tulit aure iuuencus
Agnouitq; minas.magna ſtat feruidus ira
Ante gregem.ſpumiſq; animos ardẽtibus offert
Nũc pede toruus humũ.nũc cornibus aera findẽs
Horret ager.trepidæq; expectãt prælia uaccæ
Nõ deſunt regi comites ſine mœnia pulſet
Irritus. ille autem fractis huc audeat uſq;
Viribus.hic miſeris furor eſt inſtare periclo
Nec liberare metus.& tuta odiſſe.reſiſte
Hoc frætus ſolio .nos propulſabimus hoſtem
Nos bellare iube.ſic proxima turba.ſed ardẽs
Ecce aderat luctu dicturuſq; omnia belli
Libertate Creon.urit fera corda Menœceus
Nulla patri requies.illum quæritq;.tenetq;
Illum ſanguineos proflãtem pectore riuos
Aſpicit.& ſæua ſemper de turre cadentem

Vt dubium & pugnas turbãtem Etheoclea uidit
Ibis ait? neq te ulterius. fratrumq ducumq
Peſſime funeribus patriæ. lachrymiſq potitum
Eumenidum. belliq reum patiemur inulti
Stat tua non æquis luimus periuria diuis?
Vrbẽ armis opibuſq grauẽ & mõ ciuibus arctam
Ceu cælo dimiſſa lues inimicaq tellus
Hauſiſti. uacuamq tamen ſublimis ob umbras
Deeſt ſeruitio plæbes. hos ignis egentes
Fert humus. hos pelago patrius iam detulit amnis
Hi quærunt artus. illi ardua uulnera curant
Redde agedum miſeris fratres. natoſq patreſq
Redde aruis domibuſq uiros. ubi maxius hipſeus
Finitimuſq dryas? ubi phocidos arma ſonoræ
Euboiciq duces? illos tamen æqua duelli
Fors tulit ad manes. at tu (pudet) hoſtia regni
Hoſtia nate iaces ceu murus & e grege ſanguis
Hei mihi primitiis armorum. & rite nefaſto
Libatus. iuſſuſq mori. & cunctabitur ultra
Iſte. nec aduerſo nunc ſaltem marte uocatus
Stabit? an in pugnas alium iubet ire prophanus
Tyrheſias? iterumq meos oracula nectit
In gemitus? quid enim miſero ſup unicus Hemõ?
Ille iube ſubeat. tuq inſpectator ab alta
Turre ſede. quid ſæua fremis. famulamq cohortẽ
Reſpectas? hi te ire uolunt: hi pendere pœnas
Ipſa etiam genetrix. ipſæq odere ſorores
In te ardens frater. ferrum mortemq minatur
Sæuaq portarum conuellit clauſtra. nec audes?
Sic pater infrendens. miſeraq exæſtuat ira
Ille ſub hæc non fallis ait. nec te inclyta nati
Fata monent canere illa patrem. & iactare decebat
Sed ſpes ſub lachrymis ſpes atq occulta cupido
His latet. inſano prætendis funera uoto
Meq premis fruſtra. uacuæ ceu proximus aulæ.
Non ita Sydoniam fortuna reliquerit urbem
In te ut ſcæptra cadant tanto indigniſſime nato
Nec mihi difficilis præſens uindicta. ſed arma
Arma prius famuli. coeant ne prælia fratres
Vult gemitus lenire Creon lucrare fauorem
Victori mihi cuncta lues. Sic iurgia paulum
Diſtulit atq enſem quem iam dabat ira repreſſit
Ictus ut incerto paſtoris uulnere ſerpens
Erigitur gyro. longumq e corpore toto
Virus in ora legit. paulum ſi deuius hoſtis
Torſit iter cecidere minæ: tumefactaq fruſtra

Periuria diuis: quia imperium ſorte debitum negaſti germano. Inimicaue tellus quæ negando fruges: ſterilitate homines afficit. Amnis: iſmenos. Phocidos ſonoræ: a phoco Aeaci filio: quem Pentheus & Thelamon occidiſſe dicuntur: ciuitas nomẽ accepit. Sonore: dixit dantis reſponſa. At tu: apoſtropha ad filium. Et e grege ſanguis: pecus ignobile: de grege enim de multitudine uulgari dixit. Primitiis armorũ: primitiæ propriæ dicuntur primæ fruges diis oblatæ. Rite nefaſto: rite pro ritu poſuit: expiatio eni fuerat ciuitatis mors Menœcei. Oracula nectit: tecum reſponſa cõponit. Exæſtuat ira: grauiter iſonat. Nõ fallis ait: nec cælas ĩquit quid tuus animus hac oratione feſtinet: non luges filium: ſed me pugnante regnare deſyderas. Ictus ut incerto paſtoris uulnere ſerpens erigitur: non forti impetu percuſſus.

Primitiæ

Rite pro ritu

Crudeſcunt:iuueneſcunt:aut noui fiũt. Integrata reſurgit: ex ĩtegro inchoat. Improba lumina:mea lumina quæ ſpectatura ſunt fratrum ſingulare certamen. Obnixi cum conatu ſtricti. Me miſeram uinces prius tamen hæc arma neceſſe eſt experiare domi:ut nos ante proſternas diměſo ad ſummum murum euadere non poterit.

Colla ſedent:iraſq; ſui bibit ille ueneni.
At genitrix primum funeſtæ ſortis:ut amẽs
Expauit famam(nec tarde credidit)ibat
Sciſſa comas:uultuq; & pectore nuda cruento.
Non ſexus decoriſue memor.pẽtheia qualis
Mater ad inſani ſcãdebat culmina mõtis:
Promiſſum ſæuo caput allatura lyæo.
Nõ comites:non ferre ipſæ ueſtigia natæ
Aequa ualẽt.tãtum miſeræ dolor ultimus addit
Robur:& exãgues crudeſcũt luctibus anni.
Iamq; decus galeæ:iam ſpicula ſæua ligabat
Ductor:& ad lituos hilarem:intrepidumq; tubaꝝ
Proſpiciebat equum:ſubito cum apparuit ingẽs
Mater:& ipſe metu famulumq; expalluit omnis
Cœtus:& oblatam retro dedit armiger haſtam
Quis furor? unde iterum regni integrata reſurgit
Eumenis? ipſi etiam poſt omnia comminus ipſi
Stabitis? uſq; adeo geminas duxiſſe cohortes
Et facinus mãdaſſe parum eſt? quo deĩde redibit
Victor? in hos ne ſinus? o diri cõiugis olim
Fœlices tenebræ:datis improba lumina pœnas
Hæc ſpectãda dies? quo ſæuæ minãtia flectis
Ora? quid alternos uultus.palllorq; ruborq;
Mutat? & obnixi frãgunt mala murmura dẽtes?
Me miſeram.uinces.prius hæc tamẽ arma neceſſe
Experiare domi: ſtabo ipſo in limine portæ
Auſpicium infœlix.ſcelerumq; immanis imago
Hæc tibi canities:hæc ſunt calcãda nefandæ
Hubera. perq; uterum ſonipes hic matris agẽdus
Parce.quid oppoſitam capulo.parmaq; repellis
Non ego te contra ſtygiis feralia ſanxi
Vota deis cæco. nec Erynas ore rogaui
Exaudi miſeram.genitrix te ſæue precatur
Non pater.adde moram ſceleri.& metire ꝙ audes
Sed pulſat muros germanus.& impia contra
Bella ciet.non mater enim.non obſtat eunti
Vlla ſoror.te cuncta rogãt.hic plãgimus omnes
Aſt ibi uix unus pugnas diſſuadet Adraſtus
Aut fortaſſe iubet:tu limina auita. deoſq;
Linquis & a noſtris in fratrem amplexibus exis
At parte ex alia tacitos obſtante tumultu
Antigone furata gradus(nec caſta retardat
Virginitas)uolat Ogygii faſtigia muri
Exuperare furens.ſenior comes hæret eunti
Actor.& hic ſummas num duraturus ad arces
Vtq; procul uiſis paulum dubitauit in armis

Agnouitq; nephas.iaculis & uoce ſuperba
Tecta inceſſantem.magno prius omnia plãctu
Implet.& ex muris ceu diſcẽſura profatur
Cõprime tela manu:paulumq; hãc reſpice turrim
Frater:& horrẽtes refert in mea lumina criſtas
Agnoſces ne hoſtes? ſic annua pacta.fidemq;
Poſcimus? hi quæſtus? hæc ẽ bona cauſa modeſti
Exulis? Argolicos per te germane penates
(Nã tyrii iam nullus honos) per ſiquid in illa
Dulce domo ſubmitte animos en utraq; gentis
Turba rogãt.ambæq; acies.rogat illa ſuorum
Antigone deuota malis.ſuſceptaq; regi
Et tãtum tua dire ſoror:ſaltem ora truceſq;
Solue genas.liceat uultus fortaſſe ſupremos
Noſcere dilectos.& ad hæc lamẽta uidere
An ne fleas:illum gemitu iam ſupplice mater
Frãget:& exertum dimittere dicitur enſem
Tu mihi fortis adhuc:mihi quæ tua nocte dieq;
Exilia erroreſq; fleo.iamiamq; tumẽtem
Placaui tibi ſæue patrem:quid crimine ſoluis
Germanũ? nempe ille fidem & ſtata fœdera rupit
Ille nocẽs:ſæuuſq; ſuis.tamẽ ecce uocatus
Nõ uenit.his paulum furor elangueſcere dictis
Cœperat.obſtreperet q̃q̃ atq; obſtaret erynnis
Iam ſummiſſa manus. lẽte iam flectit habænas
Iam tacet.erumpũt gemitus lachrymaſq; fatetur
Caſſis.habẽt iræ.pariterq; obire nocẽtem
Et ueniſſe pudet.ſubito cum matre repulſa
Eumenis eiecit fractis Etheoclea portis
Clamãtem uenio.ſolumq; ꝙ ante uocaſti
Inuideo.ne inceſſe moras.grauis arma tenebat
Mater.& o patria o regnum incertiſſima tellus
Nũc certe uictoris eris.nec mitior ille
Tãdem inquit ſcis ſæue fidẽ? & deſcẽdis in æquũ?
O mihi nũc primum longo poſt tempore frater
Cõgredere.hæ leges hæc fœdera ſola ſuperſunt
Sic hoſtile tuẽs fratrem (namq; uritur alto
Corde) ꝙ inumeri comites.ꝙ regia caſſis
Inſtratuſq; oſtro ſonipes.ꝙ fulua metallo
Parma micet.q̃q̃ haud armis inhonorus:& ipſe
Nec palla uulgare nitẽs. opus ipſa nouarat
Mœoniis argiua modis.& pollice docto
Stamina.purpureæ ſociauerat aurea telæ
Iamq; in puluereum furiis hortãtibus æquor
Proſiliũt.ſua quemq; comes ſtimulatq; mouetq;
Fræna tenent.ipſe phaleraſq; lucida comunt

Inceſſantem:inuadentem:pulſantem au ferentem. Regi:etheocli: propter amorẽ Polynicis:dicitur enim cum eo concubuiſſe. Cœperat:ſola enim antigone poterat polynicem a ſingulari cum fratre certamine remouere:ſupra enim de ipſa dixerat furia: blandamq; precatur. In æquum:i ius. Hæc fœdera:quibus unus pereat uictor. Regia caſſis:cum diademate. Mœoniis: lydiis:de hac enim regione fuit arachne lanificii peritiſſima:quæ Mineruam prouocauit:& ab ea in araneam eſt mutata.

Serpentibus augent: equorum iubas augent furiæ adiectione ſerpentum. Et ipſi armorum fugere dei: Mars & Minerua.
Cruda: aſpera dicit Mineruam oppoſita gorgone: uiſus ſuos cælaſſe. Animis: thebanorum. Pontus cyaneos uetuit: quoniā aqua nō uetuit ſibi montes collidi. Furentem: in equis apparebat dominorū furor.
Ariona: qa Ariō filius neptūni diuinabat.

Arma manu: mixtiſq; iubas ſerpētibus augent
Stat cōſanguineum campo ſcelus. unius ingens
Bellum uteri. coeūtq; pares ſub caſſide uultus
Signa tacēt. ſiluere tubæ. ſtupefactaq; martis
Cornua. ter nigris auidus regnator ab oris
Intonuit. terq; ima ſoli cōcuſſit. & ipſi
Armorum fugere dei. nuſq̄ inclyta uirtus
Reſtrixit Bellona faces. longeq; pauētes
Mars rapuit currus. & Gorgone cruda uirago
Aſtitit. inq; uicem ſtygiæ rubuere ſorores
Prominet excelſis uulgus miſerabile tectis
Cūcta madēt lachrymis. & ab omni plāgitur arce
Hinc quæſti uixiſſe ſenes. hinc pectore nudo
Stāt matres. paruoſq; uetāt attēdere natos.
Ipſe quoq; Ogygios mōſtra ad gētilia manes
Tartareus rector porta iubet ire recluſa
Mōtibus inſidūt patriis. triſtiq; corona
Infecere diem: & uici ſua crimina gaudēt
Illos ut ſtimulis ire in diſcrimē apertis
Audiit. & ſceleri nullum iam obſtare pudorem
Aduolat. & medias īmittit Adraſtus habænas
Ipſe quidem regnis multum. & uenerabilis æuo
Sed quid apud tales. quis nō ſua pignora curæ
Exter honos? tamē ille rogat ſpectabimus ergo
Inachidæ Tyriiq; nefas. ubi iura: deiq;
Bella ubi? ne perſtate animis. te deprecor hoſtis
Quāq̄ hæc ire ſinat. nec tu mihi ſanguine lōge
Te gener: & iubeo ſcæptri ſi tarda cupido eſt
Exuo regales habitus. I lernā: & Argos
Solus habe. non uerba magis ſuadētia frāgunt
Accēſos. ſumptiſq; ſemel conatibus obſtāt
Quam ſcyta curatis erectus fluctibus unq̄
Pōtus Cyaneos uetuit cōcurrere mōtes
Vt periiſſe preces. geminoſq; ad prælia fuſos
Puluere cornipedes. explorariq; furētum
In digitis amēta uidet. fugit omnia linquens
Caſtra. uiros generum Thebas: ac fata monētem
Cōuerſumq; iugo propellit Ariona. qualis
Demiſſus curru leue poſt præmia ſortis
Vmbrarum cuſtos. mūdiq; nouiſſimus hæres
Palluit amiſſo ueniēs in tartara cælo
Non tamē indulſit pugnæ cunctataq; primo
Subſtitit in ſcelere. & paulum fortuna morata eſt
Bis caſſæ periere uiæ. bis cōminus actos
Auertit bonus error equos. puræq; nefandi
Sanguinis obliquis ceciderunt ictibus haſtæ.

Tédunt fræna manu:& ſæuis calcaribus urgent
Immeritos.mouet & geminas uenerabile diuum
Prodigium turmas:alternaq; murmura uoluũt.
Muſſantes:iterare aciem:procurrere ſæpe
Impetus.& totum miſeris opponere bellum
Iamdudum terris.cœtuq; offenſa deorum
Aduerſa cæli pietas in parte ſedebat.
Nõ habitu quo nota prius.non ore ſereno
Sed uittis exuta comam.fraternaq; bella.
Ceu ſoror infœlix pugnãtum aut anxia mater
Deflebat.ſæuumq; iouem. parcaſq; nocẽtes
Vociferãs.ſeſeq; polis & luce relicta
Deſcẽſurum erebo.& ſtygios iam malle penates
Quid me ait ut ſæuis animãtum:ac ſæpe deorum
Obſtaturam animis princeps natura creabas?
Nil iam ego per populos.nuſq̃ reuerẽtia noſtri
O furor. o homines diriq; promœtheos artes.
Quã bene poſt pyrrham tellus põtuſq; uacarẽt
En mortale genus.dixit.ſpeculataq; tempus
Auxilio tẽtemus ait.licet irrita coner.
Diſſiliitq; polo.niueus ſub nubibus altis
Quãq̃ mœſta deæ ſequitur ueſtigia limes.
Vix ſteterat campo ſubita mãſueſcere pace
Agmina.ſentiriq; nefas.tunc ora madeſcũt.
Pectoraq;.& tacitus ſubrepſit fratribus horror
Arma etiam ſimulata gerẽs cultuſq; uiriles
Nũc his nunc illis agite.ite.obſiſtite clamat
Quis nati fratreſq; domi.quis pignora tanta
His quoq; nonne palã eſt ultro miſereſcere diuos?
Tela cadunt cunctãtur equi.fors ipſa repugnat.
Nõ nihil impulerat dubios in torua notaſſet
Thiſiphone fraudes:cæleſtiq; ocior igne
Afforet increpitãs.quid belli obuerteris auſis
Numen iners paciq; datum? cede improba noſter
Hic campus.noſterq; dies nunc ſera nocẽtes
Defendis thebas.ubi tunc cum bella cieret
Bacchus? & armatas furiarẽt orgia matres?
Aut ubi ſegnis oras dum martius impia ſerpens
Stagna bibit:dũ cadmus arat:dũ uicta cadit ſphix
Dũ rogat Oedipodẽ genitor:dũ lampade noſtra
In thalamos Iocaſta uenit.ſic urget:& ultro
Vitãtem aſpectus:etiam pudibundaq; longe
Ora reducẽtẽ:promit & ſtridentibus hydris
Intẽtatq; faces.deiectaq; in lumina pallam
Diua trahit.magnoq; fugit quæſtura tonãti
Tunc uero accenſæ ſtimulis maioribus iræ.

Venerabile:formidandum. Iterare aciẽ: denuo bellum inſtaurare. Opponere:obiicere ſe pugnantibus fratribus. Non habitu:non læta:ſed triſtis. Animantum:animas habentium:ideſt hominum. Quanq̃ mœſta deæ:cum pietas de cælo deſcenderet ad terras:licet mœſta eſſet tamẽ quocũ que ibat per nubes nigras:claram ſui nominis lucem trahebat.Igne fulmine. Numẽ iners:pietas quæ bella diſſuadet. Furiarẽt: inſtigarent. Dũ Cadmus arat:dentes draconis de quibus cohors armata proſiliit.

Rogat: Conuenit. Ora reducentem: uultum ſuum retro tollentem. In lumina pallam: faciem ſuam calmyde protegebat:ne furiæ uultum uideret.

Rex impius:Etheocles. Prior occupat: feriturus præuenit:ac tæla diſponit. Per orbem:per medium ſcutum conata eſt tranſire. Piabo manus:expiabo parricidium fratris mei morte. Minor umbra doloré:altiſmo:ideſt urbane:minor umbra dixit uictis regibus:ut Horatius mediumꝗ flumé gétibus additum uictis mindre tollere uertices. Plaga:uulnus:metum immiſit. Tõſos:remos. Mutant:miſcent. Luctatæꝗ diu:&aduerſus tempeſtatem:& aduerſum ſe. Rimantur:perueſtigant. Acerbo:toruo. Telluris:ſubaudis intererat: ideſt non a ſe multũ aberant:ſed comminus ſua ora cernebant. Signa iubarum:neglectu ſuo plus excitabantur ad ſcelus. Fulmineos: fortes. Facinuſꝗ peractum:tãta inerat ſæuientibus feritas:ut cũ nulla ſibi adhuc uulnera intuliſſent:tamé iam ſe ſcelus perfeciſſe credebant. Iuſtius:iuſtior in ſcelere Polynices utebaẽ pro denegato ſibi imperio.

Male tegit:non tegit. Plumis:laminis.ut Vir.quem pellis ahenis in pluma ſquamis.

Arma placẽt:uerſæꝗ uolunt ſpectare cohortes
Inſtaurãt crudele nefas.rex impius aptat
Tela:& funeſtæ caſum prior occupat haſtæ
Illa uiam medium clypei conata per orbem
Nõ perfert ictus:atꝗ alto uincitur auro.
Tũc exul ſubit.& clare funeſta precatur
Dii quos effoſſo nõ irritus ore rogauit
Oedipodes firmate nefas:non improba poſco
Vota.piabo manus:eodem pectora ferro
Reſcindam:dum me moriens hic ſceptra tenẽtem
Linquat.& hũc ſecum portet mĩor umbra doloré.
Haſta ſubit uelox equitis femur inter equiꝗ
Illa lethum utrĩꝗ uolens.ſed plaga ſedẽtis
Laxato uitata genu.tamẽ irrita uoti
Cuſpis in obliquis inuenit uulnera coſtis
It præceps ſonipes ſtrictæ cõtemptor habænæ
Aruaꝗ ſanguineo ſcribit rutilãtia gyro
Exultat fratres credẽs hunc eſſe dolorem
Cedit & ipſe metu.totiſꝗ iam exul habænis
Indulget.cæcuſꝗ auidos illidit in ægrum
Cornipedem curſus.miſcẽtur fræna.manuſꝗ
Telaꝗ.& ad terram turbatis greſſibus ambo
Præcipitãt.ut nocte rates:quas nubilus auſter
Implicuit.frãgunt tonſos.mutantꝗ rudentes
Luctatæꝗ diu tenebris hyemiꝗ ſibiꝗ
Sicut erant imo pariter ſedere profundo.
Hæc pugnæ facies.coeũt ſine moræ.ſine arte
Tãtum animis.iraꝗ.atꝗ igneſcẽtia cernũt
Per galeas odia.& uultus rimãtur acerbo
Lumine.nil adeo mediæ telluris.& enſes
Impliciti nexæꝗ manus.alternaꝗ ſæui
Murmura:ceu lituos rapiũt.aut ſigna iubarum.
Fulmineos ueluti præceps cum comminus egit
Ira ſues.ſtrictiſꝗ erexit poctora ſetis
Igne tremũt oculi.lunataꝗ dentibus uncis
Ora ſonãt.ſpectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens.canibuſꝗ ſilẽtia ſuadet
Sic auidi incurrũt.necdum lætalia miſcent
Vulnera.ſed captus ſanguis facinuſꝗ peractum
Nec iam opus eſt furiis.tantum mirãtur.& adſtãt
Laudãtes.hominumꝗ dolent plus poſſe furores
Fratris uterꝗ furẽs cupit.affectatꝗ cruorem
Et neſcit manare ſuum.Tãdem irruit exul
Hortatuſꝗ manum cui fortior ira nephaſꝗ
Iuſtius.alte enſem germani in corpore preſſit
Quã male iam plumis imus tegit ĩguina thorax

Ille dolés nondum ſed ferri frigore primo
Territus in clypeum turbatus colligit artus
Mox intellecto magis ac magis æger anhelat
Vulnere:nec parcit cedéti:atq; increpat hoſtem
Quo retrahis germane gradus?o lãguida ſomno
Et regnis effœta quies:lõgaq; ſub umbra
Imperia:exilio rebuſq; exercita egenis
Membra uides:diſce arma pati:nec fidere lætis
Sic pugnãt miſeri.reſtabat laſſa nefando
Vita duci:ſummuſq; cruor:poterãtq; parumper
Stare gradus.ſed ſpõte ruit.fraudemq; ſupremam
In media iam morte parat:clamore Cytheron
Erigitur.fraterq; ratus uiciſſe leuauit
Ad cælum palma.Bene habet nõ irrita noui
Cerno graues oculos:atq; ora natãtia letho
Huc aliquis propere ſcæptrum:atq; ĩſigne comaȝ
Dum uidet.hæc dicés greſſus admouit.& arma
Ceu templis decus & patriæ laturus ouanti
Arma etiam ſpoliare cupit.nõdum ille peractis
Manibus ultricemq; animam ſeruabat in iras
Vtq; ſuperſtantem pronumq; in pectore ſenſit
Erigit occultæ ferrum.uitæq; labãtis
Reliquias tenues odio ſuppleuit.& enſem
Iam lætus frater fratris ſub corde reliquit.
Ille autem uiuis ne?& adhuc manet ira ſuperſtes
Perfide.nec ſedes unq̃ moriture quietas?
I mecum ad manes:illic quoq; pacta repoſcam
Si modo Agenorei ſtat Gnoſia iudicis urna
Qua reges punire datur.nec plura locutus
Cõcidit.& totis fratrem grauis obruit armis
Ite truces animæ.funeſtoq; tartara letho
Polluite & cũctas herebi conſumite pœnas.
Voſq; malis hominum ſtygiæ.iam parcite diuæ
Omnibus in terris ſcelus hoc.omniq; ſub æuo
Viderit una dies:mõſtrumq; infame futuris
Excidat.& ſoli memorẽt hæc prælia reges
Atq; genitor ſceleris compertos fine profundis
Erepſit tenebris.ſæuoq; e limine profert
Mortem imperfectam.ueteri ſtat ſordida tabo
Vtraq; canities.& durus ſanguine crinis
Obnubit furiale caput procul ora genæq;
Intus & effoſſæ ſqualẽt ueſtigia lucis
Virgo autem impoſitæ ſuſtẽtat pondera leuæ
Dextra ſedet baculo.qualis ſi puppe relicta
Exoſus manes nigri ſulcator auerni
Exeat ad ſuperos.ſolemq; & pallida turbet

Magis ac magis æger:Polynices ſcilicet uiſo fratris uulnere imminebat. Rebuſq; exercita egenis:has uires:exilia calamitatesq; nutriunt. Dum uidet:crudelis. Conſumite pœnas:omnia ſupplicia tranſeũdo ſubite. Vna dies:ſtat tantum. Prælia reges:execrando fratrum prælia:ſoli nouerãt reges:penes quos eſt:& opprimendæ libertatis:& ſæuiẽdi crudelitas. Mortem imperfectam:cæcitatem ut ipſe in primo: longa animã ſub nocte trahebat. Vtraq; canities:& capitis & barbæ. Genæ intus:ſedet intus abactis ferrea lux oculis puppe relicta charon. Exoſus manes:odio habens mortuorum ſæua ſupplicia. Sulcator:nauta.

Creſcat opus:numerus umbrarum.
Sæcula ripis:turbæ animarum. Implicitos:ſibi innexos. Frigentibus:defunctis.
Per arida ſerpunt: cæcitatem aridam dixit: eo q deficientibus oculis lachrymarũ origo ceſſauerit. Molles:quia ſunt animi molliores. Exequialia mortis:in morte ueſtra lachrymas fundo:quæ exequiis coæquenť. Nimiumq mei:minine a meis criminibus diſcrepantes. Alloquiumq aptare licet:pro merito dicere. Heu iuſto magis:plus iuſto diis uiſum eſt parentis in filios mala uota audire. Dictauit fatis: ut euenirent fataliter fecit.

Aſtra.nec ipſe diu fortis. patiẽſq ſuperni
Aeris.interea lõgum ceſſante magiſtro
Creſcat opus:totiſq expectẽt ſæcula ripis
Talis init campum.comitiq extrema gemẽti
Duc ait ad natos.patremq recẽtibus oro
Iniice funeribus.cũctatur neſcia uirgo
Quid paret impediũt iter.iplicitoſq morantur
Arma uiri.currus altaq in ſtrage ſeniles
Deficiũt greſſus.& dux miſerãda laborat
Vt quæſita diu mõſtrauit corpora clamor.
Virginis inſternit totos frigẽtibus artus.
Nec uox ulla ſeni:iacet:immugitq cruẽtis
Vulneribus:nec uerba diu tentata ſequũtur
Dum tractat galeas:atq ora latẽtia quærit
Tãdem mutata diu genitor ſuſpiria ſoluit
Tardam meam pietas lõgo poſt tempore mẽtem
Percutis? eſt ne ſub hominis clæmẽtia corde?
Vincis me miſerum:uincis natura parẽtem
En habeo gemitus:lachrymæq per arida ſerpũt
Vulnera.& ĩ molles ſequiť manus impia plãctus
Accipite infandæ iuxta exequialia mortis
Crudeles.nimiumq mei.nec noſcere natos
Alloquiumq aptare licet.dic uirgo precãtis
Quem teneo? quo nũc ueſtras ego ſæuus honore
Proſequar inferias? o ſi fodiẽda redirent
Lumina.& in uultus ſæuire ex more poteſtas.
Heu dolor:heu iuſto magis exaudita parentis
Vota.maleq preces.quis nam fuit ille deorum
Qui ſtetit orãtem iuxta.præreptaq uerba
Dictauit fatis? furor illa.& mouit erinnys
Et pater.& genitrix.& regna.oculiq cadẽtes
Nil ego per ditem iuro.dulceſq tenebras
Immeritamq ducem.ſubeam ſic tartara digna
Morte.nec irata fugiat me laius umbra.
Hei mihi quos nexus fratrũ:quæ uulnera tracto
Soluite quæſo manus.infeſtaq uincula tandem
Diuidite.& medium nũc ſaltem admittite patrem
Talia conqueſtus.paulatim ſumpſerat iras
Mortis & occulte tellum ni nata uetaret
Quærebat.ſed caſta manu ſubtraxerat enſes
Antigone.furit inde ſenex.ubi noxia tela?
Heu furiæ? num totum abiit in corpore ferrum?
Dicẽtem comes ægra leuat.mutumq dolorem
Ipſa premit.ſæuum gaudens plãxiſſe parentem
Olim autem inceptæ clamore exterrita pugnæ
Regina extulerat notum penetralibus enſem.

Enſem ſceptriferi ſpolium lachrymabile lai
Multaq; cum ſuperis & diro quæſta cubili.
Et nati furiis & primi cōiugis umbris.
Luctata eſt dextra & prono uix pectore ferrum.
Intrauit tādem & uenas prorumpit aniles
Vulnus & infœlix luſtratus ſanguine lectus
Illius exili ſtridētem in pectore plagam
Iſmene colapſa ſuper lachrymiſq; comiſq;
Sicabat plāgens.qualis marathonide ſylua
Flebilis erigone.cæſi prope funera patris
Q uæſtubus abſumptis triſtem iam ſoluere nodū
Cœperat.& fortes ramos moritura legebat
Et iam læta ducum ſpes eluſiſſe duorum
Res amphionias alio ſceptrumq; maligna
Trāſtulerat fortuna manu:cadmiq; tenebat
Iura creon.miſer heu bellorum terminus illi
Pugnarāt fratres.hūc & mauortia clamāt
Semina.& impēſus patriæ paulo ante menœceus
Conciliat populis.ſcādit fatale tyrannus
Flebilis aoniæ ſolium.pro blāda poteſtas
Et ſcæptri male ſuaſus amor nūq̄ ne priorum
Hærebunt documenta nouis.iuuat ecce nefaſto
Stare loco.regimēq; manu tractare cruentum
Q uid melior fortuna poteſt? iā flectere patrem
Incipit.atq; datis abolere menœcea regnis:
Primum adeo ſæuis imbutus amoribus aulæ
Indicium.ſpeciemq; ſui iubet igne ſupremo
Arceri danaos.nudoq; ſub axe relinqui
Infœlix bellum.& triſtes ſine ſedibus umbras
Mox reducem ogygiæ cōgreſſus limine portæ
Oedipodem timuit paulum.ſeſeq; minorem
Cōfeſſus tacitæ.promptamq; coercuit iram
Sed redit in regem.cæcumq; audētius hoſtem
Increpitās.procul inquit abi uictoribus omen
Inuiſum.& furias auerte.ac mœnia luſtra
Diſceſſu thebane tuo.ſpes longa peracta eſt
Vade iacēt nati.quæ iam tibi uota ſuperſunt?
Horruit inſtinctu rabido.ſteterātq; trementes
Ceu uiſu præſente comæ.ſeniumq; receſſit
Tūc natam baculumq; manu dimiſit.& iræ
Innixus tumido uocem de pectore rupit.
Iam ne uacat ſæuire creō.modo perfida regna
Fortunæq; locum noſtræ miſerādæ ſubiſti?
Et tibi iā fas eſt regum calcare ruinas
Iam tumulis uictos ſocios.iam mœnibus arces
Macte potes digne thebarum ſcæptra tueri

Enſem:anadiploſis. Multaq;:multa in deos conuiciata & inceſto cubili conqueſta. Et nati furiis:ideſt filii nuptiis. Et primi coniugis:lai prioris mariti. Luctata ē: conata eſt manus anilis uirorum fortium opus implere. Sanguine lectus:cruore ſuo infœlicis lectuli pugnauit incœſtu. Qualis marathonide ſylua:Marathon mons atticæ regionis: in quo Icarus eſt occiſus: ad quem locum erigone filia eius cane præunte peruenit:& ſe nimio luctus dolore tæla: quæ uir fortioribus fractis mortem corporis ruina decliua pependit:regionem illam ſua umbra uaſtabat.ut placaretur extincta ora in humanam ſpeciem ipſi formata in eadem ſpecie ſuſpendebant:& paſtorū congreſſibus euntibus diem illum cælebrem faciebant.quod Virgi.Aliud agendo pſtrinxit.quo ſe regina ſuſpenderat. Legebat:qbus ſe ſuſpenderit. Priorum:q; non amouentur faces priorum. Mox redit in regē: animum regium ſumit. Peracta eſt:uotiua filiorum tuorum morte completa eſt.

Marathō

Erigone

Seniumq; receſſit:nimia ſenectus dicitur ſenium.Terentius. Vt illum dii deeq; omnes perdant ſenem:qui me hodie moratus eſt. Iam ne uacat ſæuire Creon:iā non doles interitum filii tam cito:ſed contra mortuos furibundus iraſceris. Calcare ruinas: afflictorum regum inſultare caſibus.

Senium

Contrahis amens:aſſumis mirando parua:& non maiora rerum contrahis iura.

Metiris honores:ut exiliũ imperes ei quẽ potes occidere:cur non ſæuius aliquid imperas.iſta mihi parua ſunt quæ miaris exilia : qui potes ſupplicia in me maiora inferre. Quin protinus imbuis enſes:quinimmo imbue:ideſt in me auſpicare:in me innocentem cædem : quaſi nouus tyrannus.

Satelles:ideſt armiger q me poſſit occidere. Temptare ſines:ſubaudis humile mentibus eſſe permittes. Nec tibi ſit uirtus.i.nulla i te ſit fortitudo animi: qua poſſis aduerſa magnanimiter ferre. Satis omnia ſanxi:ſatis impetratus ſum. Altuſqꝫ iacentes:elatus imperii dignitate miſeros humileſqꝫ deſpicias. Vereare priorum:ante oculos habeas fata priorũ ducum. Fœlicibus: ſubaudis cum hæc mala accidiſſent.

Hæc tua parua dies.ſed cur noua cõtrahis amens
Iura.quid anguſtæ tãtos metiris honores?
Exilium intendis.timida inclæmẽtia regum
Iſta.feros auidus.quin protinus imbuis enſes?
Crede.licet ueniat cupidus parere ſatelles
Intrepiduſqꝫ ſecet non euitãtia colla
Incipe.an expectas ut pronus ſupplice dextra
Sternat? & immitis domini ueſtigia quæram?
Finge autem tẽtare.ſines.mihi ne ulla minaris
Supplicia? aut ullos reris ſupereſſe timores?
Linquere tecta iubes? cælum terraſqꝫ reliqui
Spõte atqꝫ ultricem crudelis in ora retorſi
Nõ ullo cogente manum.quid tale iubere
Rex inimice potes? fugio:excedoqꝫ nefandis
Sedibus.an refert quo funera lõga.meaſqꝫ
Trãſportem tenebras? ne non gens cuncta precãti
Cõcedat patriæ.q̃tum miſer incubo terræ?
Sed dulces thebæ.nimirum hic clarior ortus
Et meliora meos permulcẽt ſydera uultus
Hic genitrix.natiqꝫ habeas thebana.regaſqꝫ
Mœnia quo cadmus.quo laius omine rexit
Quoqꝫ ego:ſic thalamos.ſic pignora fida capeſſas
Nec tibi ſic uirtus fortunã euadere dextra
Sed lucem deprenſus ames.ſatis omnia ſanxi
Duc age nata procul.quid te autẽ luctibus addo?
Da rex magne ducem.timuit miſerãda relinqui
Antigone:mutatqꝫ preces fœlicia per te
Regna uerẽde creõ.ſanctaſqꝫ menœceos umbras
Da ueniam afflicto:dictiſqꝫ ignoſce ſuperbis
Hũc morem fandi longæ fecere querelæ
Nec ſoli ferus iſte tibi.ſic fata:deoſqꝫ
Alloquitur.durus luctu.faciliſqꝫ nec ipſi
Sæpe mihi.pridem indomito ſub pectore feruet
Libertas miſera.& ſæue ſpes irrita mortis.
Et nũc ecce tuas irrita callidus iras
Suppliciumqꝫ cupit.ſed tu maioribus oro
Imperii potiare bonis.altuſqꝫ iacentes
Prætereas.& magna ducum uereare priorum
Funera.& hic quondam ſolio ſublimis & armis
Septus opem miſeris.& iura potẽtibus æquus
Supplicibuſqꝫ dabat.cui nunc ex agmine tãto
Vna comes.nec dum exul erat.fœlicibus hic ne
Obſtat? in hunc odiis & regni uiribus exis?
Hunc abigis tectis.an ne prope limina clarum
Ingemat.& uotis intempeſtiuus oberret
Pone metum procul uſqꝫ tua ſummotus ab aula

Fleuit.ego erectum ſubigam.& ſeruire docebo.
Cœtibus abducam.ſolaq; in cæde recondam
Exul erit.nam qua migrāti externa patebunt
Mœnia?ius agros eat.hoſtileſq; mycenas
Squalidus irreptet.uictiq; ad limen adraſti
Aonias narret clades.tenuemq; precetur
Rex thebanus opem?miſeræ quid crimina gentis
Pādere.quid caſus iuuat oſtētare pudendos?
Cōde precor quodcūq; ſumus.nec lōga precamur
Dona creon. miſerere ſenis.mœſtiq; parētis
Hic precor hic manes indulge ponere.certe
Thebanos ſepelire licet.ſic orat.humiq;
Voluitur.abducit genitor.ſæuumq; minatur
Indignās ueniam.qualis leo rupe ſub alta
Quē uiridē quondam ſyluæ monteſq; tremebāt
Iam piger & longo iacet exarmatus ab æuo
Magna tamē facies:& non adeunda ſenectus.
Et ſi dimiſſas ueniat mugitus ad aures
Erigitur.meminitq; ſui.uireſq; peractas
Ingemit.& campis alios regnare leones
Flectitur affatu:ſed non tamē omnia rector
Supplicis indulget lachrymis.partemq; recidit
Muneris.haud inquit patriis prohibebere longe
Finibus.occurſum dum non pia templa. domoſq;
Commacules. habeāt te luſtra tuuſq; cytheron
Atq; hæc ecce tuis tellus habitabilis umbris
Qua bellum geminæq; iacēt in ſanguine gentes.
Sic ait.& ficto comitum.uulgiq; gemētis
Aſſenſu limen tumidus.regale petebat
Interea pulſi uallum exitiale pelaſgi
Deſtituunt furto.nulli ſua ſigna.ſuuſq;
Ductor.eunt taciti paſſim pro funere pulchro
Dedecorem amplexi uitam.redituſq; pudēdos
Nox fauet & grata profugos amplectitur umbra.

POſtquam alterno ceciderunt uulnere fratres
Moxque creon deflens perſoluit iuſta menœceo
Buſta negans uictis.at graias fama perurget
Quærere clam matres. per cāpos membra ſuoꝝ.
Vix argia ſui corpus polynicis amati
Reperit:antigone etheoclis funera quærens
Aduenit ignaræ communia funera plāgunt.
Succēſuſq; rogus flammis communibus ardet
Theſeaq; euadne conſtanti uoce precatur

Supplicis indulget:ueniam Oedipo ſub certa conditione promittit. Habitabilis umbris: ubi filii ſui ſe mutuis uulneribus peremerunt. Qua bellum:thebanæ & argiuæ gentes mouerunt. Deſtituunt:occulte fugiunt.

NOndum cūcta polo uigil inclinauerat aſtra: In hoc libro continetur egreſſio thebanorum ad campos: hoſtibus iā fugatis. crematio cadauerū. Sepultura Menœcei. Creontis allocutio in filium plena pietatis. Profectio argiuarum matrum poſt auditā mortem ſuorum. occurſus Soniti uulnerati. allocutio ſuadentis matribus: ut non thebas eant: ſed athenas & a Theſeo auxilium poſcant: ut poſſint ſepeliri earum mariti. conſenſus argiæ. Ipſius argiæ ſegregatio a cæteris matribus & profectio ad thebas uno comite menete: & eius aduētus ad campum: ubi iacebat maritus. Iunonis ad lunam allocutio: ut illuſtret campos ſplendore radiorum. Agnitio allocutionis argiæ & antigones. & iunctus labor ad ſepeliendum Polynicis cadauer: qui cū īpoſitus fuiſſet etheoclis rogo per ignorantiam ſubito flamma diſceſſit. Antigones lamētatio. uigilum interuentus: & captiuitas antigones: & argiæ decretio ſibi apud athenas: quo argiuæ cōfugerant matres. Aduentus Theſei triumphantis de amazonibus. Allocutio Euandri & Capanei uxoris ad Theſeū. & deprecatio de ſepultura maritorum. Indignatio Theſei contra Creontem: & trāſmiſſio nūcit qui diceret Creonti: ut aut ſineret ſepeliri argiuos: aut ſe pararet ad bellum. cathalogus exercitus. Theſei aduentus. nuncii a Theſeo miſſi ad Creontem. ſuperba reſpōſio. Aduētus Theſei. Pugna & ſingulare certamen cū Creonte. Interitus creontis. Deditio thebarum. Argiuorum ſepultura.

Lactantii. P. in Duodecimum thebaidos interpretatio.

INclinauerat: occidere fecerat: ideſt nondum oīa aſtra aduentus argiui: tamen exire de ciuitate thebāi metuebāt. Reſerare audacia portas: nondum audebāt terrore præteritorum malorum omne portaꝝ ſpacium reſerare. Prima labat: Virgilius. Dū trepidi egreſſiq; labant ueſtigia prima. Vallant: muniunt. Citant pennas: alas cōmouent. Licet ille retro: licet retro diſceſſerit. Quæruntur: uirtutis malo īputāt q̄ perit. Digerit: ordinat. Vbiq; parato: ad oīa cadauera. Miſerabile: p̄ miſerabiliter.

Iret ut ad thebas uindex aliosq; triumphos.
Mox ille infrēdens optat. uocatq; creonta.
Quem ſternit tælo graiorumq; immolat umbris.
NOndum cuncta polo uigil inclinauerat aſtra
Ortus: & inſtantem cornu tenuiore uidebat
Luna diem. trepidas ſubito titonia nubes
Diſcutit. & reduci magnum parat æthera phœbo
Agmina iam raris dyrcea penatibus errāt
Noctis quæſta moras: q̄uis tunc ocia tādem
Et primus poſt bella ſopor: tamen ægra quietem
Pax fugat & ſæui meminit uictoria belli.
Vix primo proferre gradum: & munimina ualli
Soluere uix totas reſerare audacia portas
Stāt ueteres ante ora metus. campiq; uocātis
Horror: ut aſſiduo iactatis æquore tellus
Prima labat. ſic attoniti nil cominus iræ
Mirātur. fuſaſq; putant aſſurgere turmas.
Sic ubi perſpicuæ ſcādentem limina turris
Idaliæ uolucres fuluum aſpexere draconem
Intus agunt natos: & fœda cubilia uallāt
Vnguibus: imbelleſq; citāt ad prælia pennas
Mox ruerit licet ille retro. tamē aera nudum
Cādida turba timet. tandemq; ingreſſa uolatus
Horret. & a mediis etiam num reſpicit aſtris.
Itur in exāguem populum. belliq; iacentis
Reliquias. qua quemq; dolor luctuſq; cruenti
Exegere duces. hi tæla. hi corpora. at illi
Cæſorum tātum ora uident. alienaq; iuxta
Pectora. pars currus deflent. uiduiſq; loquuntur.
Hoc ſolum quia reſtat equis. pars oſcula figunt
Vulneribus magnis & de uirtute queruntur
Fregida digeritur ſtrages. patuere reciſæ
Cum capulis haſtiſq; manus. mediiſq; ſagittæ
Luminibus ſtātes. multis ueſtigia cædis
Nulla ruūt plāctu pendent. at ubique parato
At circum informes truncos miſerabile ſurgit
Certamē. qui iuxta ferāt. qui funera ducāt
Sæpe etiam hoſtiles (luſit fortuna parumper)
Decepti fleuere uiros. nec certa facultas
Noſcere quem miſeri uitent calcentue cruorem
At quibus eſt illæſa domus. uacuiq; dolores
An deſerta uagi danaum tentoria luſtrāt
Immittuntq; faces. aut quæ poſt bella uoluptas

Quærunt diſperſi.iaceat quo puluere tydeus
Aut rapti pateat ſpecus auguris.aut tibi diuum
Hoſtis.an æthereæ uiuāt per membra fauillæ
In lachrymis exempta dies.nec ſerus abegit
Veſper.amāt miſeri lamenta.maliſq; fruūtur
Nec ſubire domos.ſed circum funera pernox
Turba ſedet.uicibuſq; datis alterna gemētes
Igne feras.plāctuq; fugāt.nec dulcibus aſtris
Victa.nec aſſiduo coierunt lumina fletu
Tertius auroram pulſabat lucifer.& iam
Mōtibus orbatis lucorum gloria magnæ
Theumeſiæ uenere trabes:& amica cytheron
Sylua rogis.ardēt exciſæ uiſcera gentis
Molibus extructis ſupremo munere gaudēt
Ogygii manes.queritur miſerabile graium
Nuda cohors.uetitumq; gemēs circumuolat ignē
Accipit & ſæui manes etheoclis iniquos
Haud quaq̃ regalis honos.argiuus haberi
Frater iuſſus adhuc.atq; exule pellitur umbra
At nō plæbeio fumare menœcea buſto
Rex genitor.thebæq; ſinunt nec robora uilem
Struxerunt de more rogum.ſed bellicus agger
Curribus & clypeis graiorumq; omnibus armis
Sternitur.hoſtiles ſuper ipſe ut uictor aceruos
Pacifera lauro crinem uittiſq; decorus
Accubat.haud aliter q̃ cum poſcētibus aſtris
Lætus in accenſa iacuit tyrinthius oeta.
Spirātes ſuper inferias captiua pelaſgum
Corpora:frænatoſq; pater ſolatia ſortis
Bellorum mactabat equos.his arduus ignis
Palpitat:& gemitus tādem irrupere paterni.
O niſi magnanimus tātæ te laudis iniſſet
Ardor echionios mecum uenerāde penates
Atq; ultra recture puer.uenietia qui nunc
Gaudia.& ingratum regni mihi munus acerbas.
Tu ſuperum conuexa licet.cœtuſq; perēnis
Credo equidem uirtute colas.mihi flebile ſemper
Numē eris.ponāt aras:excelſaq; thebæ
Templa dicēt.uni fas ſit lugere parenti
Et nunc heu quæ digna tibi ſolemnia quaſue
Largiar exequias?nec ſi fatale poteſtas
Argos:& impulſas cineri miſcere mycenas.
Meq; ſuper cui uita nefas.& ſanguine nati
Partus honos.eadem dies eadem impia bella
Te puer.& diros miſere in tartara fratres
Et nunc oedipodi par eſt fortuna doloris

Accipit:ſubaudis ignis. Argiuus haberi.i.nō ſepeliri ſicut græci. Sed bellicus agger:inſtrumētorum belli exaggeratio. Aceruos:excubiarum hoſtilium moles. Excubiæ enim hoſtium regibus extruebaſ mortuis ſepultura:quem ritum ſepulturæ hodie quoq; barbari ſeruare dicuntur: quem ſtrabas dicunt lingua ſua. Pacifera lauro: triumphali ſiue uictrici. His:ſubaudis rebus. Palpitat:mouetur. Vltra: poſt mortem. Acerbas:acerbum facis. Et impulſas cineri:tuo ſcilicet. Fratres:una ſorte & eadem die cum nephandis fratribus bellorum fortuna coniunxit.

Libamenta:dona ſacrata ſiue pueris ini/tia mortis. Regimen dextræ: ſcæptrum ſiue regalis uirga. Frōtiſq; ſuperbæ uincula: diadema.oſtēdit poeta creontē exaggeratū: mōteſq; regni īſignia ī ardētis filii pyrhā iecisſe. Ipſūq;:ne ipſum. Vacuis: deſolatis a uiris. Creuerꝰ lacerti:itumuere. Profanos: funeſtos. Impia coniunx:proditrix:eriphilen ſignificat Amphiarai uxorem:quæ monilis cupiditate ducta latebras coniugis ꝓdidit:quam poſtea filius in uindictam patris occidit. Duplex littus:Ionium & Aegeum. Iſtmiaco : corithio. Genitrix:Leucothea. Noctiuagumq;:mulierum argiuarum grecæ ſignificat noctiuagum:ideo quia quærentes maritorum ca/

Eleuſin daueꝝ nocte uagantꝰ icertæ. Eleuſin:ciuitas nō lōge ab athenis:q̄uis eleuſin ꝓpriis luctibus ſeruat.In ſacris.n.huius ciuitatis myſteria ſunt cereris Proſerpinæ raptū dolentis.

Ac mihi.q̄ ſimiles geminus bone iuppiter umbras
Accipe nate tui noua libamēta triumphi
Accipe.& hoc regimē dextræ frōtiſq; ſuperbæ
Vincula.quæ patri nimium geſtāda dediſti
Regem.te regem triſtes Etheocleos umbræ
Aſpiciāt. ſimul hæc dicens crinemq; manumq;
Deſtruit.accēſaq; iterat uiolentius ira
Sæuum agedū imitemq; uocēt:nūc funera lernæ
Tecum ardere ueto.lōgos utinam addere ſenſus
Corporibus.cæloq; animas.hereboq; nocētes
Pellere fas.ipſumq; feras.ipſum unca uolucrum
Ora ſequi.atq; artus regum mōſtrare nefandos.
Hei mihi ꝙ poſitos humus alma dieſq; reſoluit.
Quare iterum repetēs iterumq; edico ſupremo
Ne quis ope aut flammis auſit iuuiſſe pelaſgos.
Aut nece facta luet. numeroq; explebit adempta
Corpora per ſuperos magnumq; menœcea iuro.
Dixit.& arreptum comites in tecta ferebāt
Flebilis interea uacuis comitatus ab argis
(Fama trahit miſeras)orbæ uiduæq; ruebant
Inachides.ceu capta manus:ſua uulnera cuiq;
Par habitus cūctis.deiecti in pectora crines
Accintiq; ſinus.manāt lacera ora cruentis
Vnguibus . & molles planctu creuere lacerti.
Prima per attonitas nigræ regina cateruæ
Triſtibus illabēs famulis.iterumque reſurgēs
Quærit inops argia uias.non regia cordi
Nō pater.una fides.unum polynicis amati
Nomē in ore ſedet dyrcen infauſtaque cadmi
Mœnia poſt habitis uelit incoluiſſe mycenis
Proxima lerneo calydonides agmine myxtas
Tydeos exequias trahit haud ceſſura ſorori
Deiphile.ſcelus illa quidem morſuſque profanos
Audierat.miſerāda uiri.ſed cuncta iacēti
Infœlix agnoſcit amor.poſt aſpera uiſu.
Ac deflēda tamen digno plāgore nealce
Hyppomedōta ciēs.uatis mox impia coniunx
Heu uacuos poſitura rogos.poſtrema gemētum
Agmina mænalia ducit comes orba dianæ.
It grauis euadne.dolet hæc.queriturq; labores
Audacis pueri.magni memor illa mariti
It toruum lachrymās:ſummiſq; iraſcitur aſtris.
Illas e lucis hecate ſpeculata lycæis
Proſequitur gemitu.duplexq; ad littus eūtes
Plāxit ab iſtmiaco genitrix thebana ſepulchro.
Noctiuagumque gregem.q̄uis ſibi luget eleuſin

Fleuit.& arcanos errātibus extulit ignes
Ipſa per aduerſos ducit ſaturnia colles
Occultaſq; uias.ne plæbs cōgreſſa ſuorum
Ire uetet.pereatq; ingētis gloria cœti.
Nec nō functa ducum.fouēdi corpora curam
Iris habet.putreſque arcanis roribus art us
Ambroſiæque rigat ſucis ut lōgius obſtēt
Expectentque rogos. flammas nō ante fatiſcāt
Squalidus ecce genas.& inani uulnere pallēs
Hornitus(hic ſocio deſertus ab agmine tardat
Plaga recēs)timidus ſecreta per auia furto
Debile carpit iter.fractæque innititur haſtæ
Iſque ubi mota nouo ſtupuit loca ſola tumultu
Fœmineumque gregē. quæ iā ſuper agmīa lernæ
Sola uidet(nō ille uiam cauſaſque requirit
Quippe patēt)mœſto ſed ſic prior occupat ore
Quo miſeræ quo fertis iter.funus ne peremptis
Speratis:cineremque uiris:ſtat peruigil illic
Vmbrarum cuſtos:inhumataque corpora regi
Adnumerat.nuſq; lachrymæ procul uſque fugati
Acceſſus hominum.ſolis auibuſque feriſque
Ire licet:ueſtris ne creō dabit æquus honorem
Luctibus:immites citius buſyridos aras
Odryſiique famem ſtabuli ſiculoſque licebit
Exorare deos:rapiet fortaſſe precātes
Si mēs nota mihi nec coniugalia ſupra
Funera. ſed caris lōge mactabit ab umbris.
Quin fugitis dum tuta uia eſt. lernamq; reuerſæ
Nomina ꝙ ſupereſt uacuis datis orba ſepulchris
Abſenteſque animas ad inania buſta uocātis
Aut uos cecropiā(prope nāq; & theſea fama eſt
Termodontiaco lætum remeare triumpho)
Imploratus opem bello cogendus & armis
In mores hominemque creon.ſic fatus.at illis
Horruerāt lachrymæ.ſtupuitque immanis eūdi
Impetus.atque uno uultus pallore notati.
Non ſecus afflauit molles ſi quādo iuuencas
Tigridis hyrcane ieiunum murmur & ipſe
Auditu turbatur ager.timor omnibus ingens
Quæ placeat.quos illa fames deſcendat ī armos.
Cōtinuo diſcors uario ſententia motu
Scinditur his thebas. tumidumque ambire creōta
His placet actææ ſi quid clæmētia gentis
Annuat extremum curarum.ac turpe reuerti
Hic num fœmineæ ſubitum uirtutis honorem
Colligit argia.ſexuqueimmane relicto

Arcanos:ſecretos:ſiue ſacrificiorū ignes oſtendit. Extulit:eleuauit. Ipſa per aduerſos:ipſa Iuno & auia monſtrat itinera.& refouebat corpora mortuoꝝ:mandat ſimul curam Iridi:quæ ambroſiis ſuccis perfundēs:ea debere ſolui uetabat. Ne plæbs: ne coniuncta fugientium multitudo a cœpto deterreatur. Functa:mortua. Roribus: liquoribus ſuis. Obſtent: repugnent. Putrediniq; fatiſcant: ut occiſorum corpora putredine non ante ſoluantur ꝗ rogos accipiant.& eſt ordo.ante flammis nō fatiſcāt.
Super agmina lernæ: tantūmodo mulieres ſupereſſe.nominatiuus græcus eſt hæc lernæ. Funus:ne peremptis ſperatis. Speratis:ne uos mortuis ſepulturæ ſolatia poſſe præſtare. Annumerat:ſeruat. Buſyri Buſyris dis aras:hic rex ægypti fuit aduenas ſolitus ad aras mactare.Poſtremo aduentu Herculis exemplo ſuo immolatus eſt. Odriſiiq;: Diomedes thracū rex equos hēbat: quos humanis carnibus paſcebat. hos Hercules occiſo Diomede: ad ſolita pabula ideſt ad gramina mollita feritate reuocauit. Siculoſq; licebit. Iuppiter ætnham compreſſit. quam cum Iuno perſequeretur:illa terræ īplorauit auxiliū:& ī ſinu eius recepta:enixa eſt geminos nec dum partu maturos. hos terra intra gremium ſuum tam diu fouit:ꝗdiu lex uteri poſtulabat. poſtea enixa Palyci eſt:unde palyci.i. bis geniti ſunt appellati. hos autem immites fuiſſe:& humano ſanguine placari conſuetos fabula differente confirmatum eſt:quod uidetur etiam ſtrictim tetigiſſe Virgilius. Et īplacabilis ara palyci. Orba ſepulchris:ſine corporibus ſepulturæ. Termodōtiaco:thracio a fluuio Termodonte thraciæ regionis. In mores hominemq;:in humanam cōſuetudinem ideſt ut mortuos ſepulturæ concedat: bello cogendus eſt Creon. Vno:ſimili.

Dira pericli:cauſa mariti furtim cremādi Rhodopes mōs thraciæ. Innuptis:amazoniis. Funus amat:Lucāus.perfruitur lachrymis & amat ꝑ coniuge luctū. Actæas:atticas. Marathoniaq;:ideſt Marathonem greciæ ciuitatem: in qua nutritus eſt Theſeus. Auguriumq; animi:animi prædiuinationem. Vis nulla dolenti:nunq̄ eſt animi magnitudo quæ perducat ad mortem. Hortaris euntem:uerbis dehortantibus cohortaris. Nocte uelut phrygia: ſacra matris nocte phrygibus colebantur in monte Dyndimo:in quo ſe galli abſcondere conſueuerant:quod genus ſacrificii ſtrictim Vir.tetigit.Ite per alta dyndima.Pinigeri:ferentis: faces. Rapitur: ducitur.Sanguine electo:quem ſibiipſe elegit. Aliis rediturus ab undis:In occidentem deſcendēs ſol neceſſe eſt ut ab orientis partibus oriat.

Marathō

Tractat opus.placet ægregii ſpes dira pericli.
Comminus infandi leges accedere regni
Q uo rhodopes.nō ulla nurus.nec alumna niuoſi
Phaſidis īnuptis uallata cohortibus iret.
Tūc mouet arte dolum.q; ſemet ab agmine fido
Segreget.immiteſq; deos.regemq; cruentum
Cōtemptrix animæ.& magno temeraria luctu
Prouocet.hortātur pietas.igneſq; pudici
Ipſe etiam ante oculos omni manifeſtus in actu
Nūc hoſpes miſeri patrias nunc ſponſus ad aras
Nunc mitis coniūx.nunc iam ſub caſſide torua
Mœſtus in amplexu multumq; a limine ſummo
Reſpiciēs.ſed nulla animo uerſatur imago
Crebrior aonii.q̄ quæ de ſanguine cadmi
Nuda uenit.poſcitq; rogos:his anxia mentem
Aegreſcit curis:& qui caſtiſſimus ardor
Funus amat.tūc ad comites cōuerſa pelaſgas
Vos ait actæas acies maratoniaq; arma
Elicite.aſpiretq; pio fortuna labori.
Me ſinite Ogygias tātæ quæ ſola ruinæ
Cauſa fui penetrare domos.& fulmina regni
Prima pati nec ſurda feræ.pulſabimus urbis
Limina.ſunt illic ſoceri mihi:ſuntq; ſorores
Cōiugis.& thebas haud ignorāda ſubibo
Ne tātum reuocate gradum illo impetus ingens
Auguriumq; animi.nec plura. unumq; menetem
(Olim hic uirginei cuſtos monitorq; pudoris)
Eligit.& q̄q̄ rudis atq; ignara locorum
Præcipites greſſus qua uenerat hornitus affert.
Atq; ubi uiſa procul ſocias liquiſſe malorum
An ne ait hoſtiles.ego te labēte per agros
Heu dolor expectem quænam ſentētia lenti
Theſeos: an bello proceres an dexter haruſpex
Annuat: interea funus decreſcit.& uncis
Alitibus.nō hos potius ſupponimus artus
Et nūc me duram ſiquis tibi ſenſus ad umbras
Me tardam quereris ſtygiis fidiſſime diuis.
Heu ſi nudus adhuc.heu ſi iam fore ſepultus
Noſtrum utrunq; nefas.adeo uis nulla dolēti
Mors nuſq̄ ſæuuſque creon. hortaris euntem
Hornite.ſic dicens magno megareia præceps
Arua rapit paſſu. demonſtrat proxima quiſquis
Obuius.horreſcitque habitus.miſerāque ueretur
Vadit atrox uiſu nec corde nec aure paueſcens.
Et nimiis confiſa malis. propiorque timeri
Nocte uelut phrygia cum lamentata reſultāt

Dyndima.pinigeri rapitur ſimeõtis ad amnem
Dux ueſana chori.cuius dea ſanguine lecto
Ipſa dedit ferrum.& uittata frõte notauit
Iam pater heſperio flagrãtem gurgite currum
Abdiderat titã aliis rediturus ab undis
Cum tamẽ illa grauem luctu fallente laborem
Neſcit abiſſe diem nec caligãtibus aruis
Terretur. nec frangit iter.petit inuia ſaxa
Lapſuraſq; trabes.nemorumq; arcana ſereno
Nigra die.cæſiſq; ĩciſa noualia foſſis
Per fluuios ſecura uadit.ſomnoſq; ferarum
Præterit horrẽdis inceſſa cubilia monſtris
Tãtum animi luctuſq; ualent. pudet ire menetem
Tardius.inualidæq; gradum miratur alumnæ.
Quas nõ illa domos pecoꝝq; hoĩumq; modeſto
Pulſauit gemitu:quotiẽs amiſſus eunti
Limes.& errãtem comites ſolatia flãmæ
Deſtituũt. gelidæq; facem uicere tenebræ
Iamq; ſupinãtur feſſis.lateq; fatiſcunt
Pẽthei deuexa iugi.cum pectore anhelo
Iam prope deficiẽs.ſic inchoat orſa menetes
Haud procul exacti ſi ſpes nõ blanda laboris
Ogygias argia domos.& egena ſepulchri
Buſta iacere reor.graue cõminus æſtuat aer
Sordibus & magnæ redeũt per inane uolucres
Hæc illa eſt crudelis humus.nec mœnia longe
Cernis ut ingẽtes murorum porrigat umbras
Campus? & e ſpeculis moriens intermicet ignis
Mœnia ſunt iuxta.modo nox magis ipſa tacebat
Solaq; nigrãtes laxabant aſtra tenebras.
Horruit argia.dextramq; ad mœnia tẽdens
Vrbs optata prius.nũc tecta hoſtilia thebæ
Et tamẽ illeſas ſic reddis coniugis umbras
Sic quoq; dulce ſolum cernis . quo prædita cultu?
Qua ſtipata manu? iuxta tua mœnia primum
Oedipodis magni uenio nurus:improba non ſunt
Vota rogos hoſpes.plãctumq; & funera poſco
Illum oro extorrem regni.belloq; fugatum
Illum quem ſolio non es dignata paterno
Redde mihi.tuq; oro ueni.ſi manibus ulla
Effigies.erantq; animæ poſt membra ſolutæ
Tu mihi pande uias.tuq; ipſe ad funera deduc
Si merui.dixit.tectumq; aggreſſa propinquæ
Paſtorale caſæ.reficit ſpiramina feſſi
Ignis & horrẽdos irrumpit turbida campos
Qualis ab ætnæis accẽſa lampade ſaxis

Frangit iter:minuit uel deflectit. Noualia:agrorũ loca:quæ uerno tempore ſcrobibus factis uinetis aptantur. Præterit:iuxta tranſit. Obſeſſa:inhabitata:ſiue magis obſeſſa. Supinantur: inclinantur. Deuexa:latera. Exacti:finiti ſiue concluſi. Nõ blanda:non falſa.a blandimentis enim inducitur.ut Terẽtius. Niſi me lactaſſes amãtem:& falſa ſpe produceres : ideſt blãdimẽtis induceres. Egena ſepulchri: cadauera ſepultura carentia. Buſta: corpa ſemiuſta.
Aeſtuat aer:grauiter exhallat. Qua ſtipata manu:qua multitudine comitata:ironicos:ideſt nullam. Effigies:ſpecies.

Variabat:uarie circuibat. In puluere ſul
cos:rotarum ueſtigia. Votum immane
procis:a multis ſponſis optata. Offenſus:
ideſt offenſiones. Theſeus ad muros: ad
athenienſis ciuitatis muros. Fatiſcere ua/
no:fatigari errore ſuperfluo:qa mariti cor/
pus inuenire nō poterat. Improba:aduer/
ſa:aut certe tunc improba. Ter noctem
Alchmēa herculeam:Iuppiter cum Alchmenā Am/
phitrionis uxorem amaſſet:& ad eam cor/
rumpendam demutatus in Amphitrionis
ueniſſet ſpecie:ne aduentu diei concubitus
Iuppiter minueretur uoluptas:iuſſit Iuppiter illam
noctem triplice fieri: quadruplices curſus
luna peregit:ex quo compreſſa Alchmene
Hercules Hercules dicitur natus.merito ergo noctē
herculeam dixit:in qua conceptus eſt Her
cules. Officio:beneficio. Nymboſūm:ne
buloſum. Orbita: rotarum uias. Hunc
quoq;:ideſt ſomnus:qui p̄cedit bigas tuas
iugales occupet thebanorum:eoſq; laxet in
ſomnum.& eſt ordo. Hunc quoq; ſopo/
rem. Fulgorq; reciſus:lucente enim luna:
neceſſe eſt ut ſtellarum minuatur ſplēdor.

Infuſo lumie:lachrymis pleno. Textaq;:
mariti ueſtibus iplerat ipſa texendo. Suf/
fuſa:tīcta. Mœret:celatur ſiue nigrior fit.

Orba ceres magnæ uariabat imagine flammæ
Auſonium.ſiculumq; latus.ueſtigia nigri
Raptoris.uaſtoſq; legēs in puluere ſulcos
Illius inſanis hululatibus ipſe remugit
Encheladus.ruptoq; uias illuminat igni
Perſephonem annes.ſyluæ.fræta.nubila clamāt
Perſephonem ſtygii tātum tacet aula mariti
Admonet attonitum fidus meminiſſe Creōtis
Altor.& occulto ſummittere lampada furto
Regina argolicas modo formidata per urbes
Votum immane procis.ſpeſq; anguſtiſſima gētis
Nocte ſub infeſta nullo duce.& hoſte propinquo
Sola per offenſus armorum.& lubrica tabo
Gramina.non tenebras.nō circumfuſa tremiſcēs
Cōcilia umbrarū.atq; animas ſua mēbra gemētes
Sæpe gradu cæco ferrum.calcataq; tela
Diſſimulat.ſoluſq; labor uitare iacētes
Dum ſumus putat omne ſuum.uiſuq; ſagaci
Rimatur poſitos.& corpora prona ſupinat
Incumbēs.quæriturq; parum lucentibus aſtris
Forte ſoporiferas cæli ſecreta per umbras
Iuno ſinu magni ſemet furata mariti
Theſeus ad muros:ut Pallada flecteret.ibat
Supplicibuſq; piis faciles aperiret Athenas
Atq; ubi per campos errore fatiſcere uano
Immeritam argiam ſupero reſpexit ab axe
Indoluit uiſu.& lunaribus obuia bigis
Aduertit currum.placidaq; ita uoce locuta eſt
Da mihi poſcenti breue munus.cynthia ſiquis
Eſt Iunonis honos.certe Iouis improba iuſſu
Ter noctem herculeā ueteres ſed mitto quærelas
En locus officio cultrix placidiſſima noſtri
Inachis Argia:cernis q̄ nocte uagetur?
Nec reperire uirum denſis queat ægra tenebris
Et tibi nymboſum lāguet iubar.exere quæſo
Cornua.& aſſueto propior premat orbita terras
Hūc quoq; qui curru madidas tibi p̄nus habænas
Ducit in Aonios uigiles dimitte ſoporem
Vix ea conſciſſis magnum dea nubibus orbem
Protulit.expauere umbræ.fulgorq; reciſus
Syderibus.uix ipſa tulit ſaturnia flammas
Primum per campos infuſo lumine pallam
Coniugis ipſa ſuos noſcit miſerāda labores
Quamq̄ texta latent.ſuffuſaque ſanguine mœret
Purpura.dumque deos uocat de funere caro
Hoc ſupereſſe putat.uidet ipſum in puluere pene

Calcatum.fugere animi.uiſuſq;.ſonuſq;
Incluſitq; dolor lachrymas.tunc corpore toto
Sternitur in uultus.animaſq; per oſcula quærit
Abſentem.preſſumq; comis ac ueſte cruorem
Seruatura legit.mox tandem uoce reuerſa
Hunc ego te coniunx ad debita regna profectum
Ductorem belli.generumq; potentis adraſti
Aſpicio.taliſq; tuis occurro triumphis
Huc atolle genas.defectaq; lumina uenit
Ad thebas argia tuas.age mœnibus induc
Et patrios oſtende lares.& mutua redde
Hoſpitia.heu quid ago? proiectus ceſpite nudo
Hoc patriæ telluris habes.quæ iurgia? certe
Imperium non frater habet.nullaſne tuorum
Mouiſti lachrymas? ubi mater? ubi inclyta fama
Antigone? mihi nempe iaces.mihi uictus es uni
Dicebam quo tendis iter? quid ſcæptra negata
Poſcis? habes argos ſoceri regnabis in aula
Hic tibi longus honos.hic indiuiſa poteſtas.
Quid quæror? ipſa dedi bellum.mœſtūq; rogaui
Ipſa patrem.ut talem nunc te complexa tenerem
Sed bene habet.ſuperi gratum eſt.fortuna pacta ē
Spes longinqua uiæ.totos inuenimus artus
Hei mihi.ſed quanto deſcendit uulnus hiatu
Hoc frater.qua parte precor iacet ille nefandis
Prædator? unicam uolucres.ſit adire poteſtas
Excludamq; feras.an habet funeſtus & ignes
Sed nec tu flammis inopem tua terra uidebit
Ardebis.lachrymaſq; feras.quas ferre negatum
Regibus.æternumq; tuo famulata ſepulchro
Durabit deſerta fides.teſtiſq; dolorum
Natus erit.paruoq; thorum polynice fouebo
Ecce alios gemitus.aliamq; ad buſta ferebat
Antigone miſeranda facem.uix nata petitos
Mœnibus egreſſus.illam nam tempore in omni
Attendunt uigiles.& rex iubet ipſe timeri
Contractæq; uices:& crebrior excubat ignis
Ergo deis.fratriq; moras excuſat & amens
Vt paulum immiſſo ceſſi ſtatio horrida ſomno
Erumpit muris fremitu.quo territat agros
Virginis ira leæ rabies.cui libera tandem
Et primus ſine matre furor.nec longa morata
Quippe trucē cāpū.& poſitus quo puluere frater
Nouerat. atq; illam contra uidet ire menetes
Cui uacat.& caræ gemitus compeſcit alumnæ
Cum tamen extremus erectas uirginis aures

Hic tibi longus honos:hoc eſt ſine ſuceſſoris metu. Indiuiſa poteſtas:in patria perpetuū fueras poſſeſſurus imperium. Gratum eſt fortuna: fortune ſorte conceſſum cadauer inuenimus. Durabit:coniugis ſcilicet. Natus erit:Theſſandrus ſcilicet filius Polynicis. Fouebo:ſolabor uiduitatē meā ſimilitudine tua: nec ſecundas nuptias ſuperſtite filio cupiam. Petitos:deſideratos. Timeri:caueri. Contractæ uices : dicuntur militum cuſtodiæ:qui ad uigilandum ſibi uiciſſim ſuccedunt. Excubat : excubias præſtat. Contra uidet ire menetes: Contra ire pro contra uenire : alumnæ:ſcilicet.

Nocte mea:q̃ mihi ſoli fuerat cõceſſum exire. Si miſera es:æq; leges. Polynicis ad ignes:ſubaudis ueni. Ad uultum: ſuum ſcilicet. Lõgius argia:multa narranda ſũt. Sacrum:exequiale. Comes:ſolam:ut ipſe ſuperius. Nanque una ſoror:quæ pro ducere triſtis exulis auſa uias. Perferte:in choate perficite.

Acceſſit ſonus.utq; atra ſub ueſte.comiſq;
Squalẽtem.& craſſo fœdatam ſanguine uultus
Aſtrorum radiis.& utraq; a lampade uidit
Cuius ait manes.aut quem temeraria quæris
Nocte mea.nihil illa diu.ſed in ora mariti
Deiicit inq; ſuos pariter uelamina uultus
Capta metu ſubito.paulumq; oblita doloris
Hoc magis increpitãs ſuſpecta ſilẽtia perſtat
Antigone.comitemq; premẽs ipſamq; . ſed ambo
Deficiũt.fixiq; ſilent.tãdem ora retexit
Argia.corpuſq; tamẽ complexa profatur
Si quid in hoc ueteri bellorum ſanguine mecum
Q uæſitura uenis.ſi tu quoq; dura creontis
Iuſſa times.poſſum tibi me confeſſa fateri.
Si miſera es(certe lachrymas lamẽtaq; cerno)
Iũge age iunge fidem:proles ego regis adraſti.
Hei mihi num quis adeſt cari polynicis ad ignes
Et ſi regna uetãt ſtupuit cadmeia uirgo
Intremuitq; ſimul.dicẽtemq; occupat ultro.
Me ne igitur ſociam(pro fors ignara malorum)
Me ne times? mea mẽbra tenes.mea funera plãgis
Cedo . tene.pudet.heu pietas ignara ſororis
Hæc prior:hic pariter lapſæ.iũctoq; per ipſum
Amplexu miſcẽt auidæ.lachrymaſq; comaſq;
Partitæq; artus redeunt alterna gemẽtes
Ad uultum.& cara uicibus ceruice feruntur
Dũq; modo hæc fratrẽ memorat.nũc illa maritũ
Mutuaq; exorſæ thebas.argoſq; renarrãt
Longius argia miſeros reminiſcitur actus.
Per tibi furtiui ſacrum commune doloris
Per ſocios manes & conſcia ſydera iuro
Non hic amiſſos q̃q̃ uagus exul honores
Non gẽtile ſolum.caræ non pectora matris
Te cupiẽs unam.nocteſq; dieſq; locutus
Sædula:diligens. Vicino partu:paulo poſt oua paritura. Domum:nidum. Inanem:leuem.quæ inania ſunt leuia ſolẽt eẽ: ex quo inanis pro leui accipitur. Ventos;: ne conuellant & diſſipẽt. Angues:ne ipam incubantem pullis:& pullos deuorent. qđ facere ſolent. Homines: qui & ipſi nidos auium inquirunt & inuentos afferunt ruſtici. Tandem:poſtq̃ diu uiſa eſt conſultare. Nouis ramis:uel ipſi aui nouis:uel tũc frodentibus:uel quaſi nouis in prĩcipio ueris quando aues nidificanr. Vix ſtetit:uix ĩ arbore electa:qua nidificet:conſtitit & amare ſtatim incœpit. Altera:prima cura fuit locũ eligere. Secunda: quô in eũ Achillẽ ueheret. Conſilio:deliberatione. Magno trytone:ut trytoni impoſitum ferat. Ventos ne uolucres aduocet:an uentis ad uehẽdum cõmittat an pelago : an iridi traderet ferendum:quæ arcus ẽ cæleſtis. Manifeſtũ eſt autem radium ſolis imiſſum cauæ nubi repulſa acie.in ſolem refringit : colorũq; uarietatem mixtura nubium.igniũ aeriſq; fieri.certe niſi ſole aduerſo non fit.Plini.auctor.& Virgili.ait. Mille trahit uarios aduerſo ſole colores.Tres tamen tantum re uera nobis in cæleſti arcu zonæ apparẽt.phœnicea.uiridis.& ferruginea:& nihil eſt aliud q̃ uapor a terra in ſublimem perueniens:qui coactus in nubẽ : & ſoli oppoſitus colores contrahit:quos dixi.uulgi opinio eſt aquas irim ex mari haurire:& inſublimem ferre:ut ide ĩ terras fundat.Lucanus.Hinc imperfecto complectitur aera gyro Oceanumq; bibit raptoſque ad nubila fluctus.Pertulit & cælo diffuſum reddidit imbrem. Taumanthyda:Taumantis filiam ideſt miraculi.Ταυμα enim miraculum græce nam cæleſtis arcus imperitæ multitudini pro miraculo eſt. Paſci: nutriri enim uidetur aquis maris. Elicit inde fretis:delphines tandem placuere. Murice acuto: fræno ex muricibus confecto.Murices piſces ſunt contexta firmiore pectinibus.ut ait Plini.multa autẽ ſunt cõcharum genera:ĩ quibus magna ludentis naturæ uarietas.tanta uero eſt cognatio murici cum purpura: a qua purpureus color:ut pro ea ponatur a poetis.non tamen idem eſſe Plini.oſtendit.Eſt & hærba murex:quæ naſcitur in locis ſole carentibus.ut in parietibus puteorum.Eſt & inſtrumentum ferreũ tribus acuminibus:quod ſpargi conſueuit ad impediendos equites. Biiuges:qui tã q̃ duo equi iungũtur ad currum. Maxima tethis:uxor oceani.maximam dixit ad differentiam ipſius thetidis:quæ mater eſt Achillis. Gurgite athlanteo:in mari athlantico:quod lybiam ab occidente claudit.a mulaca fluuio incipit:qui mauros a numidis ſepat.abilam montem abluit:ingrediens oceanũ.tinge.oppidum anthei habet in littore & ampeduium promontorium:ubi deſinit athlanticum uocatum ab athlante ingenti monte:qui ei inſuper eminet. Sonora:in maris ualle fortaſſe inter calpem & albilam:ubi mare clauſum montibus inſtar ẽ uallis.& quoniã frætũ ẽ q ſequẽs eſt:illic & ĩgẽs fluctuũ ſonitus. Glaucæ formæ:glaucus colorẽ:q a noſtris cæruleus uocať:ex uiridi ac nigro cõmiſtus.ab Home.dř .i.glauca oculos pallas nři cæruleũ mare & cæruleos uocãt piſces. Nãdiq; potẽtia:uelociſſimũ eſt oium aialiũ:nõ ſolũ marinoꝝ delphinus:ſed ocior uolucre:acrior tælo:ac niſi multũ ĩfra roſtꝝ os ſibi foret medio pene uẽtre.nullus piſciũ cæleritatẽ eius euaderet.tãta ui ex imis uadis exiliũ:ut plærũq; uela nauiũ trãſuolẽt uẽto.auctor Pli.li.ix.Nec plus pectoris hũani delphinus nõ tãtũ hois aicũ aial:ueꝝ & muſica arte mulceť ſimphõiæ cãtu:& ꝑcipue hydrauli' ſono.hoiem nõ expaueſcit:ut alienũ obuiã nauigiis uẽit.alludit exultãs certat:ẽt & q̃uis plẽa ꝑterit uela.amaſſe pueros certiſſimi ſũt auctores Pli.Soli.Agelius Arionẽ cytaredũ cũ ſe ĩ mare abieciſſet parãtibus eũ occidere nautis ut q̃ſtus eius ĩtercipent Delphinus cœpit & ĩcolumẽ ĩ littus tenariũ ꝑuexit:qđ Hero.ſcribit.pectoris ergo ſenſus & ĩtellectus. Pleno:aqs ẽ littus.& aq̃ uicina terræ.& terra uicĩa mari. Nudæ:ſine aqs. Cõtagia:contactus. Reſolutum:profunde dormientẽ ſolutis membris & fluentibus.

Iris

Murices

(Quis pueris ſopor)æmonii de rupibus antri
Ad placidas deportat aquas.& iuſſa tacere
Littora.monſtrat iter totoq; effulſerat orbe
Cynthia.proſequitur diuam.celereſq; recurſus
Securus pelagi chiron.rogat.udaq; cælat
Lumina.& abreptos oculis.iam iamq; latentes
Erecto proſpectat equo.qua cana parumper
Spumant ſigna fugæ & liquido perit orbita pōto
Illum non alias rediturum ad theſala tempe
Iam triſtis pholoe. iam nubilus ingemit othrix
Et tenuis ſperchios aquis ſpeluncaq; docti
Muta ſenis. quærunt puerilia carmina fauni
Et ſperata diu plorant connubia nymphæ
Iam premit aſtra dies. humiliſq; ex equore titan
Rorantes euoluit equos.& ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit:at uada mater
Schyria iamdudum fluctus emenſa tenebat
Exierantq; iugo feſſi delphines herili.
Cum pueri tremefacta quies.oculiq; iacentis
Infuſum ſenſere diem.ſtupet aere primo
Quæ loca.qui fluctus.ubi pelion omnia uerſat
Atq; ignota uidet.dubitatq; agnoſcere matrem
Occupat ille manu.blandeq; affata pauentem
Si mihi care puer thalamos ſors æqua dediſſet
Quos dabat æthereis.ego te complexa tenerem
Sydus grande plagis.magniq; puerpera cæli.
Nil humiles parcas.terrenaq; facta uererer

Quis pueris ſopor:cōparat fidē negocio.nō eſt expgefactus:quia ingēs pueris ſopor. Ad placidas aq̄s: cur placidæ eſſent ſubiūgit:Thetis eni tacere iuſſerat. Toto orbe:pleniluniū erat.quādo luna plena orbe eſt:& tota nocte lucet. Cynthia:luna ſic dicta a cyntho mōte Deli:ubi nati Apollo & Diana. Proſeqtur: ꝓprio uſus ē uerbo, ꝓſeqmur.n.abeūtes. Recurſus:reditus. Securus pelagi:nihil de mari ſollicitus.qd enim obeſſe poterat marinæ deæ filio. Celat:nō ut ſenex & grauis lugere erubeſcebat : lachrymas tamē tenere nō poterat. Abreptos:ſublatos fluctibus & rurſus depreſſos. Erecto equo:eqna pte. Fuge: curſus.Vir,Cuius clara fuga ante alios. Perit:

Orbita

deficit. Orbita:ueſtigiū currus quem delphyni trahebant.Nā orbita : qd' Pedianus ait:& rotā ipam & ueſtigiū rotæ i molli ſolo. Alias:alio tēpore. Teſſala tēpe:locus ē inter oſſam & olympū paſſuū quinq; miliū longitudinis:per mediū peneus diſcurrit a pindi ꝓfluēns radicibus gramīe ueſtitis marginibus auiūq; cōcētu. & calculoꝝ aquarūq; ſonitu pamœnus nec alius locus eſt:cuius amœnitatē tātopere laudēt poe

Tempe

tæ.& tēpe qdē generis neutri ſunt: numeri pluralis & ſine inflexione apud nos. nam a græcis declinatur καὶ τέμ. Iam triſtis:q̄ læta eē cōſueuerat. Iam nubilus: cū prius ſerenus eēt:nūc q̄ſi præ dolore obductus erat nubibus quē ex Achillis diſceſ

Othrix

ſu percipiebat. Othrix uero mōs eſt theſſaliæ:de quo Lucanus eā deſignās regionē libro.vi.At medios ignes cæli rapidiq; leonis Solſticiale caput nemoroſus ſūmouet. Othrix patria fuit lapitaꝝ:ut Pli. ſcri. Tenuis:q prius lætitia increuerat:nūc dolore attenuatus erat. Muta: q̄ prius carmibus reſonabat. Fauni:dii ꝓprii fuere latinoꝝ: quos in ſilueſtribus locis traditū eſt ſolitos fari.& a fando faunos uocari.hic ꝓ diis ſyluarū poſuit. Sperata connubia:maritū eni Achillē habere ſperauerant:quem tantope amabāt. Iam p̄mit aſtra dies:tēpus deſcribit & diei ortū. Premit:occultat: oriēte.n. ſole reliqua ſydera uideri deſinūt:& iō occidere dicunt. Humilis:qualis eſſe ſolet: cū primū ab aqs emergere uidet. Rorātes:rore & maris aqs aſpſi : aut ex qbus aq̄ ueluti ros cadit. Pelagus:aqua pelagi. Cadit:ex curru ſblato. Vada ſchyria:littus ſchyriū. nam uadum eſt ubi breuis eſt aqua: ſicuti i littore. Iam dudum:breuiſſimo tempore.breue enim ſpaciū ſignificat.Iam dudum unius horæ uel ſemihoræ aut etiam diei . Iampridem uero de longiore dicitur ſpacio. Emenſa: cum enauigaſſet. Herili dominæ. Thetidis:tremefacta:ſomnus Achillis territi diſcuſſus eſt. Infuſum:ſparſum terris.uel oculis immiſſum. Aere primo:primo aeris intuitu. Verſat:uoluit cogitatione. Dubitat:ſic obſtupuerat:ut cognoſcere matrem dubitaret.eam enim cernēs uix ſibiipſi matrem eſſe credebat. Occupat:capit. Blandeq; affata:uno uerbo habitum exprimit futuræ orationis. Nō exorditur:cauſa eni turpis eſt:& Achillis animum a Thetide alienat:quē optima inſtitutū diſciplina & Peleo fortiſſimo uiro natū ſub muliebri habitu latere non decet.Statim arguit ab incōmodo per attributū perſonæ:quod eſt cognatio: quoniā tātū una ex parte matris.ſ.imortalis ſit.etſi ego inquit Ioui iuncta fuiſſem.quod fata uolebant mecum i cælo immortalis uiueres:& neq; legi pcaꝝ ſuppoſitus eēs:neq; ego pp te tātope agerer. Sors æq̄:ut imortalis iūgerer mortali. Quos dabat:lege & decreto fatoꝝ.niſi Iuppi.ueritus ne maior ipſo naſceret a me abſtinuiſſet & mortali cōceſſiſſet:q̄ ſors æq̄ nō fuit. Sydus:nā ſicut Apollo & Mercur. Caſtor & Pollux ſidus eſſes. Plagis:regiōibus. Magni cæli:qa Iouis uxor. Puerpa:ueteres pueꝝ & puerā dicebāt. ide puerpa:q̄ pueꝝ uel puerā pepit:ne credas fortaſſe dūtaxat eē q̄ pueꝝ enixa ē.Auctores Donatus & Priſcia. Humiles:cur humiles dixerit declarat quoniā ſūt terrena fata:qbus.ſ.hoīes:q terrā icolūt ſubiecti ſūt:cū dii nihil eas uereantur.

Parcæ

Parcas poetæ tres fuiſſe fingunt:quæ tria ſignificant tempora.p̄ſens. preteritum & futurum:quibus naſcimur.uiuimus.perimus. Sunt autem Cloto. Lacheſis . Atropos.parcas uocari tradit Seruius,Catatin Antiphraſis:q nemini parcant : ſicuti lucum a non lucendo . bellum a nulla re bella.

A matre:a me:quæ dea ſum & imortalis.& ſecundum iuriſconſultos loqui uidetur: qui natū ex mr̄e libera:patre uero ſeruo:ingenuū uolunt naſci. Metuenda tēpora:belli troiani:in quo mihi reſponſum ē a Protheo te periturū. Admota pericula metis:loquitur per ſimilitudinē a currentibus ī circo ſumptā:ī cuius medio meta fuit:quam circuire opus erat:quaſi dicat.pericula:quæ prius longe fuerant:nūc inſtāt: & quaſi attingūt nos:ueluti metam:ad quam ferebanť. Cædamus:rhetoricæ.ꝓpoſita magnitudine periculi:ad id poſtulandum accedit quod uolebat. Viriles:fortes:audaces. Meos:fœmineos. Si lydia dura

Nunc impar tibi nate genus.præcluſaqꝫ lethi
Tātum matre uia eſt.cui nūc metuenda ꝓpinquāt
Tempora.& extremis admota pericula metis
Cædamus.paulumqꝫ animos ſummitte uiriles
Atqꝫ habitus dignare meos ſi lydia dura
Penſa manu.moleſqꝫ tulit tyrinthius haſtas
Si decet aurata bacchum ueſtigia palla
Vertere.uirgineos ſi iuppiter induit artus
Nec magnum ambigui fregerunt cœnea ſexus
Has ſine queſo minas.animumqꝫ exire malignum
Mox iterum campos.iterum centaurica reddam
Luſtra tibi per ego hoc decus.& uentura iuuentæ
Gaudia:ſi terras humilemqꝫ experta maritum
Te propter ſi progenitum ſtigis amne ſeuero
Armaui(totumqꝫ utinam)cape tuta parumper
Tegmina nil nocitura animo.cur ora reducis?
Quidue parant oculi.pudet hoc miteſcere cultu
Per te care puer cognata per æquora iuro
Neſciet hoc chiron.ſic horrida pectora tractat
Nequicq̄ mulcens.obſtat genitorqꝫ roganti

arguit ab exēplo:quod particulare præpoſitum quidā cōtendit oſtēdere hoc mō oportet a Tullio conſulere:necari Catilinā: cū a Scipione Graccus fuerit interēptus. Approbatum eſt enim a Cicerone Catilinā debere interimi:ꝙ a Scipione Graccus fuerit occiſus:quæ utraqꝫ particularia eſſe ſingulaꝝ deſignat interpoſitio pſonaꝝ.eodem modo hic: debes muliebrē habitū aſſumere: quoniam Hercules quoqꝫ aſſumpſit:ſi illū non puduit:cur te pudere debeat. Fabula hoc habet. Hercules cū in lyriā ꝓuinciā ueniſſet:ab Heuriſteo miſſus ad Heurithū lydorum regem trucidandū:qui hoſpites necabat.Captus eſt amore Hyoles Heurithi filiæ:quā alii Omphalē uocant.Fuere alii:q Heurithi ſūt dicti:ut Rex Ecalliæ: & unus ex cētauris:ſed Hyolē ſic pdite amauit Hercules:ut in eius gratiam neuerit & habitus fœmineos induerit. Propertius. Omphale intātū formæ ꝓceſſit honorē.Lydia gygeo tinta puella lacu.Vt q pacato ſtatuiſſet ī orbe colūnas Tā dura traheret mollia penſa manu.Lydia uero Aſiæ ꝓuincia eſt: Phrygiæl contermina. Dura: forti. Molles haſtas:Thyrſos:q haſtæ ſunt frondibus & pāpinis inuolutæ.hos enim ī ſacris bacchi geſtabant. Tyrinthius:Hercules ſic dictus a ciuitate tyrinthæ:q̄ auctore Pli.in Laconia eſt:non longe in amicenis plagis. Si decet aurata:Rurſus ab exēplo arguit Bacchi iouis cenei:& bacchus quidem in cōuiuiis muliebrē habitū nonnūq̄ aſſumebat.de quo Seneca nō erubeſcit.bacchus effuſos tenet ſparſiſſe crines:nec manu molli leuē uibrare thyrſum:cū parū forti gradu.auro decoꝝ ſyrma barbari cum trahit:poſt multa uirtutis opera laxari ſolet. Aurata palla:honeſtæ mulieris ueſtimentū eſt palla.i. tunicæ palliū.deſcendit aūt uſqꝫ ad ueſtigia.Plautus in menechmis.Pallā ad phrigionē ferre cōfecto prandio Vir.Pallam ſignis auroqꝫ rigentē.Idē ꝓ lōge tegmine pallæ Tygridis exuuiæ per dorſum a uertice pēdent. Verrere:trahere:legitur euertere. Veſtigia:pedes uirgineos.ſi ueꝝ eſt Iouē Dianæ:formā aſſumpſiſſe:cū Calliſtonē cœpit lycaonis filiā:nota eſt fabula:quā Oui.ſcri.li.i.methamor. Nec magnū:ſi nihil fractus eſt animo Ceneus:ꝙ modo uir erat:modo fœmina.de quo Vir.li.vi.Et iuuenis quondā nunc fœmina Ceneus.Rurſus.Et in ueterem fato reuoluta figuram.mutatus poſtea eſt in auem phœnicem.Auctor Ouidi.qui ait li.x.metha.Maxime uir quondam:ſed auis nunc unica Ceneus. Ambiguū:duplicē:ꝙ modo uir eſſet modo fœmina.Sunt q ſcribant utrūqꝫ ſexū habuiſſe:& Androgynū fuiſſe:ſed cōpreſſum a Neptūno ægre tuliſſe ſtupri turpitudinē:& oraſſe ut in natura uiri ſibi pmanere cōcederetur. Has minas:deorum qui tibi minantur interitum. Numen malignū:maligni numinis uoluntatē. Exire: præterire. Campos:cētauricos. Luſtra:cubilia feraꝝ alias lupanaria dicūtur:quoniā paꝝ illuſtranť. Luſtro autem etiā inumbro ſignificat.Feſtus ait luſtra ſignificare lacunas lutoſas quæ ſunt in ſyluis aproꝝ cubilia:qua ſimilitudine hi qui in locis abditis & ſordidis uentri & deſidiæ operā dant dicuntur in luſtris uitam agere.Virgilius.Poſtquam altos uentum in montes atque inuia luſtra. Humilem:mortalē. Amne ſeuero:triſti uel implacido ac inuitabili.Virgilius.Inuidia infœlix furias amnemque ſeuerum Concidit metu. Armaui:contra uulnera ut eſſes inuulnerabilis. Totumque utinam: ſcilicet armaſſem. Tuta:ſi minus honeſta. Parumper:ad breue tempus. Nil nocitura animo:animi enim robur & uirtus nihil infringetur. Reducis:retro conuertis:ut pueri faciunt:qui indignanter aut aliquid oblatum refugiunt. Quid parant oculi:uidebatur enim lugere uelle. Miteſcere cultu: mitem fieri : mulieres enim ſunt mitiores uiris. Cognata per æquora iuro:uel tibi uel mihi.Thetis enim Nerei filia Achilles nepos. Nequicquam mulcens:fruſtra lenire tentabat.non enim Achilles mouebatur:& cum non moueretur tria obſtabant.pater uir fortiſſimus:cuius degenerare filium turpe erat. nutritor uir grauis & æuerus:a cuius diſciplina diſſentire non conueniebat. & minime mollis nutricatio.

Hyole Omphale

Lydia

Ceneus

Luſtra

Cruda exordia:aſpera æducationis principia. Magnæ indolis:magnæ probitatis in pueris & adoleſcẽtibus ſignificatio futuræ uirtutis indoles dicitur. Quintilianus.In primis ãnis laudaret̃ idoles. Effrænæ:comparatio eſt commodiſſima. Effrænæ:quæ frænum non patitur:uel quæ frænum paſſa nondum eſt. Tumidum:iratum:irati enim intumeſcunt. Igne:calore & uigore naturali. Primis habænis: ſi quis equum indomitum fræna pati cogat. Campis:p quos libere cucurrit fluuiis quos trãnare conſueuit. Honore ſuperbo:uel libertatis: uel pulchritudinis:utrumq; enim ſuperbum efficit:uel q; cæteri equi in armento ei cederent & colere uiderentur. Lupis:pro lupatis. Virgili. & duris parere lupatis. dictum autem lupatum frenum aſperrimum: a lupinis dentibus qui ſunt inæquales. unde etiã morſus eorum uehementer obeſt. Captiuus:ueluti captiuus ſi frenũ patiat̃. Inire:capeſcer̃. Alios: ſcilicet equos. Mirat̃ diſcere curſus: admiratur alios equos parere dominis & ab illis currendi legẽ accipere. Quis deus: admiratur poeta unde thethidi tanta calliditas: & unde Achilli tanta fuerit patiẽtia: ut illa ſic occultare cogitauerit:hic uero ſic parere. Attonitæ:nimio dolore & ſollicitudie pene obſtupeſcenti. Fraudes:quibus lycomedem circũuenit. Aſtũ:quo uſa ẽ in excogitanda fraude. Aſtus autẽ apud poetas aſtutiã ſignificat cuius origo ex græco eſt.illi enim Ἀστυ oppidũ dicũt in quo q uerſati aſſidue ſunt cauti atq; acuti eſſe uident̃.

Lupatũ

Aſtus

Nutritorq; ingens.& cruda exordia magnæ
Indolis.effrænæ tumidum uelut igne iuuentæ
Si quis equum primis ſummittere tentet habænis
Ille diu campis fluuiiſq;.& honore ſuperbo
Gauiſus non colla iugo.non aſpera præbet
Ora lupis.dominumq; negat captiuus inire
Imperia.atq; alios miratur diſcere curſus
Quis deus attonitæ fraudes aſtumq; parenti
Contulit indocilem quæ mens detraxit achillem
Palladi littoreæ cælebrabat ſcyros honorum
Forte diem.placidoq; ſatæ lycomede ſorores
Luce ſacra (patriiſq; rara licentia) muris
Exierant dare ueris opes.diuæq; ſeueras
Fronde ligare comas.& ſpargere floribus haſtam
Omnibus eximium formæ.decus omnibus idem
Cultus & exemplo teneri iam fine pudoris
Virginitas matura toris.animiq; tumentes.
Sed quãtũ uirides pelagi uenus addita nymphas
Obruit.aut humeris quantum diana relinquit
Naiades.effulget tantum regina decori
Deidamia chori.pulchriſq; ſororibus obſtat.
Illius e roſeo flammatur purpura uultu
Et gemmis lux maior ineſt.& blandius aurum.
Atq; ipſi par forma deæ.ſi pectoris angues

Indocilẽ:qui natura actus nõ erat:ut cogeret̃. Detraxit:q̃ſi ad humilitatẽ deduxit & a ſui ipſius natura dimouit. Palladi littoreæ:narratio eſt & expoſitio rei geſtæ. Palladi.i.corripit̃ qđ fit in huiuſmodi græcis littoreæ colit̃.n.in arcibus.ut athenis. Vir. pallas quas cõdidit arces ipſa colat.in ſchyro eius tẽplũ i littore erat.nã ĩfra ẽ.placidiq; ſuper tritonia cuſtos. Schyros: populus ſchirius. Forte:nõ caſu cælebrabãt. ſed cũ forte thethis affuit.ad ipam.n.referas neceſſe eſt. Placido:qeto dictũ eſt.n.prius ĩ belli nup lycomedis ĩ aula. Sorores: q̃ ſeptẽ erãt. Opes ueris:flores q ſũt ueris diuitiæ. Seueras:dea enim eſt belli & egidẽ habet palmam:atq; haſtam.dies autem erat anniuerſarius q; demptis ueteribus ornamentis ſtatuæ Palladis & templo noua imponebant̃:quod fiebat apud Romanos kalẽdiis Martiis. In regia curis atq; flãminei domibus Auctor Macrobius. Omnibus eximiũ:magna laus Deidamiæ quæ formoſas anteibat pulchritudine:& ſic acquirit̃ fides negocio.potuit enim facile Achillẽ licet indocilẽ flectere:quæ tantæ erat formoſitatis. Idem cultus:multæ q̃ non ſuperant forma & naturali pulchritudine uincũt quæſita ornatu extrinſeco. Teneri:qui in teneris ſolet eſſe.egreſſæ erãt annos quibus erubeſcere puellæ ſolẽt & nubiles erãt.Vir.de lauinia.iã matura thoris iã plenis nubilis annis. Animi tumentes:uel pulchritudine ſuperbiẽtes uel deſiderio maritoꝝ. Sed quantum uirides:maxima pulchritudo Deidamiæ q̃ tantũ ſuperabat ſorores quãtũ Venus ipſa Nereridas ſuparet ſi illis adiungeret̃:& quantum Diana anteit naiadas:quæ ſunt fontiũ & fluuioꝝ deæ ſic dictæ a παρατοναω quod eſt fluo.

Obruit:obruere uidet̃.ſub ſe habet.offuſcat. Virides:de colore maris cuius aq̃ uirides uident̃. Relinquit:ſub ſe:quia ut ait Ouidius de eadem dea:eminet ac toto uertice ſupra eſt. Regina:regis filia. Virgilius magno reginæ etenim miſeratus amore. Obſtat:obſiſtit repugnat quo minus pulchræ uideantur.

Flammatur:flammari & accendi uidetur.Veſtis purpurea qua uicta erat ab eius pulchritudine inflammari uidebatur. Roſeo uultu:uel pulchro:ut roſea ceruice refulſit:uel alluſit ad purpuræ colorem qui auctore Plinio eſt nigrantis roſe colore ſublucẽs. Gemmis:quæ ſunt perlucidæ:ut margaritæ gemmæ inquit quibus ornata erat maiorem a Deidamia lucem & ſplendorem recipiebat.ſequitur enim. Et blãdius aurum:nam aurum quo culta erat ſplendidius reddebatur:& magis magiſq; delectabat. Ipſi deæ: Palladi quam formoſiſſimam fuiſſe ſcribunt poetæ. Si pectoris angues ponat:hoc eſt ſi egidem tegmẽ .ſ.pectoris:ĩ cuiusmedio caput erat gõgonis cuius capilli ſerpẽtini fuere:& egis qđẽ ẽ:dũ tegit ĩpatoris aut munus pectus.alias torax uel Lorica uocat̃.Martia.Accipe belligeræ crudũ thoraca mineruæ:ipa meduſæ quo tumet ira fere.Dum uacat hæc Cæſar poterit lorica uocari pectore cum ſacros texerit egis erit.

Lorica

Placetur:mitior fiat. Exempta caſſide:depoſita galea. Trux:aſper idomabilis. Temeratus:uiolatus prius.n.nūquā amauerat motu amoris. Diriguit:ſic obſtupuit:ut a ſenſibus pene derelictus fuerit. Hauſtus:ab Achille. Vibrata:concuſſa p medullas uel iniecta medullis. Redit:qa ex medullis redit in faciē. Lucem:ſplendorē & candorē. Tingit:rubore. Tenui ſudore:q ex amore inducit. Lactea maſſagetæ: duplex eſt cōparatio.ſic Achilles uario colore etiā infectus & modo pallebat modo rubebat ſicuti maſſagetæ pocula inficiunt cū equinū ſanguinem cū lacte miſcent:& queadmodum ebur inficit:cum notis diſtinguitur purpureis qd' lydiæ mulieres facere ſolebant Ouidius.Mæonis aſſiriū fœmina tingit ebur.maſſagetæ populi ſūt ſcythiæ aſiathicæ nobiles.ii cū p deſerta diſcurrunt equorū ſuorum ſanguinē e ſiniſtri pedis uena hauſtū bibunt.Lucanus. Longaq; ſarmatici ſolues ieiūia belli maſſagetes quo fugit equo uolucreſq; gelōi Claudianus in rufinū.& qui cornipedes in pocula uulnerat atrox maſſagetes.idem ſarmatas piſaltas ac gelonos factitaſſe legimus.Martialis. uenit & epoto ſarmata paſtus equo. Virgi. bis alte quo more ſolent acerq; gelonus.cū fugit in rodopē atq; in deſerta getharū : & lac concretū cū ſanguine potat equino. paſcuntur idē populi ut pulte & milleo quod Plinius ſcribit de ſarmatis. Fuſcant : denigrant. Puniceo:rubicundo:puniceus color eſt q græce.φηνιξ dicit a noſtris uero rutilus uocat:& ſpadix.exuberantiā autē ſplendorēq; ſignificat ruboris. auctor Gelius. Vel ebur corrūpitur oſtro:cū tingitur uel notis diſtinguit purpureis. Corrūpit:corrumpi uidet & uiolari quoniā propriā & naturalem amittit pulchritudinem.Virgi. indum ſanguineo ueluti uiolauerit oſtro. Si quis ebur:dentes autem elephantū : ut Pli.ait ſoli ebur ſunt quos perſequentibus uenatoribus ipactos arbori frangunt prædaq; ſe redimunt iis olim ingēs fuit præcium. Oſtro:purpureo colore : oſtrum.n. purpura ē. Flamma recens : amor nouus. Vir.eſt mollis flāma medullas.qd' ſi flammā ſimpliciter accipias nō procedit.non.n. pallet flāma. Eat:p iuiſſet. Vltro:ſua ſponte.nihil ꝓuocatus. Ferus:fortis aut idomitus. Hoſpita:hoſpitalia & amica. Diſcutiat:diſcuteret & diſturbaret. Securus turbæ:q̄uis ſolus eēt:uel qa fœmina. Eui:ætatis:puer.n.erat & ea audere uolebat q̄ uix auſi eēnt uiri.

Maſſagetæ Sarmatæ

Ponat.& exempta placetur caſſide uultus.
Hanc ubi ducentem longe ſocia agmina uidit
Trux puer.& nullo temeratus pectora motu
Diriguit.totiſq; nouum bibit oſſibus ignem
Nec latet hauſtus amor.ſed fax uibrata medullis
In uultus atq; ora redit.lucemq; genarum
Tingit.& impulſam tenui ſudore pererrat
Lactea maſſagetæ ueluti cum pocula fuſcant
Sanguine puniceo.uel ebur corrumpitur oſtro.
Sic uarius manifeſta notis palletq;:rubetq;
Flamma recens:eat atq; ultro ferus hoſpita ſacra
Diſcutiat:turbæ ſecurus.& immemor æui
Ni pudor.& iuncte teneat reuerentia matris
Vt pater armenti quondam:rectorq; futurus
Cui nondum toto peraguntur cornua gyro
Q uom ſociam paſtus niueo candore iuuencam
Aſpicit.ardeſcunt animi:primuſq; per ora
Spumat amor.ſpectant hylares:optantq; magiſtri
Occupat arrepto iam tempore conſcia mater
Hos ne inter ſimulare choros & brachia ludo
Nectere:nate graue eſt:gelida quid tale ſub oſſa.
Peliaciſq; iugis.o ſi mihi iungere curas.
Atq; alium portare ſinu contingat achillem
Mulcetur.lætuſq; rubet uiſuſq; ſuperbos
Obliquat.ueſteſq; manu leuiore repellit.
Aſpicit ambiguum genitrix:cogitq; uolentem:
Innectitq; graues.tunc colla rigentia mollit.
Submittitq; graues humeros:& fortia laxat

Vt pater armēti.cōmoda cōparatio. Quondā:cū creuerit admiſſarius futurus. Toto gyro:quia nō ſunt plena & perfecta Cornua nondum plene incurua & in gyrū conuerſa. Sociam paſtus:q una paſcitur:& declinat hic paſtus paſtus. Ardeſcunt: amore uaccæ & deſiderio ineundi. Primuſq; per ora ſpumat amor:primum amoris ſignū ſpuma ē:q̄ per os diffunditur. Spectant:ut ineat iuuencā & optant. Magiſtri:paſtores. Occupat:præuenit & alloquitur. Arrepto:raptim accepto. Tempore:cōmoditatis rei agēdæ græci χαίρουν uocant. Inter hos choros:tā formoſarum uirginum. Simulare:te eſſe fœminā. Ludo:choreis. Nectere:adiungere. Graue eſt:quaſi dicat graue eſſe non debet. Gelida:pp niues.eſt.n. ſeptentrioni obiectus hic mons. Quid tale.ſ.eſt quaſi dicat nihil. Oſi mihi:nō poteſt melius Achillē adhortari q̄ ſi deſiderium ſuum cū illius deſiderio coniungat: & utinā inquit mihi contingat curæ quā de te gero aliam curā iungere:ut.ſ.ſic mihi curæ ſit: qui ex te naſcatur ſicuti tu ipſe curæ es. Alium Achillē:nepotē ſimilē tibi patri.Dido apud Vir. Siquis mihi paruulus aula luderet æneas. Lætuſq; rubet:erubeſcūt:& nō læti cum indignātur & moleſte aliquid ferunt. Viſus ſupbos:Prius ante q̄ flecteret. Obliquat:in obliquū conuertit:nō ut irati faciunt:ſed ut erubeſcentes. Læuiore:placatiore. Veſtes:uiriles.ut induat fœmineas. Ambiguū:nō repugnantē ſed quaſi dubitantē. Cogit uolentē:qui tamen nolle uideri uolebat. Innectit ſinus:ueſtem amplā & ſinuoſam q̄lis eſt fœminarū. Rigentia aſpera:ut uirorū ſunt. Submittit:docet eē humeris ſubmiſſioribus:ut fœminā decet. Graues:fortes. Laxat:laxiora facit ut i fœminis cōſpicimus cū uiri incedāt ſub ſtrictioribus.

Brachia:& impexos certo domat ordine crines.
Ac ſua dilecta ceruice monilia tranſfert.
Et picturato cohibet ueſtigia lymbo.
Inceſſum motumq; docet.fandiq; pudorem
Qualiter artificis uicturæ pollice cæræ
Accipiunt formas:ignemq; manumq; ſequuntur.
Talis erat diuæ natum mutantis imago.
Nec luctata diu.ſupereſt.nam plurimus illi
Inuicta uirtute decor.fallitq; tuentes
Ambiguus.tenuiq; latens diſcrimine ſexus
Procedunt iterumq; monet.rurſumq; fatigat
Blanda tethis.ſic ergo gradum.ſic ora.manuſq;
Nate feres.comiteſq; modis imitabere fictis.
Ne te ſuſpectum molli ne immiſceat aulæ
Rector.& incœpti pereant mendacia furti.
Dixit & admoto non ceſſat comere tactu.
Sic ubi uirgineis hecate laſſata pharetris
Ad patrem fratremq; redit:comes hæret eunti
Mater.& ipſa humeros.exertaq; brachia uelat
Ipſa arcum.pharetramq; locat.ueſteſq; latentes
Diducit:ſparſoſq; ſtudet componere crines.
Protinus aggreditur regem.atq; in teſtibus altis
Hanc tibi ait noſtri germanam rector achillis
(Non ne uides ut torua genas æquandaq; fratri)
Tradimus arma humeris:arcūq; animoſa petebat
Ferre: & amazonio connubia pellere ritu.
Sed mihi curarum ſatis eſt pro ſtirpe uirili.

Impexos:non pexos.nam ſine coli modico forma uirilis amat. Certo ordine:colendi & diſponendi capillos. (Monile) Ac ſua dilecta:a collo ſuo ad nati collum propria trāſtulit ornamenta.eſt autem monile ornamentum colli mulierum:& ornatus equorū a collo præpendens. Virgi.colloq; monile bacchatum.Ouidius.dat longa monilia collo. Picturato lymbo:picturis diſtincto.eſt autem pingere etiā acu uariare.Vir. (Lymbus) pictus acu clamidem.lymbus uero faſcia eſt:quæ ambit extremitates ueſtium ſecundum antiquum ritum.Virgilius.Sidoniam picto clamidem circundata lymbo. Veſtigia:extremitatem & circunferentiā ueſtis ad imos pedes. Inceſſum:qualiter incedat:quod proprie ē lente euntium. Motum:membrorum:ut caput manus moueat. Fandi pudorem:ut pauca loquatur.ſilentium enim mulierem decet:qđ Sophocles ait.Dido apud Virgiliū.breuiter loquitur:& demiſſis i terram oculis. Qualiter: pulchra eſt cōparatio: & eſt ordo ac ſenſus. talis erat imago diuæ immutātis : natum. nam ex uiro fœminam faciebat:& ſic ex illa imagine uiri aliam formabat. Qualiter cæræ iūcturæ.i.cōiūcturæ mēbra ſtatuæ:iter ſeaccipiūt formas pollice artificis. Et ſequunť ignem:nam ad ignem opus exerceť & manum. Luctata:non diu informando Achillem laborauit. Supereſt:abunde eſt ac ultra neceſſitatem.græci dicūt. περηνσι. Auctor Gelius. Inuicta uirtute:non uicta aut diminuta uirtute:ideſt robore: & fortitudine. Fallit:credunt enim fœminam eē. Ambiguus:q ambiguos intuentes reddere poſſet. Sexus:maſculinus. Tenui diſcrimine:modica differentia.luuena.uacua: & plana omnia dicas infra uētriculum tenui diſtantia rima. Procedunt: progrediūtur. Fatigat:uerbis &quomodo fatigauerit ſubiungit. Modis fictis:ad omnia poteſt referri ad manus ad ora ad gradum. Suſpectum:ſi uirū eſſe ſuſpicetur. Pereant:non ſuccedant. Furti:fraudis meæ qua circunuenire lycomodem ſtatuit,quicquid occultæ fit furtum dici ſolet. Admoto:adiunctō. Sic ubi uirgineis: hæc comparatio ad ſtudium dumtaxat pertinet quo in ornando filio thetis utitur. (Hechate) Hechate:diana: quæ eadem & luna eſt:& ſic uocatur q longe radios & lumen ſuum iacit.εχασ.enim longe eſt. Heſiodus in theogognia hechatē dicit non eſſe proſerpinam ſed aliam aſteries ſororis latonæ filiam:& Perſei fratris aſtrei:cui Iuppiter uim & poteſtatem in omnia conceſſit elementa:unde hecate exiſtimatur uocari εχτων enim ſignificat centum: quia infinitas habuit poteſtates.Ouidius.libro.vii.Methamorphoſeos.ibat ad antiquas hechates perſeidos aras.Opheus in argonauticis triplicem hanc dicit eſſe : & tria habere capita dextrum equi ſiniſtrum canis medium hominis:& quidem ruſtici.Virgilius.Tergeminamque hechaten tria uirginis ora Dianæ.Claudianus .ecce procul ternis hechate uariata figuris . Ouidius. ora uides hechates in tris uergentia partes.unde trigemina triformis:& triuia a poetis uocatur. Pharetris:uenatione. Ad partem:Iouem. Fratrem:Appolinem.nam Apollo & Diana Iouis & latonæ filii fuere. Mater:latona. Exerta:nudata. Latentes:ſubductas quod uenatrices faciunt.Virgilius.nodoque ſinus collecta fluentis. Componere: ornare. Aggreditur:ex inſidiis:& per dolum alloquitur. Germanam:polidotem. Rector:ſic uocat quoniā illa tempeſtate magis rectores erant q̄ reges cum hortando non cogendo ſubditos gubernarent. Torua:demit ſuſpitionem.ferocia.id enim ſignificat:toruitas non decet uirginis faciem: ſed q torua eſt inquit minime mirum uideri debet.nam Achilli fratri ſimilis eſt. Arma:ſagittas pharetra quæ ab humero dependet incluſas & arcum.Homerus.εχλαγξαν Δαροιστι επελυον χρουινισ.Virgilius. habilemq; humeris ſupenderat arcum. Animoſa:præter puellarum conſuetudinē quæ plærumque timidæ & imbelles ſunt. Amazonio ritu:Amazonum quæ ſine uiris uiuebant:de quibus multa Iuſtinus libro.ii.infantibus dexteriores mammas exurebant ne ſagittarum iactus impediretur: unde Amazones dictæ ſunt:a eſt particula priuatiua μαζωσ mamma. Ri:u:more. Pro ſtirpe uirili:pro Achille.

Hæc calathos:& ſacra ferat. Tu frange regendo
Indocilem.ſexumqꝫ tene dum nubilis ætas.
Soluendaſqꝫ pudor.neue exercere proteruas
Gymnadas.aut luſtris nemorum concede uagari.
Intus alæ.& ſimiles inter ſeclude puellas.
Littore præcipue.portuqꝫ arcere memento
Vidiſti modo uela phrygum iam mutua iura
Fallere.tranſmiſſæ pelago didicere carinæ.
Accedit dictis pater.ingenioqꝫ parentis
Occultum æacidẽ (quis diuũ fraudibus obſtet)
Accipit.ultro etiam ueneratur ſupplice dextra.
Et grates electus agit.nec turba piarum
Scyriadum ceſſat nimio defigere uiſu
Virginis ora nouæ.quantum ceruice comiſqꝫ
Emineat.quantũqꝫ humeros.ac pectora fundat.
De hinc ſociare choros.caſtiſqꝫ accedere ſacris
Hortantur.ceduntqꝫ locum.& contingere gaudẽt.
Q ualiter idaliæ uolucres.ubi mollia frangunt
Nubila iam longum cæloqꝫ domoqꝫ gregatæ.
Si iunxit penna.diuerſaqꝫ hoſpita tractu
Venit auis.cunctæ primum mirantur.& horrent.
Mox propiuſqꝫ uolant.ſociam iamqꝫ aere in ipſo
Paulatim fecere ſuam:plauſuqꝫ ſecundo
Circueunt hilares.& ad alta cubilia ducunt.
Digreditur multum cunctata in limine mater
Dum repetit monitus.arcanaqꝫ murmura figit
Auribus.& tacito dat uerba nouiſſima uoto.
Tunc excepta freto longe ceruice reflexa
Abnatat.& blandis affatur littora uerbis.
Cara mihi tellus.magnæ cui pignore curæ
Depoſitumqꝫ ingens timido commiſſimus aſtu.
Sis fœlix.taceaſqꝫ precor.quo more tacebat
Creta rheæ.te longus honos.æternaqꝫ cingẽt

Hæc calathos & ſacra ferat:opa exerceat muliebria calatus græce latine quaſillus dicit̃.eſt autẽ ciſta ex uiminibus cõtexta in qua fuſos & penſa reponere mulieres ſolẽt. Sacra:ut palladis q̃ canephora uel ciſtophoria uocabant̃:quoniã ea ciſtis incluſa nobiles uirgines certo anni tẽpore in arcẽ ferebant:qđ Oui.ſcribit. Frange:uice doma ſexũ muliebrẽ ne corrũpat̃. qui facile.n.niſi cuſtodiat̃ labefactari conſueuit. Soluẽdus pudor:diſſoluẽdus. Gymnadas:ludi ſunt paleſtrici Gymnades q & gymnici uocant̃.ĩ qbus nudabant̃.hos primus lycaon in archadia excogitauit.Auctor Pli.γυμνασ græce ludus ẽ. γυμνω ludo γυμνασ fœmina quæ ludit.hic ꝓ ludis poſuit: ac ſi diceret.nolito concedere:ut gimnadas exerceat uel gimnadas imitet̃.non uult ludos exerceri inqbus Achilli neceſſe ſit nudari.ſparthanis mos fuit:ut nudæ puellæ inter luctantes uiros ſe exercerent̃:qđ ſcribit Propertius libro.iii. Luſtris nemorũ:locis abditis nemorũ. Vagari:errare in abditis locis.facile poſſet inuadi a corruptore:& ſic mas eẽ depræhẽdi. Similes:q̃ſi dicat eiuſdẽ ſexus. Intus:domi. Littore:ad qđ appellare naues ſolent. Portu:in quo magna frequẽtia:ut facile a quopiam cognoſci poſſet. Vidiſti modo:admonet ſeruandas eẽ diligentiſſime puellas:quoniam pauloante Paris raptam Helenam ĩ patriam reportauit. Mutua iura:cõmercia gentiũ & ius humane ſocietatis mutua q̃ mutuo ſeruant̃: ut nõ facias aliis qđ tibi nõ uis fieri. Tráſmiſſæ:tranſcurrẽtes. Accedit:cõſentit. Ingenio:calliditate. Quis diuũ:cõparat fidẽ negocio. Vltro:per ſe ſpõte ſua. Electus: hoc ipſo agit gratias deæ ꝙ ſe unũ ex omnibus elegerit:cui filiam commẽdaret. Defigere:ſic intẽte intueri:ut ab Achille oculos non dimouerẽt. Emineat:ſupemineat: & anteeat alias tum claritate corporis tũ pulchritudine. Fundat:porrigat oſtẽdit qđ uirorum ẽ. Caſtis:quæ caſtæ deæ & perpetuam uirginitatẽ ſeruanti fiebant. Cædũt loco:honoris gratia. Qualiter idaliæ:comparatio eſt.idaliæ aũt uolucres colũbæ ſunt ueneri ſacræ pp fatũ frequentem & coitũ. Virgi.de ænea loquẽs maternas inqt agnoſcit aues.Oui.quoqꝫ ad amorẽ ſic ait.necte comã mirtho maternas iunge colũbas. Idalius uero mõs eſt cipri ueneri ſacer de quo Vir.Aut ſuper Idaliũ ſacrata ſede recondã.

Colũbæ

Idalius

Mollia:facile cedentia. Longũ:lõge. Cælo:in aere. Domo:in periſteriis. Hoſpita: ueluti hoſpita & aliunde uemẽs. Diuerſo tractu:diuerſa regione. Horrẽt:non timẽt ſed ſunt errectis pẽnis.horror.n.eſt q̃do adiratis aĩalibus uel admirãtibus pili aut pẽne erigũt. Fecere ſuã:in ſuũ gregẽ receperunt. Secũdo:læto uel fauẽti. Ad alta cubilia:piſteria q̃ in altis turribus extrui ſolẽt. Digredit̃:lẽte diſcedit qđ facere ſolent q amãt cũ ab amico diſcedũt Iuuenalis.quãuis digreſſi ueteris cõfuſus amici. Cunctata:immorata. Repetit:iterat. Arcana murmura:uerba q̃ uolebat arcana eẽ. Lõge ceruice reflexa:quo geſtu eẽ latentes ſolẽt.uel ſic ſe cõuertebat ut quoad poſſet filiũ ad ſchyrũ ĩtueret̃. Cara mihi tellus:orõ ẽ qua ſchyro filiũ cõmẽdat:& præmia pollicet̃ taciturnitatis. Depoſitũ ingens:quod.n.maius depoſitũ eſſe põt filio. Sis fœlix: ſis propitia.Vir. Sis fœlix noſtrumqꝫ leues quæcũqꝫ laborẽ. Cræta rheæ:cum Iouẽ occultaret:nota eſt fabula qua fingit̃ ſaturnũ cũ uetitus eſſet reſponſo liberos mares educare quod futurum eſſet:ut a filio pelleret̃ natos ſibi filios deuoraſſe:rheam autẽ eius uxorem quã nos opem dicimus pro Ioue lapidem ſubieciſſe:& clam in cretam educandũ miſiſſe.quod Ouidius ſcribit.Lactantius.Strabo commentario.x. Honos:ſemper enim ueneationi oibus eris:aut longus honos:ideſt lõgũ & diuturnũ ſacrificiũ.Virgi.haud tali me dignor honore.

Gymnades

Inſtabili:quondam inſtabili anteq̄ illic Diana & Apollo naſcerētur.nam poſtea ſtabilis facta eſt.Seneca in hercule furente.Quibuſq; natis mobilis tellus ſtetit.q̄ finguntur de hac inſula ſatis nota ſunt quoniā a multis ſcribuntur. Ventis:conſecraberis uentis:& mari:ut neq; uenti tibi:& nauigantibus noceant neq; mare. Vadoſas:cum enim uicinæ ſint breues inter ipſas ſunt aquæ.uadoſū mare inter uicinas urbes eſſe conſueuit. Egeæ franguntur ubi ſaxa procellæ.ubi.hipallage eſt:ubi ægei maris ſaxa procellas frangunt. iurandaq; nautis:uel per te ueluti ingens numen nautæ iurabunt. Horatius ad auguſtum loquens. iurādaſque tuum per nomen ponimus aras.

Thyaſus Nec ſolum:ordo eſt ſolum ne admitte danaas carinas. Thyaſos:ſaltationes ſiue choreas:proprie tamen thyaſus ea ē ſaltatio q̄ in ſacris bacchi utebantur. Virgili.thyaſos īducere baccho

Thyo τηω.unde thyaſus ſacrifico eſt. Occido: impetum facio.τηασ uero eſt baccha. Dorica:græca dori ꝑ achiuis mutato nomine appellati ſunt a dorio Neptūni filio a quo achiui ab exilio reſtituti ſunt. Auctor Plato libro de legibus. Alternum orbem:alternis diſſidētem. Sit:habeatur.

Interea:dū Achilles ſic occultaretur.nec ē libri principium ut imperiti quidam fecere. Meritos:iuſtos quoniā pro uiolato iure hoſpitii & pro rapta Helena. Europa græci:Dulcibus furiis armorum. Omnes.n. prompti ad bellum rapiebantur pro uindicta facienda:quæ dulcis ſolet eſſe.uel dulcibus furiis.quoniam ob uiolatum Menelai amorem bellum ſuſcipiebatur: uel quod dulce hominibus conſueuit eſſe arma tractare & bellum gerere.apparatus autē belli contra troianos deſcribitur. Regum: Agamemnonis & Menelai:qui de iniuria apud omnes conquerebanť & omnibus ſupplicabant auxilium poſtulantes. Ambit:penſat blanditur circuit irrogans: ut ſe adiuuent.hoc enim ſignificat ambio.Virgi. ambire latinum. Atrides:Menelaus. Cui nupta domi.ſ.rapta fuerat:uelq; melius ē Agamemnon qui maioris erat auctoritatis:cui nupta domi.ſ.ē Clitemneſtra:quam & ipſā rapi poſſe ſicut Helenam dicebat. Aſperat:auget & in maius extollit. Facinus iliacum:factū paridis. Sine marte:nō in bello qđ tolerabilius fuiſſet:ſed in pace cū nihil tale ſuſpicarentur. Progeniem cæli:&hoc auget indignationem ꝙ non ignobilis rapta erat ſed præſtantiſſima Iouis ſcilicet filia & Ledæ quæ filia fuit Tyndari. Spartæ potentis:ſparthana enī fuit Helena. ſparta uero ciuitas ē laconiæ taygeto ſubiecta ī regione mediterranea. Auctor Strabo. Iura:hoſpitii. Fidem:datam græcis a troianis:uel fœdera quæ interuentu fidei firmantur:unde quidem fœdera a fide dici exiſtimatur.& Ennius fœdera uocauit.ſuperos quos fœdera teſtes facimus. Vna ruina:uno impetu per raptum Helenæ hoc fœdus frigium quaſi dicat non fœdus eſt ſed fraus:& quidem maxima commercia mutua conſuetudo & libera commeandi contrahendiq; facultas. Geminæ terræ: aſiæ & europæ. Quod maneat populos:læcus eſt concitandæ indignationis a maiori ad minus:q̄ læſit maiores quomodo is a minoribus ledēdis abſtinebit:q̄ iniuriam fecit regibus:quid is faciet in priuatis. Quod maneat:quod futurum eſt populis: Virgili. quem triſte maneret ſupplicio. Decreſſata:inuaſit.graſſari autem dicuntur latrones uiam obſidentes.gradi ſiquidem ambulare eſt.unde tractum eſt graſſari uidelicet ab impetu gradiendi:ut Pompeo placet:noue autem dictum eſt graſſor te pro in te. Gens omnis:omnis græcorū natio exciſa ē in gentes uarias:quas græci phylæ uocāt. Aetas:pueri adoleſcentes ſenes. Nec tantum exciti:ſenſus eſt non peloponeſſiaci tantū exciti ſunt ad bellum:ſed omnes populi quicunque ad helleſpontum habitant: ex partibus ſcilicet Europæ. Iſthmia clauſtra:ideſt circuitus ipſe totius peloponeſſi:quam moream dicūt.in cuius ingreſſu iſthmos terra eſt anguſta inter duo maria in quo ingreſſu ciuitas eſt corinthi. Bimari uallo:circundatura mari ægæo a ſiniſtra ab Ionio a dextra:ab ea ſcilicet parte quæ eſt uerſus orientem.quod mare ſuperum dicitur hoc uero quod aphricam ab italia diuidit uerſus occidentem inferum dicitur.

Templa:nec inſtabili phama ſuperabere delo:
At uentis & ſacra fretis.interq; uadoſas
Cycladas.ægeæ frangunt ubi ſaxa procellæ
Nereidum tranquilla domus:iurandaq; nautis
Inſula nec ſolum danaas admitte carinas
Te precor. i thyaſos tantum & nihil utile bellis
Nec phamam narrare doce. dumq; arma paranť
Dorica:& alternum mauors interfurit orbem
Cædo equidem.ſit uirgo pii Lycomedis Achilles

Vltor in hectoridas graios dolor armat attridum.
Aulide iuratur.pelides poſcitur abſens.
Panditur in ſcyro quod ſit querendus Achilles.
Seq; uirum faſſus Pyrrhum generauit achilles.

INterea meritos ultrix Europa dolorēs
Dulcibus armorum furiis:& ſupplice regum
Conquæſtu flammata mouet quippe ambit atrides
Ille magis cui nupta domi:facinuſq; relatum
Aſperat illiacum:captam ſine marte:ſine armis
Progeniem cæli.ſparteq; potentis alumnam
Iura fidem:ſuperos una calcata rapina:
Hoc fœdus phrygiū. hæc geminæ cōmertia terræ
Quod maneat populos.ubi tanta iniuria primos
Decraſſata duces.coeunt gens omnis & ætas
Nec tantum exciti bimari quos Iſthmia uallo

Clauſtra.ſ.circuunt.Vmbo:elatio tumida illa terra. Maleæ:malea promontorium peloponeſſi uerſus cretam:habet mediã ſyllabam cõmunẽ:& malum eſt ꝓmontoriũ:unde prouerbiũ eſt cum ad maleã flexeris obliuiſcere domus tuæ:quaſi ſolũ de propria ſalute ſit curandum. Semita phryxi:ideſt helleſpontus unde phryxus trãſiuit. Vetas iungi:diuidit.n.Europam ab aſia:in qua abydos in littore.Seſtos uero in contrario littore in Europa. Maris ſuperni:quod uerſus orientem eſt. Littore abydeno:excluſiue:nam abydos in aſia eſt. Alligat:circuit. Erigit:in audaciam:& uindictam. Concuſſas:attonitas.primo offenſa ipſa illata a paride. Aere domant:modo ponit quomodo erectæ ſunt urbes ad ſtudia belli. Themeſæ :urbs græciæ apud quam optimum naſcitur ferrũ.

Malea

Seſtos

Abydos

Clauſtra.nec undiſonæ quos circuit umbo maleæ
Sed procul ammoti phryxi qua ſemita iungi
Europamqꝫ Aſiamqꝫ uetat.quaſqꝫ ordine gentes
Littore Abydeno maris alligat unda ſuperni
Feruet amor belli.concuſaſqꝫ errigit urbes.
Aere domant Themeſæ quatitur naualibus ora
Eubois:innumera reſonant incude Mycenæ
Piſa nouat currus.Nemee dat terga ferarum.
Cirrha ſagittiferas certat ſtipare pharetras
Lerna graues clypeos cæſſis ueſtire iuuenci.
Dat bello pedites Etholus & aſper acarnan
Argos agit turmas.uacuantur paſcua ditis
Arcadiæ . frænat celeres Epiros alumnos
Phocis. & Aoniæ iaculis rareſcitis umbræ
Murorum tormenta Pylos.&Meſſanaqꝫ tradunt
Nulla immunis humus ueluntur poſtibus altis
Arma olim dimiſſa patrum.flammiſqꝫ liqueſcunt
Dona deum.raptum ſuperis Mars efferat aurum
Nuſq̃ umbræ ueteres.minor Otrys & ardua ſidũt.
Thaygeta.exuti uiderunt aera montes.
Iam natat omne nemus.cæduntur robora claſſi
Sylua minor remis ferrum laxatur ad uſus
Innumeros.ꝙ roſtra liget:quod muniat arma.
Belligeros ꝙ frænet equos:ꝙ mille cathenis
Squalentes nectat tunicas : quod ſanguine fumet.
Vulneraqꝫ alta bibat:quod conſpirante ueneno

Themeſa

Domant:cogendo in arma tranſire. Ora eubois:regio euhoica:quam iſulam nigro pontem appellant. Naualibus:nauale dicitur locus in quo naues fiunt & retinentur. hic naues parabat. Mycenæ:prope argos adeo ꝙ Strabo dicit cõfuſo nomine eas urbes appellari. Incude:ibi quoqꝫ arma fiebant. Piſa:urbs græciæ apđ quã maxiẽ currus exercebant in ludis circenſibus in cælebratione olympioꝝ.unde dicitur renouare currus. Piſæ:arum.in hetruria ad mare tyrrhenum eſt. Nemee:urbs prope corynthũ i ingreſſu peloponeſſi:apud quã ſylua ẽ in qua Hercules leonem interfecit unde dicit nemeen dare terga ferarũ e quibus clypei & arma fiebant. Cirrha:extra peloponeſſum nõ habet.y.ciuitas montis parnaſi in qua Apollo colebat : ideo dicit mittere ſagittas: quia Apollo delectat ſagittatione.

Nauale

Piſa

Cirrha

Lerna:palus armẽtoſa iuxta argos ideo diciꝙ. Dat:facit.concedit ueſtire clypeos cæſis iuuencis. Veſtire:cooperire ita conſueuerunt antiq unde clypeus aiacis ab Homero.επταβοια appellat a ſeptem βοων boũ.

Etholus & acarnã:đ Etolia & a carnãia pedites ueniebãt.ætoliæ cõtermina phocidi.

Acarnãia: cõtermia ætoliæ. Argos:urbs græciæ. Turmas equoꝝ.ſ.qa eqs maxime abũdat:unde Hora.plurius i Iuno . honrẽ argos aptũ dicet equis. & Hõerus αργοσ ἱπποβοτον diſcit ιπποσ equus βοσκω paſco ꝙ ibi multi equi paſcantur dixit. Ardiæ :peloponeſſi regio. Paſcua :pp equos qui ad bellum mittuntur. Epyros:græcus nominatiuus:quæ etiã mecedonia dicit cõtermina græciæ. palmas epyros equaꝝ.Vir.hoc maxime præſtat uelocibus equis. Alũnos:equos. Phocis:in qua pnaſus mõs:regio Boetiæ:aonia regio boetiæ quoqꝫ. Iaculis:q̃ cedebant ibi. Vmbræ:ſyluæ. Tormenta:bõbardas & baliſtas. Pylos:urbs neſtoris i peloponeſſo. Meſſana: urbs cõtermina pylo & regio eiuſdẽ nominis ẽ. Nulla imunis:ſupra particulariter nũc generaliter apparatũ explicat. Immunis:uacãs a labore eo ꝙ munus onus & officiũ ſignificat. Poſtibus:lignei poſtes dicunt qbus ianuæ claudũt. Poſtibus.i.tabulatis hic. Dimiſſa:relicta. Dona:aurea & argentea ad ornamentũ armorũ uel ærea interdũ ad arma cõficiẽda. Efferat:aſperũ facit:qđ ante pacatũ in tẽplo uidebat aſperat i armis. Vmbræ:arbores cõſequẽs ꝓ antecedenti. Minor:reciſa coma arborũ. Otrys:mons inter macedoniã & Theſſaliã. Sidunt:minora apparent inciſis arboribus. Taygeta:mons peloponeſſi iuxta lacedæmonẽ . τηυγετα græcus unde.a. in α nertit.y.quoqꝫ retinet:Taygetũ taygetiqꝫ comes. Exuti:arboribus. Aera:quẽ umbra arborũ prius nõ uidebãt. Nemus:iã cõuerſũ in naues & remos. Robora:maiora ligna:Robur:ſpẽs q̃rcus. Claſſi:ad claſſem.i.naues cõficiẽdas. Remis:ad remos faciẽdos arbores miores cedebãt. Laxat:diſtẽdit a fabris.

Epyros

Meſſana

Innũeros:quos nũerat ipe qđ ferrũ liget.i.e quo fiat munimẽ roſtrorũ nauiũ q̃ i bellis adhibebãt. Munit arma.i. thoraces alia q̃ arma mũita reddat.fortis. Frænet.i.qđ frena cõficiat. Quod mille:p pyphraſim loricã dicit. Squalẽtes:uel fulgẽtes a ſquãis piſciũ q̃ ſplẽdẽt q̃uis ſq̃lere ſit iterdũ ſordidũ eẽ :uel ſqualentes ꝙ in formã ſquamarũ cõficiatur lorica. Sanguine:&c.pp enſes & ſpicula dicit. Bibat:hauriat ſanguinem ex his more bibẽtis.bibit haſta cruorẽ.Virgi.de haſta loquens. Conſpirante:conſentiẽte.unde conſpirantio quãdo in unũ cõſentiunt:ꝙ ſoliti ſint ferrum uenerare.Sic luc. ferrumqꝫ armare ueneno.

Impellat mortes.tenuantq; humentia ſaxa
Attritur.& nigris adurit mucronibus iras
Nec modus aut arcus lentare.aut fundere glãdes.
Aut torrere.ſudes galeaſq; attollere conis
Hos inter motus pigram gemit ora quietem
Theſſalis.& geminis incuſat fata querelis.
Quod ſenior Peleus.nec adhuc maturus Achil (les.
Iam pelopis terras.graiũq; exhauſerat orbẽ
Præcipitans in tranſtra uiros inſanus equoſq;.
Bellipotens.feruent portus.& operta carinis
Stagna.ſuaſq; hyemes claſſis permota.ſuoſq;
Attollit fluctus.ipſum iam puppibus æquor
Deficit.& totos conſumunt carbaſa uentos
Prima rates danaas Hecateia congregat Aulis
Rupibus expoſitis.longiq; crepidine dorſi
Euboicum ſcandens Aulis mare.littora multum
Montiuagæ dilecta deæ.iuxtaq; Caphareus
Latratum pelago tollens caput.ille pelaſgas
Vt uidit tranſnare rates ter monte ter undis
Intonuit.ſæueq; dedit præſagia noctis
Cœtus ibi armorum Troiæ fatalis ibi ingens
Iuratur bellum.donec ſol annuus omnes
Conficeret metas.tum primum græcia uires
Contemplata ſuas.tunc ſparſa.ac diſona moles
In corpus.uultumq; coit.& rege ſub uno
Diſpoſita eſt.ſic torua feras indago latentes
Claudit.& admotis paulatim caſſibus arctat.
Illæ ignem ſonitumq; pauent.diffuſaq; linquunt
Auia miraturq; ſuum decreſcere montem.

Tenuant:ferrũ hebetatũ. Humentia:ſaxa.cotes uel rotæ ſaxeæ quæ ferrũ acuunt. Nigris: uel funeſtis uel nigri re uera q; ita ſint anteq; in cote aciẽ acceperint. Iras:aciẽ tunc ducit iratus enſis cum incidit. Lentare:flectere dũ faciunt uel experiendo nunqd boni:& dicimus lentare flectere:quia q; lentũ id flexibile eſt q; flexibile facile flectit. Fundere:ex plũbo ſoluto facere. Glandes:pilas plũbeas:qbus funditores utunt. Sudes:haſtæ uſtæ ſine ferro. Attollere:quaſi maiores facere additis criſtis.Et ita generaliter oĩa hic poſuit.Deinde deſcẽdit ad Achillẽ q; oẽs græciæ partes uenerant in bellũ excepta Theſſalia qa carebat rege. Gemis:ut itra q; peleus pp ſenectutẽ:& achilles pp iſãtiã no eẽt aptus ad bellũ lã ponit quomõ i aulide cõgregati ſũt undiq; græci marte ipellente. Graiũ orbẽ: græciã. In trãſtra:tabulata natiũ:i qbus ſtãt remigantes. Terras pelopis:peloponeſſũ: moreã. Feruent:multitudine nauiũ. Stagna:aquæ. Suos:fluctus nã cum ſoleat ex uento hyems cãri nunc ex tãta perturbatione maris ex tanto numero nauium tẽpeſtas agitabatur cõmotis fluctibus. Suos:a nauibus cõmotos. Deficit æquor q̃ſi non capax hypbolæ υπερβαλλω trãſiacio ſeu tranſcẽdo.hic ueritatẽ ſuperat non oio mẽtit ſic cum dicit. Conſumũt.i.nõ reſtat aliqua pars uenti q̃ nõ ſit accepta a uelis: quaſi tanta erat uelorũ copia q; uentos omnes capiebant hyperbolice. Prima:quõ conuenere i aulide græci. Aulis hecateia:q; Diana ibi coleretur:dicta hecateia απο τησ εκατοησβασ η απο εκασ. Longi:q; ut ſol lõge faciat radios. unde ſol ab Homero εκατηβολοσ appellat eadem rõne μαλλω iaceo εκασ lõge in aulide colebat Diana ubi agamẽnon ceruã Dianæ dilectã interfecit unde remorati ſunt opus fuit ſanguine hyphigeniæ placare uentos. Rupibus: ſcopulis. Expoſitis:extrapoſitis in mare. Crepidine:crepido a crepãdo ſciſſura ſaxorũ. Dorſi:ſupficiei. Aulis:dico.&c.appoſitõ. Littora:appo. Deæ:Dianæ.iuxta ſed tamẽ in aduerſa parte. Euripus mare diuidit boetiã ab euboea:unde corruptũ uocabulum ẽ uolentes dicere æuripon nigripon dixere. i littore boetiã uerſus Aulis eſt q̃ portus eſt boetiæ.in cõtrario littore eius maris euboã uerſus ꝑmontorium eſt q.caphareus dicitur. Latratum:paſſiue ſine origine uerbi. non dicimus latror. Captat latratum.quaſi tumultu fluctuum affectum. Ille: capha. Pelaſgas:græcas: q̃q̃ pelaſgi proprie ſint Theſſaliæ populi. Ter monte:ter undis:ideſt ter in monte:& in undis apud eum ꝑmontorium factus eſt tonitrus. Noctis future:ſcilicet in qua poſt dirutã troiam afflictæ ſunt naues græcorũ in ſcopulos capharei:efferente nauplio ſigna ex eo. Præſagia:ſigna tanquã apud eum græci paſſuri forent calamitatem. Fatalis:mortalis. Troiæ:datiuus caſus. Iuratur: ibi.n.iurarunt græci nunquã ſe redituros niſi diruta troia.unde Virgilius.dũm dido loquit ad Aeneam.Non ego cum Danais troianam excindere gẽtem aulide iuraui. Daulis uero urbs eſt phocidis. Daulias ales ithin deſertos cantat amoris. Metas ſignorum:ideſt donec annus tranſiret.nam annum græci in aulide manſerunt anteq; omnes conuenirent & Diana irata quoque remoti ſunt. Contemplata:q; omnes congregatas uiderit. Sparſa:in diuerſas urbes. Diſſona:propter diuerſas linguas .ſ.eo licam Ionicã doricã acticã & cõmunẽ. Moles:magnitudo. Corpus:unũ. Et uultum:apparentiã q; congregata tota uideret. Vno agamemnone omniũ conſenſu. Diſpoſita:ordinata.ponitur comparatio q; ſicut feræ cinctæ uenatoribus in unũ cogunt ſic græci coadunati ſunt. Caſſibus:retibus. Admotis paulatim: quod paulatim in anguſtum redeunt ubi omnes arctatæ reſtrictæque capiuntur. Ignem:quem faciũt uenatores ad terrores ferarum ut fugiãt quo uelĩt. Auia:ſyluas denſas. Decreſcere:igne ſcilicet uel quia deſcẽdentibus a monte minor uidet q̃ cũ eſſent in ſummitate. Anguſtã undiq; uallem.i.undiq; montibus clauſam ea uallis dicitur q̃ mõtibus claudit.

Daulis

Greges:ferarum. Socios timore:nã capti ſimul leones & lupi cũ arietibus & ceruis nil ipſis nocent timore & admiratione cõpulſi. Cogit:adunat conſtringit. Captos:una ſecum contẽpſit q leones pprio timore & malo affecti aliis nocere nõ curet multa p εκβασιν dicunt. Sed q̃q̃ gemini:ambo. Sua:ppria gbus alii auxilio erãt. Præmat.ſ.ſuperãdo eã. Sthelenus:th.filius capanei. Antilochus:filius neſtoris q ipſe quoq ſenex erat.unde cogitet annos ſeniles intelligas.non autẽ pueriles.nã Iuuenalis inquit Antilochi barbã mordentẽ:quã pueri nõ habent nec mirũ ſi ſenex cum pater tertiã iã uiueret ætatẽ. Coruſcet uibret. Reges.i.pelles taurorũ. Vmbone: in clipeo quẽ ex ſeptem pellibus taurorũ factũ habebat. Orbẽ:clipeum magnũ ad ſimilitudinẽ montis:hyperbolæ Ardet huc uſq depẽdet oratio q q̃uis oẽs iſti eſſent cõtra troiam: tamen oẽs deſiderabãt Achillẽ. Et eſt figura anacoliton.a priuat ακολιεω ſequor quaſi non ſequẽs ordinẽ cõſtructionis.nam deficit hic. Tamẽ.q̃q̃ illi eſſent tamẽ in Achillẽ &c. In hectora:cõtra hectora. Quis.n.ratiões quare ita expoſceret.alter ut Achilles. Effoſſa:manibus dũ reperet. Cuius:alius:præter Achillis. Ab ortu quaſi ab ipſo tpe natiuitatis. Rudimenta: diſciplinas dicimus quæ pueris dant dum rudes ſunt. Cruda:q ante q̃ aptus & maturus eẽt ad diſciplinã data ſint. Linea deſcẽdens.nã filius pelei & peleus æaci filii Iouis unde i caſtris pximior Ioui non erat:eq̃lis fuit:ut aiax thelamõius & alii: ſi præſtabat Achilles.q ex utraq parte gẽus diuũ habebat:patrui ex parte pa tris. Nereis.i.q̃ alia mater ſimilis thetidi filiũ ad ſtygem tulit.

Antilochus

Inq uicem ſtupuere greges.ſocioq timore
Mãſueſcunt.ſimul hirtus aper.ſimul urſa.lupuſq
Cogitur & captos.contemnit cerua leones.
Sed q̃q̃ gemini pariter ſua bella capeſſant
Atridæ.famaq auidi uirtute paterna
Tydides.Stheneluſq premant.nec cogitet annos
Antilochus.ſeptemq aiax umbone coruſcet
Armenti reges.atq æquum mœnibus orbem
Conſiliis.animiſq uigil contendat ulyxes.
Omnis in abſentem belli manus ardet achillem.
Nomẽ achillis amant.& in hectora ſolus achilles
Poſcitur.illum unum teucris.priamoq loquuntur
Fatalem.quis enim æmoniis ſub uallibus alter
Creuerit.effoſſa reptans niue.cuius ab ortu
Cruda rudimenta.& teneros formauerit annos
Centaurus.patri propior cui regia cæli?
Quem ue alium ſtygios tulerit ſecreta per amnes
Nereis?& pulchros ferro perſtrinxerit artus?
Hæc graiæ caſtris iterant traduntq cohortes.
Cædit turba ducum:uinciq haud mœſta fatetur
Sic quom pallentes Phlegræa in caſtra coirent
Cælicolæ:iamq Odhryſiam gradiuus in haſtam
Surgeret.& libycos Tritonia tolleret angues
Ingentemq manu curuaret Delius arcum
Stabat anhela metu ſolum natura tonantem
Reſpiciens:quãdo ille hyemes:tonitruſq uocaret
Nubilus.igniferam quæ fulmina poſceret Aetnã
Atq ibi dum miſta uallati plæbe ſuorum
Et maris:& belli conſultant tempora reges.
Increpitans magno uatem Calchanta tumultu:
Proteſilaus ait namq huic bellare cupido.
Præcipua:& primæ iam tunc data copia mortis:
O nimium phœbi tripodumq oblite tuorum.
Theſtoride:quando ora deo poſſeſſa mouebis
Iuſtius?aut quænam parcarum occulta recludes?
Cernis ut ignotum cuncti ſtupeantq petantq
Aeaciden?ſordet uulgo Calidonius heros
Et magno genitus Thelamone.Aiaxq ſecundus

Præſtruxerit:præmuniuerit. Ferro datiuus.i.cõtra ferrũ ut eẽt inuiolabilis ferro.

Tradũt:dicunt unus alteri. Cohortes.i. exercitus græcorũ q̃uis pprie cohors ſit decima pars legionis. Cædit:Achilli. Haud mœſta:ſed læta ẽ. Sic:cõparatio de Ioue ad Achillẽ q ſicut natura q̃uis alios deos haberet ſolũ Iouẽ cõtra gigãtes optabat.ita græcia Achillẽ. Pallẽtes:timẽtes. Phlegræa in caſtra.i.cõtra caſtra titanũ q̃ cõgregata erãt i ualle phlegra i Theſſalia ubi olympũ peliũ & oſſam ſtruxerũt. Odryſii:populi trhaciæ gradiuus γραδενω uibro. Libycos:habitauit.n.Meduſa in parte illa extrẽa africæ q̃ mauritania dicit:ætymologia q pallas dea meduſam uoluentẽ alios in ſaxa i ſcuto gerat:qa qui cõtra ſapientiã gradiunt:ſtupidi & inſani ut lapides reddunt. Anhela:q̃uis iſti alii dii p ipſa eẽnt. Quæ fulmĩa:nã prima & ſecũda habet.Vnde Oui.quãdo lupiter acceſſit ad ſemelẽ.Tela ſecunda manu ingt. Ibi:in aulide reuertit. Vallati:circũdati ſepti. Maris:quãdo nauigaturi ſint.

Belli:q̃do bellũ inituri. Cõſultãt:deliberãt. Proteſilaus:unus deducibus græcis q primus obiit ad troiã. Huic:pteſilao:ideo ipſe magis q̃ cæteri locutus. Primæ mortis:q ita fatũ q primus ingreſſus cõtra troiam primo moreret.Vnde Oui.in.xii.Hectorea primus fataliter haſta pteſilae cadis. Teſtoridæ:teſtoris filii.calcha.ch.in ultima. Tripodes menſa triũ pedũ pp tempus præſens præteritum & futurũ quæ uates conſiderant. Deo:a phœbo iuſtius q̃ nunc. Sordẽt:quaſi dicat p nihilo habentur. Aiax:duo enim fuere unus filius Telamonis:alius filius Oilei:qui minor alio fuit uiribus & tempore:oriunduſque alocride regione contermina ætholiæ.

Nos:de ſe loquiť Proteſilaus. Arepta capta.i.poſtq̃ cepimus troiã uidebiť quis debeat ſordere.& etiã utrum iure tot duces puero Achilli poſt habendi ſint. Mauors:bellum quaſi experientia id ꝓbabit.

Illum:Achillem. Numen belligerum:tanq̃ deũ belli. Aut cur:ſi neſcis dicere. Serta:laurea quæ geſtabant uates. Honos ſacerdotalis: Mutus nõ loquens neſciens prædicere. Peti:Achillem. Degere:uiuere. Peleos:genetiuus græcus. Eia age rũpe moras:uel deos.i.in rũpe ĩ deos q̃bus uaticineris. Laxa:aperi uel uexa quaſi per uim ſecreta ipſorũ elicias trahas manifeſta nobis ut indignatus loqtur. Auidiſſimus hauſti:hauri nunc.

Ignes:ſpiritus furores. Remiſimus:fecimus:te immunẽ ab armis ut uaticinareris.

Vittas:more græco accuſatiuum poſuit.i. nunq̃ uiolabuntur uittæ tibi a galea.i.nunq̃ laborabis in armis, ſi patefacies Achillem.

Ducum:græcorum. Protendis.i.manifeſtas ducis in apertum. Iam dudum:ante ſe eodem dei. Deum:phœbum. Primo: primum aduerbialiter ſequiť deinde mox

Deprendit:cum apolline plænus eſſet omnia hæc uidebat nunc cœtus deũ in aere.

Sagas: equibus præſagia capiuntur per auſpicium. Dira licia:ideſt ipſas parcas & umbras ſtygias. Rapit:mente conſulendo.ita.n.per flammarũ motus ſolebant iudicare ut Tyreſias in Thebaide q̃do iudicauit Menœceũ moriturum ꝓ patria. Caligine:fumo:p καπνομανυαν. Paſciť ſorbẽdo fumũ:uel q̃tũ ad animũ iudicando.

Loco:quũ mutarẽt huc illuc. Mugitibus: q̃a uates nõ uidebanť ipſi loqui ſed alii ĩtra ſe maiori uoce q̃ humana.unde Vir. Tercẽtũ tonat ore deos. Tonat:dixit. Eluctata: uicit. Oppoſitum:q̃a nimio furore lingua loqui impediť ut accidit ut nimia iracũdia quis nequeat loqui. Quo:loquiť per furorẽ uidẽs tethiden filiũ aſportantẽ tanq̃ eſſet præſens. Meus:quaſi mihi debetur & græciæ.aliqui dicunt reſponſum eſſe matris.

Diua:quaſi dicat ſi tu es dea & ego habeo deum in pectore:unde non eris potentior me omnino habeo eum. Occidimus:ab ob & cado: ab ob & cedo ſecundam longam habet. Occidimus: dicit eo q̃ fortem uirum inter omnes cicladas non potuerit ponere in peiori loco q̃ in ſcyro inter mulierculas. Veniunt:dum ueſtiuntur a matre quia ita uidere uidebatur. Fluxæ fluentes in terram: large. Raptus:ab oculis meis:& quædam uirgo mihi incognita eum rapuit. omnia uidetur uidere q̃ ſupradicta ſunt de Thetide occultãte Achillem:uirginem hanc deidamiam intellige quæ cauſa fuit cur Achilles uellet latere.

Corruit:unde interdum moueban̄t cum ſpiritus recedebat maxĩe phœbadæs quæ debiliores erant. Hærentem:dubitantẽ.

Comes:ita inducitur ab Homero Diomedes comes Vlyxi. Antri tethyos: ideſt ſi eſſet in profundo maris oceani. Aduerſæ:contrariæ nobis uel auerſe:ideſt remotæ. Nereos:patris thetidis qui in mediterraneo mari ſedem habere dicitur. Facundum:ubi multa ſunt conſilia.

Nos quoq;. ſed mauors.& Troia arrepta ꝓbabũt
Illum neglectis (pudet heu) ductoribus omnes
Belligerum ceu numen amant.dic ocius (aut cur
Serta comis:& mutus honos) quibus abditus oris
Quaue iubes tellure peti (nam fama nec antris
Chyronis:patria nec degere peleos aula.)
Eia age rumpe moras.& fata latentia laxa.
Laurigeroſq; ignes.ſi quando audiſſimus hauſti
Arma horrenda tibi.ſæuoſq; remiſimus enſes
Nunq̃ has imbelles galea uiolabere uitas.
Sis fœlix.numeroq; ducum præſtantior omni
Si magnum danais per te portendis achillem
Iam dudum trepido circunfert lumina motu
Intrantemq; deum primo pallore fatetur
Theſtorides mox igne genas.& ſanguine torquẽs
Nec ſocios.nec caſtra uidet.ſed cæcus.& amens
Nunc ſuperum magnos deprẽdit in æthere cœtus
Num ſagas affatur aues.nunc dira ſororum
Licia.thuriferas modo conſulit anxius aras.
Flammarumq; apices rapit.& caligine ſacra
Paſcitur.exiliunt crines.rigidiſq; laborat
Vitta comis:nec colla loco.nec in ordine crines
Tandem feſſa tremens longis mugitibus ora
Soluit.& oppoſitum uox eluctata furorem eſt
Quo rapis o regem magni Chyronis alumnum
Fœmineis Nerei dolis? huc mitte.quid aufers?
Non patiar.meus iſte meus.tu diua profundi
Et me phœbus agit.latebris quibus abdere tentas
Euerſorem Aſiæ? uideo per cycladas altas
Attonitam:& turpi quærentem littora furto
Occidimus.placuit Lycomedis conſcia tellus
O ſcelus:en fluxæ ueniunt in pectora ueſtes
Scinde puer.ſcinde.& timidæ ne crede parenti
Hei mihi raptus abit.q̃nã hæc ꝓcul ĩproba uirgo
Hic nutante gradu ſtetit.amiſſiſq; furoris
Viribus.ante ipſas tremefactus corruit aras
Tũc hærentem Ithacũ Calidonius occupat hæros
Nos uocat iſte labor.neq; enim comes ire recuſo
Si te cura trahit.licet ille ſonantibus antris
Tethios aduerſæ gremioq; prematur aquoſæ
Nereos inuenies.tu tantum prouidus aſtu
Tende animum uigilem.facũdumq; erige pectus

Nam te quis uatum dubiis in caſſibus auſit
Fata uidere prior? Subiicit gauiſus Vlyxes.
Sic deus omnipotens firmet: ſic annuat illa
Virgo paterna tibi. ſed me ſpes lubrica uerſat
Grāde equidē armatū eſt caſtris inducere achillē.
Sed ſi fata negent. q̄ fœdum ac triſte reuerti?
Vota tamen danaum non intentata relinquam
Iamq; adeo aut aderit mecum Peleius hæros
Aut uerum penitus latet. & ſine Apolline Chalcas
Conclamant danai: ſtimulatq; Agamēno uolētes
Laxantur cœtus. reſolutaq; murmure læto
Agmina diſcedūt. Quales iam nocte propinqua
E paſtu referuntur apes. uel in antra reuerti
Melle nouo grauidas mitis uidet Hybla cateruas
Nec mora. iam dextras Ithaceia carbaſus auras
Poſcit. & in tranſtris hilaris reſidere iuuentus.
At procul occultum falſi ſub imagine ſexus
Aeacidē furto iam nouerat una latentem
Deidamia uirum: ſed opertæ conſcia culpæ
Cuncta pauet tacitaſq; putat ſentire ſorores
Namq; ut uirgineo ſtetit agmine clarus achilles
Exoluitq; rudem genitrix digreſſa pudorem
Protinus elegit comitem (q̄q̄ omnis in illum
Turba coit) blandæq; nouas. nil tale timenti
Admouet inſidias. illam ſequiturq;. premitq;
Improbus. illam oculis iterumq; iterumq; reſumit.
Nunc nimium lateri non euitantis adhæret.
Nunc leuibus ſertis. lapſis nunc ſponte caniſtris
Nunc thyrſo parcente ferit. modo dulcia notæ
Fila lyræ. tenueſq; modos. & carmina monſtrat
Chyronis. ducitq; manum. digitoſq; ſonanti
Infringit cytharæ. nunc occupat ora canentis
Et ligat amplexus. & mille per oſcula laudat.
Illa libens diſcit. quo uertice pelion. & quis
Aeacides. puerique auditum nomen. & actus
Aſſidue ſtupet. & preſentem cantat Achillem.
Ipſa quoq; & ualidos præferre modeſtius artus.
Et tenuare rudes attrito pollice lanas
Demonſtrat. reficitq; colos. & perdita dura
Penſa manu: uociſq; ſonum. ponduſq; tenentis
Quodq; fugit comites. nimio quod lumine ſeſe
Figat. & in uerbis intempeſtiuus anhelet.
Miratur. iam iamq; dolos aperire parantem
Virginea leuitate fugit. prohibetq; fateri
Sic ſub matre rhea iuuenis regnator olympi
Oſcula ſecuræ dabat inſidioſa ſorori

Prior te: ideſt ego magis credo tibi conſilio & aſtu tuo q̄ credam alicui uati: Vide quantū tribuit Vlyxi. Vnde Tulli græcoꝝ ſapientiſſimū uocat Vlyxem. Subiicit: ſub ſequitur cōpoſita a iaceo primam habent meſam. Sic: ut cupis. Virgo: pallas: ut in thebaide fauit ſemper Tydeo.

Lubrica: quæ effluit ut anguilla. Grāde: magnum qd. Reuerti: ſine eo. Sine apolline: ꝙ ſcilicet nō dicit uerū ꝙ ſit apud Lycomedē. Volantes: quaſi addit calcaria ſpōte currentibus. Agamemno: proprius nominatiuus latinus eſt. quæ græci in on nos i o mittimus: ut ΚΙΚΕΡΟΝ ΚΙΚΕΡΟΝΟΣ ΚΑΤΟΝ ΚΑΤΟΝΟΣ nos Cato & Cicero: ſic ΑΓΑΜΕΜΝΟΝ nos agamēno dicimus. & hunc locum adhuc Priſcianus Agamemnon cum dicimus græcum tenemus. Propinqua: propinquante. Paſtu: paſtione. Hybla: urbs prope athenas. Poſcit: ideſt iā nil aliud niſi dextros uentos expectat. Agamē/no

At procul: proponit ī hac quarta parte huius libri quomodo fuit cognitus Achilles. & primo proponit eū cognitū: deīde quomodo fuit cognitus. Procul: a loco iſto ubi erant græci. Optæ: occultæ. Culpæ: ſtupri. Tacitas: quāuis nihil dicāt. Putat ſentire. i. ſcire crimen ſuū. conſcientia multū operat᷑. Clarus: uirtute dicitur. nobilis genere: amplus magiſtratu. Pudorē: quem ex pſentia matris habebāt. Digreſſa: ab eo. Rudem: q̄ ī ipſo uidi iam puero erat. Coit. i. conuenit eam. Premit: nō permittēdo eam uiuere.

Reſumit: reſpiciendo. Sertis: iaciendo in eam ſerta & caniſtros & thyrſos: leuiter tamen. Modos: modulationes. Ducit: quaſi pone digitū in hac corda diceret ut faciūt docentes pulſare. Infringit: p laſciuiam ut fit. Occupat: anteq̄ finiat cantus. Per oſcula. i. oſculando laudat eū. Illa: docebat enī Achilles eam quæ eſſent in theſſalia & docebat qs eēt Achilles ſimulādo ſe ſororem Achillis ūde ſubdit. Præſentē: cātat Achillem. Vertice: q̄ ſit altus. Actus: geſta achillis. Quoq;: ut Achilles docebat eā ita contra docebat illa achillē mouere mēbra decēter ut uirgo & filare. Modeſtius: nā ut uir gradiebat᷑ uaſto paſſu. Tenuare: ſubtilius filare. Attrito: pollice ſtricto: pollice cū indice lanas tenuare filando ut fit. Reficit colos: quas diſturbabat. Perdita: cōſumpta.

Sonū: ꝙ uiri non mulieris eēt uox. Pondus: uires: nam interdum dum Achilles eā ſtringeret amplexando uidebat᷑ ſentire uires non muliebres. Fugit: quia abdita ſolū cum Deidamia quærebat. Seſe: Deidamiā nimium reſpiciendo. Intēpeſtiuus: ꝙ medio ſermōe ſuſpiraret quod ex amore erat. hæc oīa mirat᷑. Apire: uolērē eā cōprimer̄.

Leuitate: neſciebat qd facere uellet: tamē fugiebat q̄dā laſciuia puellari. & hoc mō ꝓhibet fateri. Iuuenis: dū. ſ. eēt. Sorori: iunōi.

Frater adhuc:tantũ & non cõiunx. Ceſſit:receſſit per copulam. Expauit:cum manifeſtarẽtur. Detecti:ſunt. Aſtus: quod occultauerit Achillem. Lucus : ponit quo modo fuerint detecti aſtus. Ad orgia:in quo baccho ſacra fiebant. Agenorei:agenor fuit proauus bacchi. Admiſſum:adiũctum propter altitudinem.hyperbole. Alternum:alternatim: quia tertio quoq; anno fiebant.inde τρια tria ἔτοι annos ſignificat:ide trieteris dis. ſpatium trium ãnorũ. trieterica uero ipſa ſacra erãt. Matres: mulieres. Conſueuerãt:ſyncope. Sciſſum pecus:in furore:enim pecora lacerabant uellebãt arbores. Præſtare: dare. Deo: baccho Iterat:q̃uis eſſet lex generaliter. Ductor : lycomedes. In acceſſum:inacceſſibile. Edicitur:denunciatur. Satis:hoc ꝙ dictum. Dato: homibus ne ultra gradiãt. Achilles ſubriſit:ꝙ alios homines excluderet & tãq̃ fœminam eũ introduceret. Illum uirgineæ ſigna:uexilla tãq̃ principalis. Difficili:tardo pudico ut uirgo. Sexus:muliebriſ ꝙ uidebatur re una uirgo. Mẽdacia.ſ.decent:idem eſt nam mater mẽtiebatur dicẽs uirgine eſſe:unde mendacia matris & ſexuſ decẽt. ideſt quãdam habent apparẽtiam & decorem. Demiſit:deorſum miſit ne ipediret eũ iaculãtẽ. Nebrida: pellẽ cerui q̃ ferebãt:quã Plinius dicit hoc efficere ne dormiẽtes ſupra eam ſerpẽtum acceſſum timeãt.νεβρος ſignificat. Sinus: demiſſæ nebridis:ut quãdo exertam manicam ludentes pila cingunt zona ne impediãtur. Hedera:quæ baccho dicata eſt. Vel ſinus : inferiores itellige. Purpureis:pulchris: nã uittæ albæ erant. Vibrauit:iaculatus eſt. Redimitum : hedera & pãpino. Miſſile: thyrſum. Pronos:demiſſos ut uirgineos. Attollere:ut aſpicerẽt uictum. Ad:apud. Comparatio : ꝙ ſicut bacchus apud thebas molitiem exercet ut mulier.& apud indos means eam deponit ſumens uirile habitũ ita Achilles dũ puellari habitu geſtiret decora uidebatur uirgo: ſed poſtq̃ ad iactãdũ uentum eſt tunc uir apparuit.hoc ergo dicit. Remiſit:relaxauit. Armat:ferro. Virẽtem:pãpinis.n.habebat haſtã munitã foliis.munit eam ferro ut imperator inuaſit. melius inuadit cum alia uerba ſint præſentia. Scãdebat:deſcribit noctem per lunam. Alis:quas habere dicitur. Ab agmine:q̃ſi remotus ab aliis.Quonamuſq;. Cõmẽta:figmẽta. Carcere: ibelli:ibi iter mulieres. Campus:in quo ſolitus erat exerceri. Comas:narrat Homerus.quod in funere patrocli Achilles eo more crines cedebat quos peleus promiſerat ſperchio deo illius flu.ꝗa humiditas cã ẽ maxima cremẽti.iõ antiq ſoliti ſunt adoleſcẽtũ crines diis fluminũ polliceri. Honos:cura ꝙ dicar mortuus ideo paruifacias me. Orbatus:ut pater. Mihi: propter me. Patrocle:q remanſerat apud Chionẽ.quaſi dicat.tu diſcis bellica .ſ. iaculari ego aũt diſco filare.

Frater adhuc.medii donec reuerentia ceſſit  
Sanguinis.& uerſos germana expauit amores.  
Tandem detecti timidæ nereidos aſtus.  
Lucus agenorei ſublimis ad orgia bacchi  
Stabat.& admiſſum cælo nemus. huius in umbra  
Alternum reuocare piæ triaterica matres  
Conſueuerãt.ſciſſumq; pecus.terraq; reuulſas  
Ferre trabes.gratoſq; deo præſtare furores  
Lex procul ille mares .iterat præcepta uerendus  
Ductor.in acceſſumq; uiris edicitur antrum  
Nec ſatis eſt.ſtat fine dato metuenda ſacerdos  
Exploratq; aditus.nequis temerator adiret  
Agmine fœmineo.tacitus ſubriſit achilles  
Illum uirgineæ ducentem ſigna cateruæ  
Magnaq; difficili ſoluentem bracchia motu:  
(Et ſexus pariter decet:& mendacia matris)  
Mirantur comites.nec iam pulcherrima turbæ  
Deidamia ſuæ tantumq; admota ſuperbo  
Vincitur æacide:quantum premit ipſa ſorores:  
Vt uero a tereti demiſit nebrida collo:  
Erranteſq; ſinus hedera collegit:& alte  
Cinxit purpureis flauentia tempora uittis.  
Vibrauitq; graui redimitum miſſile dextra.  
Attonito ſtat uerba metu.ſacriſq; relictis  
Illum ambire libet.pronoſque attollere uultus  
Talis ubi ad thebas uultu.animoſque remiſit  
Enhius.& patrio ſaciauit pectora luxu  
Serta comis:mytrãque leuat.thyrſumque uirentẽ  
Armat.& hoſtiles inuaſit fortior indos.  
Scandebat roſeo medii faſtigia cæli  
Luna iugo.totis ubi ſomnus inertior alis  
Defluit in terras mutumque amplectitur orbem  
Conſedere chori.paulumque exercita pulſu  
Aera tacẽt.tenero quom ſolus ab agmine achilles  
Hæc ſecum.quonam timidæ commenta parentis  
Vſque feres? primumque imbelli carcere perdes  
Florem animi.non tela licet mauortia dextra  
Non trepidas agitare feras? ubi campus.& amnes  
Aemonii? quæriſne meos ſperchie natatus  
Promiſſaſque comas? an deſertoris alumni  
Nullus honos? ſtygiaſq; ꝓcul iã raptus ad undas  
Dicor. & orbatus plangit mea funera chyron  
Tu nunc tæla manu.noſtros tu dirigis arcus  
Nutritoſque mihi.ſcandis patrocle iugales

Aſt ego pampineis diffūdere brachia Thyrſis
Et tenuare colos(pudet heu.tedetqꝫ fateri)
Iam ſcio.quin etiam dilectæ uirginis ignem
Aequæuamqꝫ facem captus nocteſqꝫ dieſqꝫ
Diſſimulas? quonam uſqꝫ feres urentia pectus
Vulnera? teqꝫ maré(pudet heu)nec amore ꝓba/(ris
Sic ait.& denſa noctis gauiſus ī umbra
Tempeſtiua ſuis torpere ſilentia furtis.
Vi potitur uotis:& toto pectore ueros
Admouet amplexus.riſit chorus omnis ab alto
Aſtrorum.& teneræ rubuerunt cornua lunæ
Illa quidem clamore nemus:montemqꝫ repleuit
Sed bacchi comites diſcuſſa nube ſoporis
Signa choris indicta putant.fragor undiqꝫ motus
Tollitur. & thyrſos iterum uibrabat achilles
Ante tamen dubiam uerbis affatur amicis.
Ille ego(quid trepidas)genuit qué cærula mater
Pelliacis ſyluis:niuibuſqꝫ immiſit alendum
Theſſalicis.neqꝫ ego hos cultus:aut fœda ſubiſſem
Tegmina.ni primo te uiſa in littore.ceſſi
Te propter tibi penſa manu:tibi mollia geſto
Tympana.quid defles magno nurus addita pōto.
Quid gemis ingentes cælo paritura nepotes?
Sed pater ante igni ferroqꝫ exciſa iacebit
Scyros.& intumidas ibunt hæc uerſa procellas
Mœnia.ꝗ ſæuo mea tu connubia perdas
Funere.non adeo parebimus omnia matri
Vade.ſed arreptum taceas celeſqꝫ pudorem.
Obſtupuit tantis regina exterrita monſtris.
Quod ꝗ olim ſuſpecta fides & comminus ipſum
Horruit.& multum facies mutata fatentis
Quid faciat? caſus ne ſuos ferat ipſa parenti.
Seqꝫ ſimul iuuenemqꝫ premat fortaſſis acerbas
Hauſurum pœnas.& adhuc in corde manebat
Ille diu deceptus amor.ſilet ægra.premitqꝫ
Iam commune nefas.unam placet addere furtis
Altricem ſociam.precibuſqꝫ uicta domorum
Annuit.illa aſtu tacito raptumqꝫ pudorem.
Surgentemqꝫ uterum.atqꝫ egros in pondere méſes
Occuluit. plenis donec ſtata tempora metis
Attulit.& partus index lucina reſoluit.

Tandem exoptata ſcyro potiuntur achiui
Nititur æaciden dum libant fercula menſis
Noſcere.ſed nondum plene tunc dixit Vlyxes
Tum ducibus grauis demum manifeſtus achilles

Diffundere:quaſi in laſciuiā uel diffundere molire more fœmineo. Tēuare: ſubtiliter filare. Scio:hoc ſupra. Aequæuam: ideſt æquæua deidamia. Nec probaris:nō probaueris te uirum ſaltem in amore: ꝗſi arguat ſe ꝙ ꝗuis in omnibus diſſimularet uirum ſaltem in amorem nō debuiſſet diſſimulare. Tēpeſtiua: opportuna. Potiri: poſt laborem dicimus. Veros:qui ante ficti fuerant ut uirginei. Riſit:maxime ſententia Platonis qui putauit aſtra deos eſſe.

Rubuerunt:pudore affecta ſunt utpote uirginis pudicæ. Signa: nam clamoribus dabatur ſignum ſacris: unde nocturnuſqꝫ uocat clamore cytherō:unde ubi illa exclamauit uiolentia illata ſorores & aliæ putarunt exclamaſſe ut ſignum daret illis

Indicta:nunciata. Vibrabat: tanꝗ nihil commiſiſſet:nec idem eſſet qui cum deidamia fuerat. Ille ego:niuibus:ergo non mollitur. Tibi:propter te. Sed pater:pollicetur defenſionem contra patrem: & dicit ꝙ ante pater erit combuſtus a ſe & diruta ſchyros ꝗ non habeat eam coniugē.

Sæuo funere.ꝙ pater te interficiat: & ego in uxorem non habeam:ꝗuis expoſuerit.

Sæuo funere: ꝙ Achilles interficeret Lycomedem. Omnia:in omnibus.nam oſtēdam me eſſe uirum. Monſtris:& quia cognouit uirum:& quia tot minatur. Monſtris;quoqꝫ facinoribus exponi pōt. Suſpecta:quia in eo uiderat ſigna geſtorum uiri potius ꝗ mulieris. Fatentis:ſe uirum non uidebatur amplius uirgo. Iam cōmune: quia inceperat aſſentiri ideo cōmune quod ante ſolum achillis nefas fuerat. Stata: ordinata:unde ſtata feſta dicimus quæ dies fixos habent. Maiores:ſtatas ſolemneſqꝫ cærimonias apud Valerium in principio. Index:ꝙ manifeſtat uterum occultatum diu.

Lucina:ꝙ luceat nocte:uel ꝙ lucem naſcētibus ꝓbet. præpoſita partui eſt. Quia fabula dicit ꝙ nata prius Apolline lathonam matrem adiuuit ideo partui præeſt.

Iamq;: ultima pars huius libri. Innumeræ:ideſt continuæ.nam innumeram rem dicimus quæ continuat in infinitum.uel hypalage ideſt innumeras cycladas. Mutabant:modo hanc modo illam oſtendebant cum aliquas preterirent aliquas adirent. Paros olearos:duæ cycladum. Latẽt:quia relictæ poſt terga in horas minores uidentur.unde iam remotæ minus iam amplius non uidebantur. Raditur: prope tranſitur. Alta:propter montes. Bacchica:in qua bacchus colitur.unde fabula tyrrhenorum nautarũ.

Decreſcit:eadem ratione. Creſcente ſamo:quia quanto magis ad eam appropinquabant tãto melius cernebãt.unde maior uidebat̃.ideo creſcere uidebatur. Opacat: umbrat.erant enim iam apud eũ maris locum quo delos umbram exporrigit. Libant:ſacrificant. Reſponſi:per calchantẽ.

Fidem:effectum. Pleno:ꝙ impleuit uelũ quod omen uiſum eſt ut uela darent ĩ ſchyron. Secura:tẽpeſtatis.& quare ſecura.nõ poterat thetis eam mergere reſpõdit.ꝙ iuſſa tonantis hoc eam facere nõ ſinebãt. Frãgebat:uel quia ſol cum eſt in occaſu breuiores radios iacit.unde fracti uidentur:reſpectu radiorꝝ meridiei: cũ eſt ſupra caput noſtrum:uel quia cum uadit ad occaſum ꝑs ſolis ſub orizonte:pars ſupra eſt.unde uidetur partem radiorũ ad nos partem ad antipodes iam iacere.ideo frangebat dixit. Humili olympo:ideſt imæ parti cæli apud orizontem. Humilis:eius contrarium altus.

Promittebat littus penetrabile:ideſt promittebat:ꝙ iam penetrarent littus Oceani: tanq̃ feſſi eſſent tendẽtes ad occaſum.ibi iuxta uulgus quieſcerent. Leuauit:apparuit.

Immiſit:direxit. Rudẽtes:funes quibus uelum ligatur. Et hoc:Vlyxi tradit tanq̃ multarũ rerum perito.Vnde ab Homero. πολυμήχανη dicitur ꝙ multa machinari ſciret poly:multum μηχανη machinatio.

Reſumere:recedẽtes a portu naues remis deducuntur:donec altũ mare iuenit ubi uẽtis uela cõcedunt nautæ:cum autem appropinquant ad portum tũc etiam malignitate aquarum uenti minus potentes ſunt.unde remis adiuuant uentos:iõ dicit. Reſumere:portũ & zephyros remis ſupplere cadentes:ideſt iam deficientes ꝓpter uada iã inita. Accedũt:obtemperant. Magis idubitata:cum magis appropinquarent ſuper ſchyron. Cuſtos erat:& ſupra palladi littoreæ: & cetera.quæ in littore erat. Amicæ: nam Tydeo patri Diomedis & Vlyſſi Palladem fauiſſe aiunt:quia ambo prudentes.

Tum prouidus. Hoſpitia mœnia : ideſt hoſpitalia. Præuenerat: ad Lycomedem nuncians uenire nauem:cuius ignorãs ſed græcam eſſe. Seruator:& ſpeculſator idẽ.

Littoreæ:q̃ erat ĩ littore extra urbẽ:q̃ ſpeculabat̃ ueniẽtes. Ediderat:nũciauerat regi:ſuccedere carbaſa ignota ſed græca: cognoſcebat eſſe græca ſed cuius eẽnt neſciebat. Hyberna:procelloſa & obſcura quæ furto magis apta ẽ. Fœdere iuncto:ad rapinã. Pulſet:quo deberent palam rũpere ĩ irã tamẽ &c. Hũiles:ſbmiſſo capite & corpoꝛ ꝓno ad terrã. Segnes:a ſeorſũ & nitor.

In ſacris armiſq; fuit.ſe deniq; Vlyxis
Hortatu tetigit lycomedi.& pergama poſcit.
Vt cælebratus hymen.nox conſcia iunxit amãtes
Deidamia uiri deplorat pectore fuſa.
IAmq; per ægeos ibat laertia fluctus
Puppis.& innumeræ mutabãt cycladas auræ
Iam paros.olearoſq; latent.iam raditur alta
Lemnos:& a tergo decreſcit Bacchica Naxos.
Ante oculos:creſcente Samo.iam Delos opacat
Aequor.ibi excelſa libant carcheſia puppe
Reſponſiq; fidem.& uerum Calcanta precantur
Audiit Arcitenens.zephyrumq; e uertice Cynthi
Impulit.& dubiis pleno dedit omnia uelo
It pelago ſecura ratis.quippe alta tonantis
Iuſſa Thetim certas fatorum uertere leges
Arcebant ægram lachrymis.ac multa gementem
Quod non erueret pontum.uentiſq;: fretiſq;
Omnibus.inuiſum iam tunc ſequeretur Vlyxem
Frangebat radios humili iam pronus olympo
Phœbus.& oceani penetrabile littus anhelis
Promittebat equis.quom ſe ſcopuloſa leuauit
Scyros in hanc totos emiſit puppe rudentes
Dux Laertiades.ſocioſq; reſumere portum
Imperat.& remis zephyros ſupplere cadentes
Accedunt iuſſis.magis indubitata.magiſq;
Scyros erat.placidiq; ſuper Tritonia cuſtos
Littoris.Egreſſi numen uenerantur amicæ
Aetoluſq; itacuſq; deæ.tum prouidus heros
Hoſpita ne ſubito terrerent mœnia cœtu
Puppe iubet remanere ſuos.ipſa ardua fido
Cum Diomede petit.ſed iam præuenerat arcis
Littoreæ ſeruator Abas.ignotaq; regi
Ediderat(ſed graia tamen)ſuccedere terris
Carbaſa.procedunt gemini ceu fœdere iuncto
Hyberna ſub nocte lupi.licet & ſua pulſet
Natorumq; fames.penitus rabiemq; .minaſq;
Diſſimulant .humileſq; meant.ne nunciet hoſtes
Cura canũ.& trepidos moneat uigilare magiſtros
Sic ſegnes heroes eunt.campumq; patentem
Qui medius portum.celſamq; interiacet urbem

Alterno ſermone ſerunt. prior occupat acer
Tydides. Q ua nunc uerum ratione paramus
Scrutari? namq; ambiguo ſub pectore quædam
Verſo quid imbelles thyrſos mercatus & æra
Vrbibus in mediis? baccheiaq; terga. mytraſq;
Huc tuleris: varioq; aſperſas nebridas auro
Hiſne grauē phrygibus priamoq; armamus achillē?
Illi ſubridens ithacus paulum ore remiſſo
Hæc tibi (uirginea modo ſylicomedis in aula
Fraude latens) ultro confeſſum in prælia ducent
Pelidē. tu cuncta citus de puppe memento
Ferre tibi tempus erit: clypeūq; iis iungere donis
Q ui pulcher ſignis. auroq; aſperrimus ardet
Hæc ſat erunt: tecum lituo bonus adſit agyrtes
Occultamq; tubam tacitos apportet in uſus
Dixerat. atq; ipſo portarum in limine regem
Cernit: & oſtenſa pacem præfatur oliua.
Magna reor pridem ueſtras peruenit ad aures
Phama trucis belli regum placidiſſime. quod nūc
Europamq; aſiamq; quatit. ſi nomina quæras
Huc prolata ducum. ſidit quibus ultor Atrides
Hic tibi. quem tanta meliorem ſtirpe creauit
Magnanimus Tydeus. Ithacis ego ductor Vlyxes
Cauſa uiæ (metuam quid enim tibi cuncta fateri
Q uom graius. notaq; fide cæleberrimus unus)
Explorare aditus. inuiſaq; littora Troiæ
Q uidue parant. medio ſermone intercipit ille
Annuerit fortuna precor. dextriq; ſecundēt
Iſta dei nunc hoſpitio mea tecta piumq;
Illuſtrate larem. ſimul intra limina ducit.
Nec mora. iam menſas famularis turba. thoroſq;
Inſtruit. interea uiſu perluſtrat Vlyxes
Scrutaturq; domum. ſi qua ueſtigia magnæ
Virginis. aut dubia facies ſuſpecta figura.
Porticibus uagis errat. totoſq; penates
Ceu miretur adit. uelut ille cubilia prædæ
Indubitata tenens multo legit arua moloſſo
Venator: uideat donec ſub frondibus hoſtem
Porrectum ſomno. poſitoſq; in ceſpite dentes
Rumor in arcana iamdudum perſtrepit aula
Virginibus qua fida domus ueniſſe pelaſgos
Ductores. graiamq; ratem: ſocioſq; receptos
Iure pauent aliæ. ſed noua gaudia cælat
Pelides. auiduſq; nouos heroas. & arma
Vel talis uidiſſe cupit. iamq; atria feruent
Regali ſtrepitu: & picto diſcumbitᷣ oſtro.

Sermo: a ſerendo. nam ſerere eſt miſcere interdum: unde proprie dicitur plurium.
Serūt: ſeminā̄t metaphora eſt. Aera: tympana. Mediis: inter Aulidem & Schyron.
Terga: uel nebridas uel tympana dicit. Aera enim erant in modum ſcutellarum quæ collidebantur. Vario: quod uariat
His: quaſi uelit rep̄hendēte conſiliū Vlyſſis. Remiſſo ore: ideſt relaxato uultu q̄ ante cogitabundus erat: nam remittere & cōtrahere ſunt contraria. Remiſſo ore: ideſt ſubmiſſa & placida uoce. Virginea: fraude ꝙ ſimulet uirginem. uel uirginea aula dicamus. patet. Hæc ſat: quaſi dicat non curabis ultra. cætera ego perficiam. Agyrtes .i. tubicen Vlyxis: bonum nomē eſt ἀγύρω enim congrego ſignificat. Tacitos: ut īfra patebit quomodo tuba ꝑdiit achilles hoc eſt quod ſupra dixit. dulychia proferre tuba. Portarum: quæ urbiū ꝑprie ſunt. In limine: nam numio abantis obuius quicūque eēnt ueniebat. Præfatur pacem: ideſt ſignum pacis dat Vlyſſes præmonſtratiōe oliue. Placidiſſime: ꝙ pacē teneret. Atrides: Agamēnō. Meliorē: ꝙ melior fortior q̄ eſſet Diomedes patre. Fide: erga deos.
Aditus: nūquid claſſis græca hac tute trāſire poſſit. Littora: quæ erant ultra ſchyrō quaſi non uideretur eo tantum ſed ultra progredi. Medio: non expectata fine: quaſi non putans honeſtum libenter aliorum ſecreta audire quaſi diceret quicquid ſit dii ſecūdēt. interi domū meā uenies. Vagis .i. ip̄e uagus. Illuſtrate: q̄ſi ad uētu ueſtro ornate. Si qua. ſ. ꝑte. Magnæ: q̄ muliebrem ſtaturā excedat. Suſpecta: q̄ eſſet inter ſexū maris & fœminæ. Miretur: cōtempletur.
Tenens: inuentis iam ueſtigiis. Legit. trāſit quærendo. Moloſſo: cane ſingularis ꝑ plurali ut armato milite complent. moloſſia epyri regio in qua optimi ſunt canes.
Hoſtem: aprum: q̄uis. B. de lepore dixerit
Rumor: idem qđ fama niſi ꝙ rumor latinum: fama græcum eſt: ꝙ quæ fama pro gloria: rumor minime ponitur. Qua fida domus: ideſt in gynecæo: græci γυνεκειον dicunt & γυνεκεον ſed quoniam ei habet ī penultima aliquando in e aliquando in .i. longum uertitur unde gynecæū & gynæcium inuenio uide Tortelium. Aliæ: præter achillem. Iure: merito ut decet muliebrem ſexum timere. Vel talis: etiam talis: ideſt in habitu muliebri qđ dedecebat fortem uirum uiros fortes ī habitu muliebri uidere. Vel: ergo pro etiam. uel etiam. Virgilius. uel priamo miſerāda manus: iudice uel paride alibi. Atria: proprie primæ partes domorum in quibus antiqui in propatulo cœnabant. Vnde Iuuenalis. quis fercula ſeptem ſecreto cœnauit auus. Picto: acu ſcilicet uel. Picto: uarii coloris ut taperes ſunt nūc. Diſcūbitur: ſedetur ad mēſam.

Ire:uenire quæ duo confunduntur niſi ad mercatum uenio.Plautus.ideſt uado:eo. Subeunt: ad con/uiuium ipſæ filiæ lycomedis. Quales:comparat eas amazonibus. Mæotide:mæote populi ſunt uerſus ſcythiam a quibus mæotis palus dicitur. Scythicas:ſcythæ populi uerſus ſeptentrionem. Domos:ideſt direptis aliquibus domibus:hæ namq; armis fere totam aſiam ſubegere. Getarum:thraciæ populorū.

Mœnia:ideſt capta aliqua urbe getarum. Suppoſitis:non depoſitis : ſed more militari quodammodo ſupra clipeum diſcumbentes.pictis bellantur amazonis armis.Vir.imitatur. Vero:auget primo erat in/tentus ſed tunc maxime. Prælibat : libare eſt unumquodque leuiter deguſtare.unde prælibat ideſt oculos iacit mō in hanc mo/do in illam non firmando oculos in una tā tum. Intentos uultus & pectora:uel uul/tus &pectora uirginum intellige. Illata:in troducta faciūt lumina ne diſcernat uerū.

Libare

Extēplo:qa ut uenerūt accubueṝ thoris iō magnitudo achillis nō potuit uideri. Defi git:firmis oculis reſpicit. Erectum:genas. Cōtra pudicitiā uirgialē: q̄ os deprimit.tūc breuiter Dido uultū demiſſa ꝓfaṫ: & luue. cōtra de meretrice.Ipſa loq recta facie. Præ cipitem:quodammodo ſubitum in omni/bus. Sinu:ut faciunt qui iunctis ulnis ſem per procedunt quaſi nunquam niſi una in cedant hoc uult dicere blando ſinu comple xa. Moneret:ut ſeruaret geſtus uirginis.

Nudata:uelo exerto a collo. Exerta ma/nus:ideſt manicas ſolutas iuxta manus ge/rendo. Teneret:deidamia:in ueſte quæ ab humeris ſemper fluebat. Prodire:exire de menſa. Poſcere:contra pudorem uirgina/lē more militari elata fronte. Aurum: qd' in ſertū factum eſſet propter capillos quos ſæpe diſturbabat. Iam tunc:uſque a prin/cipio cōuiuii. Repoſtis epulis:ut opus erat numerus finitus pro īfinito. Pateris :mos eſt ut poſt conuiuium & cibos ſumptos in fine bibatur. Decora: apoſtrophat Vly.& Dio. Queq;:ætas ſeruat decorū ut ora lau dator temporis acti ſe puero. Dolopas:po pulos in extrema parte theſſaliæ qui bello nauali a lycomede ſuperati fuerunt : nā alii populi Pyrrho dati ſunt pater Mirmidōes filius Dolopas habuit:mirmidonum dolo pum Virgilius aliqui dicunt dolopas fuiſſe ſub phœnice magiſtro Achillis in bello tro iano de quo Homerus nullam facit men/tionem. Signa: ſunt. Soboles:eēt.ſi utinā. Vir.in.vi.Si nunc aureus ille &ce.de ramo.

Vires:ad ætatem ſupra. Pignora:ad ſobo lem.Vlyxes.ait.Tempore occaſiōe. Cupis: q; dixerat inuideo cœptis q; ipſe cuperet ire in bellum troianum.quis enim fingens lo/qui ad Lycomedem dicebat hæc ut Achil/lē inflāmaret. Viſere:ire ad uidendū. reui/ſo quid agat Pamphilus. Ter. Agmina re/gū:q; ī aliis bellis ubi ſolitū ſit unū regē eſſe hic agmīa ſint regū:agmīa.i.multitudē:un de Agamēno appellatus ē βασιλευσ τον βασυλεων.i.rex regū. Iurauit:ī aulide nū/q̄ diſcedere niſi diruta troia. Vacāt: uacuæ ſunt urbes & eaꝝ agri. Patres:ſolent filiis bellum diſſuadere nūc tradūt arma. Irreuocata:irreuocabilis. Cāpo:materia.i.nūq̄ data maior materia adipiſcendæ gloriæ & exercende uirtutis q̄ nūc. Vigili:attenta. Trahētem:quaſi ſorbentem quaſi aure.

Tum pater ire iubet natas:comiteſq; pudicas
Natarunt:ſubeunt quales mæotide ripæ
Quō ſcythicas rapuere domos. & capta Getarū
Mœnia ſuppoſitis epulantur Amazones armis
Tum uero intentos uultus.ac pectora Vlyxes
Prælibat uiſu.ſed nox illataque fallunt:
Lumina.& extemplo latuit menſura iacentis.
Et tamen erectum genas.oculiſque uagantem
Nullaque uirginei ſeruantem ſigna pudoris
Deficit.comitique obliquo lumine monſtrant
Quod niſi præcipitem blādo complexa moneret
Deidamia ſinu.nudataque pectora ſemper.
Exertaſque manus. humeroſque in ueſte teneret
Et prodire thoris.& poſcere uina uetaret
Sæpius & fronti crinalem poneret aurum
Argolicis ducibus iam tunc patuiſſet Achilles.
Vt placata fames.epulis bis terque repoſtis:
Rex prior alloquitur.pateriſq; hortaṫ Achiuos.
Inuideo ueſtris(fateor)decor inclyte gentis
Argolice cœptis utinam.mihi fortior ætas
Quæque fuit dolopas quū ſcyria littora adortos
Perdomui.fregique uadis:quæ ſigna triumphi
Vidiſtis ceſſas murorum fronte carinas
Saltem ſi ſoboles aptam quam mittere bello
Poſſem.plena forent mihi gaudia.namque iuuarē
Nunc ipſum uireſque meas.& cara uidetis
Pignora quando nouos dabit hæc mihi turba ne/(potes?
Dixerat.& ſolers arrepto tpe Vlyxes.
Haud ſpernenda cupis.quis enim nō uiſere gētes
Innumeras uarioſque duces. atque agmina regū
Ardeat:omne ſimul roburque. decuſque potentis
Europæ meritos ultro iurauit in enſes
Rura.urbeſque uacāt.montes ſpoliauimus altos.
Omne fretum longa uelorum obtexitur umbra.
Arma patres tradunt: ruit irreuocata iuuentus.
Non alias unq̄ tantæ data copia famæ
Fortibus:haud campo maiore exercita uirtus.
Aſpicit intentum:uigiliq; hæc aure trahentem
Quom paueant aliæ.demiſſaq; lumina flectant.

Iterat:Vly. Gēs:ꝓ ſtirpe & ſanguine. Vigilaſne:deū gēs. Arcu.ſ.ē i hoc bello. Steriles:q nihil gloriæ aut famæ pariāt.i.ꝙ uiuat ſiue gloria & fama hoc dicit damnatus in ſteriles annos. Exiſſet ſtratis:thoris quibus ſedebat ad mēſam. Hortata:ut relinquerēt mēſas. Cōplexa.ſ.iūgendo ulnas ut tāq̄ hoſpitē honoraret ꝑberetq; aīum. Hæret:firmat achilles. Cœpto ſermōe:decepto ſermōe remittat.nō aūt ſermonem remittit.nā ꝓſeqtur ſed nō ad ceptū ꝓpoſitū ſed ad aliud.tamē ne uideret tātūmō reſpectu filiarꝫ loqui ſi his recedētibus finē loquēdi feciſſet. At tu:aliq tex.habēt. Ait hic:& clarior ē tex.uel iūgēs.ait ſupple. At:aduerſat quoniā diuerſum ſermonem īcipit. Natis:ubi nota ꝙ natis facit ēt non ſolū natabus. Aequas:ſimiles ꝙ diuæ uideant. Vt quātū: admiratiue. Is.i.talis.

Vel his:uirgibus. Decor:ſupple ē. Species:ē. Virili:ꝙ aliquid uirile habēt ut amazones uideant nō molliciei muliebri tantū deditæ ſed quaſi malis animi ſtudiis uirilibus apte tāq̄ aliqd uirile ſaperēt.quod præcipue ꝓpter Achillē dicit. Occurrit:ſermone obuiam ꝓcedit. Quid.ſ.diceres: & ē figura quæ dicit κατατοποσιοπομενον.i. per ſilentiū & taciturnitatē aliqd dicit: uel innuit.σιοπαω σιοπω taceo ſignificat: unde participiū a paſſiuo &ce. Ferētes: facientes. Dabimus:ꝙ uidere poſſis. Nouus:& contrarius. Cūctabit:tardabit uos. Excipiunt:acceptāt qđ offert. Spes:q̄a curabāt ibi ſtare aliq̄diu:quo poſſēt Achillē detegere quo cām oblatā ſibi accepere. Cætera: præter ea q̄ Vlyxē capiebat. Lōga: cupiēti diē. Sōno:ideſt nocte ne contrarius ſibi ſit auctor. Ferebat:hic ē figura catatopoſiopomenō quā ſupra expoſui.cōuenit magis hic ſnīa ſeruii ꝙ ars rhetorica docet ut ipſe ait:ꝙ p ſequētiā antecedētia cognoſcantur.

Ferebat:ergo iuerat ꝓ his hic melius ea figura. Scyriades:mulieres de ſcyro nō ſolū filiæ Lycomedis. Qualis:hæc cōpatio ſumitur de rapina Proſerpinæ ꝙ tpe quo rapta ē luppi.iuſſit Veneri & Palladi & Diāæ adeſſe ibi.Vnde Claudianus: Accelerat ꝑcepta uenus iuſſuq; parentis pallas:& infœlix terret q̄ menala cornu:addunt ſe comites.

Aetnæ:mōtis in media ſicilia in qua capta fuit Proſerpina. Naiades:nymphas. Spōſa:apđ quā aliæ erāt. Thyaſis:ſaltatiōibus.

Iſmenia: thebana eo mō quo thebis ſolet Ͳυασοτησ quoq; ſaltator. Aera: q̄ facta erāt in modū ſemiſperarꝫ ex ære q̄ ſperam cōficiūt eo ꝙ ceres cybeles & terra eadē fertur:his ī ſacris utebant.collidēdo clamorē mouet. Terga:tympana. αποτυπτο uerbero. Varios recurſus:qđ ſæpe una ī unū locū reducebant ex cōpoſito. Leuāt:ī altū eodē tpe. Reponūt:deorſum mittūt ī ſaltu ſubleuant recidētes in terrā thyrſos reponebāt. Multiplicāt:accelerāt ſpiſſius paſſus & crebrius mouēdo. Modo:pōit quomodo uarias choreas ſolitas apđ alias etiā natiōes exercebāt. Curetes:antiq habitatores cretæ cereri ſacrificabāt. Eo actu quo.&ce.i.ſaltāt. Quoq;:& eo actu.i.eo modo. Piæ: ſacrificantes.

Atq; iterat. Quiſq; proauis:& gente ſuperbus.
Quiſquis equo:iaculoq; potens. q perualet arcu
Omnis honos illic.illic ingentia certant
Nomina.uix timidæ matres. uix agmina ceſſant
Virginea multum ſteriles damnatus in annos
Inuiſuſq; deis ſi quem hic noua gloria ſegnem
Præterit:exiſſet ſtratis.niſi prouida ſigno
Deidamia dato.cunctas hortata ſorores
Liquiſſet menſas.ipſum complexa.ſed hæret
Reſpiciens ithacum.cœtuq; nouiſſimus exit
Ille quidem incœpto paulum ſermone remiſit
Pauca tamen iungens.At tu tranquillus in alta
Pace mane.cariſq; para connubia natis
Quas tibi ſydereis diuarum uultibus æquas
Sors dedit:ut me olim tacitum reuerentia tangit
His decor eſt formæ. ſpecies permixta uirili.
Occurrit genitor.quid ſi Bacchæa ferentes
Orgia? palladias aut circum uideris aras?
Et dabimus ſi forte nouus cunctabitur auſter
Excipiunt cupidi:& tacitis ſpes addita uotis.
Cætera depoſitis Lycomedis regia curis
Tranquilla ſub pace ſilet.ſed longa ſagaci
Nox ithaco.lucemq; cupit.ſomnoq; grauatur.
Vix dum exorta dies.& iam comitatus agyrte
Tydides aderat.prædictaque dona ferebat.
Nec minus egreſſæ thalamis.Scyreidis ibant
Oſtentare choros.promiſſaque ſacra uerendis
Hoſpitibus.nitet ante alias regina.comeſque
Pelides.Quales ſiculæ ſub rupibus ætnæ
Naiades ætnæas inter Diana: feroxque
Pallas:& Helyſii lucebat ſponſa Tyranni
Iamque mouēt greſſus. thyaſiſq; Hiſmenia buxus
Signa dedit:quater æra rheæ: q̄ter euhia pulſant
Terga manu uarioſque quater legere recurſus
Tunc thyrſos pariterque leuāt. pariterq; reponūt
Multiplicantque gradū mō quo Curetes in arcu
Quoque piæ Samothraces eunt.nūc obuia uerſæ

Samothraces:Samos inſula eſt oppoſita thraciæ ut in thebaide.Thraces arant contra. unde ſamothracia dicta eſt ſeparatim.Vnde Virgilius.thraiciamque ſamon quæ nunc ſamothracia fertur.compoſito uocabulo.In ſamo baccho ſacra ferebant patri thoantis. Obuia:ideſt obuie aduerbialiter. Verſæ: una contra aliam iunctis digitis.ut Ouidius.digitis inter ſe ordine iuncti.in fabula galantidis. Samos

Lacenas:de lacedæmonia. Orbe:facien/
do rotundas choreas : in rotundum & in
orbem ſaltando. Intorquet: in gyrum.
Amyclis:opidulo iuxta ſpartam. Mol/
les:muliebres non amplius ut uirgo ince/
dens. Triſtes: malo futuro penthei negli/
gentis bacchum. Accepta: ab ipſa matre.
Laudata:ab Vly.& Dio. Hoſpitii: hoc
apud antiquos maxime obſeruabatur : ut
hoſpites tam recipiens q̃ receptus inuicem
donarent̃:ut Virgilius Aeneam apud Di/
donem & alias apud aceſtem inducit: quæ
dona ξενια uocabantur ideſt hoſpitalia.ξε/
νιοσ hoſpitalis unde ζευσ ξενιοσ Iuppiter
hoſpitalis. Laboris:ſaltationum. Legant:
capiant. Rudis:lyco.non cognoſcens cãm
donorum. Varium:unde δαιδαλοσ ſæ
pe uocat Homerus.nam δαιδαλοσ δια/
του αι uarium ſignificat. Aliæ : præter
Achillẽ. Natura:ſcilicet iners. utpote mu
liebris. Reſpondentia:ſonantia: ꝙ pulſata
reclamẽt. Arma:quæ tamẽ propter Achil
lem poſita erant. At ferus
æacides:bellorum.nã in his uerſatus erat :
unde ſanguis in eo cernebatur. Accliuem:
accliuatam parieti. accliue enim dicimus
ꝙ paulum aſcendit. Genas: oculos more
indignati in obliquum tuens. Iuſſus:ut/
pote in uenatione contra feras & deinde ad
dominum reuertebatur cui parebat. Edi
dicit:nam id non eſt eius naturæ: ſcilicet ꝙ
hominem timeat. Radiauit:ꝙ uiderit fer
rum radios emittens iraſcitur. Et ita fit cõ/
paratio:ꝙ ut leo uiſo ferro iraſcit̃ ita Achil
les uiſo clipeo & armis &c. Ferrũ : irritãs
eum. It:abit aphereſis. Iurata :quia quo/
dãmodo iuraſſe fidẽ uidebat̃ nõ offendere
eũ. Inimicus:fit. Vt uero:auget ꝙ prio ui/
dens clipeũ ĩfremuit ſed uiſo ꝓpius tũc ma
gis accenſus ẽ. Emula:effingẽs faciẽ Achil
lis:ſtudioſa eius rei.ſ.faciei Achillis:q̃ abe/
rat. Reddidit:ut i ſpeculo ſolet. Erubuit:
pudore affectus ꝙ tãq̃ fœmina uiſus ẽ. Se
miferi ſemieq:i latus iꝗ feri.Vir. Nepos de
ſcẽdens ex linea cæli nã pronepos erat. Do
rica:a Doro filio Neptũni q in partibus pe/
loponeſſi regnauit. Suſpẽſis:ut ſuſpenſam
legẽ dicimus dũ nõ obſeruat̃:ita ſuſpenſa ſi
gna dicit quæ ulterius nõ procedunt dum
Achillem græci expectant. Iam: quaſi di/
cat ſolo nomine tuo quid facient cum tu
aderis. Sine:permitte. Palleat: timeat : &
reuera. Ida:apud troiam alia apud cretam
de troiana intellige:ide nominatiuus græ/
cus ηδη dicitur quemadmodum κρητη
creta ηδη η in ε & in α uertitur ide & ida
dicitur. Perfida: propter Paridẽ q hoſpita
lia iura fregit. Hoc:ꝙ troiã diruerisſic tãq̃
eſſes adeo uilis ut non poſſes te in bello de/
fendere. Laxabat:nudabat aperiebat. In/
tactæ.q.d. ſpõte ueſtes cecidere indignatæ
tãtam uirtutem per eas turpiter occultari.

Pectine amazonio.modo quo citat orbe lacenas
Delia. plaudenteſqꝫ ſuis intorquet amyclis
Tũ quaqꝫ præcipue iamiã manifeſtus Achilles.
Nec ſeruare uices.nec iungere brachia curat
Tunc molles greſſus tunc aſpernatur amictus
Plus ſolito.rupitqꝫ choros.& plurima turbat
Sic indignantem thyrſos. acceptaqꝫ matris
Tympanã.iam truces ſpectabant penthea Thebæ
Soluuntur laudata cohors.repetuntqꝫ paterna
Lumina.ubi in mediæ iamdudum ſedibus aulæ
Munera uirgineos uiſas tractura locarat
Tydides.ſignum hoſpitii.preciumqꝫ laboris
Hortaturqꝫ legant.nec rex placidiſſimus arcet.
Heu ſimplex nimiumqꝫ rudis.qui callida dona
Graiorumqꝫ dolos.uariumqꝫ ignorat Vlyxem
Hinc aliæ quas ſexus iners.naturaqꝫ ducit
Aut teretes thyrſos.aut reſpondentia tentant
Tympana.gemantis aut cingunt tempora limbis
Arma uident.magnoqꝫ putant donata parenti
At ferus Aeacides radiantem ut comminus orbem
Cælatum pugnis ſæuis:& forte rubentem
Bellorum maculis:& acliuem conſpicit haſtam
Infremuit.torſitqꝫ genas.& fronte relicta
Surrexere comæ. nuſq̃ mandata parentis
Nuſq̃ occultus amor.totoqꝫ in pectore Troia eſt
Vt leo materno cum raptus ab hubere mores
Accepit.pectiqꝫ iubas.hominemqꝫ uereri
Edidicit nullaſqꝫ ruit niſi iuſſus in iras
Si ſemel aduerſo radiauit lumine ferrum
It iurata fides:domitorqꝫ inimicus.in illum
Prima fames timidoqꝫ pudet ſeruire magiſtro
Vt uero acceſſit propius luxqꝫ æmula uultum
Reddidit.& ſimilem tandem ſe uidit in auro
Horruit.erubuitqꝫ ſimul.Tunc acer Vlyxes
Admotus lateri ſumiſſa uoce.quid hæres
(Scimus ait) tu ſemiferi.Chyronis alumnus
Tu cæli pelagiqꝫ nepos.te dorica claſſis
Te tua ſuſpenſis expectat græcia ſignis
Ipſaqꝫ iam dubiis nutant tibi pergama muris
Eia age rumpe moras.ſine perfida palleat Ida
Et iuuat hæc audire patrem pudeatqꝫ doloſam
Sic pro re timuiſſe thetim.iam pectus amictu
Laxabat.quom grande tuba (ſic iuſſus agyrtes)
Inſonuit.fugiunt deſpectis undiqꝫ donis
Implorantqꝫ patrem:commiſſa prælia credunt.
Illius intactæ ceciderunt pectore ueſtes.

Iam clypeus.breuiorq; manu conſumitur haſta
Mira fides ithacumq; humeris excedere uiſus
Aetolumq; ducem.tantum ſubit arma.calorq;
Martis.& horrenda confundit luce penates
Immaniſq; gradu:ceu protinus Hectora poſcens
Stat medius trepidāte domo Peleia uirgo
Quæritur.aſt alia plangebat parte retectos
Deidamia dolos.cuius quom grandia primum
Lamenta.& notas accepit pectore uoces
Hæſit.& occulto uirtus infracta calore.
Dimittit clypeum.regiſq; ad lumina uerſus
Attonitum fatis.inopinaq; monſtra pauentem
Sicut erat mediis Lycomeden affatur in armis
Me tibi care pater (dubium dimitte timorem)
Me Thetis alma dedit.te pridem tanta manebat
Gloria.quæſitum Danais:tu mittis Achillem
Gratior.& magno ſi fas dixiſſe parente
Et dulci Chirone mihi.ſed corda parumper
Huc aduerte libens.atq; has bonus accipe uoces
Peleus te nato ſocerum.& thetis hoſpita iungunt
Allegantq; ſuos utroq; a ſanguine diuos
Vnam uirgineo natarum ex agmine poſcunt
Das ne? annos humiles tibi.degenereſq; uidemur.
Num renuis? iunge ergo manus.& concipe fœdus
Atq; ignoſce tuis.tacito nam cognita furto
Deidamia mihi.quis enim his obſtare lacertis
Quæ potuit noſtras poſſeſſa euadere flammas?
Me luere iſta iube.pono arma.& reddo pelaſgis
Et maneo:quid triſte fremis? qd lumina mutas?
Iam ſocer es.natum ante pedes proiecit.& addit
Iamq; auus.immitis quotiens tractabitur enſis
Turba ſumus.Tunc & danai.per ſacra.fidemq;
Hoſpitii.blanduſq; precum compellat Vlyxes
Ille.& ſi caræ comperta iniuria natæ
Et thetidis mandata mouent.prodiq; ueretur
Depoſitum tam grande deæ.tamen obuius ire
Tot metuit fatis:argiuaq; bella morari.
Fac uelit.ipſam illic matrem ſpreuiſſet Achilles
Nec tamen abnueret genero ſe iungere tali
Vincitur.Arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum.ueniam nec protinus amens
Credit:& oppoſito genitorem placat Achille.
Mittitur æmoniam.magni qui Pelea facti
Impleat:& claſſem.comiteſq; in prælia poſcat.
Nec non & geminas regnator Scyrius aluos
Deducit genero.uireſq; excuſat achiuis

Conſumitur:ideſt ſumitur uel cōſumūtur: tractando. Breuior: reſpectu thyrſi qui longior eſt haſta bellica. Confundit: quod tanta erat lux & adeo erat inflammatus ipſe ut tota ipſius domus eſſet attonita præſentia & uiſus ē iā maior Vlyxe & Dyomede. Quæritur:a mulieribus illis. Plāgebat:quæ Achillē detectum uidebat. Infracta:ualde fracta. Calore:amore memor ipſius. Fatis:per ea quæ fataliter acciderant ita fixum erat Achillem mori ī troiano bello. Mediis armis:ideſt armatus. Gloria: ut tu mitteres Achillem ad troiam. Gratior: ſcilicet eris ſi mittis me ad bellum.quia ſupra dixit. Me dedit alma thetis:quaſi habeas poteſtatem ſupra me.humane loquit᷑.

Parente:peleo. Fas dixiſſe:quia a patre eo quod eſſe habeamus maxime omnium debemus. Chyrone:qui fuit præceptor. qui loco patris habetur.Vnde Alexander ſolitus erat dicere ſe magis debere Ariſtoteli q̄ Philippo quod a patre eſſe tātum a præceptore bene eſſe accepiſſet. Bonus:propitius.

Nato mihi. Hoſpita:& hic & hæc hoſpes dicitur. Degeneres:quod ſim inferior parentibus meis. Renuis:quia tacebat. Ignoſce:ergo errauit ut aperit:qui ueniam petit crimen confiteri uidetur. Tuis:mihi & deidamiæ. His:demonſtratiue:quaſi uide q̄ bracchia ſint iſta & ita excuſat Deidamiā.

Quæ:quaſi dicat quæ fœmina. Luere: ſi uis ulciſci ſcelus in me ſolum ulciſcere. Natum:pyrrhum qui natus erat ut ſupra.ſoluit lucia labores. Immitis:diceris. Turba: .i. nos tres Achilles Deidamia & Pyrrhus: quaſi dicat ſi ſumes arma contra nos iam ſumus una turba contra te:ſed pueriliter:dicas ergo.immitis turba ſumus nos omnes quotiens tractabitur enſis inter nos quoniam ſumus iuncti ſanguine poſtquam ex nata tua filium ſuſcepi. Tunc & danai. Blandus precum:ideſt precibus. Compellat: alloquitur. Fatis:quæ urgebant Achillem ire in bellum troianum. Fac uelit: ſcilicet morari bella & ire obuius fatis. Veniam credidit:non credidit ita cito patrem remiſiſſe ei culpam. Oppoſito.i.reiiciēdo culpā in Achillem cui reſiſtere non potuiſſet. Impleat:quaſi ſuperbire faciat. Magni facti:q; filius contra troiam accedat. Claſſem:nam ſupra non uenerant theſſali cum græcis carentes duce:qa Peleus nimis ſenex & Achilles nimis iuuenis erat. Excuſat: quod non poſſit plures mittere.

Conſumpta dies: non ꝙ tota die epulis incubuiſſent:ſed ꝙ ī occaſu ſolis cœnaſſent more maiorū q̃ ita ſoliti ſunt in occaſu cœnare cū tantum in die cibū ſumerent. Fœdus connubii. Receptū:inter Achillē & deidamiā. Intrepidos:tūc qui antea ſemper cū timore iuncti fuerant. Illius:decorum tanq̃ forte uirū inducit Achillem cogitantē de armis & troia:deidamiam timentē aduentū diei quo abiturus erat Achilles. Vndas:timens naufragiū Achilli & receſſū. Aſpiciam:te. Ponā: amplexando te. Partus:pyrrhū.

inuiſes ne unquā filium ſaltem ſi me inuiſere nolueris. Latebræ:ꝙ nolis unquam mei meminiſſe apud quā more muliebri latueris tanq̃ hoc ducas tibi dedecori. Præter:deos. Timeam ne:quaſi timebo malū tuū priuſq̃ eueniat uel. Precer:te uel potius. Timeā.ſ.ne relinquar a te ut intra aperit. Mandem:tibi.i. quæ mandata dem.

Cui:deidamiæ:ꝙ uix tēpus flēdi haberet.

Inuidit:per inuidiam abſtulit ita dicis.

Hæc emphaſim habet quaſi quæ lōga gerataq; eſſe debebāt. Hymen:connubiū. O dulcia:repetit ante acta: & arguit meliora fuiſſe q̃uis cū timore. Permiſſus:quaſi dicat tunc cū mihi licebat eo uti priuor eius cōſortio. Cautus:quod caueas tibi. Vanū: in uanum non credam eā ſine cauſa timuiſſe. Noſter: ꝙ non des interim aliis amoribus & me reliquas:unde te amittam. Improba: inſanabilia morem ac decus muliebre optime ſeruat quaſi dicat ſcio quod peto nimis magna quoniam uidebunt te ille troianæ & cupiēt & tu facies poteſtatē tui, unde nimis īproba poſco cū uelim te reuerti meū. Lachrymis decore: quæ pulchriorē faciūt mulierē,lachrymæ fecere decorā.

Patriā troiam:nō curabunt ꝑdidiſſe troiā dūmō tibi iūgant. Rapia laudata:hoc ē argumētū ꝙ pulchra ſit:q̄a ē rapta ūde. Laudata:forma.ſ. Rapina:eō ꝙ ſit rapta nā ſi non fuiſſet pulchra non fuiſſet rapta. Puerilis:commiſſæ a te in puerili ætate. Narrabor :a te.Famulis tuis. Diſſimulata:a te ꝙ fingas nunq̃ me cognouiſſe. Latebo:nunq̃ fiet de me mētio. Quin age:ē hortātis duc me ī prælia:ſicut tu fortis geſſiſti mollia arma mecum ut thyrſos & tympana: ſic ego mollis & ībellis tecū martia ſigna ſequar.

Non credet:uidens uires tuas. Hunc pyrrhum filiū. Pariat:ne ſuſcipias filios ex barbaris mulieribus. Indignos :ꝙ non ſint digni habere tethidē auiam cū nati ſint ex captiuis mulieribus troianis. Nō immotus: ergo commotus. Iurat fidem;quaſi promittit per fidē ut iuro deos ita iuro fidem.

Fletu:quaſi fletus ſpondeat.i.ſit fideiuſſor promiſſionis:nā cum iuraret & iuramēto accederēt lachrymæ hæ uiſæ ſunt dare maiorem fidē & robur iuramēto.ſpondere.n. eſt ꝑ alio ꝓmittere ut fideiuſſores faciunt.

Ingentes:de nobili genere captiuas īpediſſe quas ei ꝓmittit. Captū ilion.i.res ilii capti. Gazæ:diuitiaꝝ troianaꝝ. Gaza:uocabulū pſicū ſignificat diuitias. Rapiebāt:uēti ferebāt illa uerba : nā habitura effectū nō erāt ea uerba cū moriturus Achilles eſſet ī bello troiano.unde reuerti non poſſet.

Tunc epulis conſumpta dies. tandemq; receptum
Fœdus.& intrepidos nox conſcia iungit amātes.
Illius ante oculos noua bella:& Xantus.& ida
Argolicæq; rates.atq; hæc iam cogitat undas
Auroramq; timet:cara ceruice mariti
Fuſa noui.lachrymas iam ſoluit. & occupat artus
Aſpiciam ne iterum:meq; hoc in pectore ponam
Aeacidæ rurſuſq; tuos dignabere partus?
An tumidus.teucroſq; lares.& capta reportans
Pergama uirgineæ nolis meminiſſe latebræ
Quid precer? heu timeā ne prius? qd ue āxia mā
Cui uix flere uacat? mō te nox una deditq; (dē
Inuiditq; mihi.thalamis hæc tempora noſtris?
Hic ne eſt liber hymen:o dulcia furta.doliq;
O timor. eripitur miſeræ promiſſus achilles.
I (neq; enim tantos auſim reuocare paratus)
I cautus nec uanum thetin timuiſſe memento
I fœlix noſterq; redi.nimis improba poſco
Iam te ſpectabūt lachrymis.planctuq; decore
Troades.optabuntq; tuis dare colla lacertis
Et patriam penſare thoris. aut ipſa placebit
Tyndaris.incæſta nimium laudata rapina
Aſt ego uel primæ puerilis fabula culpæ
Narrabor famulis.aut diſſimulata latebo
Quin age duc comitem.cūr non ego martia tecū
Signa feram.tu penſa manu.bacchæaq; tecum
Sacra.quod infœlix non credet troia tuliſti.
Attamen hunc.quem mœſta mihi ſolatia linquis
Hunc ſub corde tene.& miſeræ concede precanti
Hoc ſolum pariat ne quid tibi barbara coniunx.
Ne qua det indignos thetidi captiua nepotes.
Talia dicentem non ipſe immotus achilles
Solatur.iuratq; fidem.iurataq; fletu
Spondet.& ingentes famulas. captumq; reuerſus
Ilion.& phrygiæ promittit munera gazæ
Irrita uentoſæ rapiebant uerba procellæ.

Nauigat ad troiam quinto fatalis achilles
Dardaniæ.memoratq; ithacus primordia belli.
Ille ſed oeniden uitæ morumq; docebat
Cruda rudimenta. dederat quæ ſemiuir acer:
Et laertiadē.fluctus ſulcante carina.

Secundus Incipit liber.

EXuit implicitū tenebris. Humētibus:pp remotionē ſolis. Orbē:mūdū. Prolata educta Oceano ſecundū uulgarē opinionē. Genitor:phœbus. Hebetē:nō bene clarā ſicut hebe tē ignē q nō bene ſplēdet uel uiget ſic hebes ferrū dr̃ qđ nō icidit & hebetē uiſū.& auditū &c. Leuabat:ergo nō leuauerat p qđ itelligas q̄ aurora q̃ deſcribit̃ nō erat in totū exorta ſed oriebat̃.unde utit̃ p̄teritoimperfecto.

EXuit implicitum tenebris humenti/bus orbem
Oceano ꝓlata dies:genitorq; coruſcæ
Lucis adhuc hebetem uicina nocte leuabat
Et nondum excuſo rorantem lampada ponto
Et iam punicea nudatum pectora palla
Inſignemq; ipſis quæ prima inuaſerat armis
Aeacidem(quippe aura uocat:cognataq; ſuadent
Aequora) proſpectant cuncti.iuuenemq; ducēq;
Nil auſi meminiſſe pauent:ſic omnia uiſu
Mutatus rediit:ceu nunq̃ ſcyria paſſus
Littora:Peliaco raptus deſcendat ab antro
Tum ex more deis(ita namq; monebat Vlyxes)
Aequoreis:matriq; littat.fluctuq; ſub ipſo
Cæruleum.regem tauro ueneratur:auumq;
Nerea:uittata.genitrix placata iuuenca eſt
Hic ſpumante ſalo iaciens timida exta profatur
Paruimus genitrix q̃q̃ haud tolleranda iubebas
Paruimus nimium bella ad Troiana rateſq;
Argolicas queſitus eo.ſic orſus & alno
Inſiluit penituſq; notho ſtridente propinquis
Arripitur terris.& iam ardua creſcere nubes
Incipit.& ſcyros longe diſcedere ponto
Turre procul ſumma lachrymis comitata ſororꝝ
Confeſſumq; tenens:& habētem nomina Pyrrhū
Pendebat coniunx.oculiſq; in carbaſa fixis
Ibat.& ipſa fretum.& puppim iam ſola uidebat
Ille quoq; obliquos dilecta ad mœnia uultus
Declinat.uiduamq; domum gemituſq; relicte
Cogitat.occultus ſub corde renaſcitur ardor
Datq; locum uirtus.ſenſit Laertius heros
Hærentem & placidis aggreſſus flectere dictis
Tene inquit magnæ uaſtator debite Troiæ
Quē danaū claſſes.quem diuum oracula poſcūt.
Erectumq; manet reſerato limine bellum
Callida fœmineo genitrix uelauit amictu.
Commiſitq; ullis tam grandia furta latebris
Sperauitq; fidem.nimis o ſuſpenſa.nimiſq;
Mater an hæc uirtus tacita torperet in umbra
Quæ uix audito litui clangore refugit
Et thetin.comites.& quos ſuppreſſerat ignes

Rorātē exc.pō.q̃ſi reddat rōnē roris māe cadētis. Vicina nocte:rō qa lāpas hebes eēt.

Lāpada:λαμπασ λαμπαδοσ qcqd ſplē det λαμπω ſplēdeo. Palla:muliebri ueſte quā depoſuerat. Pria:nā antea apđ Chyro nē nūq̃ arma geſtauerat ūde illa pria arma fuerāt. Quippe:ratō quare ita ſūma mane adeēt thalamo Achilles. Iuuenē & nō uir ginē iam. Ducē:q̄ iā unus de ductoribus græciæ erat:& tanq̃ dux ſacrificat: & nunq̃ inuenies iuuenē fœminino aut uirginē ma ſculio genere. Nil auſi.ſ.fœmineæ latebræ ab hiis. Pauēt:admirant̃. Sic:ratō dicti.

Oīa:in oībus:figura ē ſic oīa Mercurio ſi milis. Viſu:aſpectu. Rediit:ex apparētia uirginea. Peliaci:mōtis pelei Ex more na uigātiū. Littat:litto diis & deos dicimus:& ſacra littamus diis & ē littare ſacrificādo de os placare. Tauro:q̃ hoſtia ꝓpria ē neptū ni.taurū neptūno taurū tibi pulcher Apol lo. Vittata:ita ex more græco cornu inau rabant̃:& uitta ornabant̃. Hic:Achilles.

Iaciens:ita diis maris ſacrificabāt iaciendo inteſtina in mare ut apud Liuiū de ſcipione ꝓcedēti in aphricā dū deis maris ſacrificat exta in mare iacit. Paruimus cōduplicatio.

Tolerāda: q̄ uir fortis latebat inter mulie res. Propinqs:anteq̃ diſcederet uel ꝓpinqs iā cognatis. Nubes:ita uapores q eleuant̃ ab aqua efficiūt nubes circa terrā q̃ aſpectus ipediāt.ſic Vir.in.iii.Terras uoluere fumus dixit. Comitata:q̄ ſorores ēt lachrymabā tur. Cōfeſſum:paſſiue quē iā confitebat̃.

Pyrrhū:ideo qa criſpos & flauos capillos haberet:ita græcæ.πυρροσ dicit̃ quaſi ruf fus Pyrrhus dictus quoq; neoptolemus q̄ iuuenis admodū adbellū miſſusſit νεοσ iu uenis πτολεμοσ bellū.Ibat ꝓſequebat̃ car baſa. Sola:q̄ aliæ receſſiſſēt:poſt receſſum Achillis. Ipia:præ nimio affectu remanſiſ ſet. Virtus:aioſitas & furor cōceptus cōtra troiā. Dat locū:remittit̃. Debite: q̃ſi fatis deputate. Bellū:tanq̃ deū belli dicit. Ere ctū ſtātē i limine nec ꝓcedentē ſine te:p qđ ītelligit bellatores græcos. Fœmineo.q.d. cōmiſit tātū ſcælus q̄ tā fortis uir uellet q̄ lateret:&hæc uerba dat ut auertat aīum a mœroř cōcepto. Grādia:magna nō poſſūt occultari. Vllis:rata q̄ ita magna latebra i ueniret̃.q̃ te maximū capet.Fidē q̄ nō māi feſtareris. Sſpēſa:tāq̃ tu nō poſſes te defēde re in bello. Nimis:cōduplicatio. Vel nim. ma.cū q̃ſi nimis affectus materni habēs q̃ fi liis molliter timere ſolet. Torperet.i.torpe re debuiſſet. Thetin.i.eius reſpectū.
Comites:filias. Ignis:amores accutiuus ē.

Precantes:nō urgentes. Veniſſes:abſq; quod nos ueniremus pro te. Reſides:ignauas inducit: ſtatius eum tanq̄ pudeat nolle meminiſſe cauſas latebræ:ſed hoc facit ne incidat in comduplicationem eorum quæ ſupradicta ſunt. Excuſabitur ſcyros.i.nolo uerbis ſed enſe excuſare nō propter ignauiam quæ acta ſunt in ſcyro:acta eſſe. Fatoꝝ crimina. Reiicit :in fata ꝙ ita uoluerint eum latere:ſed inquit potius dic mihi cauſam ſuſcepti belli:& primordia ut ego iuſte iraſcar troianis. Hinc.i.nunc. Hic:tunc.In hectorea ſtatim Hectorem obiecit Achilli:ut cōtra eum animaretur. Talia:quia fabula eſt:quæ facta eſt propter uitam actiuam contemplatiuā & uoluptatiā quæ in arbitrio hominis poſita eſt ut Iuppiter uoluit indicare : ideſt ipſe deus non uult nos cogere ad aliquā :ſed qui deteriora ſequitur dat pœnas:hinc Paris eligens uoluptariam penas dedit. Ora:regione. Et nota artificialem ordinem.Vir. incepit a tempeſtate & deinde i ſecūdo libro ponit quæ pertinēt ad dirutam troiam: ſic Statius ſupra incepit narrare a medio. Soluerat:œbalio claſſem &c.& nūc reuertitur ad uerum principiū. Formæ:certamina:litem pulchritudinis. Sollicitas:anxias expectātes exitum iudicii. Germanam regis: per ꝙ inſipientiam arguit.unde alibi. temerarius arbiter idæ. Dionen:Venerem proprie Dione mater ueneris dicit̄ ab Home. ab aliis ex ſpuma maris orta dicit̄.αφρ οσ ſpuma unde αφροδιτη dicitur i faſtis.aſpumis eſt dea dicta maris dione tamen ponitur pro uenere.Idē in faſtis. Hippolite i fœlix uelles coluiſſe. Dionē dū coſternatis dirupereris eqs. Sic quoq; hyperion pr̄ ſolis dicit̄ & tamen pro ſole ponit̄. hyperiōis urbem Oui.inquit de urbe ſolis q̄ heliopolis dicit̄. Atq; a deo:uno. Concilio.i.in cōgregatione & multitudine deorū. Pelion: nominatiuus. mons eſt pelion pelii.ut iliō ilii πελιον πελιου. Dulce:aduerbiū. Promitteris fatis:unde ut diximus ꝙ conditio oblata ē puero nato unde uocatus ē magnanimus: & Protheus dixit futuꝝ maiorē patre.& thetis ab eo accepat morituꝝ i bello troiāo. Vnde:iā tūc dū nuptiæ cælebrabāt̄ ꝓmiſſus ē græcis cōtra troiā. ūde Catullus quoq; dū facit epithalamiū in nuptiis pelei ꝓmittit Achillē clarū in bello troiāo futuꝝ Ira q̄tit uictas:palladē & Iūonē. Exitialia: ex pſōa poetæ poſitū.nā exitialia ſi crediđiſſet nō petiſſet. Turrigeræ:ꝙ i terra turres fūdatæ ſūt:& cybeles & terra eadē dea.Oui. faſtoꝝ.iiii.aliter dicit. At cur turrifera caput ē onerata corona an primis turres urbibus illa dedit. Annuit.ſ.erato muſa. Terras ad Achæas:acheia pars græciæ iuxta peloponeſſū. Hoſpitis:in cuius domo fuerat receptus. Argos nobiliſſima græciæ cui dominati ſūt atridæ. Deuehit argos:aggrauat rē nā helenā uexit nō argos. Inexciti:nō euocati ſed ſpōte:ut dicit. Vltores: ſibi tāq̄ i ſecūdā iniuriā timētes:ne idē accideret eis qđ Menelao. Genialia:coniugalia:nā geniū non ſolū uoluptatis ſed naturæ dicit̄. Rumpi dolis.i.ꝑ dolos ꝙ hoſtis tanq̄ hoſpes eā rapuerit. Perferat:in totū ferat. Imperioſus nimiū auidus imperandi & q omnia ei obſequi uellit.Vnde in Thebaide.& inexorabile pactū legis agenoreæ : ꝙ filium nunq̄ reuerti uoluerit abſq; europæ. Sacros:ſacri Iouis in taurum uerſi. Numine:ioue. Scythico: ubi colchi ſunt. Prolem:medeam. Aeetes:filius ſolis.&pater medeæ. Puppim:argō quæ ſtellificata eſt.

Dione Aphroditi

Pelion

Nec noſtrum eſt ꝙ i arma uenis.ſeq̄riſq; precātes
Veniſſes ultro.quem talibus occupat heros
Aeacides.longum eſt reſides exponere cauſas
Maternum q; nephas.hoc excuſabitur enſe
Scyros & indecores fatorum crimina cultus.
Tu potius dum leue fretum.zephyriſq; feruntur
Carbaſa quæ danais tanti primordia belli
Ede licet iuſtas hinc ſumere protinus iras
Hic ithacus paulum repetito longius orſum
Fertur in hectorea(ſi talia credimus ora)
Electus formæ certamina ſoluere paſtor
Solicitas timuiſſe deas nec torua mineruæ
Ora.nec ætherei germanam regis amico
Lumine.ſed ſolam nimium uidiſſe Dionen
Atq; a deo lis iſta tuis exorta ſub antris.
Concilio ſuperum.dum pelea dulce maritat
Pelion.& noſtris iam tunc promitteris armis.
Ira quatit uictas.petit exitialia iudex
Præmia.raptori faciles monſtrantur Amyclæ
Ille phryges lucos matris penetralia cædit
Turrigeræ.uetitaſq; ſolo procumbere pinus
Precipitat terraſq; freto delatus Achæasn
Hoſpitis atridæ(pudet heu miſeretq; potentis
Europæ)ſpoliat thalamos helenaq; ſuperbus
Nauigat.& captos ad pergama deuehit argos
Inde dato paſſim uarias rumore per urbes
Vndiq; inexciti ſibi quiſq; & ſponte coimus
Vltores quis enim genialia fœdera rumpi
Capta doli faciliq; trahi connubia raptu
Ceu pecus.armentumq;:aut uiles meſſis aceruos
Perferat̄ hæc etiam fortes iactura moueret.
Non tulit inſidias diuum imperioſus Agenor
Mugituſq; ſacros:& magno numine uectam
Q uæſiit Europam aſpernatuſq; tonantem eſt
Vt generum.Capram & ſcythico de littore prolē
Non tulit Aeetes.ferroq; & claſſe ſecutus
Semideos reges.& ituram in ſydera puppim

Semiuirum:qui nunquã niſi forma muliebri laudatus eſt:& arguit a maiori.ſi illi barbari dei & ſemideũ rapinam poni non uoluerũt. Nos:græci patiemur rapinã cuidam ſemiuiri. Incæſta:non caſta impudica. Quid:in poſtrema parte reſeruauit.ſecũdã iniuriam. Patris oris:aſcyro. Rediit.i.iuit compoſitũ ꝓ ſimplici:uel rediit quia ſuꝑradixerat:pono arma & reddo pelaſgis:nũc iterum ad depoſita prius arma rediit. Rubor:propter iram. Cõtentus: eum inflammaſſe. Cæli:qa nepos æaci filii Iouis. Ritus:mores conſuetudinẽ. Elementa:principia. Mox:deinde q̃rit ergo quæ didicerit infans & puer:& q̃ factus iã adoleſcens. Semina:ut ſupra canit ille libens immania laudũ ſemina. Sociis multumq;.i. nobis q ſumus ſocii & multum fauemus tibi & uirtuti tuæ. Et precium ſit. ꝙ nos quæſiuimus ſcyron:ut te inueniremus:& nos primum te armauimus. Intẽdiſſe:illigaſſe.intendũtq; locũ ſertis. in.iiii. Virgili. Quem:neminem. Temiſtocles interrogatus q̃ uocem libentius audiret reſpõdit de ſe bene ꝓfitentẽ. Modeſte:ne arrogãs uideretur & maritum inducit ut apud chyrontem bene inſtitutũ conſtet. Ambiguus:utrũ diceret. Coacto:q̃ ſponte profitenti:quia laus in ore ꝓprio ſordeſcit i neutramq; partẽ dicere debemus.ſi nos laudemus arrogantis erit.ſi uituperemus ſtulti.

Nos phriga ſemiuirum:portus & littora circum
Argolica incæſta uolitante puppe feremus?
Vſq; adeo: nuſq̃ arma: & equi fretaq; inuia grais?
Quid ſi nunc aliquis patriis rapturus ab oris
Deidamian eat.patriaq; a ſede reuellat
Attonitam.& magni clamantem nomen achillis
Illius ad capulum redit manus:& ſimul ingens
Impulit ora rubor.tacuit contentus Vlyxes
Excipit Oenides.quin o digniſſima cæli
Progenies.rituſq; tuos.elementa primæq;
Indolis.& ualida mox accedente iuuenta
Quæ ſolitus laudum tibi ſemina pandere chyron
Virtutiſq; aditus.quas membra augere per artes
Quas animum ſociis multumq; fauentibus ede
Sit precium longas penitus quæſiſſe per undas
Scyron:& his armis primum intendiſſe lacertos
Quem pigeat ſua facta loqui? tamẽ ille modeſte
Inchoat ambiguus paulum propiorq; coacto.
Dicor.& inteneris.& adhuc creſcentibus annis
Theſſalus ut rigido ſenior me monte recepit
Non ullas ex more dapes habuiſſe.nec ullis
Huberibus ſatiaſſe famem.ſed ſpiſſa leonum
Viſcera:ſemianimeſq; libens traxiſſe medullas
Hæc mihi prima ceres.hæc læti munera bacchi
Sic dabat ille pater.mox ille per auia ſecum
Luſtra gradu maiore trahens.uiſiſq; decebat
Arriderẽ feris.nec fracta ruentibus undis
Saxa.nec aduaſtæ trepidare ſilentia ſyluæ:
Iam tunc haſta manu . iam tunc ceruice pharetræ
Et ferri properatus amor durataq; multo
Sole geluq; cutis.tenero nec fluxa cubili
Membra.ſed ingenti ſaxum commune magiſtro
Vis mihi bis ſenos annorum torſerat orbes
Vita rudis uolucres cum iam præuertere ceruos
Et lapythas cogebat equo.præmiſſaq; curſu
Tæla ſequi.ſæpe ipſe gradu me præpete Chyron
Dum uelox ætas campis admiſſus agebat
Omnibus.exhauſtumq; uago per gramina paſſu
Laudabat gaudens.atq; in ſua colla leuabat.

Dicor:quia non recordor quãdo traditus ſum chyroni quia infans. Ex more cõſuetudine hominũ. Huberibus:ꝙ nutricem habuerit.Vnde nomen ſortiẽ α priuat. χιλοσ eſca & cibus humãus diciẽ:unde achilles dictus eſt.nam prius πυρισσοσ appellabatur pyriſſous. Spiſſa nõ fluentia:ut lac. Viſcera:carnes. Semianimes.i. nondum bene mortuorũ leonum. Traxiſſe: extraxiſſe quantũ ad medullas.quãtum ad uiſcera traxiſſe per uim dentibus intelligas tanq̃ dura uiſcera. Læti:ab effectu : adſit lætitiæ bacchus dator. Patechiron pp reuerentiã:unde Iuuenalis:q præceptorẽ ſãncti uoluere parẽtis eſſe loco:& Quitilianus:diſcipulos unum interĩ moneo:ut præceptores ſuos nõ minus q̃ ipſa ſtudia ament:& parẽtes eos nõ quidẽ corporum : ſed mentium eẽ credãt. Maiore gradu:ſic Vir.de aſcãio: ſequiturq; patrem nõ paſſibus æquis. Arridere:& nõ formidare. Saxa :ideſt ſtrepitũ fractorum ſaxorum ab undis. Silentia: ꝙ contrariũ eſt ſupradicti. Haſta: properata.ante tempus capta. Pharetræ.ſ. properatæ. Sole & gelu .i.calore & frigore. Nec fluxa.i.molia facta ſunt in plumis. Cõmune:erat.Vix mihi orbes annoꝝ.qa reuoluiẽ annus.unde diciẽ ab am circũ & eo & a græcis ενιαυτοσ dicitur ꝙ i ſe ipſum redeat uel annus dicitur απο του ανανεομαι renouor.ꝙ renoueẽ. Torſerat:hoc dicit ut ſiſtat i trãſlatione qa dixit orbes q̃ſi torq̃ndo reuoluẽdo dederat uel referas ad parcã nentẽ. Rudis:qa inter feras & mõtes uel nondũ iſtituta. Lapythas:populos theſſaliæ. Seq apherẽſis eſt.i.aſſequi.nã quiſq; ſeq poteſt. Admiſſus :celer uelox.nã admittere ẽ accelerаẽ.iterdũ equũ iſeſtus admiſit.Liui. & Oui.de hippolyto lacerato admiſſa crura equoꝝ dixit. Præpete:ueloci.tãq̃ eqno ꝑpes dẽ a ꝑ ãte & peto ꝙ ante petãt:ut ꝑpetes aues uel a ꝑ ãte & πετομαι uolo. Leuabat:tãq̃ baiularet eũ feſſũ donec uires recipet.

Diſcipuli Præceptor

Primo torpore.i.dum inciperet congelari non expectans ꝙ nimis duraret glacies. Vacuos:quia feras oẽs ego interfecerim q̃ aſperiores ſunt:ideo dicit:ſæuo murmure:ut leonum nã murmura paruorũ animalium reſtabant. Damas:feras ſimiles capreis ſilueſtribus utroq; genere inuenitur.Virgi.timidi uenient ad pocula damæ. Triſtes:perpetuũ epiteton. Sicubi:hoc dicit quia rare inueniunt in Theſſalia.maxime in india naſcunt:animal quadrupes uelociſſimum & crudeliſſimum eſt tygris. Subducta: exciſa. Iugis:a iugis montiũ ꝙ ex caſu alicuius partis montis ſpelunca facta eſſet. Spelunca:erat. Expectabat:

Sæpe etiam primo fluuii torpore iubebat
Ire ſuper.glaciemq; leui non frangere planta
Hoc puerile decus.quid nũc tibi prælia dicam
Syluarum:& uacuos ſæuo iam murmure ſaltus
Nunq̃ ille imbelles oſſea per auia lynces
Sectari:aut timidos paſſus me cuſpide damas
Sternere.ſed triſtes turbare cubilibus urſas.
Fulmineoſq; ſues.& ſicubi maxima tygris.
Aut ſubducta iugis fœtæ ſpelunca leenæ
Ipſe ſedens uaſto facta expectabat ab antro
Si ſparſus magno remeaſſem ſanguine.nec me
Ante niſi inſpectis admiſit ad oſcula tælis
Iamq; ad enſiferos uicina pube tumultus
Aptabar.nec me ulla feri mauortis imago
Præterit.didici quo Pæones arma rotatu
Quo megetæ ſua geſa citent.quo turbine cæſtũ
Sauromatas.falcemq; Getes.arcumq; Gelonus
Tenderet.& flexæ balearicus actor habenæ
Quo ſuſpenſa trahens libraret uulnera tortu
Incluſum quotiens diſtringeret aera gyro
Vix memorem cũctos.& ſi modo geſſimus actus
Nunc docet ingenti ſaltu me iungere foſſas
Nũc caput aerei ſcandentẽ pondere mõtis
Quo fugit per plana gradus.ſimulacra ꝓpugnæ
Excipere imẽſos curuato umbone molares
Ardentes intrare caſas.pediteſq; uolantes
Siſtere quadriiugas memini rapidiſſimus ibat
Imbribus aſſiduis paſtus.niuibuſq; ſolutis
Sperchios.uulſaſq; trabes.& ſaxa ferebat.
Quũ me ille imiſſum.qua ſæuior impetus undæ
Stare iubet contra.tumidoſq; repellere fluctus.
Quos uix ipſe gradu totiens obſtante tuliſſet
Stabam equidẽ:nec me referebat concitus amnis.
Et latæ caligo uiæ:ferus ille minari
Deſuper incumbens uerbiſq; urgere pudorem
Nec niſi iuſſus abi:ſic me ſublimis agebat
Gloria.nec duri tanto ſub teſte labores.
Nam procul Oebalios in nubila condere diſcos

ut ſupradiximus in aduentu thetidis ꝙ ipſum chyron ſpectabat Achillem rediturũ uenatu. Sparſus:aſperſus. Magno:uel leonis uel urſi. Telis inſpectis : nunquid ſanguinolenta eſſent : Xenophon inquit ideo exercitari in uenatione optimum eſſe qđ maximam ſimilitudinem uenatio cũ prælijs habeat. Pube:iam prope adoleſcentiã.

Aptabar:a chyrõe aptus fiebam. Mauortis epentheſis:uo interponit. Imago:actus ſimilitudo. Pæones:æ habet.populi thratiæ ſunt quos aliqui dicunt quos pannonios dicimus:ſed uerius illis cõtermini ſunt.

Magetæ:ſcythiæ populi. Geſſa: arma ꝓprie gallica ſicutpila romanorum & fariſſa macedonum. Contum dicimus omne lignũ habens ferrũ in cuſpide. Sauromatæ:populi ſcythiæ habentes paruos oculos & latas facies:qui tartari uulgo dicũt.unde dicti ſunt απο του σαυρα lacerta και ομα ομματοσ ꝙ lacertinos oculos habeant. Falcem:enſem recuruum. Getes:thraciæ populi.γετησ του γετου dicit quæ noĩa ita declinata in a & in es traducũtur.ut geta getæ:& getes getis.

Geloni

Gelõus:ſcythiæ populi geloni ſunt. Flexæ:reuolutæ. Baleares:inſulæ hiſpaniæ maiorica:& minorica in qbus uſus fundæ fuit .unde nomen cepit.βαλω enim iacio ſignificat. Suſpenſa : ante iactum. Libraret:in aere. Gyro:graphice deſcribit iactum fundæ. nam circunuoluũtur habene & cauſatur circulus.unde uidetur aer diuidi in gyrum. Modo:pauloante propter magnitudinem numeroſam actuum oſtendit. Iungere tranſire:nam ſicut pons dicitur iungere ripas ita iungere foſſas ſaltu non ẽ aliud q̃ tranſire ab una ripa ad aliã. Fugitur:ideſt uelociter currere nõ fugere quod eſt timidi.nam fuga etiam uelox curſus dicitur. Simulacra : imagines quas ponit infra. Molares:magna ſaxaq; ipſæ iaciebat in me clypleo ut exciperem.

Molares: dentes quoque maxilares dicimus interque molares difficili creſcente cibo. Siſtere:non ſolum aſſequi ſed firmare. Ipſe:chyron. Gradu totiens obſtante.i. gradibus.tot obſtãtibus qa quattuor pedes habet .i. uix ipſe chyron ſtetiſſet cõtra impetum cui me reſiſtere uolebat : quamuis quattuor habeat pedes ad reſiſtendum.

Caligo:caliginem appellat confuſionem trabium : & ſaxorum rotatorum a fluuio.

Latæ uiæ:ideſt fluminis lati. Minari: batur. Vrgere:bat.obiiciens ignauiam ſi cederet flumini. Abi.abii. Iuſſus:ab eo. Diſcos : diſcus uocabulum græcum ſignificat menſam rotundam. Oebalios:apud lacedæmones magnus uſus fuit. unde hiacynthus periit diſco ab apollinæ iacto.

Nudare palen.i.nudus exercere palē.pales lis dea paſtorum. Nunc te magna pales:i tertio georgicoꝝ. Pale:pales:pro paleſtra ponitur.η παληστης πάλησ dicit̄. Liquidā:qa in paleſtris ungebāt̄ nudati:unde ludi gymnici appellati ſunt.& gymnas ipſa paleſtra dicit̄ quod nudos haberet.γυμνοσ enī nudus a græculis dicitur.In arabia olea dotatur lachryma q̄ medicamētum conficitur a græcis enhemon dictū ſingulari effectu cōtrahendis uulnerum cicatricibus.Pli.xii.c.xviii. Cæſtus:a cædēdo.Ludus in quo ludētes manicas corii induebāt:& iuxta manū plumbeas pilas habebāt.quibus inuicem cedebātur uſq; ad necē. interdū & cæſtus.ſti. dicitur.hoc ceſtū ſine ae cingulū eſt Veneris.unde Home.κέστο γιμάνΔα appellat ιμασ ιμάνΔοσ cingulū ſignificat. Ludus:& requies.in his ludis alii maxime laborāt:ſed ego ut ludū & requiem hos exercebā. Sudor:non magis laborabam in his ludis q̄ pulſando citharam. Mirarer:cum cātarem res geſtas ipſorū. Quinetiā:ponit quomodo didicit medicinā a Chyrone qui fertur unus de inuentoribus medicinæ.quidā uolunt ideo nuncupatum centauꝝ quia medicinā ad hominem & ad equum pertinētem inuenerit:& nup īuētus ē liber q̄ Chyrō de medicina quoꝝ īſcribitur. Staret:efflués ſanguis ſiſteret. Somnos:ut papauer q̄do ægroti nō poſſunt dormire. Claudeat:ſanet. Lues morbus:quādo aliqua pars eſſet reſecāda ne p̄s ſincera trahatur.ut Ouidius. Quæ lues. Cæderet:daret locum.& quæ lues hærba ſanaretur. Monitus iuſtitiæ:nā Homerus Chyronē Δικεο τατον κενταουρον uocat .i.iuſtiſſimū centauroꝝ & dicto per q̄s artes Chyron auxiſſet membra:nūc ponit quomodo auxit animū:at Diomedem petiit ſupra. Quas mēbra augere per artes:quas animū peliacis gētibus.quæ in pelio mōte erāt:quas chyron regebat. Solitus:chyrō. Placare:q; diſentiētes cētauri ad eum ueniebant quos iuſtitia placabat. Elemēta:Principia. Iuuat:capio uoluptatē recordando q; in uirtute fuerim exercitatus: quaſi uelit dicere de aliis quæ poſtea in ſcyro egi nō iuuat meminiſſe:& tanq̄ eū pudeat relinquit dicens. Scit:reliqua mater quæ egi apud ſcyron qđ facit etiam auctor ne iterū cogatur narrare q; ſurpa dixit.

Pale

Cæſtus

Et liquidam nudare palen.& ſpargere cæſtus  
Ludus erat.requieſq; mihi.nec maior in iſtis  
Sudor apollineo q̄ fila ſonantia plectro  
Quū quaterē.priſcoſq; uirum mirarer honores  
Quin etiam ſuccos.atq; auxiliantia morbis  
Gramina quo nimius:ſtaret medicamine ſanguis  
Quid faciat ſomnos.quid hiātia uulnera claudat  
Quæ ferro cohibenda lues.quæ cæderet hærbis  
Edocuit:monituſq; ſacræ ſub pectore fixit  
Iuſtitiæ.qua Pelliacis dare iura uerenda  
Gentibus.atq; ſuos ſolitus placare bimembres  
Hactenus annorum comites elementa meorum  
Et memini.& meminiſſe iuuat.ſcit cætera mater  
Aura ſilet puppis currens ad littora uenit.

FINIS.

FINIS.

CDOMITII elucubratio ī quædā Proptii loca.quæ difficiliora uidebant̄ Ad Fran.Arago.Fer.R.ne.F.  
Ex primo libro Propertii:in primam elegiam cuius argumentum.

Vritur & nulla fias quum mitior arte.  
Vt ſe diſſoluat cynthia quærit opem.

Minalion:Athalantæ duæ fuerunt.altera filia Promethei & Celenuſæ:cuius fuerunt filii Lycus & chimerius.altera filia ſchinei amor meleagri:de qua extat fabula apud Ouidium.In hac multos habuit riuales minalion:utXenophon ſcribit in principio libri de uenatiōe.ab ileo uno ex iis uulneratus ſagitta dum per ſaltus uenantem puellam ſequit̄ ut conciliet.Ouidius de minalione.Senſit:& ilei contentum ſaucius arcum.Sed tamen hoc arcu notior alter erat.Eundē appellat pſileum Propertius.Nā græci promiſcue & pſileum & ileum dixerunt.Quod de patre Apollonii ſcribit̄:quem pſileum alii:alii ileū dixerunt.Expoſtulatio igit̄ ē Propertii Minalionem amaſſe atalantam immitem:ſed tamen ea potitum eſſe ſua iduſtria & labore:propoſita uia & arte a cupidine.Sibi item duram puellam amanti nullum iter monſtrari.Interpres Apollōii ubi ille ſcribit Δεξι τερη ΔεΔευεγχοσ ορρα αταλαντē πρo φρονᾱυτωμενη &c.ita ait αταλαντη ιασιοσ υγατηραν εγημε μιμάνιονε ιεράγαρεστιν ηαργεiασ σχινεωσ ηυεχημε ιπιτομενΔων. Iaſidos igit̄:uel argiue.nā ut Stra. refert argiui iaſii appellati ſūt:uel iaſi filiæ. Rami.i.arcus pſili.Sinæreſis eſt pro pſilei quod ſæpe inuenies apud hūc poetā & hoc ipo pede:& Virgi.& furias aiacis oili. Carminibus:Citalinis.Vbi Apollonius in quarto argonauticorum ita ſcribit ξανΛαι αιησ Λιμενακαυτον.i.ue nerunt ad ææae circes portū interpres ſcribit eandē Citalē tenuiſſe inſulā Oceani ubi cū inuenerit carmia ad deducēdā lunā.Citalis appellata ſit affertq; uerſū ex menādro Circes Citalidis inuētū ē Citalidi opor. Quē uerſū ſuſpicor eē ex ea fabula q̄ Menander cōplexus ē ambages mulieꝝ Theſſalaꝝ deducentiū lunā de cælo:ut refert.Pli.atq; ita expones. Citalinis.i.inuētis a Circe Citalide:potes legere:& Citeinis.nam Citea urbs eſt cholcoꝝ ut ſcribit Apollonius & eiuſdē meminit Flaccus:interpres ſcribit alterā Citeā eē ī Europa.Apollonius Medeā Citeidē appellat.Vnde carmina citheina dicūt̄ q; Medea iis uſa ſit. Citeinis.i.magicis q̄bus uſa ē Medea Citeis alibi nō hæc nocturna Citeis.Et callimachus de æeta p̄re medeæ ita ſcribit. ab æeta Citeo rurſus ad antiq̄ ſemidei Hermionē nauigauit ex quo uerſu accipit teſtimōiū Stra.ī primo.

Athalātæ  
Minaliō  
Ileus  
Pſileus  
Iaſii  
Citale  
Citalis  
Citea  
Citeis

In ſecundam elegiam. cuius argumentum.

Parce peregrino faciem componere luxu.
Namq; eſt natiuo grata decore magis.

Lyceus Leucip/pus Ilaira Phœbe Euenus Marpeſſa Euenina

Vita.ex callimachos quē precipuæ immitat̃ uerbū deductū ē.Ná & ille blādiēs græga uoce amicā ξωΗΝ appellat.Nō ſic leucippis ſuccēdit caſtora phœbe.perieres &Gorgōis filii fuerūt ut ſcribit Steſichorus tyndarus:aphareus Icarius Leucippis Apharrei & arnene filii lynceus & idas: Leucippi & philodoces phœbe & Ilaira filiæ.hæc apud lycophronē legimus:has duas rapuerūt caſtor & pollux.Lynceo & ida aduerſātibus:ut ſcribit Oui.i faſtis.hyginus hāc pugnā cōmiſſam dicit iter caſtorē & pollucē. lynceū & idā ad mœnia ſpartana quæ oppugnabant̃:& tūc caſtorē fuiſſe interfectū.Phœbo igit̃ amata ē a caſtore ilaira a polluce.Telaira deprauatū ē. Phœbe:leucippis filia leucippi. Nō ſic ornamētis externis:nō ide & cupido. Euenus:rex ætoloꝝ cū filiā Marpeſſam hēret.quā Home.i nono iliados eueninā quoq; appellat ab euēo pr̄e: eaq; a multis appeteret̃ i uxorē legē ꝓpoſuit ut is hēret q ſe curuli certamie ſuperaret.Erat.n.ut ait γαυβροκτονοσ quēadmodū œnomaus:capita eoꝝ q ſupabant̃ ualuis affigebat:ut reliquos deterreret idas: q apherei filius dicebat̃:ſed erat neptūni:ex certamie uictor euenū i deſperationē ægit:ut ſe i lycormā fluuiū præcipitauerit cui dedit nomē.ná poſtea dictus ē euenus:qđ ēt Stra.tradit Marpeſſāq; puellā ex phœbi tēplo rapuit quā Apollo dū eripere conat̃ idicit certamē:Iuppiter Mercuriū miſit ut cōtētiōē depoſita Marpeſſa utrū uellet ueꝝ ſeq̄ret̃.idā elegit uerita ne poſt florē iuuētæ a phœbo deſereret̃ hæc Porphirius Euſtathius uero nō nihil diſſētit. Nō ſic.i.nō ornamētis externis traxit ad cōtētionē de ſe phœbū & idā: ſed naturali pulchritudie. Patriis:littoribus i ripa eueni fluuii q nomē ſūpſit a pr̄e eueno. Hippodamia de ea dixīus i prima ſyluaꝝ. In tabulis Apelleis:& apellis īqt pictura laudat̃ nō q; artificiū i eius figuris appareat:ſed q̄dā ſimplicitas & natiua forma.& Pli.de eo ita ſcribit:nō magis arte q̄ ſimplicitate cōmendat̃.

In tertiam elegiam.Qualis Theſea argumentum.

Cynthia dormitat tarde ueniente poeta.
Tum queritur longas præteriiſſe moras.

Cocys Cocytia

Edonis feſſa choreis:in edono monte Cocys dea colebatur ritu prope bacchico ea ſacra Cocytia dicta ſunt quæ Aeſchilus ita deſcribit:hic manibus bombycam tornatam tenens digitis Tactilem modulos cōplet ſonum allectorem furoris ille æneis urceolis Tinnit paulo poſt.Modulus editur mugiunt ex occulto Tauriſoni:mimmi.grauis timpani ſonitus quaſi tonitrum ſubterraneum fertur. Vt inquit menas cocytia poſt laſſationem illā bacchicam quieſcit leniter accumbens ad apidanū fluuium ita dormitabat cynthia:quā cum uellet molliter quieuiſſe oſtēdere his exemplis uſus eſt:nimirum hæc eſt illa cocys quam Iuuenalis cocyto appellauit ceres eo nomine culta:nam & ceres coniuncta habuit ſacra cum baccho ut in commentariis Iuuenalis docuimus Syllabam uariauit quam aliter pronunciant Lucanus & Sylius.

In quartam argumentum.Quid mihi tam multas.

Intentare nouos iam deſine baſſe furores.
Nam uati e cunctis Cynthia ſola placet.

Antiopæ Amphiō Zetus Nycteus Epopeus Lycus Dyrcæ Pierides Hermiōe Helena

Tu licet Antiopæ formā: Antiopæ ut in.iiii.argonauticorū ſcribit Apollonius & eius interpres Nyctei filia fuit:quæ cū a Ioue cōpreſſa eſt mutato i ſatyri formā fugiens iram paternā Ad epopeum regē Sycionium ſe cōtulit ubi Amphionē & Zethum peperit:expoſuitq; in monte citherone:bubulcus repperit & educauit Nycteus præ dolore moriens amiſſi filia lycū fratrem rogauit ut Antiopen recuperaret.ille ducto exercitu Epopeū interfecit uictum.Captiuāq; duxit antiopen:quā Dyrcæ uxori cuſtodiendam commiſit:ea aufugit:& cū in Citherone adultos filios repeririſſet utrūq; ad iniuriam Dyrces apud quā in uinculis fuerat ulciſcendā īpulit:Amphion igit̃ & Zethus accerſito lyco pollicebant̃ ſe Antiopē fugitiuā redditeros ut ea ſpe deceptum ſupplicio afficerent. Mercurius a Ioue miſſus monuit ut lyci pœne abſtinerent:iuſſitq; lycū depoſitum regnum eis tradere.Dyrcæ cauda tauri ſylueſtris diſcerpta eſt fontiq; nomē dedit.Oui.ut tracta eſt coniunx imperioſa lyci.Homerus in euocatiōe maniū ſcribit Antiopen fuiſſe Aſopi filiā.Ouidius alterā Aſopi filiā:cū qua Iuppiter habuerit rem ſub ignis ſpecie.Fuit itē Antiopæ ut ſcribit Cicero:ex qua & Ioue natæ ſunt Pierides. Hermione: Menelai & Helenæ filia formoſiſſima.Helena apud Homerū Hermionenque meam. Duris ſamius in iterpretatione lycophronis ſcribit Hermionen Theſei & Helenæ filiā fuiſſe:Helenam autē quod unus Pauſanias ſcribit profugā poſt bellum troianum ex lacedæmone ubi erat inuiſa & ſuſceptam hoſpitio a polyxo Rhodia uxore olim Tlepolemi ſuſpenderunt Ancille ex arbore in ultionem Tlepolemi qui in bello troiāo perierat erecto templo qđ ἑλενησ δενδριτιλοσ dicebatur. Qualis ubiq; lapis.Tibulus.nam ueneror ſeu ſtipes habet deſertus in agro: ſeu uetus in triuio florida ſerta lapis. Inuide tu tandem.

Oſtendit quantos patieris galle labores
Si pergis dominæ ſubdere colla ſuæ

Non impune illa rogata uenit: quaſi dicat amantem mox torquet a quo conciliata fuerit. Non ego nunc.

Audeat Aegeas Tullo comes ire per undas.
Sed dominæ retinet imperioſus amor

Memnō

Domos Memnonias.Memnon tithoni filius in æthiopibus qui in ægypto ſunt ad abidon regiā habuit. alii contendunt in ſuſis fuiſſe.Annales regii tradunt auctore Diodoro Memnonis oſſa cremata fuiſſe:& relata in æthiopes:ut alii ſcribunt ad Tithonum in perſas. Cum tibi?

Pontice depones grandi cum carmine thebas.
Et flebis tenui captus amore lyra.

Magno fœnore. Nam quo ſerius uenit eo magis cruciat. Dicebam tibi.

Qui modo ſucceſos ridebat uatis amores
Ponticus in flamma eſt:& calet igne nouo.

Plus in amore ualet mimnermi uerſus Homero. Mimnermus lygiſtades dictus a ſuauitate carmis:nam λιγ ſignificat dulce. αδ cano. Colophonius fuit tibiaꝝ peritus:ut ſcribit Strabo & elegi carminis poeta opus cōpoſuit inſcripiū nanū:in quo andremonē pilium Colophonis patriæ cōditorem ꝓfitetur. Cecinit amores medeæ & Iaſonis. De hoc Horatius. Si mimnermus uti cenſet ſine amore iocisque nil eſt iocundū uiuas in amore iociſq;. Ait igitur Propertius. dulce & molle carmen : quale ſcripſit Mimnermus plus prodeſſe amanti q̄ ſublime:quale Homerus:ut oſtendat ponticum oportere omittere carmen Thebanum & canere elegum cū amet. Ecquid te mediis. Mimnermus Hygiſtades andrenō

Cynthia nunc ceſſat baiani ad littoris undas.
Hanc rogat æterno ſeruet amore fidem

Et modo theſproti. in epiro Acheron fluuius ē:ubi & theſproti ſunt Acheruſia palus:ut Pli. ſcribit. i baiano item littore ad miſenū ſtagnū Acheruſiā cū cynthia aliq̄do cogitauerit in illiriam & epirum poeta ex hiſtoria locorum mouet cynthiā Acheruſiam quā cernit admiſenum eſſe perſimilem:& eiuſdem nominis Acheruſiæ Theſprotorum & epiri. Tu quod ſæpe ſoles. Acheron Theſproti Acheruſia

Cui modo fluxa fides & fraus innexa puellis
Nunc tandem inſano Gallus amore perit

Nō ſic Aemonio ſalmonida :ait nec neptunnū cū Tiro filia ſalmonei:nec Herculem cū hebe concubuiſſe tāto amore. Adelidē in regione piſana ut ſcribit Euripides regnauit Salmōeus ex quo & alcidice nata ē Tiro formoſiſſima. q̄ capta ē amore Enipei fluuii labētis ex Salmone fonte:in alpheū pulchertimis uorticibus. ut ſcribit. Home. Neptunnus ſūpta forma enipei ad oſtiū optus ingenti unda puellā cōpreſſit: faſſus poſtea ſe deū:nati ide ſunt Pelias & neleus:eadē nupſit creteo ut Home. & Diodorus ſcribūt:pepitq; Amithaonē Aeſonē & phereten. Deus tenarius. i. neptūnus. nā ad tenaron laconicæ i littoris flexu ripa erecta ē. ut ſcribit Strabo cum æde neptūni & luco iuxta ſpeluncā qua Cerberus ad ſupos tractus dicit̄ ab Hercule. Hæmonio. i. Theſſalo. Sed diſſentit a Strabone Propertius:nā Enipeū amatū a puella ſcribit Strabo eſſe in piſana regione cū tamē alter ſit in Theſſalia. Sæpe ego multa. Tiro Salmoneus Enipeus Neptunnus Pelias Neleus Creteus Amithaon Aeſon

Lenta eſt accincto digreſſu Cynthia uatis
Hinc nullam queritur eſſe in amore fidem.

Alpheſibœa ſuos:Duæ Alpheſibœæ fuerūt. Altera filia Binātis & perus filiæ nerei. perus meminit Home. i euocatione maniū Alpheſibœæ filiæ. Theocritus i amaryllide iterpres Lycophronis alterā eſſe dixit Gūei uxorē:ſed hoc omiſſo ſeq̄mur hiſtoriā grauiorē pauſaniæ:q i ſeptio hiſtoriarū ſcri. Alcmæonē amphiarai filiū quærētē purgationē ob matrē iterfectā ex Argo attuliſſe illius mōile dediſſeq; id alpheſibœæ phegei filiæ. eundem profectū ad Acheloū amaſſe Callithoē eius filiā & duxiſſe uxorē a qua miſſus eſt ad phegeū Alpheſibœæ patrē ad monile repetendū:ſed illic a themeno & axiōe Alpheſibœæ fratribus iterfectus ē ſepultus in Acropoli Zacynthi. ubi cupreſſi ſunt quas uirgineas appellāt Alpheſibœa autē fratres in ultionē necati mariti:interfecit. Quæ fueram magnis. Alpheſibœa Pero Alcmæō Callithoe

Ianua tarpeis quondam cælebrata triumphis
Nunc queritur dominæ facta pudenda ſuæ.

Patiētior ſaxo ſicano. Saxū ſiculū in exemplū immobilis patiētiæ adducit̄ ob Sirenas q̄ q̄uis illic diu cecinerint non tamen mouerunt ꝓxima ſaxa. Et merito quoniam.

Mallet ſeruitium duræ toleraſſe puellæ.
Dum timet æquoreas in ſua fata minas.

Alciōas deſertas:de his diximus in cōmētariis ſyluarū. Caſſiope:hæc caſſiopa dicta mater Andromedæ in cælum relata eſt:ut Hyginus ſcribit teſtimōio Euripidis & ſophoclis. figuratur in ſolio cū ſtellis quattuordecim. ut arati interpres tradit apparetq; tota ferme nocte cū oritur Trāquillitatis prænuncia caſſiope præterea oppidum eſt corcirae. Hæc certe deſerta. Caſſiope

Spretus in umbroſis nunc ſolus cynthia ſyluis.
Voce tuā queritur liberiore fidem.
Nil dolet eternas mittant ſi fata ſub umbras
Sit modo defuncti cynthia uiua memor.

Phylacides Proteſilaus Iphicli filius Phylaci nepos a cuius nomine Phylacia urbs erat in Theſſalia ad ſuperos uxoris cauſa reuerſus eſt. Require quæ in ultimo ſyluarum de hoc ſcripſimus. Tu licet abiectus. Proteſilus Philacia

Spernit diuitias & regum dona beatus.
Dum placido ualeat ſemper amore frui.

Vina leſbia pro oībus externis accipit quæ in maiorē luxum fuerunt q̄ noſtra. leſbiū uinum eraſiſtratus medicus poſt thaſiū:& chiū ut in urbē inueheretur auctor fuit. cū docuiſſet id quoq; ualitudini eē accommodatū. Opere mētorio:auro & argento celando claruit mentor:unde pocula mētoria dicta habita magno ꝑcio. L. Craſſus duos ſcyphos hūit mentoris artificio ſculptos emptos cētum ſeſtertiis. quibus nunq̄ Leſbium uinum Mentor

Onychi/ uſus eſt:ne nimiũ luxuriari uideretur. Limen arabium.i.marmore arabico ornata ædes.id erat onychi
tes tes quẽ in montibus tantũ arabiæ naſci credidit antiquitas:tanti luxus ut quattuor columnæ ex eo ĩ thea
tro Cornelii balbi pro miraculo fuerint. Hoc pro continuo.

Galle tuos pueri cuſtos ſeruabis amores
Herculis exemplo ſit tibi raptus hylas.

Hylas Theocritũ in primis hoc loco imitaẽ & tranſfert de fabula hylæ. Thiodamãteo hylæ:Hercules eũ apud
Oeneũ ſocerũ eſſet in cõuiuio:Oeunomũ architelis filiũ Oenei affinẽ minus apte aquã manibus funden/
tẽ percuſſum pugno necauit:Inde ſe contulit ad Ceycẽ in trachiniã:ſed cũ per Dryopas iter faceret:una cũ
uxore deianira:& admodũ eſuriret:Thiodamãte in quẽ arantẽ inciderat cibi aliqd petiit:qđ cũ negaret al
Thioda/ terũ taurũ aratro ſolutũ mactauit Thiodamas ex urbe Dryopas duxit:pugnauitq; tanto Herculis pericu
mas lo:ut & uulneratus ſit leua mamilla & uxorẽ armauerit in ſubſidiũ.Interfecto aũt Thiodamante hyllã il
lius filiũ abduxit:hactenus ſcribit Apollodorus in eo libro qui inſcribiẽ byblιotheca. Apollonius & Theo
critus & alii quos ſequiẽ hyllam fuiſſe raptũ in bithynia cum aquatũ deſcendiſſet.de quo diximus in cõ/
mentariis ſyluarũ . Aſcanius lacus eſt bithyniæ:ad quem epictetus urbs euadit.otreã item oppidũ habet
Aſcanius ſupra ſe ab Aſcãio rege dictus de quo Homerus.Phorcys & Aſcanius phrigias duxere cateruas. Aſcanius
crudelis:lacus impius & nymphæ aſcanides crudeles in Herculẽ cui dilectũ puerum ademerunt. Mi/
Minyæ nyæ argonautæ dicti ſunt a minyarum familia:quæ olim Orcomenon in boetia tenuit poſtea ĩ Theſſa/
liã migrauit:ad iolcum unde argonautæ ſunt oriundi.Inter argonautas aũt erat Hercules :& ut ait Papi/
nius. Argoos frangebant brachia remos:crudelis ergo aſcanius dixerat minyis hoc eſt docuit ſatis argo
nautas.hoc quod ſequiẽ ſæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.Nã & nymphæ aſcanides non expe/
tatum hyllã rapuerunt . Littoris gigantei: ideſt in littore cãpano.ubi gigantes interfecti ſunt. Non mi
nor auſoniis: Pariter inquit oẽs nymphæ amant:nã & hæ raperent tuũ ut aſcanides hyllam. Pagaſæ ſũt
Iolcus emporium ferarũ urbis Theſſaliæ.iuxta eſt iolcus unde pelias Iaſonẽ.& argonautas emiſit: dictæ Pagaſæ
Pagaſæ uel a πηγνυμι qđ ẽ compingo:nã illic compacta fuit nauis argo uel a πηγη quod ſignificat fontẽ . nam
fontes multos hñt propinquos.hic erat argãti phegi . Mendoſa eſt dictio uel apud Strabonem uel apud
Arganto hũc:nã Strabo ſcripſit argãtoninũ montẽ eſſe qui pruſiadi ĩminet ubi raptus fuerit hylas:in cuius rei mo
ninus numẽtũ pruſienſes ſingulis annis uagi p mõtes hylã inclamant eũ quærentes.id fieri ad hylã lacũ ſcribit.
Solinus.Legas igitur ex ſentẽtia Strabonis.hic erat ſub uertice montis argãtonini. Domus grata:& hu/
Thynias mectans nymphis thyniaſis:ideſt bithynicis nã Thynias e regione bithyniæ ẽ:ſed barbari eã bithyniã uo/
Bithynia cãt:auctor Plinius. Domus humida:fons ſonitũ quẽ primus audiuit Hercules ut ſcribit Theochritus
Laono/ monitus etiã uoce ſocii:ut uero Apollonius tradit: Polyphemus audiuit primus qui laonomen Hercu/
me lis ſororem habebat uxorem. Liber eram.

Quæ modo deſeruit conſtanti pectore caſtra.
Nunc repetit miles magne cupido tuus.

Sais Mercurio ſais:Mendoſi codices modo ſanctis modo ſatis ſcripti ſunt nos ſais legendũ putamus.nam ſais
lingua ægyptia palladem ſignificat:ut ſcribit lycophronis interpres:& hoſtiũ nili ſaiticũ eſt appellatum q
Boebeis pallas illic coleretur:ut ex Strabonis uerbis facile diſcere potes.Boebeis lacus eſt Theſſaliæ:ubi pallas cum
Mercurio concubuiſſe dicitur.quod uerecunde ſignificans Heſiodus ita ait.Per multis coram plantam ſi
bi uirgo ſeueratum boebeidos undis tinxit.huius rei meminit Strabo. Primo tunc primum:Nam ſem
per ante fuerat uirgo. Qui nullum.

Vix uno potuit liber requieſcere menſe.
Artibus hunc reuocas Cynthia docta tuis.

Antiquæ corinnæ. de tribus corinnis diximus in ultimo libro ſyluarum. Turpia perpeſſus.Diodorus
ut mihi quidẽ uidetur:& aliã hiſtoriam ſecutus eſt q̃ Homerus ac Theocritus:& alienam a Propertio.ſcri
bit enim Herculem heuryti equos abegiſſe cum filiam noluiſſet dare uxorem:& iphiclũ ueniſſe thiryn/
tem ad equos repetendos Herculemq; iuſſiſſe ut turrim conſcenderet inde circumſpiceret agrum an uſq̃
apparerent equi: mox eum præcipitaſſe:hæc Diodorus.Homerus in euocatione manium chlorim am/
Neſtor phianis filiam Neleo nupſiſſe ſcribit:unde nati ſint Neſtor Chromius Periclimenes & Pero.Neleus au/
tem ut ait pronunciauit nemini filiam uxorem ſe daturum niſi ei qui boues iphycli & phylaca urbe theſ
Melãpus ſaliæ ad ſe duceret. Solus Melampus amythaonis filius ſcientia diuinandi clarus id promiſit.Is ab iphy/
Pero clo depræhenſus in uincula coniectus eſt:ſed poſt annum ſolutus egit:ut pero ſibi data bianti fratri nube
ret.nam illius fuiſſe uxorem ſcribit Theocritus ſurripuiſſe:qui uolebat ſurripere depræhenſus. Quem
non lucra magis.Nam ditiſſimus erat duabus partibus regni argiui donatus ab anaxagora Megapenti fi
lio cum argiuas mulieres bacchi ira inſanientes furore liberaſſet.Nam medicus fuit.Vnde & melampo/
dium hærba dicta eſt. Non ita.

Ingemit heu nulla uiuaſq; Cynthia lege.
Indulgẽs multis luxurioſa procis.

Lais Laidos ephireæ.nõ quod lais corinthũ patriam habuerit ſed q ibi proſtitit:Lais aſycaris ſiciliæ urbe inſu
la capta ab athenienſibus duce Nicia.Corinthũ captiua deducta eſt ibiq; diuendita meretrices omnes for
ma ſupauit:habuit tumulũ leena inſculpta arietẽ primoribus pedibus ſuſtinẽte in coitus meretrici ſimu
lacrum :amauit Hippoſtratum quem in theſſaliam eſt ſecuta ubi alter ei tumulus erectus eſt: Auctor
Phyrnæ Pauſanias. Phyrne:Theſpiẽſis fuit ex agro thebano ſtatuam cupidinis eximia forma a praxitele extorſit

nouo commento de quo ſcripſimus in cōmentariis ſyluarū:in iudicium uocata non tam oratione hyperidis abſoluta eſt:quā forma corporis.quod nudauit:eadem ditiſſima cupidinē theſpienſibus dedit multiſque ſignis ornauit agrum thebanum. Strabo eādem fuiſſe glycerium putat. deletas itaque thebas ſignorum magnificentia & opibus potuit componere & ad priſtinum nomen reuocare. Glyceriū

Gauiſa eſt certe.

Quæ modo iungebat genialis fœdera lecti.

Lex ſilet:incepto uiuere amore licet.

Sublatam legem. Auguſtus legem de maritandis ordinibus reuocauit:quam præ tumultu recuſantium ferre non potuit niſi adēpta demū & lenita parte pœnarū:ut ſcribit Tranquillus:& ut tradit Liuius eo tēpore orationē Metelli. qua olim ille cohortatus fuerat quirites ad connubia in ſenatu recitauit. Cū igitur legis mentio orta eēt.qua Propertius quoq̧ ut alii uxorem ducere cogebatur:& Auguſtus ceſſaſſet ob tumultum recuſantiū gratulans ſibi & amicæ ſe in amore permanſurū pollicetur. Deuictæ gētes.nō ꝑpterea ꝙ deuicit multas gentes Cæſar poſſit quoq̧ amori imperare. Vnde mihi idem argumentum. Vnde inquit mihi datum eſt procreare filios ut in patriam ducant triumphos: hac enim de cauſa legem tulerat Auguſtus ut militum numerus augeretur. At qui iquit Propertius nullus de noſtro ſanguine miles erit: ad hibernos boriſthenidas boriſthenes. Scytharū fluuius:ut ſcribit Herodotus in euxinium erūpit in cōperto fonte ut in nilo accidit. Eripitur nobis. Boriſthenes

Heu miſer acceleras extrema in fata properti.

Alterius quoniam facta puella tua eſt.

Quid non antigones tumulo. Antigone contēpto edicto:ne quis polynicem mortuū ſepeliret eum:quoniam frater erat:humauit.depræhenſa iuſſu Creōtis regis iugulatur ex lege ad tumulū Polynicis. Hemō qui eam impatienter amabat perfoſſo pectore gladio ibidem ſibi mortem conſciuit. Eum ſecuta eſt mater eurydice doloris impatiens. Tragœdia extat ſophoclis quæ antigone inſcribitur hoc argumēto.& euripidis:ſed illic deprehenſa in adulterio cū Hemone datur ei in uxorem & parit Hemonem filium: Oui. Nec tibi ſi quid amas fœlicius hemone cedat:hemonis itaq̧ exemplo hortatur ſe ad necem propertius. Antigōe Hemon

Non tot achemeniis.

Admonet inſanus quum ſit moriturus amando

Quæ tibi ſit tumuli cynthia cura ſui.

Achemeniis. achemenii perſæ dicti ſunt. Perſarū aūt bella ſagittis p̄cipue gerebant. unde ſagittæ achemeniæ dicuntur. Achemenidarū p̄terea erat tribus in perſis.unde qui erant oriundi habebantur nobiliſſimi. Propterea ita ſcribit Herodotus Artacē præfectum foſſæ faciendæ audiit mortuū eē magna apd' ſe auctoritate uirum.& genere achemenidē. Spicula dicuntur cuſpides ferræ ſagittarū. Plini. Calamis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia. Ilua ſeu ethalia inſula littoris tuſci ferri præſtantia & copia nobilis ē. Vnde Propertius appellat ſpicula etruſca.i.cuſpides ex ferro etruſco. Nō ita dardanio. Nec ſi electra necato Agamemnone dolis aegiſti cū Oreſtes eius filius ad necem q̄reretur electra ſoror beneficio Strophii phocenſis eū ſeruauit. allata enim urna flens ſimulabat illic eſſe oſſa Oreſtis extīcti cū tamen alibi lateret. Illuſtra eſt initiū duarū tragœdiarū Sophoclis & Euripidis initio hinc ſumpto quod electra urnā inſert i ſcænam.& luget. Polus tragœdiarū hiſtrio hæc repreſentaturus cū dolore filii paulo ante amiſſi angeretur:allatis oſſibus in urna ex illius tumulo falſam actionē uero dolore impleuit exēplo memorabili. Saluum cū uenit Mycenas.& ultus ē iniuriā paternā. Electra poſtea nupſit Piladi Strophii filio duoſq̧ genuit Strophiū & Medōtē:ut Hellanicus ſcribit. De Eriphile & glauce ſiue Creuſa q̄re q̄ ſcripſimus in commentariis ſyluarum. Prætor ab illyricis. Achemenii Ilua Ethalia Oreſtes Electra Pilades Strophius Medon

Diuitias damnat peregrino ex orbe petitas.

Ob quas riualem cynthia auara fouet.

Deceptus quoniam fleuit & ipſe deus. Carmen eſt in duodecim apud Homerum ubi ardentes amores ſuos narrat Iuppiter & in primis uxorem Ixionis a ſe uehementer amatam. Interpres Gonei eam filiam fuiſſe ſcribit:quæ cum a Ioue eſſet corrupta nupſerit Ixioni cum tamen numini promiſiſſet ſe nupturā nemini. Diodorus eam fuiſſe filiam Aſionei ſcribit & matrem Pirithoi. Aſſiduæ multis. pirithouſ

Nonne pudet iuuenem contemnere Cynthia uatem.

Cum tibi iam faciem ruga ſenilis aret.

Nunc etiam infectos demens imitare britannos. Obiicit ꝙ glaſto hærba faciat cæruleos crines & caniciē diſſimulet. Glaſtum hærba ut ſcribit Plinius ſimilis plantagini qua britanni utuntur: ut cæruleum ducant colorem. Vnde britanni cærulei dicti Cæſar in commentariis. Omnes uero ſe britanni ultro Glaſto inficiunt. quo cæruleum efficiant colorem atque hoc horridiores ſunt in pugna aſpectu. Glaſtum

Scis herem.

Me licet & thamyre. thamyras ab Homero. Thamyris dicitur filius Philamonis. unde dictus Philamonides & argiones:ut ſcribit Pauſanias Mater pregnans ſpreta a Philamone fugit ad odryſas populos thraciæ. unde Thamyras odryſius dictus eſt:quoniam illic ſit natus. priuatus oculis a muſis quas ad certamē citharæ prouocauerat. Citharam in baluram fluuium abiecit. Vnde & ipſe baluras dictus. Diodorus priuatum fuiſſe cithara ait quod & Homerus quodam in loco indicat. Irato numine dulces amiſit citharæ cantus. Licet etiam ſi amitterem oculos ut Thamyris. Thamyras Philamō Balura

Vnica nata meo.

Multa licet miſerum uexent incommoda amantem
Viuet ad extremos cynthia amata rogos.
Gorgões Vultu Gorgonis.i.ore meduſæ.Ita enim noſtri acceperunt Gorgonem pro Meduſa.ſed hano pœnoꝝ
dux tradidit ſe in gorgones inſulas penetraſſe ubi ſunt fœminæ hirtis corporibus ex his duaꝝ cutes mira
culi gratia in templo Iunonis affixæ ſunt Romæ ſpectatæq; uſq; ad carthaginem captam. At amor terit
nullo ſublimæ dominæ.quis inquit ferrũ cõteratur rubigine amor meus in cynthiã nullo eius ſublimĩe
Sublimẽ ideſt elimatiõe & iniuriis conſumi poteſt.Noue autem dixit ſublimẽ pro elimatione uerbo deducto a li/
ma inſtrumẽto fabrili.permanſit in trãſlatione.nam ante dixerat.Teritur rubigĩe mucro ferreus.Quod
ſi diuiſa dictione legas ſub limine nullus erit ſenſus. Septima rota.ſeptimã fuiſſe luſtrationẽ metæ oſten
dit Ouidius & Tranquillus in Domitiano.qui ſcribit imperatorem redegiſſe aurigas a ſeptenis ſpatiis ad
quina.quo facilius centum miſſus uno die peragerentur. Amictu ſandicis.Plinius ſandicem ait eſſe co
lorem ex Sandraca & rubrica quãquã inquit animaduerto Virgiliũ hærbã ita exiſtimaſſe illo uerſu.Spõ
Sandix te ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos. Dux erat ignota miſſa columba mari.De hoc lege cõmẽtarios no/
Amymo ſtros in ibyn ubi de nauplio.de glauco de Cyaneis ſcopulis de Elle monumenta reperies. Amymone:
ne puella argiua Neptũnum in amorem allexit & cum aquam urna geſtaret.iuxta lernam paludem Neptũ
nus amoris impatiens diſiecto uaſe eam compreſſit.ſed in monumẽtum impetrati amplexus effecit: ut
Naupliuſ fons ex aqua effuſa oriretur.inde natus eſt Nauplius palamedis pater a quo nauplia ut nonnulli putarũt.
Palame/ Corinthiorũ nauale nomen accepit.Sed Strabo a fabula omnino diſſentiens Naupliam dictam ait quod
des naues illuc πλεουσ ideſt nauigant. negatq; fieri poſſe: ut Amymone fuerit Nauplii mater cum tempo/
Nauplia ra non conueniant Amymonẽ fontem iuxta lernam eſſe aſſentitur.Teſtis eſt quam incendantur amore
Neptunnus. Palus lernæ iuxta quam eſt compreſſa Amymone. At uos incertam.
Vndique circunſtant incertis fata periclis.
Sed quæ ab amore uenit.mors tibi certa uenit.
Aſtrorũ Inuenta phœnicum.Immo Atlas libyæ filius ut Plinius ſcribit primus rationẽ aſtrorũ inuenit:ut alii ſcri
ratio bunt ægyptii:ut nõnulli conſentiunt phœnices & aſſirii & Hyginus ita ſcribit:Thales qui primũ ſyderũ
Thales rationem inuenit phœnix fuit.unde & urſa minor phœnice eſt appellata.de ſirio lege quæ ĩ ſyluis ſcripſi/
mus. Magico rumbo:Ait ſe exploraſſe omnes artes omnia quæ ei portendere mortem. Rombus pi/
ſcis:Rombus item inſtrumentum magicũ cuius meminit Theocritus & apud nos.Martialis ad meum
erat a moribus præcipue dicatum.agebaturq; in uertiginem & tria fila retorquebat:Lucanus magicã uer
tiginem appellat. Vobiſcũ eſt Iope.hæc fabula latinis ignota eſt:quãuis nonnulli falſo forſan cõiectare au
Iope deant de Andromede eſſe intelligendũ quæ in Iope portu expoſita fuit monſtro quod perabſurdum ẽ:in
terpres certe Lycophronis hæc tantũ ſcribit Iopen puellam Iuppiter amauit. Quæcunq; erat ĩ numero:ĩ
numero dicitur eſſe qui eſt alicuius precii.& Quintilianus ait eos ſcriptores redactos fuiſſe in ordinẽ.hoc
eſt ĩ numero aliorum. qui in precio habenť. Quæris cur ueniam porticus phœbi.
Non de Liuia porticu:nec de Pompeia:nec de Octauia intelligas ſed de ea quam erexit Auguſtus in parte
palatii iuxta biblyotecam & tẽplũ Apollinis.cuius operis meminit Tranquillus in Auguſto. Aperta.i.
publicata. Marmoreus.At quam Plini.ſcribit ſtatuam Phœbi eo in loco fuiſſe Aeneam miranda arte &
magnitudine octo:de Mirone alibi diximus gallos deiectos:Templũ Delphis erat in monte parnaſo ĩ ru
pe undiq; pendenti opulentiſſimũ donis:quorũ cupiditate Brenus galloꝝ dux cum ſexaginta milibus pe
Delphici ditum in aſiam trãſgreſſus delphis bellũ intulit:delphici quattuor milibus hominũ ope diuina galloꝝ ĩ/
Galli petum ſuſtinuerũt. nã ſuſcepta eſt opinio iuuenem mortali ſtaturã auguſtiorẽ & duas uirgines armatas
Dianã & Mineruam eo in bello affuiſſe tempeſtate præterea & terræmotu galli repreſſi ſunt:demũ Bre/
nus uulnerum dolorẽ nõ ferens manũ in ſe uertit:hæc hiſtoria erat ĩ aula tẽpli palatini perſcripta a trogo
Telego/ & pauſania. Dubias ſortes:præneſtinas de quibus diximus in ſyluis. Telegoni aeæi.i.filii cyrces aeæ &
nus Vlyxis Sylius:Cicero tuſcula.dorſo mœnia laerta;quondã regnata nepoti:aeæa regio iuxta phaſim patria
Aeæea circes:unde aeæea dicta. Marone ſopito:quæ ſomnũ excitant qualẽ Virgilius ĩ agris habet impetratis ab
Auguſto:quod Melibœus carmine buccolico ei narrat:ſæpe leui ſomnũ ſuadebit inire ſuſurro: hoc Pro/
Oenone pertius carmini inſeruit cũ paulo ante opus uirgilianũ legiſſet. Quãuis ida parim.Oneonen intelligit q̃
nympha fluuii fuit & nais.hanc Paris ante raptum Helenæ amauit:& habuit uxorem:quod Demetrius
ſcribit:Is enim affirmat in finibus agrilienſis ad cebrintam fuiſſe tumulũ Paridis & Oenones illius uxo/
ris prius q̃ raperet Helenam.Ait igitur Propertius Oneonẽ quãuis accubuerit cum Paride nihilominus
fuiſſe in precio ĩter alias nymphas. Naica dona.i.dona q̃ tibi dabãtur ab Oenone naide. Iſmario mero.i.
Maroneũ thracio quod Pli.Maroneũ appellat.Maroneo inquit antiq̃ſſima claritas eſt in thraciæ parte maritima ge
Maron nito:Illac cũ nauigaret Vlyxes a Marone euanthei filio ſacerdote Apollinis cũ alia dona accepit tũ utres ui
no maroneo plenos:quorũ unũ poſtea ſecũ detulit in antrũ Polyphemi & illum ſopiuit ꝓpinatis aliquot
ex eo calicibus;nam ita ille eſt captus ſuauitate uini ut dicat apud Homerum apud nos uinum quidẽ na/
ſcitur:ſed tuũ iſtud Vlyxes ambroſiæ & nectaris eſt riuulus: ꝓinde iteꝝ mihi ꝓpina uicies tãtũ addito aq̃
Home/ miſcebať ut Home.cecinit & repetitũ ẽ a Pli. Aut qd critei:ẽ ne de Homero ĩtelligendũ q Meonis filius
rus fuit & criteis.Nã quod ſequiť de bello thebano ad Homeꝝ cõmodiſſime referť:Ille.n.ut Herodotus tra
Criteus dit.ſcripſit etiã expeditionẽ Amphiarai ad thebas qđ tichio cerdoni recitauit:an critei nomen eſt alterius
Philetas poetæ. Quid ꝓſunt:ante plus ĩ amoř ualet mimnermi uerſus Homero philetas cous poeta elegiaꝝ ſcri
ptor & criticus antiquoꝝ ſcriptoꝝ. Ariõ adraſti.lege de arione equo quæ dictauimus in primã ſyluam.

Vocalis.cælebratus uel ad Arionem citharœdũ alludit. Coturno æſchileo:ideſt tragica magnitudine. Nam Aeſchilus inter tragigos ſublimis & grandiloquus fuit uſq; ad uitium ut ſcribit Fabius. Antimacho:antimachi tres fuerunt:primus Colophonius Hipparchi filius grãmaticus & poeta quẽ qdã ſcripſerunt Panaſidis poetæ ſeruum fuiſſe ſed fuit tantũ eius auditor & Steſimbroti.ſecundus ægyptius ex heliopoli urbe qui de ſitu orbis ſcripſit:qui primus ſtatuit ne quis ꝓpria appellatiõe i comœdia nominaret: ut unus ex his temporibus platonis floruit. Requieſcat:deſiſtat a cantilena dũ cũ thyrſide certaret.i.quis iure uincatur a thyrſide.tamen poeta ut ſe iactaret puero declarat ſe uictorẽ. Anſer:poeta procax fuit.& laſciuo carmine nobilis Ouidius:Cinna quoq; iis comes eſt:cinnaq; procacior anſer. Cum ergo illud fit i prouerbio quod anſer ſtrepit inter olores:alludens Propertius ad nomẽ anſeris ait olorẽ in carmine docto ceſſiſſe anſeri. Varro:lege q̃ de uarrone ſcripſimus in genethliacon lucani in ſyluis:Caluus in poeta exili carmine & tenui quintiliã amicam defleuit.Ouidius.par fuit exigui ſimiliſq; licẽtia calui.Detexit uariis q ſua furta modis. Gallus:Cornelius:gallus poeta foroiulieſis ex infima cõditione ad præfecturam uſq; Aegypti euectus eſt ab Auguſto:ab eodẽ interdictus domo & prouinciis compulſus ẽ ad necẽ ut ait Trãquillus:ideſt ſe interfecit ut interpretatur Euſebius.Iratus eſt.n.imperator ut Trãquillus ſcribit ob illius ingratum & maliuolum animum ut uero ſentire uidetur Ouidius ob illius in ſe maledicentiã. Non fuit opprobrio cælebraſſe lycorida gallo.Sed linguã nimio nõ tenuiſſe mero.imitatus eſt euphorionẽ colore & genere ſcribẽdi.ut ait Probus. lycoridẽ amicã habuit ut cecinit ẽt Virgi. Modo tẽporibus meis paulo ante.multa uulnera quæ ſibi intulit.q.d. nõne gallus q paulo ante ſe interfecit cælebrauit lycoridẽ?

Aeſchilus / Antimachi / Panaſis / Anſer poeta / Cinna poeta / Caluus poeta / Gallus / Lycoris

Mollia pegaſides:pegaſides muſæ dictæ ſunt πηγη q; ſignificat fontẽ:Nã hippocrenen & alios pnaſi fõtes ſacros habẽt & ab Ouidio oenone pegaſis dicitur:non q; muſa eſſet:ſed quoniã nympha & nais.ut ipſa quoq; ait.Aedita de magno flumine nympha fui:& pegaſus equus dictus q; iuxta fontes oceãi:ut ait Heſiodus natus ſit: ipſe & chryſaor exciſo capite meduſæ:Plinius in ethiopia tradit naſci equos alatos & armatos cornibus:quos pegaſos appellãt. Aratus uero ſcribit eum Neptũni & Meduſæ gorgonis filium fuiſſe.Euſebius hũc equũ cuiuſdam mulieris fuiſſe tradit:palephatus:ut idem eſt auctor: tradit eũ fuiſſe perſei equum. Troia capta bis numine œtei dei:bis numine Herculis troia capta eſt:nam & ipſe ſex nauibus eam cœpit:ut eſt apud Homerum:& Diodorus refert:quod in ſyluis ſcripſimus & eo relato in cælum ſagittas quas reliquerat Philoctete ſine quibus capi non poſſe reſponſum fuerat. Brachati militis: Brachas ueſtes eſſe ut in Iuuenalem diximus docet Diodorus intonſas & coloris uarii. Pindi perhebi: ideſt theſſali:nam theſſalia perhebia quoque dicta eſt.ut ſcribit Strabo. Rota ſtraminea rhombi:de rhõbo inſtrumento magico antea diximus. Aut chio thalamo. puto legẽdum aut thio thalamo. nam thia quæ ab aliis trogete dicitur inter arbores odoratas ab Homero numeratur.Nam in quinto odiſſeæ in delitiis Calypſus uri tradit cedrum Laricem & Thiam.Theophraſtus magnum huic arbori honorem tribuit referens contignationes ueterũ templorum ex ea:ex radice:qua nihil criſpius eſt opera fiebant uaria & multa:& menſæ:in quibus tamẽ nulla uetuſtior memoratur ciceroniana. Terebintho:terebĩthus ex ſyria eſt arbor:ex his maſcula ſine fructu fœminarum duo genera:alteri fructus rubet lentis magnitudine:alteri pallidus materia & admodum lenta:& fidelis ad uetuſtatem:propterea coniunxit Propertius terebinthum cũ thia & ipſa qua odorata eſt & diu durat.In macedonia breuis eſt & fruticoſa:tamẽ inde epitheton ſortita eſt & apud Virgiliũ & apud hunc ut Orithia dicatur ab oritho urbe macedoniæ. Baridos & contis noſtra liburna ſequi:Inuidioſe in cleopatram uerbo quoq; ægyptio uſus eſt.nã baris lingua ægyptia cymbam ſignificat q̃ grecæ [gap] dicitur.auctor Diodorus. Lampetiæ.Hæc oĩa ſcripta ſũt ab Homero toto Odiſſeæ argumento in cuius duodecimo in fine Vlyxis ſocii ædunt boues ſolis qui a Lampetia illius filia cuſtodiebantur. Renouaſſe arcus ueteres.nã domum reuerſus una cum Telemacho ſumptis ſagittis in procos impetum fecit.Notum eſt carmen ex fine Odiſſeæ Homeri. Quæque terunt faſtus icariote tuos. Ego puto legendum icarioti:ut ſit caſus uocandi ad Penelopen icarioti filiam:& tua inquit pudicitia Penelope: o mulier pudica opibus expugnatur.icarus ſiue icariotus & Tyndarus fratres ex patria eiecti ab ipoca ad theſtium pleunoriorum dominum ſe receperunt Tyndarus acceptam uxorem Thæſtii filia Leda:domũ eſt reuerſus: icarus ſiue icariotus ex Polycaſta Lygei filia Penelopen procreauit. & Alizeum atque Leucadium: & Ouidius telam Penelopes icariotidem appellat. Teſtis erit dire tam uero crimine ſæua.Puto legendum teſtis eris dirce tam uero crimine ſæua:ideſt ſi ſæuieris nunc in ycinnam reddes teſtimonium rei fabuloſæ & tua uera ſeuitia fabuloſum crimen confirmabis quod de Dyrce in antiopen fertur:ut Dyrce ſit caſus dandi funera ſanabunt. Vt tua uina malum.puto legendum funera ſanabunt uel tua uina malum.Nam ait huncardorem amoris & ſollicitudinem ſola mors leniet uel tuũ uinum bacche. Pentheos funera grata in triplices greges:nam mater & duæ ſorores ut eſt apud Ouidiũ quæ in ſacris bacchi tanq̃ duces erant pentheum deſcripſerunt. Hic ubi mortalis dextra:de Hercule intelligit:deo thebano qui in campania fuit:ut in ſyluis ſcripſimus.ſed puto legendum mortali dextra:nam Cymbala pulſata a mortalibus applaudebant herculi deo. Nirea non facies nireum formoſiſſimũ fuiſſe ſcribit Homerus & Horatius & Diodorus.is fuit in bello troiano. Theſeæ brachia longa uiæ: muros longos intelligit qui μακάρτειχη Grecæ dicebantur.Ii ex urbe in pyreum uſque excurrebant hiſtoria ẽ apud Thucydidem diligentiſſime perſcripta. At ſi quo origo. uerſus mendoſus eſt & ita legendus: ut ego quidem ſentio ſi qua ue Gigei uiſenda eſt ora Caiſtri: nam Giges lacus eſt & Hermi Caiſtrique campi contigui ſunt camporum omnium optime: prope eſt lacus Gigeus ab Homero dictus:

Pegaſides / Pegaſus chryſaor / Brachæ / Perhebia / Thia / Trogete / Terebinthus / Orithus / Baris / Lãpetia / Icarus / Icariotus / Penelope / Tyndarus / Nireus / Giges

ſed poſtea colous:ubi colenæ Dianæ tēplum:quo in loco diebus ſolēnibus ſimias ſaltare dixerunt:caiſtꝝ
Diræ ergo gigeum uocat quod eiuſdem ſunt regionis & ante dixit gigeo tincta puella lacu. Diræ:quædam ſa
Callimachus cra ad deuouendum erant:de quibus lege Plutarchū in craſſo. Romani Callimachi.ſe romanum calli/
machum appellat:nam callimachum poetam Græcum uerſibus latinis explicat. Me orat archite ſobo/
Orops les:quærit fidem diſciplinæ ſuæ mathematicæ a maioribus.nā Architas & Orops hac claruerūt: & conō
de quo locutum Virgiliū docet probus.Samius fuit:ut idē eſt auctor eiuſdem meminit Higinus.perſua/
ſit enim Ptolemæo ſtellam eē crinem berenices relatū in cælum.Ait itaq; Propertius cū ab iis ducat ge/
nus ſe non mentiri in mathematicis nec falli. Nil prius fide.i.ueritate. Victor oilide:inſultat Aiaci oili:q
ob uiolatā Caſſandram naufragiū fecit:ſed inſequenti uerſu ubi eſt. Quem uetat:lege.Quā uetat. nam
rapta fuit Caſſandra ex tēplo Mineruæ. Pertica triſtis:uel de centūuirali haſta intelligit:uel bona ſua:qđ
placet:fuerint ſubhaſtata. Et bene confixū merito diſcuſſerit uncū.Nil erit hoc noſtro te ꝑmit auſa ſuo.
totum carmē mendoſum eſt:neq; ullo ſenſu:niſi ita emēdes. Vt bene confixum mēto diſcuſſeris uncū.
Nil erit hæc roſtro te premet anſa ſuo.etiā inqt ſi uncū infixū gutturi abieceris ab amore.ſ. nil proficies.
nec eris propterea liber. Nā hæc anſa.hoc eſt hic alter uncus puellæ.nā anſa habet ſpēm unci. Premet:
Hedera & retinebit te ſuo roſtro.i.ſua curuitate & ſummitate illa:q̄ roſtꝝ uidet. Mi folia ex hedera porrige bac
che tua.Ob raritatem inquit Plinius Alexander coronato hedera exercitu exēplo liberi patris ex india ui/
ctor rediit:cuius dei adornabant tyrſos galeaſq; acuta thraciæ populi in ſacris ſolēnibus.Sed cum multa
ſint genera hederæ ea tantū coronabant poetæ:cuius ſēmen crocatū eſt foliis minus nigris: ea certe: quā
Similax ſimilacē uocant:infauſta eſt omnibus ſacris & coronis.nā uirgo eius noīs amore iuuenis croci in hūc fru
Eurypilus ticem mutata eſt. Eurypiliq; placet contextura mineruæ.Eurypilus Thelephi filius interfectus a Neo/
ptolemo in bello troiano:ut ſcribit Homerus.Ipſe neoptolomus telo traiecit acuto.Magnanimum he/
roa eurypilum quem Thelephus olim ꝓgenuit:cū inſulam tenuit maris carpathii. Homerus. Qui niſi
Cos con habent celſam.& paulopoſt.Eurypiliq; urbē con æquoreaſq; calydnas.Intelligit igit de ueſte coa:de
qua ante dictum ē. Dum uernat ſanguis:dum rugis integer annis Vtere:ne quid eras liber ab ore dies.
puto ita eſſe emendandum.Dum rugis integer.annis utere.nec quis eat liber amore dies.

Domitii ad Franciſcū Aragoniū Epilogus.& προσ φωνησισ de obſeruationibus.

SCio me multa præteriſſe:quæ fortaſſe explicationē deſiderabūt:id cū occupationibus: tū
certo conſilio egi ne uiderer minima q̄q; conſectari:omnēq; aliis præripere facultatē do/
ctrinæ:cuius noie gloriantur plurimū: illuſtrādæ & oſtendēdæ:ſi uoluerint nōnulla quæ
apud hunc poetam ſunt:diligentius aperire.Sed illud Franciſce præterire nō poſſum: qđ
nuper cū iam commētarios in Sapho Ouidii cōpoſuiſſem mihi accidit.nā opuſculo abſo/
luto:quod in multorū auditorū manibus erat:ecce tibi neſcio quis libellū affert grandibus caracteribus
formatū eiuſdem argumenti & induſtriæ:in qua nos eramus uerſati:fateor me anteq̄ legerē conſilii pœ
nituiſſe q̄ noſtrum ædidiſſem.cupiebam enim integrum eē:uel ſupprimere:ſi hic melius aliqd attulliſſet:
uel emendare:ſi quid a nobis erratum huius lectione admonitus depræhenderem.ſed ita hic ægit:ut ma
lim noſtrum una ab hominibus legi & cōferri: q̄ omnino nihil ſcripſiſſe uel non ædidiſſe:quod tibi iam
Sapho miſimus.multa ſunt diſſimilia.ille de hiſtoria Saphus latinum hominem ſequitur:nos ex græcis aucto/
ribus accipimus.at inquies.nōne & tu latine eadem ſcripſiſti?ſcripſi quidem.quid enī græcis oportuit:
Cercyla ſed ueram illic nactus hiſtoriam : affirmaui Sapho filiam peperiſſe Cercyle nomine Cleida.is uero non fi
Cleis liam:ſed filium ait ſecutus mendoſam latinorum librarioꝝ ſcripturā ide ambigit:an ubi certe filia uiuit
ait: de filia Saphus intelligat:an de Charaxi.de quo dubiū ei nūq̄ fuiſſet:ſi græcum:ut dixi:ſcriptorem ſe/
cutus eſſet.Quæ præterea obſcura uidebantur loca.per hæc nullo illato lumine ipſe euadit mira celeri/
tate ſuſpenſis gradibus:ne uſq̄ offendat.Nam ubi ait. Nec mihi pierides ſubeunt dryadeſue puellæ. Nec
me theſpiadum cætera turba iuuat.Ipſe tantum negat legi poſſe naiades ſyllaba repugnāte:quaſi uero nō
illud potius in quæſtione eſſet.cur dryades inter muſas nominet:& quid ſit quod dicat.cætera turba the/
ſpiadū.Idem illic ait. Neſeides matres ſicilideſq; nurus.& illic. Nec uos errorem tellure remittite noſtꝝ.
alibi præterea ſæpe idem.quod equidem non tam exiſtimo eum ignoraſſe:q̄ perſuaſum habuiſſe nemi/
nem hæc reqſituꝝ:diuerſa præterea ſentit.atq; nos multis in locis. Nam ubi. Et uariis albæ iungunt ſæ
pe colūbæ.de pauonibus qui uariæ aues ſunt:& colūbis intelligi docuimus.ipſe totum de columbis tra/
dit:ubi interrogantes legimus. Non agitur uento noſtra carina ſuo:ipſe affirmat.parum conuenienti:ut
mihi quidem uidetur ſenſu.& ubi. Si niſi quæ facie poterit te digna uideri Nulla futura tua ē.nos ita do
cuimus.Si nullā es amaturus:niſi quæ dignitate formæ tuæ conueniet:nullam amabis:quaſi dicat nulla
tam formoſa eſt q̄ tu.ipſe ita accipit.Si nullam amabis.nulla enim formoſa eſt:ſed nolo ſingula enumera
re.Hæc certe cum legiſſem non pœnituit commētariolos noſtros iam in manibus hominum eſſe. nihil
.n.fuit qđ in noſtrum opus trāſferre uellē:aut totū:aut nulla oīno ex parte. itaq; facile patiar utrunq; legi:
Aſinus ad lyram cū ꝑferri nō æmulatiōe ulla ſcripſerī:qd.n.ille aſinus ad lyrā nr̄am:ſed iā emiſſū opus nec potuerim domi
cōuenire:nec uellē ēt:ſi integrū eēt.de cōmentariis nulla mihi poſthac erit cura.magnope iā.n.edidimus ī
Martialē ī Iuue.ī ibyn Ouidii:in ſyluas Papinii ī ſapho Ouidii:& ī hæc Proptii loca:qbus ſi addidero com
Domitii opera mentationes in epiſtolas ad Atticū:in Suetoniū Trāqllū:& ī Syliū italicū:q̄ oīa iā collegimus & cōpoſui/
mus:ultimāq; tātū expectāt manū:cōſilio meo ſatiſfecero & uolūtati aīcoꝝ. Interea acriore ſtudio & ma
iore ocio duo perficimus & expolimus opera:quoꝝ alteꝝ ē a græco in latinū conuerſum principis cuiuſ/
dam nomine qui id a me poſtulauit opus uarietate doctrinæ iucundiſſimum futurum & tam utile q̄

magnum:alterum eſt latinis litteris elucubratum quod obſeruationes īſcripſimus:tribus uoluminibus: quorum primum continet tercētum locorum ex Plinio explicationem:ſecundum quicquid obſeruaui mus paꝝ ab aliis traditum apud poetas omnes:tertio quæ collegimus & obſeruauimus apud Ciceronē Fabium.Liuium & ſcriptores omnes reliquos:hæc cuius generis ſint facile intelliges ſi pauca quædam tibi ſubiecero ex iis quæ nuper in tertio uolumine elaborabamus:ſi tibi probabũtur idq̃ intellexero:ſta/tim edemus.pluris facientes cōmunem litterarum dignitatem q̄ nonnullorum beniuolētiam qui ea po/tiſſimum de cauſa nos odiſſe & inſectari uidētur:q̄ litterarum ſtudia amamus & amplectimur. Vale.

Ex tertio libro obſeruationum Domitii.

Video a præpoſitionem:quom in multas uariaſq̃ ſignificationes pateat:elegāter uſurpari a .M. Tullio Cicerone:uel quom inter partes diſſidētes alterutri abdictos at propugnatores ſignificare uult:uel quom in ſeruis munus operamq̃ deſcernit:ſuperioris uſus unum exemplū ſatis erit.in Bruto ipſæ hæc. Nec ue/ro.M.Cælium prætereundum arbitror quæcūq̃ eius in exitu:uel forma:uel mens fuit:qui quandiu au/ctoritati meæ āparuit:talis tribunus Plæb.fuit:ut nemo cōtra ciuium perditorum popularem turbulen/tamq̃ dementiam a Senatu:& a bonorum cauſa ſteterit conſtātius:ubi quod a Senatu ait:& a cauſa bono/rum:perinde eſt ac ſi dixiſſet:pro partibus Senatus:& bonorum.In alterā ſignificationē ad Atticum ſcri/bens:nec ullā aliam ob cauſam pollucem ſeruum a pedibus meis Romam miſi:nam quom ex ſeruis aliis uterentur ad iter tantum:eos mittentes quo libebat:aliis ad litteras accipiendas ac deſcribendas quas: uel dictabāt uel componebāt:illos a pedibus.hos a manu appellabāt.Cice.tamen in hac ſignificatione ad ali/quando dixit in tertio de oratore:itaq̃ idem Gracchus:quod potes audire carule ex Licinio Cliente tuo litterato hominē:quem ſeruum ſibi ille habuit ad manum cum eburneola ſolitus ē habere fiſtula. Iidē q̃ a pedibus erant ſerui:pedes a Martiale:dicuntur illic retro flexus ad pedum turbam alibi lagenam ad pe/des replet a pedibus eoſdem dixit.Omnia quom retro pueris obſonia tradas Cur non mēſa tibi ponitur a pedibus.Quo diſtico Martialis amicum apud quem cœnabat amare ſubſannat:nā cum ille haberet cō/uiuas:obſonia omnia & epulas pueris & ſeruis aſtantibus:porrigebat:iis blandiens. Martialis cōquerēs. Si in animo inquit tibi eſt tradere obſonia pueris & a pedibus cur eos nō accipis mēſa potius q̄ nos:quaſi diceret.hi tecum cœnāt: non cōuiuæ. quo loco obſeruandū eſt a pedibus:per omnes caſus eadē termina/tione deduci.Recte enim interrogaueris quid agunt a pedibus:nam illud neceſſario itelligitur.Serui a pe/dibus:miſi a pedibus:dedi a pedibus meis:cur menſa non ponitur tibi.i.a te a pedibus pro caſu dandi eſt: ideſt pueris & ſeruis.nam in ſuperiore uerſu:cū pueris dixit intelligendum ē a pedibus.Cicero p̄terea ter/tia actione in Verrem eoſdem appellat circūpedes.ubi maleoli filium pupillū a Verre patriis fortūis euer/ſum conqueritur his uerbis:ut Romam rediit:nullam litteram pupillo. nullam matri eius.nullam tuto/ribus reddidit:ſeruos artifices pupilli cū haberet domi.Circūpedes autē homines formoſos & litteratos ſuos eſſe dicebat.Verres inquit Cice.cū maleoli familiam diriperet:ſibiq̃ per fraudem uendicaret illius ſeruos aut formoſos aut litteratos dicebat ſuos eē circūpedes:maleoli fuiſſe negabat.Hi ſeorſum aſtabāt dominis diſcūbentibus. Tranquillus ī Callicula.Quoſdam ſummis honoribus functos adeſſe dū ſibi oc/currere togatos per aliquot paſſuum milia.& cœnati modo ad pluteum:modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt.Idem in Auguſto.Talbo a manu:q̄ pro epiſtola prodita denarios quingentos accepiſſet: crura effregit.ſed miror quare idem tantum ſibi aſſumpſerit:ut cū uel a manu uel a pedibus duabus di/ctionibus dicamus nomine:ſed & præpoſitione.ipſe quaſi ex integra dictione nomē deriuauerit.nā ama/nuenſem ſcripſit pro ſeruo a manu.in Nerone.Certum dominis ſeruorū numerum idixit.nec niſi ex to/ta cuiuſq̃ familia probatiſſimos:nec diſpenſatoribus aut amanuenſibus exceptis recepit eadem ratione ī Domitiāo.Epaphroditū a libellis capitali pœna cōdēnauit.is ē qui libelloꝝ:q̄ a ſupplicibus dabant: curā gerebat. Omitto.a.aliquando poſt ſignificare & uarie accipi.notiſſima.n.ſunt:& occurrunt frequenter.

[Margin: A; A pedibus; A manu; Circum pedes; Amanuēſis; A]

Cicero ad Atticum ſcribens:Varroniſq̃ accuſans ignauiam biēnium inquit præteriit:cum ille καλλιπιδης aſſiduo curſu cubitū nullum præceſſerit.ubi prouerbium græcū uſurpauit in hominē ſegnem & tarde agentem:de quo ita ſcribit in Tiberio Tranquillus. ut uulgo iam per iocum Callipides uocaretur: quem curſitare:ac ne cubiti quidem menſuram progredi prouerbio græco notatum eſt.Idem quom At/tico ſignificaret:quid de perſonis introductis ī libris de repu.ſtatueret ſcribit quid monuerit & ſuaſerit Sa/luſtius his uerbis:ea ipſa ponā quæ in omnibus codicibus extant.Hi libri quom in tuſculano mihi lege/rentur audiente Saluſtio admonitus ſum ab illo:multo maiore auctoritate illis de rebus dici poſſe ſi ipſe loquerer.de repu.præſertim quom eſſem nō Heraclides pōticus:ſed cōſulans:& is qui in maxis uerſatus reipu.rebus eſſem:quæ tan antiq̃s hoībus attribuerē.ea uiſu mirifica eē.His ultimis uerbis mendā ineſſe certo affirmaueri:Nā ſi Salu.ſuadebat ut Cice.ex pſona ſua de repu.diſputaret potius q̄ ex ſermone Afri/cani aliorūq̃ q multo ante diē obierat:eum rationē afferre oportuit:cur illoꝝ pſonæ minus idoneæ eēnt aut minore auctoritate ī his libris de repu.diſputarēt. At q ſi ita legimus: ut ꝓpoſui q̄ tā antiq̃s hoībus attribuerē ea uiſu mirifica eē:rō erit ꝓbātis potius q̄ diſſuadentis.Nā ſi mirifica erāt: & habebāt laudē ex perſonaꝝ antiq̄tate nō recte monuit id mutandū eē.& ad Cicerōis pſonā traſferēdū.Quare ut ſibiipſi Sa/luſtius cōſentiat uir prudētiſſimus ac doctiſſimus:Ita leges.Quæ tā antiq̃s hoībus attribuerē: ea uiſum iri ficta eſſe.Fabuloſum inq̄t uidebiť qđ iſti diſputant de repu.quom tam antiqui ſint. Quod ſi inſpexe/ris:q̄ lubrica fuerit uia in mendam ab iis uerbis:quæ Ciceronem ſcripſiſſe arbitramur in ea quæ peruer/ſa ſunt:nobis magis atq̃ magis aſſentieris.Iacobus certe Cardinalis papienſis non minoris doctrinæ q̄ au/ctoritatis princeps:hanc Ciceroni:ſcriptionem agnoſcit:eiq̃ omnino arridet & applaudit.

[Margin: Callipides]

Cicero tertia actione in Verrem.Itaque renunciat Rabonius illam deciſionem tutoribus:accurrunt tamen ad tempus tutores.digitum tollit Iunius patruus:iſti color immutatus eſt uultus:oratio mens deniqꝫ excidit. Vbi quod ait digitum tollit:morem deſignat antiquum is erat:ut qui ſe uel conductorem uel emptorem ex publica uenditione:aut locatione ſignificaret:digitum tolleret:quod Iunius fecit:ne pupillus fratris filius ædem Caſtoris ſartam tectam conduceret:a quo Verres columnas ad perpendiculum

Digitum tollit

exigere ſtatuerat ut ita eum ſpoliaret bonis paternis.Digitum igitur tollit:ideſt ſe conductorem ſignificat:plura de hoc ſcripſimus i eum uerſum Martialis:Nam mea iam digitum ſuſtulit hoſpitibus: & quid ſit manceps:ex ſententia etiam Feſti.

Rhium

Strabo in octauo ita ſcribit.Eſt autem Rhium in achiuorum ſolum protenſum longius promontorium in falcis figuram interius curuatum. Vnde & drepanum ideſt falcem appellat:nimirũ ut ego quidem ſuſpicor ad hoc facete alluſit Martialis:quom derideret curuitatem crurum ĩ phœbo. Ea enim ita curuata in rhio commode ait lauari poſſe.nam & rhium æque curuatum erat: ut illi crura phœbi quadrarent.Sales inde quoqꝫ aſperſit.quod phœbi crura dixit lunæ cornibus ſimilia.Quare ſi hoc deſiderari uidebitur:ad ea quæ in commentariis ſcripſimus:habes unde accipias.

Pilea
Vmbella

Pilea apud ad antiquos fiebant generibus:ſuiſqꝫ erant nominibus diſtincta.Vmbellã enim appellabãt: galericulum cauſeam.quod apud Martialem & Valerium maximum legas Petaſum:de quo & apđ Suetonium diximus in Auguſto & in noſtrarum obſeruationum ſecundo annotauimus diligentiſſime.Pilea autem aliquando fiebant ex lacernis attritis.ut illud diſticon Martialis apertius intelligas q̃ in commẽtariis dictauimus.Vbi pileum mittitur in apophoretis ſi poſſem totas cuperem miſiſſe lacernas. Nunc tãtum capiti munera mitto tuo.Cuperem inquit lacernas integras miſiſſe ſi eſſem diues:nunc uero cũ pauper ſim:miſi lacernæ tantum partem. Munus capiti tuo.i.pileum quod ex parte lacernæ conſtat. Papini.

Pilea

in locis ſtaturnaliciis.Vſqueadeo ne defuerunt cæſis pilea ſuta de lacernis:ubi explicat argutiſſime pileũ fieri ſolitum ex lacernis inciſis:quod diſtico Martialis quoqꝫ innuit.

Repetamus præterea particulam cõmentariorum noſtrorum in Iuuenalem:ubi carmen exit illud in mulierem curantem cutem & expolientem faciem in gratiã adulteri. Interea fœda aſpectu: ridendaque

Popeanũ

multo pane tumet facies:& pinguia popeanea ſpirat. Popeanum non unguentũ eſt:nec enĩ bene olet: nec iis rebus conficitur:quibus unguenta:ſed medicamentũ ad faciem erugandam:& expoliendam cutem: quod ex lacte aſinæ pane madido conficiebatur.Popeanum appellatum:quod Popea uxor Neronis principis id primo inſtituit.Plini.xxviii.naturalis hiſt.Cutem in facie erugari & tenereſcere: & candorem cuſtodori lacte aſinino putant.Notumqꝫ eſt quaſdam quottidie octingentas cuſtodito numero fouere.Popeaqꝫ hoc uxor Neronis inſtituit:balnearũ quoqꝫ ſic ſolio temperato aſinorũ gregibus ob hoc eam commitantibus.Hæc Pli.& idem in.xi.de lacte. Craſſiſſimum aſinæ & coaguli uice utant̃ conferre aliquid:

Popea

& candori in mulierum cute exiſtimatur.Popea certe Domitii Neronis coniunx:quingentas per oĩa ſecũ fœtas trahens balneaꝝ etiam ſolio totũ corpus illo lacte macerabat:extendi quoqꝫ cutem credens. unde illud de Othone a Trãquillo ſcriptũ. ꝙ pane madido faciẽ linire cõſueuerit:madidũ lacte aſinæ ĩtelligo. ita & mulier apud Iuuena.Quãdiu domi eſt:totam faciẽ linit medicamentis:& operit:ut tenera & candida cutis fiat.atqꝫ ita a marito amplexu & oſculis interea fouetur: cũ uero ad mœcchum ꝓficiſcitur:deponit linteola & medicamenta:exeritqꝫ curatam faciem.inde Iuuena.Ad mœcchum lota ueniunt cute.i. elotis e uultu medicamentis.Hæc ſcripſi:ſi qui fortaſſe Iuuenalis carmen paꝝ intelligentes de Popeano ambigãt:quod ego:ut arbitror primus fortaſſe elucubraui:ut ſexcenta alia:q̃ ĩ cõmẽtatiõibus noſtris regres.

Radere

Radere non tantũ eſt ſuccidere pilos:ſed etiam ſummam cutem detrahere.Iuuenalis.poſt hunc radentur tubera.Si uer tunc erit:Carmen præterea legis duodecim tabulaꝝ his uerbis ſcriptum eſt. Mulieres genas ne radunto:neue leſſum funeris ergo habento:leſſum quid eẽt:Sex.Helius.&.L.Acilius ueteres interpretes non ſatis ſe intelligere dixerũt:ſed ſuſpicari ueſtimenti aliquod genus funebris.L. Leſſum dixit quaſi lugubrem eiulationem.cui Cicero aſtipulatur in ſecũdo legũ:Vbi hanc legem recitat. Inde Pli.

Male
Pudor

xi.naturalis hiſtoriæ ita ſcribit infra oculos.Male homini tantũ:quas priſci genas uocabant.xii. tabularũ interdicto radi a fœminis eas uetantes pudoris hæc ſedes ibi maxĩe oſtenditur rubor infra eas hilaritates riſumqꝫ indicantes buccæ:& altior homini tantũ quẽ noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere naſus:Quibus uerbis aperte Plinius indicat ſe.xii.tabulaꝝ legem uel apud Ciceronem uel alibi legiſſe.rationemque affert:cur ita ſancitum ſit:ne fœminis genas in funere alio ue dolore radere ideſt dilacerare liceat: quoniã ſcilicet in iis poſita uideatur pudoris ſedes.ibiqꝫ potiſſimũ rubor appareat. De naſo quod addit. Nos ex

Naſuti

iis uerbis in.xii.cõmentariorũ in Martialẽ ita ſcripſimus.Naſuti dicuntur qui grauiore cenſura ſubſanãt aliena:& Horatius ut plæriqꝫ ſolent naſo ſuſpendis adunco ignotos hoc eſt derides.In ſecundo præterea huius operis quom de obſeruationibus ex poetis diſſererem: Satis hinc explicaui quare dicatur primus condidiſſe a Plinio Lucilius ſtili naſum.

Caudacus
Catax

Caudacus:ut Varro ſcribit ſuauẽ ſignificat:uel ut a magiſtris ſe accepiſſe fatet̃ mãſuetũ:Catax uero:ut tradit Feſtus:Claudũ Appius certe Claudius Appii cæci frater q̃ cõſul fuit ãno ab urbe cõdita.cccclxxxx. primuſqꝫ freto claſſe traiecto pœnos ſicilia expulit:ut ẽt Trãquil.ſcri.ĩ Tiberio.Caudax cognominatus ẽ.

Receptæ in uſum noſtꝝ fuerũt nõnullæ græcoꝝ dictiões & in latinaꝝ ſeriẽ deductæ nõ elegãtiæ magis cauſa:aut feſtiuitatis:quã Pitholeo Rhodius ac Lucilius ĩ eo ſecuti ſunt:quã neceſſitatis. qđ latina eadem nõ eẽt:Atqꝫ adeo unã ex iis:ut de aliis ſileã:nuꝑ obſeruaui apđ Trangl.in Nerone:Nam ita ſcribit & prodiit neapoli primũ ac ne cõcuſſo quidẽ repẽte motu terræ theatro ante cantare deſtitit:q̃ inchoatũ ab/

ſolueret nomon.Vbi nomon dictionē græcam uſurpat quom pro ea latinā non haberet eiuſdē ſignificationis.nomos.n.apud græcos legem ſignificat:nomos item ī carmine & cantilena ſignificat qualitatē & moderationē uocis qua uel remiſſiore uel acutiore utimur.Eandēq; cantilenam duobus tribus ue noīs modulantur muſici.& quom uno totā peregerint altero inchoant diuerſo.inde frequēter legimus apud græcos.nomos muſicos.& de corinna ita memoriæ proditū ē καὶ ἐγράψε νομουσ λυρικουσ.i.& ſcripſit nomos lyricos.nero itaq; muſicæ ſtudioſus quom in theatro neapoli cataret.adeo ea gloria feruebat.ut ne terræ quidē motu deterreri potuerit:qn inchoatū iā nomon abſolueret:& ad finē ꝑduceret cantilenam:eo nemo:quo cantare cœperat.Quod uerbū quom parū notum eſſet latiniſq; ſcriptoribus nō ſatis uſurpatū:in oībus Tranquilli codicibus lubrica menda eſt deprauatū:nā ubi nomon ſcribi oportuit nomen ita ſuppoſitū eſt nullo omnino aut certe alieno ſenſu:ꝙ inchoatū abſolueret nomē:Nos uero & hāc:& alias dictiones multas alienas deprehendimus ac mendoſas apud hunc ſcriptorem:ut in commentariis in eum compoſitis plane oſtendimus. Nomos

Harpaſtum quid ſit longa commentatione græcis auctoribus explicauimus in epiſtolam quarti libri ſyluarum:multaq; de eo docuimus:ꝙ adhuc ut opinor īcognita fuerūt:ea ſi quis uolet legere: illic requiret.

Quid:Nonne in Fabii Quintiliani codicibus librarioꝝ error propagatus eſt compluribus locis:quædam certe apud hunc ſcriptorem nō ſatis explicata obſeruauimus:ut illud:quom de diuerſa nominū cōpoſitione moneret.Componunt inquit aut ex noſtro & peregrino ut biclinīū.Contra.ut epitogiū.& anticato.Vnde ſatis diſcimus dictiones ita cōponi:ut priorem partem aliquando occupent noſtra:poſteriorem peregrina:ueluti in biclinio.in quo nomine bis noſtrū eſt.clinium græcū.Vnde bicliniū deductum eſt.aliquando uero priora ſunt peregrina ut in epitogio:& anticatone.Nam Epitogiū genus ueſtis quod togæ ſuperinduebať ex ἐπὶ præpoſitione græca & toga formatū ē:ut anticato Cæſaris in Catone ex ἀντὶ præpoſitione item græca.& Cato.Mendoſe uero in plæriſq; codicibus ſcriptum reperies.opitergium ꝓ epitogium quod oppidi nomen quidem eſt.& inde opitergini montes appellati.Sed talem non habēt cōpoſitionem qualem hoc loco prœcipit Fabius.immo nullam.epitogium ſane legendum affirmauerim.quod & compoſitionis ratio ſuadet.& nuper legi in uetuſtiſſimo ac certiſſimæ fidei Quintiliani libro. Biclinius Epitogiū Anticato

Incidi nuper in quaſdam laurentii cōmentatiunculas.quas in Fabium com poſuit.in quibus cum alia deſideraui tum teſtiū quos citat aliquando fidē.Atq; adeo ut unū ſubiiciamus:ut Fabius de uerbis peregrinis ita ſcribit.nā maſtrugam.quod ſardū eſt illudēs.Cicero ex induſtria dixit.Laurentius locū indicās ubi id Cicero dixerit.hæc addit Cicero pro ſcauro.quem purpura regalis nō commouit eum Sardorum maſtruca mutauit.Equidem ſcauri cauſam actā fuiſſe apud Cice.legi apud Valeriū maximū & Pedianū.Orationē uero a Cicerōe pro illo habitā:Vnde ſe hæc accipere Laurētius profiteť.legi nuſꝗ neq; extare arbitror.uereorq; ne grāmaticū aliquē ignobilē ſecutus hæc uerba recitauerat potius ꝗ legerit uſq apud Ciceronē.Atq; ut dicā qđ ſentio:Quintilianus uerba Ciceronis mihi indicare uidetur.quæ ſunt in oratiōe de prouinciis conſularibus hæc.Quod eſt primū diſſimile.Res in ſardinia cum maſtrucatis latrunculis a prætore una cohorte auxiliaria geſta.& bellum cum maximis ſyrie gentibus.Tyrānis conſultari imperio exercituq; confectum.Maſtruca autem quid ſit in ſecundo diſputauimus. Laur.ī Fabium Maſtruga Maſtruca

Idem Vndecimo inſtitutionū ita ſcribit.Artem aūt memoriæ primus oſtendiſſe dicit Simonides: de paulo poſt Simonidē poetā fuiſſe.neq; oīo huius rei meminit uſꝗ poeta.Idē Cice.quē Fabius ſecutus eſt.Plinius uero In ſeptimo natu.hiſto.nō poetā ſed medicū eum ſcribit.Verba illius hæc ſunt de memoria.Ars poſtremo eius rei facta & inuenta eſt a Simōide medico.Conſumata a Metrodoro ſceptino.Mirādū profecto eſt.cur Plinius a Cice.diſſentiat aliterq; ſcribat ꝗ Fabius:Sed mēdoſa eſt dictio apud Plini.ut ego quidē arbitror.& heri obſeruaui quom de Simonide nōnulla apud græcū ſcriptorē legerē.nā cū ſex eiuſdem noīs græci fuiſſe tradant.ſiugulorūq; res pſequantur & genus.de hoc ita affirmāt.Simonides Leopræpis filius Lyricus ex iulide oppido Ceæ inſulæ poſt Steſicori ætatē cognominatus Melicertes:ut alii codices habēt melicus a ſuauitate carminis.nam μέλι ſignificat mel.unde melicus deduciť.artem memoriæ repperit.inde apđ Pli.ſcribēdū cōtenderim.Ars poſtremo eius rei facta & inuenta ē a Simonide melico.nō aūt medico quō poetā fuiſſe & græci & latini ſcribāt.ac Simōides Melicus ſit cognominatus. Simonides Melicus

Di boni quam pertinax mēda occupauit oēs Fabii codices.librarioꝝ & interpretū culpa.q quom non perciperēt uetuſtatis morē neq; uſꝗ eū obſeruaſſent multos ī errorē induxerūt.Verba hæc repies ī prīo inſtitutionū de grāmatice.ubi Fabius de iis noībus diſſerit:ꝗ cū externa & peregina ſint ī romanū uſum recepta fuerūt.Plurima inqt gallice ualuerūt: ut Rheda ac petoritū:quoꝝ altero Cicero tamē:altero Horatius utiť.& Mappā Cicero quoq; uſitatū nomē pœni ſibi uēdicauit.de Rheda & petorito quid Fabius ſcribat pſpicuū e.Sed qđ addit & Mappā Cice.quoq; uſitatū nomē pœni ſibi uēdicauit.Tā hianti cōpoſitione hæc uerba ſtructa ſunt ut facile declarēt aliqd ipedire quo minus cohereant ſuo loco.Sed extorqueamus quē poſſumus ſenſum qđ Cice.ſibi uēdicauerit hoc uerbū Mappā qđ nomē ē uſitatū pœnoꝝ dicant obſecro īterpretes ubi Cice.dixit unꝗ Mappā ſuū eē uerbū.atq; id ſibi uēdicauit.ꝗſi Horatius Iuuenalis aliiq; poetæ idē nō uſurpauerit.ita interpretanť.Sed ne diutius īueto noſtro gloriemur:accipite uerā Fabii ſcriptionē.& antiquū morē diſcite.De quo in cōmētariis Iuuena.& Martia.diſputauimus.in ludis circenſibus Mappa a ꝑtore demitti ſolebat aurigæ uictori ueteri inſtituto.Trāquillus ī Nerone.poſitoq; in hortis inter ſeruitia & ſordidam plæbē rudimēto uniuerſoꝝ ſe oculis in circo maximo ꝓbuit.aliquo liberto mittente Mappā.Vnde magiſtratus ſolent.Martialis.cretatā ꝑtor quom uellet mittere Mappam.pretori Mappā ſurripit Hermogenes.Iuuenalis.iterea megaleſiacæ ſpectacula mappæ.Mappa igiť ī circo Mappa

Rheda Petoritũ uſurpatur.inde ego contenderim ita apud Fabium legendum.Et Mappam circo quoqꝫ uſitatũ nomen pœni ſibi uendicant. Nam quom referret. quæ peregrina in noſtrũ uſum tenerint.Rheda inquit & Petoritum gallica ſunt, Sed tamen iis utuntur Cicero & Horatius.& mappam pœni dicunt ſuum eſſe nomen.ſed eo tamen adeo paſſim utimur.ut in circo quoqꝫ & ludis circẽſibus id uulgatum ſit.& uſitatum. Hoc quom noſtri homines ignorarent.ubi circo ſcribendũ fuit Cicero ſuppoſuerunt. & ne ſolœciſmus eſſet.ex uindicant uendicauit fecerunt.Sententiæ noſtræ antiquitatis mos.uerborum compoſitio. ſeries ſenſus.Deniqꝫ uetuſtiſſimus Fabii codex conſtãtiſſime aſtipulatur.Hæc ſunt Franciſce ex tertio libro noſtrarum obſeruationum tranſcripta.Totum opus expecta. quom tibi probari itellexero.in eo hæc etiam pauca copioſius explicata ſunt. Vale.

Domitius ad lectorem.

Sic mihi perpetuæ contingant murmura laudis.
Et bona poſt funus hora ſuperſtes eat.
Vt noſtros cupio multis prodeſſe libellos.
Famaqꝫ nonnullo tincta cruore placet.
Me legat inuitus nemo.non ſcripſimus illi. Huic ſcripta eſt.ſi quem pagina noſtra iuuat.

Hoc per Bartholameum de Zanis de Porteſio Venetiis impreſſum opus fœliciter explicit.
.M.cccc.lxxxxiiii. Die. xv.Martii.

## PAPINII VITA PER DOMITIVM.

QVI STATIO poetæ Galliæ oppidũ patriam aſſignant:ſequuntur illi qdẽ certã tẽporũ Euſebii auctoritatẽ.Is enĩ tradit Neronis tpibus ſtatium ſurculum toloſanum rhetoricen in gallia docuiſſe.ſed paꝝ apte ad hunc Statium Papinium id tranſferunt.hic enim nõ rhetoricen docuit.ſed poetice claruit:Nõ Neronẽ:ſed Domitianũ cui multis in locis aſſentatur habuit imperatorem nec toloſam.ſed Parthenopen ſibi patriã multis hoc opere carminibus extollit:ſtatius nomen ſeruile apud antiquos in cecilii poetæ multorũqꝫ cognomẽ receptũ eſt priſtinæ conditionis monumentũ.Statius Statius quidẽ Papinius ſtatio libertini generis homĩe parthenope natus ad poeticen ſtatim formatus eſt:patris etiã cura & doctrina: qui poſt ſuã a ſellis epiri oppido migrationem antiquoꝝ ſcriptoꝝ enarrationem profitebatur:magno:patricioꝝ adoleſcentum conuẽtu: Neapoli prima poſuit rudimenta ludis quinquennalibus.Mox Romæ quinquatribus albanis teride poetis coronam meruit.In certamine capitolino antea uictus ruborem ætate:& occupationibns excuſat.Vxorem Claudiã uiduã in urbe eduxit. Filiã quom rei familiaris tenuitate collocare non poſſet.In patriã receſſit ſenex thebaide prius edita.Tum achilleide quod utrunqꝫ opus aliquando itermiſit.ut effuſo carmine quod ſyluam appellant & aſſentaretur imperatori:& amicis blandiretur.Domitiani geſta nõ attigit : qđ ſe iis imparem ait:predio albano donatus.In quo iuſta patri celebrauit.Iuuenalẽ:Martialẽqꝫ inuidia offendit:a quoꝝ altero tanquam circulator taxatᷣ:ab altero ne nominatur quidẽ inter ſui tẽporis poetas: Principis animo ad auaritiam rapinamqꝫ conuerſo:rerum etiam neceſſariarum egens:in patria moritur ſuperſtite filia:& obſcuris nepotibus.

## REGISTRVM HVIVS OPERIS.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| a | Et qui per | Cum pater | unaqꝫ pax | q | Regis | Calcatum |
| Pría alba | e | i | Hunc | Interius | Solus abi | Haud |
| uirum | Super | Fraternas | Laxauit | Ferre mãu | u | Ceu leges |
| Vates & p | Vſqꝫ & in | Et traiectũ | n | Diſſonus | Qua | & |
| uoluptati. | Legem: | Audiit & | eſt omniũ | Lucis | Ipſũ autẽ | Dulichia |
| b | Hinc ubi | Sẽper ne | Celenas | r | Excubiis | Ioniũ:nã |
| Mouit | f | k | Flauẽtem | aut laphy. | Nec ſõitu | Terris |
| Mixta | Altera | Dephẽdi | Nuper & | macte aio | x | Signa:q̃ |
| Succis | Appiæ | Dira canũ | o | ictibus o | Diſcordeſ | ꝯ |
| Martia:ex | Et nũc ille | Parthaõiæ | Protinus | cætera dãt | permulſit | Placetur |
| c | Eurre per | Reditus | Curetas | s | ferte retro | Hæc cala. |
| Seuerior | g | l | Rauca | Sed qd | Roboraqꝫ | Clauſtra : |
| Infœlices | Lacertos | Si neget | Exeruere | Cornipe. | y | Greges |
| Veris bõis | Hinc | Ignea | p | Quin | agnouitqꝫ | ꝫ |
| Herculeos | Præterea | nõ expauit | Talia | quo ruis | Tendunt | Iã clypeus |
| d | Tempora: | Qđ uix | Agnoſcitqꝫ | t | Ille dolẽs | Exuit im. |
| Grege | h | m | Sanguinis | Immorit' | Enſem | Semiuiꝝ: |
| Volentem | Steſicorus | Tota retro | Graiũ ex | Exilit.inqꝫ | z | Nudare |
| Fauete | | | | | | Pontice |